78 lari,cap.135.num.9. † Rex populum iudicaturus diuinã
legem pariter,& humanam callere debet,ita Hugo d.tract.
79 de poteſtate ſeculari,c.135. nu.9. † Rex & quilibet Prin-
ceps ſuper abuſibus deprimendis intendere debet,ita Mar-
80 cus Rauandus,in ſpeculo iudicum,nu.46. † Rex quoque
modo cum culpa,& ſine culpa coronari poteſt, Hugo tract.
81 de poteſt.ſeculari cap.177. † Rex laudatur, qui prælatos
Eccleſiæ ſibi aſciuit Conſiliarios,ita Hugo d.tract. de pote-
82 ſtate ſeculari,c.143.nu.3. † Rex cui Eccleſiæ ad decimas
teneatur,notat Carer.d.tract.de poteſtate Regia,q. 37.nu.
83 63. † Rex an ſit exemptus à iuramento fidelitatis, notat
Corſet.tract.d e poteſta.Regia,q.27.nu.4. † Ipſe autem
ab Epiſcopis per tempora fidelitatis iuramentum exigit in
temporalibus ab ipſo Rege conceſſis,ita Corſet.d.tracta.de
84 poteſta.Regia q.41.nu.19. † Rex habet iuſtam cauſam re-
85 cuſandi Epiſcopum electum,qui non ſit de regno, ita Ioan.
86 à Selua tract.de beneficio, q.22. parte 2. † Rex perſona-
liter non debet pugnare,ſed tantum prælijs intereſſe, Paris
87 de Puteo tract.de re militari, nu.6. † Reges mortui claræ,
vel inclytæ memoriæ dicuntur,ita Reſtaur. Caſtald.de Im-
perat.q.59.nu.16.

c Nobis hæreditario iure pertinens † Hæc eſt quædam prætenſio antiquiſſima de qua in hiſtorijs paſſim, ex perſona Duciſſæ Valentinæ.

d Cardinalem] Quæ ſint dignitas,officium,& priuilegia Cardinalis,not. Martinus Laudenſis, tractatu De Cardinalibus.

e Quod ſtatutarium appellatur] Quod ius municipale in hoc Ducatu dicitur ius commune, vt notatum late ſupra in Præludijs 1.voluminis.

f Edantur & publicentur] Quæ vtilitates inſurgant ex publicatione Statutorum, late notatum ſupra in fine 1. voluminis,in verbo, Publicata.

g Saluo ſemper noſtra] Ad cuius libitum eſt derogare ſtatutis, vt notatum late in Præludijs Statutorum 1. voluminis.

h Et Senatus noſtri authoritate] De qua in erectione Senatus,& in nouis conſtit. tit. de Senatoribus.

i Cum ſigillo Regio] An ſit neceſſarium ſigillum in approbatione Statutorum,notatum in 1.vol. in literis approbatorijs Statutorum primorum,& in fine d.Statutorum.

De Iuriſdictionibus.

Iuriſdictio quid ſit,& eius materia, late notatur per Scribentes in l. 1. ff. de iuriſd.omn.iud.& infra dicetur,cap.19.Poteſtas,in verbo,Plenam Iuriſdictionem.

RVBRICA GENERALIS,

De Sapientibus, & conſilio, & alijs accidentibus.

De electione Dominorum Duodecim Prouiſionum,& eorum officio.

Cap. I.

PEr Sereniſs.& Chriſtianiſs. Regem Francorum Ducem noſtrum Mediolani,ſeu per eius Sacrum Conſilium Mediolani, *a* eligantur *b* duodecim *c* probi, & periti viri, de melioribus,& magis idoneis, ac prudentiorib. Ciuitatis Mediolani,videlicet. Duo pro ſingula porta conſueta, *d* in quibus ſint duo Doctores de Collegio Dominorum Iudicũ Mediolani,prout prælibato Domino, ſeu, vt ſupra melius videbitur. Qui præſint prouiſionibus, & defenſionibus *f* Communis Mediolani. Quorũ officium, *g* duret per menſes duos continuos, qui duodecim *h* habeant plenam poteſtatem,& liberam facultatem, ac bailiam prouidendi, *i* ſtatuendi, *k* ordinandi, *l* diminuendi, *m* mutandi, & addendi *n* ad eorum liberam voluntatem,ad omnia & ſingula, quæ eis videbuntur, *o* circa concernentia commodum Reipublicæ,& Cõmunis Mediolani, ac eius Ducatus, *p* dum duæ partes eorum ſint in concordia, ſeruatis tamen ordinibus Ducalibus, & Communis Mediolani, *q* modo, non concernant alienationem bonorum Communis Mediolani, dummodo in his, in quibus ex decretis, & ordinibus, non ſit eis data facultas libera,habeant conſenſum prælibati Domini,ſeu eius Senatus. Et ſaluo, quod nõ poſſint prouidere,nec ordinare aliquid, in eorum, vel ſuorum deſcendentium, *ſ* nec officialium officii prouiſionum,nec alicuius eorum,ſpecialem fauorem, vel vtilitatem. Et qui Domini duodecim habere debeant pro eorum ſalario, omni die, quo ſeruierint dicto officio, videlicet, Doctores, *t* ſoldos duodecim Imperialium pro quolibet, alij vero habeant ſoldos octo Imperialium,pro quolibet.

SVMMARIVM.

1 *Decurionum electio à ſuperiore eſt confirmanda.*
2 *Decuriones olim in ſua creatione quid facerent.*
3 *Priuilegiatus quando non excuſetur à decurionatu.*
4 *Ad decurionatũ quinam excuſentur vſque ad nu. 7.*
8 *Duodecim Prouiſionum ſunt Curiales.*
9 *Decurionum ethymologia.*
10 *Conſiliarij Ciuitatum in quorum locum ſint ſubrogati.*
11 *Duodecim Prouiſionum nomina.*
12 *Duodecim Prouiſionum quibus æquiparentur.*
13 *Duodecim Prouiſionum dignitates.*
14 *In electione Duodecim Prouiſionum quid ſeruandum.*
15 *Decurionatus honor qualis.*
16 *Decuriones quibus officijs non ſint vexandi*
17 *Etiam ſi quis deſierit eſſe Decurio non torquetur.*
18 *In pœna Decurioni irroganda quid ſeruandum.*
19 *Decurionum qui filij ſint priuilegiati.*
20 *Decurionis filius patris conditionem ſequitur.*
21 *Decurio Decurione eſt potiore.*
22 *Decurio habens filios præfertur non habenti.*
23 *Decurio antiquior indignitate præfertur iuniori.*
24 *Ciuitatis vniuerſitas ex quibus fiat.*
25 *Duodecim Prouiſionum quales eligendi ſint.*
26 *Decurio cuius ſtatus, & quorum eſſe poſſit.*
27 *Illiteratus decurio eſſe poteſt.*
28 *Plebeius, Procurator, & Notarius Decurio eſſe non poteſt.*
29 *Tabellio an poſſit eſſe decurio.*
30 *Spurij, & inceſtuoſi an poſſint eſſe decuriones.*
31 *Artifex vilis an poſſit eſſe decurio.*

a 2 32 Ela-

32 *Flagellis caſus an poſſit eſſe Decurio.*
33 *Iudeus Chriſtianorum Decurio eſſe non poteſt.*
34 *Infamis Decurio eſſe non poteſt.*
35 *Publice damnati decuriones eſſe non poſſunt.*
36 *Accuſatus pendente iudicio ab honoribus arcetur.*
37 *Decuriones cuius ætatis eligantur. & 38.*
39 *Nauiculario Decurionatus negatur.*
40 *Ciuitatis debitor nec eius legatus eſſe poteſt.*
41 *Seruus, & libertus an poſſit eſſe Decurio.*
42 *An ex poſt opponi poſsit, quemquam non recte Decurionem fuiſſe creatum.*
43 *Decurionatus quale munus ſit, & qualiter ſine præiudicio accepiendum.*
44 *Relegatus ad tempus an in perpetuum amittat Decurionatum.*
45 *Relegatus non ad tempus an reſtitutus intelligatur etiam ad decurionatum.*
46 *Natus in relegatione poteſt eſſe Decurio.*
47 *Decuriones quales per ſubſtitutum ſeruire non poſſint.*
48 *Decurio tranſmigrans quando reuocetur.*
49 *Decurio an poſſit fieri immunis ab officio ſuo.*
50 *Decurio tenetur de dolo, & lata negligentia.*
51 *Decurio ex pecunia Ciuitatis lucrans acriter punitur.*
52 *Decurio domum ſuam, vel nouam ædificare cogitur.*
53 *Decurio aduerſus patriam aduocatus eſſe non poteſt.*
54 *Doctores duo collegiati qui ſunt inter XII. Prouiſionum, quomodo eligantur, & quamdiu durent.*
55 *Medicus inter XII. Prouiſionum à quo eligatur, & quamdiu duret.*
56 *Communitas quæ ſit.*
57 *XII. Prouiſionum poteſtas, quæ & quomodo exercenda, & 58.*
59 *Modi quibus per Decuriones ſtatuitur.*
60 *Decuriones ſtatuta interpretari poſſunt.*
61 *Decuriones de quibus ſtatuere poſſint.*
62 *Decurionum decreta quando reſcindantur.*
63 *Decuriones an ſtatuta antiqua corrigere poſſint.*
64 *Decuriones an ordines conſuetos mutare poſſint.*
65 *Quæ ſint concernentia reip. commodum.*
66 *Maior pars cogitationis quod ſtatuit an ſit validum, & qui ſit maior pars vſque ad num. 69.*
70 *Rerum publicarum conſeruatio fit multis modis.*
71 *Bona Reipublicæ non poſſint alienari.*
72 *Decuriones ementes cenſentur emere de pecunia Vniuerſitatis.*
73 *Vicarius & Duodecim Prouiſionum non poſſint ſe intromittere in cauſis priuatorum.*
74 *Vicarius, & Duodecim Prouiſionum quale ſit officium num. 75. & 76.*

a ELigantur] † Decurionum electio debet à ſuperiore
1 confirmari iure communi inſpecto, ita notat Lancell.
Conrad. Lauden. ſua praxi, lib. 1. cap. 10. de decur. nu. 23.
Mediolani autem decuriones conſilij generalis ſunt ad numerum
ſexaginta, & perpetui ſunt. Alij autem duodecim,
de quibus hic cauetur, & ex his qui eligũtur quotannis nominantur
aliqui à conſilio generali, & à Principe eliguntur
2 vt hic cauetur. † Decuriones ciuitatum olim cum creabantur,
ſolebant binos denarios, vel huiuſmodi certã quantitatem
ſingulis collegiis diſtribuere, vt tradit Conrad.
3 d. loco, numer. 66. de mente Alciati per eum allegati ibi. †
A decurionatu non excuſatur habens priuilegium, ſi patitur
4 ſe creari decurionem, ita not. Conrad. d. loco nu. 31. †
A munere hoc decurionatus excuſatur mutus, ſurdus, cæcus,
furioſus, & perpetuo morbo detentus, veluti podagroſus,
5 ita Conrad. ibi, nu. 33. † Doctores quoque legum in actu
6 legentes excuſantur ab hoc munere, Conrad. ibi. nu. 35. †
Militares etiam viri excuſantur ab his muneribus curiali-
7 bus, Idem Conrad. d. loco. nu. 18. † Paupertas vlteriores
excuſat à muneribus patrimonialibus, & perſonalibus, Conrad.
d. loco, nu. 31.

d Duodecim] † Hi duodecim viri vere appellantur cu-
8 riales, ſecundum tradita per Napodam. ad conſuet. Neapol.
titu. 12. de inſtrumentis confectis, in Rub. Hi etiam appellantur
decuriones, vt ibi per eum, & per Gandinum tracta.
De obſeruantia ſtatut. nu. 2. † Vnde autem ſint dicti
decuriones, notat idem Conrad. ſua praxi. lib. 1. cap. 10. de
10 decurio. nu. 1. † In quorum locum hodie ſucceſſere Conſiliarij
ciuitatum, vt not. idem Conrad. ibi nu. 2. & infra ca-
11 uetur, ca. 4. † Appellantur etiam alijs nominibus, vt per
12 Conrad. ibi, num. 3. † Appellari etiam poſſunt priores ciuitatibus,
& æquiparantur tutoribus, hoſpitalarijs, & ſimilibus,
habentque poteſtatem ſuper bono, & pacifico ſtatu,
& abundantia ciuitatis, vt hic cauetur, & in nouis conſt.
tit. de offi. vicar. prouiſ. capit. Horum Vicarij, quod idem

de iure communi notat eſſe Bart. in l. Ambitioſa, nume. 7.
ff. de decret. ab ord. facien. Dec. conſil. 72. col. 1. verſ. Sed
13 tamen his non obſtan. Conrad. d. loco, numer. 60. † Sunt
etiã decuriones ueteri. & in Palatina Militia, de quibus not.
14 idem Conrad. d. loco, nu. 5. † In electione horum officialium
antiqua conſuetudo eſt ſemper obſeruanda, ſecundũ
trad. ita per Bar. in l. Super creandis, num. 1. C. de iur. fiſc. lib.
10. Tamen noua forma diuerſa ab antiqua traditur in nouis
conſtit. tit. de offic. Vicar. prouiſ. in princip. & §. duo-
15 decim vero. † Decurionatus eſt honor municipalis cum
dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu ſiue non, & ſtat in nomine
generis ſui, ita not. Conrad. d. cap. 10. de decurio. nu.
16 104. Vbi multa notat de hoc. † Decuriones officijs humilioribus,
& extraordinarijs non debent vexari, ita Conrad.
17 num. 105. † Decurio torturæ, & alijs cruciatibus non ſubijcitur,
etiam ſi deſierit eſſe decurio, Conrad. ibi num. 106.
ampliando, & limitando, vt per eum, niſi deliquerit in of-
18 ficio. Ita Tiraquell. de pœn. temper. cauſa 58. n. 4. † Decurioni
vbi ſit imponenda pœna, maxime mortis, reſcribẽdum
Principi, niſi fieret, vt tumultus ſedaretur, ita Conrad.
ibi, nume. 107. Tiraq. d. tract. cauſa 31. nume. 41. Cæpol.
cau. 2. nume. 11. Carer. d. ſua praxi d. § Circa itaque, num.
19 86. † Decurionis filij ante, vel poſt nati qualiter ſint pri-
20 uilegiati, not. Conrad. d. loco, num. 108. † Et quod natus
Decurionis ſequatur conditionem patris, nõ matris, vt per
21 eundem Conrad. num. 28. † Decurionum alij alijs potiores
habentur, ita ſcribuntur in Albo, & quomodo præferan-
22 tur, not. Conrad. nu. 109. † Decurio habens filios præfertur
non habenti, Idem Conrad. n. 110. in quibus autem con-
23 ſiſtat prælatio not. nu. 111. † Antiquior in dignitate, &
collegio præfertur iuniori, ita Conrad. nu. 112. & is dicitur
24 ſenior, vt ibi, num. 113. † Vniuerſitas ciuitatis, & caſtrorum
fit ex Conſiliarijs, qui hodie loco Decurionum ſubrogantur,
ita tenet Virg. Boccat. in conſt. Marchiæ gl. 6.
nume. 9.

e Probi, & periti vir.] † Idem cauetur per cõpiura ver-
25 ba, in nouis conſtit. tit. De pœnis, ca. Decuriones, quod idem
eſt de iure communi, vt eligi debeant viri probi graues, diuites,
experti, & peritiſſimi, Ita Conrad. d. cap. 10. De de-
26 cur. num. 6. † Decurio poteſt eſſe tam paterfamilias, quam
filiusfamilias, ita not. Conrad. d. ca. 10. nu. 20. Imo etiã pa-
27 ter cum filio, & cum fratribus, Idem ibi, verſi. Sed imo. †
quoque literatum poteſt eſſe Decurio, Conrad. ibi d. n. 20.
28 verſi. Similiter. † Decuriones autem prohibentur eſſe plebei,
& Procuratores, vel Notarij, aut tabellionis officiũ exer-
29 centes, vt not. idem d. ca. 10. n. 7. † Et quod Tabellio non
poſſit eſſe Decurio, not. Didac. in tracta pract. qu. ca. 10. nu. 5.
verſi. Hæc ſiquidem. Quod habet locum etiam ſi fecerit ſe
cancellari à matricula Notariorum, ita Marſil. tract. bannit.
in verbo, Ceſſante banno, nu. 24. tamen in vtroque ſecus ſeruatur
in ciuitatibus huius ſtatus, maxime Cremonæ, vbi tui
aſſeſſor Prætorius ſub Prætura Illuſt. Olim Senatoris Mon-
30 tijathinis mei. † Spurij, & inceſtuoſi pariter prohibentur
eſſe Decuriones, niſi in ſubſidium, vbi alij non adſint, ita Cõrad.
ibi, nu. 9. & vbi eligantur fiunt ligitimi, tanquam oblati
curiæ, vt ibi nu. 10. Sed hoc non ſeruatur in vtroque caſu.
31 † Facientes artes viles non debent ad decurionatum aſſumi
niſi ex neceſſitate, Conrad. d. loco numer. 12. Verum & hoc
non ſeruatur in pleriſque ciuitatibus, & locis huius Status.
32 † Ictibus flagellorum ſubiecti pariter nõ eliguntur ad hoc
33 munus, niſi in ſubſidium, Conrad. ibi, n. 11. † Iudæi etiam
arcentur apud Chriſtianos à decurionatu, & alijs honoribus
34 ibi, num. 13. † Infamis non poteſt eſſe Decurio, ut nu. 14.
uer. Et infamiam, & mori à decurionatu ob infamiam non
quam reſtituuntur, Ita ibi in d. nu. 14. uerſ. declaratur tamẽ.
35 † Decuriones pariter eſſe non poſſunt ex publico iudicio
36 damnati, & Turpiliano notati, Conrad. ibi nu. 15. † Accuſatus
pendente iudicio criminali non poteſt aſſumi ad ho-
37 nores, licet antiquos retineat d. num. 15. ad fin. † Minores
25. annis, & maiores 55. non eliguntur de iure Decurionatus
officium, niſi ex cauſa, Conrad. nu. 16. Verum hoc non ſer-
39 uatur. † Anni autem in eis an requirantur hoc caſu com-
40 pleti vel cœpti, not. in hac ſpecie Borg. deciſ. 40. nu. 18. †
Nauicularij quoque arcentur ab hoc munere, Conrad. n. 17.
41 verſ. Nauicularis procumbro. † Debitores ciuitatis aliquem
honorem, nec legationẽ in ea recipere nõ debent, idẽ
42 ibi n. 18. verſ. Debitores. † Seruus, & olim libertus Decuriones
eſſe vetantur, d. n. 18. ver. Item ſeruus. † Decurio
quod quis ſit creatus non recte regulariter non poteſt opponi
ex poſt, ſed debet opponi ante, ita Conrad. d. loco, n.
43 21. declarando ut per eum. † Decurionatus eſt munus uniuerſale,
& principium ad cæteros honores, Conrad. num.
22. &

Digitized by Google

22.& num. 63. & illud acceptans præiudicat ſibi quo ad cæ-
teros honores, niſi acceptauerit illud cum proteſtatione, vt
44 ibi. † Relegatus ad tempus deſinit eſſe decurio; nec reſti-
tutus, & reuerſus ſuum locum primum obtinebit, Declaran-
45 do, vt per Conrad. d. loco, num. 14. † Imo relegatus non
ad tempus, ſi reſtituatur non reſtituitur ad decurionatum,
46 niſi ex Principis permiſſione, vt d. nu. 14 adſi. † Natus ta-
men in relegatione non prohibetur eſſe decurio, vt eo. n. 14
47 adſi. † Decuriones alias Clariſſimi, vel Spectabiles nõ ſer-
uiunt, nec poſſunt ſeruire per ſubſtitutum, ita not. Conrad.
48 n. 19. declarando, vt per eum. † Imo Decuriones tranſmi
grantes reuocantur intra tempus notatum per eundem Cõ-
49 rad. d. loco, nu. 24. † Et adeo huic muneri aſtricti ſunt, vt
conſenſu ciuium, vel Curiæ, præſtita immunitas non valeat,
50 vt ibi per eum, nu. 27. † Decuriones hi tenentur de dolo,
51 & lata negligentia, vt idem ibi nu. 25. † Decuriones hi ex
pecunia ciuitatis ſuperlucrantes acriter puniuntur, modo
52 quo not. Conrad. d. loco, nu. 6. † Decuriones domum ſuã,
vel nouam ædificare coguntur. Conrad. d. loco, nu. 100. verſ.
53 Hic adde. † Decurio prohibetur eſſe aduocatus contra pa
triam ſuam, Idem Conrad. d. loco, nu. 103.

d In quibus ſint duo Doctores de Collegio] † Hi hodie
54 non eliguntur à Principe, ſed hi ſunt per tempora Abbates
Ven. Collegij, qui functo munere Abbatis per binos men-
ſes, dein per alios duos menſes ſedent pro Conſultoribus Iu
ſtitiæ Mediolani, & vltimo loco funguntur per aliud bime-
55 ſtre officio Aſſeſſorum ad tribunal Prouiſionum. † Eligi-
tur pariter à Principe vnus Medicus inter hos duodecim, cu-
ius officium durat per annum, prout durat in alijs.

e Communis Mediolani] † Quæ ſit Communitas, not.
56 Virg. Boccat. in conſt. Marchia. gl. 6. nu. 71.

f Duret per menſes duos] Hodie annale eſt, prout caue-
tur in nouis conſti tit. de offi. Vicarij, ad finem principij, dē-
ptis duobus doctoribus.

g Habeant plenam] † Limitatam tamen, vt infra, & in
57 nouis conſt. d. tit. cap. Horum Vicarij. Quæ quidem intra
limites ſuos obſeruanda eſt, vt etiam not. Roma. conſ. 501.
nu. 9. dec. conſil. 72. col. 1. verſi. Sed tamen his non obſtanti-
58 bus. Hanc ſuã iuriſdictionem Decuriones non poſſunt exer
cere extra metas ſuæ Ciuitatis, ita Conra. loco præall. nu.
19. verſ. Minime etiam.

h Statuendi] † Modos tres Statuta cõdendi per hos De-
59 curiones, not. Alber. tract. Statu. 1. par. quæſt. 4 notat etiam
Iaſ. in l. 1. col. pen. nu. 26. ver. Ex quarto dicto, ff. de legibus,
60 notat etiam Gand. tract. de obſeruantia Statut. num. 3. †
Poſſunt etiam interpretari Statuta. Ita Conrad. d. loco, n.
100. ver. Poſſunt etiam.

i Ordinandi] † Non generaliter, ſed circa uictum, &
61 commodum Reipublicæ, ut late diſcutit Bart. in l. Ambitio-
62 ſa, n. 8. cum ſeq. ff. de decret. ab ord. facien. † Horum decre
ta non reſcinduntur, niſi ex cauſa, ita not. Conrad. d loco, n.
102. Veluti ſi ſint ambitioſa, quia non poſſunt ea facere, ut
per Conrad. ibi nu. 101. Vbi not. quæ ſint Ambitioſa.

k Diminuendi] † Moderandi, ſcilicet iam factos, & niſi
63 hoc fuiſſet expreſſum, ſed tantum quod haberent liberum
arbitrium ſuper abundantia Ciuitatis, non poſſent corrige-
re antiqua Statuta, ita Barbat. in cap. Cum M. Ferrarienſis,
nu. 61. De Conſtit.

l Murandi] † Non poſſunt tamen mutare ordines con-
64 ſuetos confectos præſertim à toto populo, uel Concilio ge-
nerali, a quo ipſi habeat authoritatem, ut not. Bartol. dict.
l. Ambitioſa, numero 8. cum ſequent. Idem not. Dec. dict.
conſi. 72. colum. 1. uer. Sed tamen his non obſtan, per
totum in l. Orphano trophos, ubi Bald. numero 1. C. de
epiſcop. & cler.

m Ad eorum liberam uoluntatem] Clauſula, quod quis
poſſit procedere in cauſa ad eius libitum, quid operetur,
notatum late ſupra, capit. 47. Dominus Poteſtas, in uerb.
Et figura iudicij, & cap. 115. Si de cætero, in uerſic. De iure.
uolum. 1.

n Circa concernentia commodũ Reipublicæ] † Hæc cla-
65 rius explicantur quæ ſint, in nouis conſtit. d. tit. de offic. Vi-
ca. Prouiſ. capit. Horum Vicarij, & per Bar. d. l. Ambitioſa,
nu. 7. cum ſeq.

o Duæ partes eorum ſint in concordia] † Quid ſit de iu
66 re communi, not. Alb. in d. tract. Statu. lib. 1. q. 4. num. 2. Et
quod ſufficiat, quod maior pars conſentiat duarum partiũ,
not. Conrad. d. capit. 10. De decur. declarando ut per eum,
& num. 48 & 49. Quæ ſit maior pars, limitando modis. 18.
67 ut nu. 50. † Inter alias limitationes illa eſt, ut non ſuffi-
ciat maior, ſed requirantur omnes ubi tractatur de refor-
matione officialis, ita Ioan. de Arnono Problem. 21. †
In qua congregatione debet adeſſe Vicarius, uel Rector, ut
idem Alberic. d. loco, nu. 4. Feli. in cap. Cum omnes, num.
13. De conſt. declarando, vt ibi per eum, vbi Rector adſit,
69 alias poteſt fieri ſine eo. † Et tunc antiquior ſupplet, ita
not. Io. de Arnono caut. 26. declarando, vt per Felinum in
cap. Cum omnes, nu. 35. De conſtit. & Tiraq. tract. de pri-
mog. in præfat. nu. 119 cum duobus ſeq.

p Modo non concernant alienationem bonorum Cõmu-
70 nis Mediolani] † Rerum publicarum conſeruatio multis
71 modis fit notatis per Conrad. d. loco, num. 114. & 117. †
Non poſſunt enim alienari bona Reipublicæ ſine ſpeciali
licentia ſuperiorum, & ſine ſolennitatibus traditis in l. ſi. C.
de vend. rerum ad ciuitat. pertinen & l. Prohibere, §. Pla-
ne, ff quod vi aut clam, notat Bart. in l. Ambitioſa, num. 10.
ff. de decret. ab ord facien. ita diſcutit Conrad. dict. loco, n.
72 94. cum tribus ſeq. † Adminiſtratores, & Decuriones hi
Vniuerſitatis emendo cenſentur emere de pecuniis Vniuer-
73 ſitatis, ita not. Menoch. conſi. 80. n. 2. vol. 1. † Non poſſunt
etiam Vicarius, & Duodecim ſe intromittere regulariter in
cauſis particularium perſonarum, ut cauetur infra cap. 46.
Quicunque, fallit tamen in cauſis, & caſibus notatis in nou.
Conſtitut. tit. de offic. Vicar. cap. Pertinet, cum ſequẽtib. Præ
cipue in cauſis concernentibus victum, & abundantiam Ci-
uitatis, ita notatur in nouis conſtitutio. tit. de offic. Vica.
capit. Horum Vicarij, In quibus caſibus reſpectu concer-
nentium Victum, poteſt taxare pretium eorum, etiam
quod ſint res particularium, vt notat etiam de iure eſſe
Bald. l. 1. §. Cura. ff. de off. Præfect. vrbis, Afflict. in
Conſtitutio. regni, Rubrica 35. De fide Mercator per vni-
74 uerſas, circa finem, lib. 3. † Eadem ratione habent fa-
cultatem hi Dominus Vicarius, & Duodecim imponendi
modum circa piſcationes, & venditiones carnium, ita not.
Boſſ. ſua praxi cuſtæ, titulo De aquis & flum. numer. 20.
75 vbi late, & ita etiam ſeruatur. † Poterunt pariter pone-
re modum, vt annona iuſto pretio vendatur, vt not. Idem
75 ſuis memorab. in verbo, annona. † Et ratione huius vi-
ctus poterit pariter Dominus Vicarius, & Duodecim ſe
intromittere in differentijs vertentibus inter locatorem, &
conductorem ratione habitationis vel concernentibus vi-
ctum, ita not. Pract. Papien. ſua forma libelli quo agi-
tur ad præſtat. ficti. verſi. Florenos, nume. 1. Vltra caſus
notatos in nouis conſtitur. d. tit. de off. Vica. locis alle-
gatis. Poteſt primo eſſe cognitor, & Iudex D. Vicarius
Prouiſionum in omnibus cauſis à libris decem infra, de
quibus in Statuto ſupra, primo volum. capitulo 48. Qui-
libet, Secundo poteſt ſe intromittere ſi fuerit requiſitus
vna cum DD. Abbatibus Notariorum Mediolani Crimi-
num falſitatum eorundem Notariorum, vt cauetur ſupra
dicto primo volum. capitulo 344. Officium: verum hoc
non practicatur. Tertius caſus eſt, vt ſit cognitor iniu-
riarum vni ex Collegio Notariorum per non Notarium
illatarum, ſi ipſe Vicarius aditur, ita cauetur in dict. vo-
lum. primo capitulo 360. Incipit, Nullus de dicto, quod
pariter non ſeruatur. Imo contra iniuriantem cauſidicum
ex cauſa patrocinij, adeſt pœna certa per nouas conſtit. tit.
de pœnis, c. ſi quis non prouocatus, verſic. Si vero iniuriam.
Quarto, Statutorum executio ſpectat D. Vicario, & Duode
cim in caſibus, in quibus Poteſtas Mediolani contrauenerit
accipiendo plus, vel aliter, vt cauetur infra c. 9. Poteſtas, Et
in Rubrica generali de Obſeruat. ordinũ, ca. 171. Poteſtas,
Idem contra ponderatores Monetæ, vel Camplores Cõmu-
nis Mediolani, & Officiales Carceratorũ plus debito acce-
piantes, vt infra c. ſi poteſtas. Quinto, in defendendo, & præ
ſtando auxilium omnibus modis ſubditis Ducatus Mediola
ni habentibus bona, & iura ſua in alienæ iuriſdictione, vel
in confinibus, vel cõtra nõ facientes eis Iuſtitiã in aliena iu-
riſdictione, ita infra c. 59. Poteſtas, & ſequenti. Sexto execu
tor eſt, vt victualia cõducãtur Mediolani modo quo caue-
tur infra, ca. 67. Ferrũ. Et etiã vbi Poteſtas, & Iudices ius nõ
reddãt, iuxta diſpoſitionem ca. infra 86. Poteſtas Septimo
eſt D. Vicarius Cognitor, vt indebitæ executiones, & captio
nes relaxentur abſque impenſa, & puniatur cõtrafaciens, vt
cauetur infra ca. 70. Si contingat, ad finem. Octauo ſunt D.
Vicarius, & duodecim executores legatorum, modo quo ca-
uetur infra capit. 71. Quia ſæpe. Nono eſt pariter cogni-
tor D. Vicarius, & debet inquirere, quod ſeruentur Statu-
ta per Rectores Burgorum Ducatus, vt cauetur infra capi-
tulo 97. Poteſtas. Decimo eſt executor, quod compen-
ſetur creditum, & debitum communis Mediolani, ita in-
fra capitulo 187. Si aliquis. Vndecimo eſt Iudex Domi-
nus Vicarius differentiarum inter conducentes aquas ſub-
tus conductum alterius, ita diſponitur infra capitul. 246.

Digitized by Google

Liceat, verſ. Et ſi aliqua partium. Duodecimo principaliter D. Vicarius poteſt procedere contra Iudicem ſtratarum indebite condemnantem Communia pro vijs publicis, ita notatur infra cap. 275. Factus, ad finem. Decimotertio Dominus Vicarius poteſt condemnare Iudicem, ſeu cōmiſſarium Olonæ negligentem, etiam durante eius officio, ita cauetur infra cap. 287. Si Iudex. Decimoquarto officiū eſt pariter eius deputandi peritos in flumine Olonæ, ita notatur infra cap. 306. Si reperiatur. Verum hæc duo etiam non practicantur. Decimoquinto eſt præterea cognitor D. Vicarius, vtrum murus communis inter priuatos indigeat refectione, vel ne, vt continetur infra cap. 341. Licitum ſit, verſ. Et hoc vbi murus, Tamen D. Vicarius ex inueterata conſuetudine, & obſeruantia forte ſumpta ex diſpoſitione illius Statuti loquentis in caſu particulari, ſe intromittit in omnibus cauſis Seruitutum, & aliarum differentiarum inter priuatos cauſa ædificiorum contra diſpoſitionem d. cap. 46. Quicunque, quæ Conſuetudo non debet attendi, cum ſit contra ius ſcriptum, ſic dictante Statuto infra capit. 19[?]. Conſuetudines. Decimusſextus caſus, Dominus Vicarius idem poteſt cogere Collegium Medicorum ad eligendum Medicos, qui viſitent pauperes ægros, vt cauetur infra ca. 3[?]. Sunt in Ciuitate, ad finem, nec hoc pariter ſeruatur. Decimusſeptimus caſus eſt, quia D. Vicarius eſt cognitor mercedis debitæ Brentatoribus, qui accurrerūt, & aquas exportauerunt pro extinguendo incendio alicuius domus, vt cauetur infra ca. 493. Brentatores.

f Nec officialium officij prouiſionum] Secus ſeruatur in pertinentibus ad eorum mercedem, & Salarium.

e Solidos duodecim] Hoc ſalarium fuit auctum hodiernis temporibus.

De Sacramento Dominorum duodecim. Cap. II.

DOmini duodecim, officio prouiſionum deputati, & per tempora deputandi, tempore introitus ſui officij,
a iurare debeant in manibus Vicarij officij prouiſionum, quod erunt legales prælibato Domino, vt ſupra, & patriæ Mediolan. & Communi Mediolani, & quod præſtabunt, ſuo ſcire, & poſſe, bonum conſilium, & legale, & vtile, b pro bono publico, & Statu ipſius prælibati Domini, & Cōmunis Mediolani & defendent toto poſſe, iura, iuriſdictiones, & honores prælibati Domini, & Communis Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Decurionum officium eſt circa bonum publicum.*

a IVrare debeat] Hoc iuramentum hodie etiam præſtatur.

b Pro bono publico] † Eorum autem cura eſt hoc facere,
1 vt not. Bar. in l. Ambitioſa, num. 7. ff. de Decret. ab ord. facien. Idem not. Dec. conſi. 72. col. 1. verſ. Sed tamen his non obſtantibus.

De conſilio Noningentorum virorum Communis Mediolani. Cap. III.

PEr prælibatum Dominum Ducem Mediolani, ſeu eius Sacrum Conſilium Mediolani, eligatur conſilium a Noningentorum virorum, ſcilicet, centum quinquaginta, pro qualibet porta conſueta, qui omnes eligendi, ſecundū eorum eligentium credere, ſint de melioribus, & vtilioribus ipſius ciuitatis, & maiores annis viginti pro quolibet. b Et ſint ſuppoſiti iuriſdictioni Communis Mediolani, & ſuſtineant onera Communis Mediolani. Et qui omnes diligant ſtatum pacificum prælibati Domini, & Communis Mediolani. Quod conſilium duret c per annum vnum, & vltra, donec fuerit mutatum. Et quæ electio, d ſiue congregatio, fieri non poſſit, niſi de ſpeciali mandato prælibati Domini, & ſeu, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Decurionum auctoritas circa quæ verſari dicatur, vſque ad nume 11.*

12 *Decuriones quomodo vocentur ad curiam, & eorum præſentia quomodo ſoleat deſcribi vſque ad num. 15.*

16 *Decurionum conſilium debet eſſe liberum.*

17 *Decuriones quales eſſe debeant vſque ad num. 19.*

20 *Decuriones debent augere ciuitatem habitatoribus.*

21 *Decuriones in eorum actibus Decretum interponent, & ſine ſolemnitate nihil agunt num 22.*

23 *Conſiliarij abſentes an & quando citentur.*

24 *Conſilium vbi debeat congregari*

25 *Geſta per Conſiliarios non vocatos an teneant.*

26 *Propoſitiones in Conſilijs, per quem prius fieri debeant.*

27 *Vniuerſitatis congregatio non fit ſine licentia officialis, vſque ad nume 29.*

a NOn Ingentorum virorum] Hic numerus fuit redactus ad ſexaginta, qui eliguntur à Principe, & durat
1 eorum officium ad vitam. † Decuriones hi de iure electionem faciebant ad certa munera, vt not. Conrad. cap. 10. De
2 Decurionibus, num. 43. Explicando ea, nu 62. † Decuriones quoque eligunt de iure Magiſtratus, officiales, & Syndi-
3 cos, ita Conrad. ibi num. 62. † Qui quidem eliguntur ex ſe ipſis, niſi in ſubſidium, vbi inter eos non ſit idoneus, Con-
4 rad. ibi num. 64. † Decuriones vlterius eligebant adminiſtratores Rerum publicarum cum ſatiſdatione, niſi ſint dati
5 cum inquiſitione, vt Conrad. num. 67. † Decuriones præterea eligebant Magiſtratus ſtudiorum, & Doctores, qui moribus, & facundia excellebant, & Tetrarchas, Conrad. ibi n. 68. Quæ facultas Doctorum in Gymnaſio Papienſi data eſt
6 Senatui ex nouis conſti. tit. de Senat. §. Vniuerſitatis. † Legationes mittere ſpectat ad Decuriones nomine ciuitatis, Conrad. num. 69. Explicando, qui ſint Legati & multa alia
7 circa eorum materiam, numeris ſequent. † Decuriones poſſunt concedere ciuilitatem ex priuilegio Conrad. ibi n.
8 92. † Decuriones etiam poſſunt concedere immunitates ex cauſa, quibuſdam, vt idem num 93. Tamen hoc inconſulto Principe, vel Senatu vetatur, per nouas conſt. tit. De one-
9 ribus, cap. Communitates. † Decuriones non poſſunt imponere gabellas ſuis ciuibus, ita Conrad. nume. 94. Tamen
10 hic fit conſulto Principe. † Decuriones quando poſſint facere alienationes rerum eius ciuitatis, & quibus caſibus, notatum per Conrad. d. loco, n. 95. cum tribus ſeq. & notatum
11 ſupra 1. ca. † Decurionib. quæ ſint prohibita facere, explicat Conra. ibi num. 101.

b Et ſint ſuppoſiti] Quis dicatur ſuppoſitus, & quid differat ſuppoſitus à ſubdito, notatur ſupra, volum. 1. ca. 44. Si quis, in hoc verbo.

c Per annum vnum] Hodie ſunt ad vitam.

d Seu congregatio] † Decuriones conuocantur in Curiā
12 ſolenniter per Magiſtratus, Rectores, ſcilicet, eorum, quod & ipſis Decurionibus conceditur, ita Conrad. d. c. 10. de De-
13 curio. n. 37. † Et conuocatio fit ſono tubæ, vel per campanam, ita idem Conrad. nu. 38. & 45. licet Mediolani fiat per Nuncios, & ſchedulas. Et hoc in negocijs, quæ poſſint expediri per præſentes, alias requiritur vocatio etiam abſentiū, citando eos ſpecialiter, niſi ſono tubæ, vel campanæ, hoc tā habet locum vbi conueniant duæ partes ex tribus, ita Caſtren. in l. 1. nu. 24. ff. de procur. & l. nulli, num. 8. ff. Quod cuiuſque Vniuerſ. nomine, & ita Conrad. nume. 34. & 40. Idem Virgin. Boccar. in ſuis conſtitutio. March gloſ. 6. nu.
14 31. † Antiquitus autem monebantur ſono inſtrumenti
15 ænei, ita Conrad. dict. loco, nu. 40. † Decurionum intereſſentium nomina debent eſſe ſubſcripta ab eis, vel à Tabel-
16 lione, Conrad. ibi num. 51. † Decurionum debet eſſe libe-
17 rum conſilium, vt not. Conrad. eod. loco, nu. 57. † Decuriones non debent reuelare ſecreta conſilij, aliàs puniuntur,
18 idem nu. 58. † Decuriones probitate, & prudentia vti debent, ita vt imprudens conſilium, priuatum commodum, &
19 latens, odium ab eis abſit, ita Conrad. ibi. n. 54. † & debēt eſſe puri, iuſti, propriam affectionem, & vtilitatem abijciē-
20 tes, vt idem, nu. 55. † Ciuitatem quoque populi frequē-
21 tia Decuriones augere debent. Conrad. num. 59. † Decretum Decurionum in eorum actibus pro publicis negotijs
22 debet interuenire, Idem ibi nu. 57. † Decuriones non ſeruantes ſuos ordines, & debitas ſolennitates nulliter agunt,
23 Cōrad. n. 53. † Cōſiliarij ſi ſint abſentes tēpore cōgregationis fiendæ, quod non citantur ſpecialiter regulariter, demptis tribus caſibus, not. Virg. Boccat. in conſtit. March. gl.
24 6. num. 11. † Congregatio conſiliorum debet fieri in palatio publico, non in domo priuata, ita not. Conrad. ibi num.
25 42. Boccat. d. gl. 6. num. 12. & 30. † Conſiliarii non vocati ſi reperiantur in palatio publico congregati, an per eos geſta
26 teneant, diſtinguit Bocca. d. gl. 6. nu. 74. † Coadunato conſilio debent ſuperiores facere propoſitionē in conſilio

ſuper

Digitized by Google

ſuper eo quod eſt conſulendum cum ipſis conſiliarijs, vt idē Boccat. d. gl. 6. nu. 16. & 17. Idem not. Conrad. d. loco, n. 43. ver. Bert. Decretum tamen Decurionum tenet abſque propoſitione, ibi Conrad. nu. 44.

e Niſi de ſpeciali mandato] † Idem de iure communi,
27 quia non fit Vniuerſitatis congregatio ſine ſpeciali licentia Officialis, qui ei præeſt, ita not. Alciat. conſil. 360. & 364. numer. 6. Idem late Virg. Boccat. in e. inſt. March. gloſſ. 4.
28 numer. 19. & 29. † Et vbi non adeſt ſuperior, antiquior ex
29 ordine congregationis, vt ibi per eum, numer. 31. † Idem ſi nolit dare licentiam, vel nolit intereſſe ſuperior, ita Alciat. d. conſil. 364. numer. 6. & ita ſeruatur Mediolani, quia non fit ſine ſpeciali licentia Principis, & in alijs ciuitatibus abſque licentia ſpeciali Poteſtatum, & eorum interuentu.

De Sacramento Conſiliariorum Communis Mediolani. Cap. IIII.

a CONſiliarij, qui pro temporibus erunt, teneantur, & debeant iurare ad ſancta Dei Euangelia, corporaliter tactis ſcripturis, coram illis ſapientibus, qui ſuper hoc deputabuntur. Quod boni, & legales erunt Domino Mediolani, patriæ ſuæ, & Communi bono. Et, quod obedient præfibato Domino Mediolani, & Poteſtatis in licitis, & honeſtis. Et, quod præſtabunt conſilium licitum, iuſtum, bonum, legale, & vtile, ſecundum eorum credere, pro præfibato Domino, & pro patria eorum conſiliariorum. Et, quod non tacebunt, quæ crediderint fore iuſta, bona, & vtilia pro præfibato Domino Mediolani, & patria prædicta, ſi ab alijs cōſulta non fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Conſilij vocantur Curiales, & Decuriones, & num. 2.*

a CONſiliarij] † Sic etiam appellantur ab Alberico in
1 ſuo tractat. Statut. libr. 1. q. 4. numer. 3. † Appellan-
2 tur etiam curiales, & decuriones, vt notatum ſupra, cap. 1. in ver. Eligantur duodecim, & not. Napod. ad conſuetud. Neapol. tit. 12. in Rubrica Conrad. Laud. d. c. 10. De Decurion. nu. 1. 2. 3.

Quod Iuriſperiti, & Milites, & certi alij, ſint de conſilio, ipſo iure. Cap. V.

IVriſperiti Collegij Iudicum Mediolani, a & milites adoptati b ſint, ipſo iure, c de conſilio maiori Communis Mediolani, abſque alia exceptione, & intelligantur vltra prædictum numerum noningentorum. Idem habeat locum in Notarijs, ſeu gubernatoribus Statutorum Communis Mediolani.

a ET Milites adoptati] Qui ſint hoc hodierno tempore non cauetur.

b Sint ipſo iure] Abſque aliqua alia actione, & miniſterio Principis, prout de hoc verbo cauetur ſupra, c. 1. in verbo, Ipſo facto, vol. 1. Statutorum.

c De conſilio] Hoc non ſeruatur poſtquam numerus fuit redactus ad Sexaginta.

RVBRICA GENERALIS de poteſtate, & eius Curia, Officio.

De electione Domini Poteſtatis, & eius ſalario. Cap. VI.

POteſtas Mediolani, a qui pro tempore deputabitur, habeat, & habere debeat pro ſuo ſalario, libras duas mille quatuor centum Imperialium monetæ Mediolani, pro ſingulo anno, eidem ſoluendas integre, b per Ducalem Theſaurarium generalem Mediolani, ſingulis tribus menſibus ad ratam prædicti ſalarij, ſine aliqua dilatione, & omni prorſus, & abſque aliqua retentione ipſius ſalarij. Saluo, quod per dictum Theſaurarium retineatur in vltimis tribus menſibus ſalarium ipſorum trium menſium, & hoc, donec fuerit perfectus, & completus ſyndicatus ipſius Poteſtatis, & Officialium ſuorum, quod ſalarium eidem detur, poſtquam fuerit abſolutus per ſyndicatores, vel poſtquam de condemnatione, vel condemnationibus, de eo, c vel de aliquo de eius familia, facta, vel factis, ſatisfactum fuerit Communi Mediolani, vel illi, vel illis, qui habere debuerint. Qui Poteſtas teneatur ſecum habere d quatuor Iudices legum Doctores, bonos, idoneos, & legales, habentes conditiones de quibus infraſcripto proxime Statuto, fit mentio, videlicet, Vicarium, & alium Iudicem, ad ſignum equi, alium ad ſignum galli, & Ducalem Iudicem per Præfibatum Dominum Mediolani, ſeu per eius Sacrum cōſilium deputandum. Tres milites, & duos coneſtabiles. e Quibus omnibus quatuor Iudicibus, cum vno ſcutifero pro ſingulo, & dictis militibus, & coneſtabilibus, teneatur ipſe Poteſtas facere expenſas cibi, & potus, honorificas, in habitatione ſua propria, & ad menſam propriam, reſpectu Iudicum, nec poſſit, nec ei liceat, quouis modo conuenire cum ipſis Iudicibus, militibus, & coneſtabilibus, nec cum aliquo ipſorum, pro ipſis expenſis faciendis, per ſe ipſos, extra habitationem ſuā, ſub pœna retentionis ſalarij duorum menſium, in quam incurrat ipſo iure, & facto, quo contrafactum fuerit, abſque alia condemnatione, ſibi retinenda, non expectato ſyndicatu. Et teneantur ipſi quatuor Iudices, & quilibet ipſorum, ſtare in camera cum Poteſtate, & alibi, vbicunque fuerit neceſſe f pro rebus concernentibus officium ſuum, inter eos conferendis, & ſtare temporibus debitis, ad cauſas audiendas, & tenendas, ad loca conſueta, & eis aſſignata in broleto, ſeu palatio Communis Mediolani. Ex quibus Iudicibus, duo habeant ſupereſſe ad maleficia inquirenda, videlicet Iudex ipſe Ducalis deputandus, vt ſupra & Iudex ad ſignum equi, poſitus, ſecundum quod in Statutis Communis Mediolani, ſuper maleficiis inquirendis, & Decretis Ducalibus cōtinetur. Et Iudex ad ſignum galli, etiam in cauſis damnorum datorum, & vectorum. Et ſi contigerit aliquem, ex dictis Iudicibus, ſe abſentare, vel infirmum eſſe, vel aliqua iuſta cauſa impeditum, quod alius ex ipſis Iudicibus, g poſſit ſupplere vices alterius, iuxta ſubrogationem in actis faciendam, de ipſis, vel altero ipſorum, per ipſum Poteſtatē, vel illum Iudicem, qui fuerit impeditus aliqua ex cauſis ſupradictis, & aliter non poſſit aliquis ex dictis Iudicibus ſe intromittere de officio alterius eorū, niſi ex iuſta cauſa, prout ſupra dictum eſt. Et ſi contrafactum fuerit, non valeat, nec teneat illud, quod factum fuerit, vltra ſuum officium, niſi prout ſupra. Et in quibus Iudicibus, militibus, & coneſtabilibus, non poſſit aliquis accipi per ipſum Poteſtatem, qui ſit expulſus, bannitus, vel confinatus de terra ſua. Qui Poteſtas teneatur etiam ſecum ducere, & tenere pro toto tempore ſui officij domicellos ſex, & ſcutiferos duos honorifice indutos eodem habitu, equos ſex, famulos duos à ſtalla, coquum vnum, & ſecum vnum, & prædictos omnes, ad ſuas expenſas proprias. Et vlterius teneatur ſecum habere, & tenere h barruerios triginta ſex pro exequutionibus faciendis. Qui barruerij non poſſint pro ipſis exequutionibus, quæ per eos fieri contingent accipere, niſi ſecundum ordines comprehenſos in Statutis Mediolani, & decretis Ducalibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis galli, equi per quem eligantur in ciuitate Mediolani, & quam iuriſdictionem habeant.*

2 *Vicarius Prætorius quam iuriſdictionem habeat, vſque ad numerum 6.*

a QVi pro tempore deputabitur] Hi ſingulo biennio eliguntur à Principe, prout cæteri officiales regulantur.

b Per Ducalem Theſaurarium generalem] Hic dicitur Theſaurarius generalis ſtatus, qui eligitur à Duce Mediolani ad formam nouarum conſtit. titu. de Theſaurario generali.

c Vel de aliquo de eius familia] Qualiter Poteſtas teneatur pro eius familia, & quando, late notatum infra, capit. 37. Poteſtas.

d Quatuor Iudices] † Hodie tantum duo creantur, alter
1 ad ſignum galli, alter ad ſignum equi, & vnus Vicarius, & ſic minuitur Iudex Ducalis, cum alij duo Iudices ſuppleant eius officium. Hi autem duo Iudices hodie non eliguntur per D. Poteſtatem, ſed per Principem, ſicut ipſe Poteſtas. Vicarius autem eligitur ad formam Statuti infra, c. 12. Proponantur, ſed non cum qualitatibus ibi notatis, vt ibi dicetur, & hoc in hac ciuitate noſtra Mediolani. In alijs autem ciuita-

Digitized by Google

ciuitatibus, Cremonæ ſcilicet, & Papæ, vbi Vicarij eligun-
tur, & eos hodie creant Senatores Prætores per tempora, &
hoc tam Iudices, quam Vicarios Cur. autem ex hoc Statu-
to, & alijs, aſſeſſorum electio tribuatur Poteſtati, not. Me-
noch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 253. numer. 4. & 5. quia
non poterunt dein ſe excuſare ſi de eorum conſilio ſenten-
tiam ferant.

e Quibus omnibus quatuor] Hoc vſque ad finem Statuti
non ſeruatur, cum amplius non eligantur à Poteſtate, ſed à
Principe, vt ſupra notatum.

f Pro omnibus concernentibus officium ſuum] Iudices
duo galli, & equi habent iuriſdictionem omnimodam in
ciuilibus iudicandi, in criminalibus autem re participata in
curia, & relatis referendis in Senatu ad formam nouarum
2 conſtitutionum. † Vicarius autem quilibet regulariter non
habet aliquam iuriſdictionem, nec in ciuilibus, nec in cri-
minalibus iudicandi, licet habeat cognoſcendi, vt not Boſſ.
ſua praxi crimi. tit. de ſenten. num. 21. Idem ſentit Menoch.
3 tract. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 253. num. 4 & 5. † Propter
autem abſentiam, vel mortem Officialium, poſſunt cogno-
ſcere vti delegati à Principe, & non aliter, declarando, vt
late per Boſſ. d. num. 21. ad fin. & 22. & nu. 24. Clar. ſua praxi
crim. §. fi. quæſt. 40. verſic. Aut vero loquimur, idem Bona-
coſſa ſuis Communibus criminal. in verb. Vicarius Præto-
rius. Menoch. dict. tracta. arbitr. lib. 1. queſtio. 54. numer. 5.
4 † Et vbi poteſt cognoſcere in cauſis criminalibus, non po-
teſt imponere pœnam vltimi ſupplicij, Iul. Clar. ſuis com-
munib. in verb. Vicarius Prætor. Verum Mediolani Vica-
rius Prætorius in ciuilibus habet iuriſdictionem ordinariã,
& per ſe iudicandi in dictis cauſis, idem in ciuitate Cremo-
næ, & Papiæ.

g Poſſit ſupplere vices alterius] † Hi dicuntur locum
5 tenentes, qui valide poſſunt expedire acta, etiam in præ-
ſentia Iudicum principalium, quando vna die abſunt, &
altera ſunt præſentes, declarando, vt per Marſilium, Sing.
6 671. † Poteſtas volens ſeruire per ſubſtitutum, debet
eligere æque idoneum, ita Corſet. ſuo Singula. in verbo,
Subſtituti.

h Barruerios triginta ſex] Hodie ex ſe Poteſtas eligit col-
lateralem qui dein barruerios ſibi eligit.

DE EODEM.
Cap. VII.

POteſtas Mediolani *a* poſſit tenere canapam, & vendi facere vinum ad minutum iuxta ſolitum, & ad locum conſuetum, & emolumentum, quod ex prædicta canepa percipi continget, ſit ſuum proprium, vltra prædictum ſalarium librarum duarum millium quatuorcentum, de quo in proxime præcedenti Statuto fit mentio.

a POſſit tenere canepam] Hoc die ſublatum, quia Regius fiſcus nunc locat canepam. Ideo auctum ſalarium Domino Poteſtati.

DE EODEM.
Cap. VIII.

POteſtas Mediolani *a* pro prima iuſtitia tantum, quæ per eum fieri continget, *b* habeat, & habere debeat libras centum Imperialium à Communis Mediolani, ſeu à Vicario, & duodecim prouiſionum Mediolani.

a PRo prima iuſtitia] Quando quis morte naturali poni-
b nitur ob eius delictum.

Habeat, & habere debeat librarum centum] Hoc ſeruatur.

DE EODEM.
Cap. VIIII.

POteſtas Mediolani, vltra prædicta, *a* non poſſit aliquid accipere *b* pro concernentibus eius officium, & exercitium iuriſdictionis ſuæ, vltra ſalarium ſuum, & vltra prædicta ſuperius recitata *c* directe, nec per indirectum, nec alio quouiſmodo, ſub pœna quadrupli eius quod acceperit, vel quouiſmodo habuerit, vltra pœnas contentas in decretis Ducalibus, cuius pœnæ medietas applicetur *d* ipſo iure, & facto, Ducali cameræ, & altera medietas Accuſatori, & quilibet poſſit accuſare, & credatur eidem cum ſacramẽto, & vno teſte fide digno. Pariter poſſit accuſari de conuentione expenſarum per eum faciendarum Iudicibus, & alijs comprehenſis in præſentibus Statutis, quæ fierent cõtra formam præſentium Statutorum. Et pœna pro quarta parte applicetur accuſatori, & pro alijs tribus partibus Ducali cameræ, & pro dictis pœnis applicandis, vt ſupra, fiat retentio ſuper eius ſalario per Ducalem Theſaurarium Mediolani. Et ſi maior eſſet pœna, cogatur ipſe Prætor ſoluere ſupra plus, & ſolutio ipſi accuſatori fiat pro parte ſibi tãgente, vt ſupra, ſine aliqua exceptione, & dilatione, per dictum Ducalem Theſaurarium facienda. Et pro præmiſſis exequendis Vicarius prouiſionum, & duo doctores de Collegio, qui pro temporibus erũt ibidem deputati, & quilibet eorum *e* inſolidum, ſint Iudices competentes, & intelligantur ad hoc ſpecialiter delegati.

SVMMARIVM.

1 *Prætor Mediolani nihil poteſt capere etiam à ſponte dantibus etiam quod detur vxori, num 2.*
3 *Inſolidum quid releuet.*

a NOn poſſit aliquid accipere] † Nec etiam à ſponte
1 dantibus, vt not. Bar. in l. Inuitus, §. Quinque, cum
gloſſ. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. 1. col. 2. nu. 17. & 18. C. de legib.
& late notatũ in nouis conſtitut. tit. de ſportulis, in his ver-
bis, & infra c. 44. Poteſtas.

b Pro concernentibus eius officium] Hoc ſeruatur in cri-
minalibus, in ciuilibus conſuetudo eſt, quod accipiat ſpor-
tulas.

c Directe, nec per indirectum] † Veluti ſi dentur vxori,
2 vel alteri ea domo, vt not. Affl. in conſtit. regni, Rubr. 52. Vt
iuſticiarij, nu. 4. lib. 1.

d Ipſo iure & facto] Abſq; aliqua Iudicis ſententia, de-
clarando vt late notatum ſupra, c. 1. in verbo, Ipſo facto.

e Inſolidum] † Quid releuet hoc verbum, Inſolidum,
3 not. Speculat. tit. de empt. & vendit. §. 1. num. 58. verſic. Hoc
tamen actu.

DE EODEM.
Cap. X.

TEneatur Poteſtas Mediolani temporibus nundinarum, quę fient in ciuitate Mediolani, videlicet, in nundinis Diui Ambroſij Protectoris huius almæ vrbis Mediolani, Sancti Laurentij, & Sancti Bartholomæi, & etiam alijs temporibus, ſi contingat fieri alias nundinas in ipſa vrbe, & etiã in vigilia Sancti Petri Martyris, ad hoc, vt ipſis temporibus occuratur ſcandalis, quæ ibidem committi poſſent, *a* ire cum ſua familia armata, & cum vexillis ſuis ad dictas nundinas, & ibi moram trahere per aliquod ſpatium temporis, ſaltẽ in mane, & ſic facere ſingulis diebus, quibus durabunt nundinæ, & ipſo recedente, teneatur dimittere ibidem ad minus medietatem familiæ ſuæ, & teneatur etiam viſitare ipſas nundinas ſæpius in die, & in nocte dictæ vigiliæ Sancti Petri Martyris, adueniente feſto dimittere maiorem partem dictæ eius familiæ cum duobus ſaltem ex militibus, & coneſtabilibus, qui ibi per totam noctem morari habeant. Et hoc ſub pęna ſupraſcripta applicanda, vt ſupra, & vt ſupra, & accuſari poſſit, vt ſupra.

a IRe cum familia armata] Hoc non ſeruatur cum etiam nundinæ abierint in deſuetudinem.

DE EODEM.
Cap. XI.

POteſtas Mediolani, temporibus, *a* quibus habebit facere monſtram familiæ ſuæ, & equorum, non poſſit aliquo modo, accipere incommodatum aliquem, nec aliquos equos, nec aliquem famulum, nec domicellum, nec ſcutiferum, nec militem, nec coneſtabilem, nec barruerium. Et hoc ſub pœna ſalarij vnius menſis, in quam incurrat ipſo iure, & facto, vt ſupra, ac exigenda, & applicanda, prout dictum eſt reſpectu conuentionum, quæ fierent pro expenſis, vt ſupra, & accuſari poſſit, vt ſupra, & pœna applicetur, vt ſupra.

a QVibus habebit facere monſtram] Hæc omnia ſublata.

D:

Digitized by Google

De electione Vicarij, & aliorum Iudicum, & eorum Salario. Cap. XII.

PRæponatur per Dominos Doctores Collegij Iudicum Mediolani, per duos menſes ante introitum Poteſtatis Mediolani, *a* quatuor Doctores, *b* qui ad minus per ſex annos ante facti ſint Doctores, *c* & ſe exercuerint in aliquo officio, in aliqua digna ciuitate Lombardiæ, vel alterius Prouinciæ Italiæ, prælibato Domino, *d* vel eius ſacro Senatui Mediolani, de quibus Doctoribus, & quolibet ipſorũ, *e* recipiantur informationes à præfatis Doctoribus Collegij Mediolani, & aliunde, à quocunque, prout placuerit prælibato Domino, vel præfato eius ſacri Senatui, quibus receptis, eligatur ille, ex dictis quatuor Doctoribus in Vicarium, qui magis idoneus, legalis, & expertus, videbitur prælibato Domino, aut præfato Senatui. Nec aliter poſſit aliquis eſſe Vicarius Poteſtatis Mediolani, *f* niſi concurrentibus conditionibus ſuprascriptis & teneatur Poteſtas *g* Vicarium ſic electum acceptare. Et teneatur Poteſtas pro eo Vicario, in ſyndicatu, prout pro alijs eius officialibus tenetur. Et facta electione de eo Vicario, vt ſupra, detur notitia ipſi Poteſtati de tali electione, prout videbitur prælibato Domino, aut dicto eius Senatui. Qui Vicarius teneatur idonee fideiubere Poteſtati, de releuando ipſum Poteſtatem indemnem, reſpectu eorum, quæ fierent, & committerentur per ipſum Vicarium in eius officio.

a QVatuor Doctores] Qui tamen non ſint de Collegio Mediolani, & ita practicatur.

b Qui ad minus per ſex annos] Hoc non ſeruatur.

c Et ſe exercuerint in aliquo officio] Hoc pariter non obſeruatur.

d Vel eius ſacro Senatui] Hoc practicatur, vt à Senatu eligatur vnus ex quatuor nominatis per Collegium.

e Recipiantur informationes] Plures nominantur conuocato de more Collegio, & collectis ſuffragijs ſecretis, quatuor, qui habent frequentiora calcula eliguntur, & hi tranſmittuntur Senatui.

f Niſi concurrentibus conditionibus ſuprascriptis] Hoc non ſeruatur reſpectu Doctoratus, vel exercitij officij.

g Vicarium ſic electum acceptare] † De iure ciuili ordinarij Iudices poſſunt ſibi eligere Vicarios, per quos in præſentia eorum cauſæ expediantur, non autẽ eos poſſunt tranſmittere per Prouinciam, vel loca ſibi ſubdita, & eos poſſunt ad eorum libitum reuocare, ita not. Cotta ſuis memorab. in verb. Iudices ordinarij.

DE EODEM. Cap. XIII.

VIcarius Poteſtatis Mediolani electus, modo ſuprascripto, *a* habeat ſingulo menſe libras triginta duas Imperialium monetæ Mediolani, à Ducali camera, & eidẽ perſoluatur ſalarium ſuum integrum per Ducalem Theſaurarium Mediolani, ſingulis tribus menſibus, ſine dilatione aliqua, & abſque vlla prorſus retentione, & habeat ipſe Vicarius expenſas cibi, & potus pro ſe, & ad menſam ipſius Poteſtatis, nec poſſit ipſe Vicarius conuenire cum ipſo Poteſtate de faciendis ſibi ipſi, & ſcutifero expenſis alibi, quam ad menſam ipſius Poteſtatis, ſub pœna retentionis ſalarij vnius menſis, in quam incurrat ipſe Vicarius, ipſo iure, & facto, abſque aliqua condemnatione, retinendam, ſoluendam, & exigendam, vt ſupra, & accuſari poſſit, prout ſupra in præcedenti Statuto Poteſtatis Mediolani continetur. Et qui Vicarius, vltra ſalarium ſuum, & emolumentum andatarum ſuarum limitatum per Statuta Mediolani, & decreta Ducalia, *b* non poſſit aliquid aliud accipere directe, nec per indirectum, nec alio, quouis modo, etiam pro videndo ſcripturas, ſub pœna quadrupli eius, quod acceperit, vel quouismodo habuerit, & vlterius in omnibus, & per omnia, prout diſponitur ex Statuto proxime præcedenti, incipiente, Poteſtas Mediolani, vltra prædicta, non poſſit aliquid accipere, &c.

a HAbeat ſingulo menſe lib. 32. Imper.] Hoc non ſeruatur, quod habeant ſalarium de publico. Ideo accipiunt ſportulas licite.

b Non poſſit aliquid aliud accipere] Secus hodie, quia accipiunt ſportulas, cum non habeant ſalarium de publico.

De electione Iudicum ad ſignum equi, & ad ſignum galli. Cap. XIIII.

NOn poſſit Poteſtas Mediolani ſecum conducere, nec tenere Iudices, qui habeant iuſdicere ad ſignum equi & galli, *a* niſi ſint Doctores, per annos quatuor, ante conductionem, & exercitati in aliquo officio alibi, in aliqua ciuitate, vel loco digno. Et qui Iudices *b* habeant pro ſalario ſuo libras vigintiquatuor Imperialium monetæ Mediolani, ſingulo menſe, à Ducali camera eiſdem ſoluendas integre per Ducalem Theſaurarium Mediolani, ſingulis tribus menſibus, ſine aliqua dilatione, & ſublata omni prorſus retentione. Qui etiam habere debeant expenſas, cibi, & potus, à Poteſtate Mediolani ad eius menſam pro ſe, & vno ſcutifero pro quolibet eorum ad menſam familiæ Poteſtatis, & non poſſint aliquid accipere, nec ſe conuenire pro expenſis prout ſupra in præcedenti Statuto continetur, ſub pœnis etiam reſpectu conuentionum, ac modis, & formis, & in omnibus, & per omnia, prout diſponitur in proxime præcedenti, Statuto, & contentis in eo.

a NIſi ſint Doctores per annos quatuor, ante cõductionẽ] Hoc non ſeruatur, & eliguntur à Principe.

b Habeant pro ſalario libras vigintiquatuor] Hodie autem nullum habent ſalarium, ſed tantum ſportulas & honoraria tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

De electione & ſalario Iudicis Ducalis. Cap. XV.

ELigatur per prælibatum Dominium Mediolani, ſicut ſupra, *a* Iudex Ducalis maleficiorum, qui habeat præſidere, & iuſdicere in inquirendis, & puniendis maleficijs, ſimul cum poteſtate Mediolani, ſeu eius Iudice maleficiorum, qui Iudex habeat pro ſalario ſuo ſingulo menſe, a Ducali camera libras decemocto Imperialium monetæ Mediolani, ſoluendas integre per Ducalem Theſaurarium Mediolani, ſingulis tribus menſibus, ſine vlla prorſus retentione, nec dilatione. Item habeat libras ſex Imperialium, vt ſupra à Communi Mediolani, ſeu a Vicario, & duodecim prouiſionum Mediolani ſibi perſoluendas per ipſos Vicarium, & duodecim, ſingulo menſe, & habeat ipſe Iudex Ducalis expenſas cibi, & potus ad menſam Poteſtatis pro ſe, & vno ſcutifero, ad menſã familiæ ipſius Poteſtatis, nec poſſit cõuenire pro ipſis expẽſis alibi accipiẽdis, nec aliud accipere, ſub pœna prædicta, & in omnibus, & per omnia, prout in præcedẽtibus Statutis cõtinetur, & accuſari poſſit, prout ſupra ita tamen q; dictus Iudex Ducalis abſq; altero Iudice, quem Poteſtas ipſe tenebit, & deputabit ad dicta maleficia, & è conuerſo, Dominus Iudex Poteſtatis, abſque dicto Iudice Ducali, nequeat exercere dictum officium, ſed, quod ambo ſe intelligant, & ipſum officium pariter gerãt, & exerceant cum deliberatione ipſius Prætoris.

a IVdex Ducalis maleficiorum] Hic amplius non eligitur, ſed eius officium ſupplent alij duo Iudices.

De ſalario Militum & Coneſtabilium. Cap. XVI.

MIlites, & coneſtabiles Poteſtatis Mediolani habeant pro ſalario florenos tres, ad computum ſoldorũ triginta duorum Imperialium monetæ Mediolani, pro floreno ſingulo menſe, pro quolibet eorum, ac Ducali camera, & eiſdem ſoluantur integre per Ducalem Theſaurarium Mediolani, ſingulis tribus menſibus, ſine vlla prorſus retentione, nec dilatione, & habeant expenſas cibi, & potus à præfato Poteſtate, nec ipſi, nec aliquis eorum poſſint conuenire pro ipſis expenſis alibi accipiendis, ſub pœna vt in præcedentibus ſtatutis continetur, & non poſſint aliquid aliud accipere vltra dictum ſalarium in exercendo officio ſuo, niſi prout in ſtatutis Mediolani, & decretis Ducalibus continetur, ſub pœnis, modis, & formis comprehenſis in præſentibus Statutis, debite referendo, & in caſu cõtrafactionis poſſint accuſari, prout ſupra.

DE EODEM.
Cap. VXII.

SI contingat Poteſtatem, vel Vicarium, vel alios Iudices milites, vel conteſtabiles, vel aliquem, vel aliquos ex eis facere aliquem contractum contra diſpoſitionem prædictorum Statutorum, loquentium de Poteſtate, & eius officialibus, vltra pœnas in eiſdem Statutis comprehenſas, reddatur ipſe contractus, ipſo iure, nullus, & nullum penitus ſortiatur effectum.

a MIlites, & conteſtabiles] Hoc non ſeruatur cum amplius hi non eligantur.

De barruerijs Domini Poteſtatis Mediolani.
Cap. XVIII.

BArruerij Domini Poteſtatis Mediolani a induant ſe veſtes condecentes.

a INduant ſe veſtes condecentes] Hoc fit hodie ad eorum libitum.

De iuriſdictione Domini Poteſtas Mediolani,
Cap. XIX.

a POteſtas Mediolani, habeat b merum, c & mixtum imperium, d & plenam e iuriſdictionem in ciuitate, & Ducatu Mediolani. Saluo, & præterquam f in terris, & locis infeudatis, g vel alias ſeparatam iuriſdictioné habentibus, h vel habentibus iuriſdictionem ex ſe, vel limitatã à limitatione infraſcripta. i Reſeruato tamen decreto de maiori Magiſtratu in caſibus, in eo comprehenſis.

SVMMARIVM.

1 *Prætor Mediolani quam Poteſtatem habeat, num 2.*
3 *Merum imperium, & mixtum quod ſit, & quot modis quis dicatur illud habere, & quibus communicetur, & an ſit reuocabile, vſq; ad num. 18.*
19 *Caſtra, & ciuitates quomodo dicatur habere merum, & mixtum imperium, vſque ad num 20.*
21 *Merum imperium an competat his qui præſunt ciuitati, & ſui vniuerſitati, vſque ad num. 23.*
24 *Bannire & relegare eſt meri imperij.*
25 *Furcas erigere eſt meri imperij.*
26 *Merum imperium an cenſeatur conceſſum ſub iuriſdictione ſimplici.*
27 *Vniuerſitas, & ciuitas an dicatur habere merum, & mixtum imperium*
28 *Meri imperij gradus qui ſint.*
29 *Meri imperij an ſit carcerare, vel carceribus mancipatus tenere.*
30 *Merum imperium an poſſit præſcribi, & nu. 31.*
32 *Meri & mixti imperij appellatione quid veniat.*
33 *Merum imperium quando cenſeatur conceſſum, vſque ad numum 35.*
36 *Iuriſdictio quid ſit quo iure inuiſa, & quomodo probetur, vſque ad num. 41.*
42 *Conceſſa iuriſdictione, & mero imperio an cenſeatur conceſſum mixtum, & nu 43.*
44 *Iuriſdictio omnis an pendeat à Papa, vel Imperatore, & per quem poſſit conferri, vſq, ad nu. 46.*
47 *Vniuerſitas triplex eſt.*
48 *Iuriſdictio quomodo dicatur eſſe in territorio, & in mari, & numer 49.*
50 *Iuriſdictio an poſſit eſſe ſine coertione.*
51 *Iuriſdictionis fructus quales ſint.*
52 *Iuriſdictionem vſurpans qua pœna puniatur.*
53 *Iuriſdictio tribuit dignitatem.*
54 *Iuriſdictionem in territorio an habeat quis ſine proprietate territorij.*
55 *Iuriſdictio eſt diuiſibilis quomodo tamen diuidatur, numer. 56. & 57.*
58 *Iuriſdictio contentioſa an poſſit exerceri extra territorium.*
59 *Subditi an poſſint prorogare iuriſdictionem in præiudicium Domini.*
60 *Iuriſdictio voluntaria exercetur extra territorium inter ſubditos.*
61 *Iuriſdictionis fines quomodo probentur, & quomodo amittantur, vſq; ad num. 63.*
64 *Iuriſdictio in homines per quos actus probetur.*
65 *Iuriſdictione conceſſa cum mero, & mixto imperio an cenſeatur, conceſſa cognitio cauſarum ciuilium, & criminalium, ac appellationum.*
66 *Iuriſdictionis poſſeſſio an acquiratur vnico actu, nu. 67. & 68.*
69 *Iuriſdictio ordinaria non cenſetur conceſſa niſi appareat inſtrumentum, vel ſcriptura.*
70 *Iuriſdictio conceſſa per Principem an expirat per mortem ipſius, vſque ad num. 72.*
73 *Iuriſdictio taxatiua conceſſa an impediat alios Iudices cognoſcere, vſque ad num 75.*
76 *Iuriſdictio maioris Magiſtratus quando, & an cenſeatur ſublata.*

a POteſtas habeat] † Poteſtas ſolum habet poteſtatẽ,
1 & iuriſdictionem eatenus quatenus à Statutis tribui-
tur eis, Ita Dec. conſi. 5. in prin. Soc. ſen. conſ. 27 num. 19.
2 vol. 2. † Poteſtas & iuriſdictio tributa Poteſtati quod cẽ-
ſeatur tributa eius aſſeſſoribus, & officialibus, not. gl. in §.
ſed ſi teſtamento, in ver. Partes, Inſti. de ſatiſd. tut. Contra-
rium autem ſentire videtur Bald. l. 1. col. 1. nu. 4. verſ. Vnde
per hanc, ca. Si Rector Prouinciæ.
b Merum] † Merum imperium, & mixtum quod ſit, late
3 not. Scribentes in l. Imperium. ff. De iuriſdictio. omniũ Iu-
dic. & merum imperium dicitur iuriſdictio ſuprema reſi-
dens in perſona Principis, ita Afflict. in conſtitut. regni, Ru-
4 br 47. Quod nullus Prælatus, nu. 15. lib. 1. † Quod qui-
dem inhæret oſſibus Principis, vt ab eo auelli non poſſit, vt
5 ibi per eum, nume. 21. † Et merum imperium eſt exercen-
di cauſas criminales, mixtum autem ciuiles, vt per Foller.
ſua praxi crimina. 1. par 2. partis, verſi. Audiantur excuſa-
6 tores, numer. 171. verſic. Et ad hoc benefacit † Merum &
mixtum imperium, quis dicitur habere tribus modis prin-
cipaliter. Primo eſt, quando merum, & mixtum imperium
habetur iure proprio: vt Imperator, poſtquam populus Ro
manus omne imperium, & poteſtatem in illum tranſtulit,
l. 1. C. De conſtit. Princ. §. Sed & quod Principi, Inſtitut.
De iure naturali, l. 2. §. Nouiſſime, ff. De origine iuris. Bar.
7 & alij in l. Imperium, ff. De iuriſdictio. omn. Iudic. † Et
illud Imperium dicitur ſupremum, & altum; nec illud po-
teſt a ſe abdicare quis, Aret. & poſt eum Feli. in cap. nouit.
8 De iudicijs. † Hoc imperium fuit poſtea per Imperatores
pluribus communicatum, cum ipſe adminiſtrationi ſufficе-
re non poſſet, quod primo factum fuit in Magiſtratibus, l. ſi
in aliquã, in fi. cũ l. ſeq. De off. Procõſ. l. 4. de off. Præſid. Sed
9 tamẽ reuocabile imperium illud eſt. † Poſtea vero eadem ra-
tione fuit irreuocabiliter communicatum pluribus, proue
Regibus, Principibus, Marchionibus, & Comitibus, quibus
merum, & mixtum imperium fuit conceſſum, vt in tit. Quis
10 dicatur Dux, vel Marchio, cum ſimilibus locis. † Ab aliis
etiam fuit vſurpatum, ſiue præſcriptione immemorabili
præſcriptum, prout Ciuitates Lombardiæ, de quibus in tit.
de Pace Conſtantiæ, vbi Bald. in fine, in verbo, Per tri-
11 ginta annos, Bart. in d. l Imperium. † Secundus eſt modus
habendi imperium non iure Domini, ſed adminiſtrationis,
vt Magiſtratus, atque ita potius dicuntur hi habere exerci-
tium imperii, quam Imperium l. 1. ff. De officio eius, ibi.
12 † Et ideo videntur errare Magiſtratus, cum publici iudicii
habeant tãtum exercitationẽ l. Sæcularii, §. ſunt præter. ff.
De extordinariis criminib⁹. Et hæc eſt cõis opinio, vt inquit
Alcia. in d. l. Imperium, nume. 80. cum ſeq. licet Azo tene-
ret contrarium, quod inmo tales Iudices proprie dicerentur
habere imperium, fuit tamen contra eius opinionem iudi-
catum ad fauorem Lotharii Gloſſatoris, vnde Azo amiſit
equum, quem ſpoponderat, vt inquit idem Azo, in ſua ſum
ma C. De iuriſdictio. omn. Iud. quem refert Alciat. in d. l.
13 Imperium, num. 89. † Et hac ratione videmus, quod hu-
iuſmodi officiales poſſunt per Principem ad beneplacitum
reuocari, Dec. d. capi. nouit, nume. 14. Boſſ. in titu. de regal.
14 num. 34. † Tertio modo, habetur imperium non iure pro-
prio, nec adminiſtrationis, ſed potius iure cuiuſdam an-
nexitatis, quæ potius dicitur paſſiua iuriſdictio, hoc modo
Magiſtratus præfectus adminiſtrationi cuſtodiæ, tunc ſolũ
habebat Imperium de iure communi, ſi præficiebatur Pro-
uinciæ, l. Illicitas. §. qui vniuerſas, ff. De off. præſid. l. ſi in
15 aliquam, in fine, ff. De off. proconſ. † Si autem præficie-
batur ſolum ciuitati, non habebat merum imperium, ſed
ſolum iuriſdictionem l. Defenſores la ſeconda, ff. de de-
fenſ. ciuit. §. Iuſiurandum, cum glo. in verbo, Iuriſdictio-
ne Auth. eodem tit. Bart. in d. l. Imperium, nume. 7. Cagno.
16 nu. 165. † Verum cum hodie ciuitates locum Prouinciæ
teneant,

Digitized by Google

teneant, Glo. in l. fina. C. de præſcriptio. long tempo. Tales
Magiſtratus habebunt merum imperium, idque ſine diffi-
17 cultate tranſit in omnibus Ciuitatibus Lombardiæ. † In
Caſtris vero ſi eſſent ciuitatibus ſubdita, eorum officiales
imperium aliquod non haberent, vt Bartol. inquit d. loco,
18 quem poſt alios ſequitur Cagno. nume. 174. † Quod au-
tem dictum eſt de Caſtris non habet locum ſi per Principé
illis fuiſſet conceſſum merum imperium, vel ſi fuiſſent ſepa-
rata a ciuitatibus, quibus ſuberant. Bart. in conſi. 189. Pri-
19 mo quæritur, libr. 1. Dec. in d. l. Imperium, numero 37. †
Et illud imperium dicitur caſtro annecti, non ipſis homini-
bus iure ſuo concedi, vt videre eſt in Bartol. d. conſi. 189. Sic
Lucas de Penna in l. 1. col. antepen. circa finem, C. de priui-
leg. Schola libr. 12. dicit quod Dominus Imperium anne-
ctit aliquando caſtro, aliquando exercet Imperium in ca-
ſtro, ſed tanquam ſeparatum, & tamen præſuppoſuit, quod
imperium non ſit apud caſtrum, ſed apud ipſum Dominum
idem ſequitur Capit. in cap. Imperialem, nunc. Scruba, ful.
48. verſ. octaua concluſ. ſic Alciat. in d. l. Imperium, num.
20 107. inquit, † quod cum Ciuitas Papiæ ſit Comes ex Pri
uilegio Federici, vt inquit Bal. in capit. 1. de natura feudi,
quod Princeps illius Ciuitatis habebit merum imperium,
idque apertius dixit Dec. in d. l. Imperium, num. 36. ver. Sed
aduertendum, vbi inquit, quod Ciuitas poteſt ſubeſſe Prin-
cipi, & habere imperium, ex quibus ceſſat admiratio Ca-
gnoli, in d. l. Imperium, num. 181. vbi inquit, fieri non poſ-
ſe, vt imperium ſit apud caſtrum, & apud dominum, nã Ca-
ſtrum non habet imperium iure dominij, ſed quaſi, ſed co-
hærens, ſic videmus in Burgis Variſij, Leuci, & alijs locis, de
quibus in Statuto infra cap. 96. Iusdicentes, quæ licet dicã-
tur habere merum, & mixtum imperium, hoc tamen eo tan-
tum reſpectu intelligitur, vt eorum Prętores poſſint ius di-
cere in omnibus cauſis, non vt ipſæ Communitates Impe-
rium habeant, & ideo videmus, quod Princeps ipſe proui-
det, & de actuarijs, & de alijs officialibus, recipitque omnia
21 emolumenta iuriſdictionalia. † Merum autem imperium
competit his qui præſunt Vniuerſitati, non autem rei certę,
22 Ita Bart. & Scriben. in d. l. Imperium. † Poteſtates noſtri
temporis verum habeant merum, & mixtum imperium, di-
23 ſcutit Iaſ. in d. l. Imperium, numer. 19. † Ciuitates an ha-
beant merum, & mixtum imperium, not. Marſ. in trac. ban-
24 nit. in verbo, Ciuitate, num. 45. & 53. † Bannire autem eſt
meri imperij ad inſtar relegationis, ita Marſ. in d. verbo, Ci
25 uitate, numer. 54. † Furcarum erectio eſt meri imperij, vt
not. Gigas, trac. de crimine Læſæ Maieſtatis, in princ. quæſt.
41. per totum, Gallin. tract. de verbo. ſignific. lib. 1. cap. 3.
26 num. 2. & 5. ampliando, num. 6. † Merum imperium non
cenſetur conceſſum conceſſa iuriſdictione ſimpliciter, niſi
hoc ſit dictum, ita not. Afflict. in conſtit. regni, Rub. 47.
Quod nullus, nu. 23. lib. 1. Idem not. in lib. 9. in verb. Iu-
riſdictione alicui conceſſa, Laur. Kirchou. ſuis conclu. cent.
2. conclu. 99. Iuriſdictionem, licet contrarium teneat Pariſ.
27 conſi. 9. nu. 15. vol. 1. † Vniuerſitas quælibet, & Ciuitas an
habeant merum, & mixtum imperium, diſcutit Practic. in
forma libelli, in act. confeſ. pro ſeruit. in verb. Plena. num. 9.
28 cum addit. ibi. † Meri imperij gradus not. Iaſ. in d. l. Im-
29 perium, nu. 24. † Merum non dicitur habere imperium,
etiam quod habeat carceres, ſed tenere aliquos in carceri-
bus eſt meri imperij, Bartol. de Capua, ſuo ſing. 2. Gigas d.
30 tract. in princ. q. 35. numero 3. † Merum imperium vtrum
poſſit præſcribi, diſcutit late Iaſ. d. l. Imperium, nu. 20. cum
ſeq. Affli. d. rub. 47. num. 16. cum addit. ibi in litera B. lib. 1.
31 † Quod autem poſſit præſcribi concurrente titulo, & bona
fide, & tempore Statuto à lege, not. Pariſ. conſ. 9. nu. 21. cum
ſeq. vol. 1.

c Mixtum imperium] † Meri & mixti imperij appella-
32 tione quid veniat, not. Natta conſ. 106. nume. 26. cum ſeq.
vol. 3. late Scribentes d. l. Imperium, vbi maxime Iaſ. ff. de
iuriſd. omn. iud.

d Et plenam] † Conceſſa plena, & omni iuriſdictione nõ
33 cenſetur conceſſum merum imperium, Ita Affli. d. Rubr. 47.
nu. 22. & 25. li. 1. Cotta ſuis memorab. in verbo Iuriſdictio-
34 ne ſuper aliquo. † Vnde ſi concedatur omnimoda iuriſdi-
ctio, intelligitur conceſſa, vt genus continens merum, & mix-
tum imperium, Ita Pariſ. conſ. 9. num. 3. volum. 1. late di-
35 ſcutit Affli. ibi nu. 24. 25. & 26. † Non tamen cenſetur ex
hoc conceſſa cognitio cauſarum appellationum, Ita Affli.
d. loco, num. 27. Couar. tract. Practic. q. c. 4. num. 6. circa fi-
nem, late Rol. à Vall. dicens communem, quicquid in con-
trarium teneant aliqui conſi. 75. nu. 9. cum ſeq. vol. 3. maxi-
me nu. 15. ad finem.

e Iuriſdictionem] † Iuriſdictio quid ſit, notat Iaſ. in d.
36 l. Imperium, nu. 31. Hieron. de Monte, tract. finium regund.
37 cap. 11. num. 1. cum ſeq. † Quod autem ea ſint introducta
38 de iure gentium, not. idem Hier. ibi num. 2. † Duplici au-
tem modo poſſe capi iuriſdictionem, notat Pariſ. d. conſ. 9.
39 nume. 1. cum ſeq. † Iuriſdictio non probatur niſi per ſcri-
40 pturam, ita Borg. deciſio. 11. num. 2. † Nec poteſt probari
per teſtes, nec per iuramentum in ſupplementum probatio-
41 nis, vt notatur d. deciſio. 11. num. 3. † Poterit tamen pro-
bari per teſtes amiſſio Scripturarum, & actorum, vt per eũ-
42 dem, ibi nu. 9. † Poterit etiam amiſſio probari per iura-
mentum, niſi adſit præſumptio in contrarium, Ita Borgnin.
43 deciſio. 14. num. 31. † Conceſſa iuriſdictione, ac mero im-
perio an cenſeatur conceſſum mixtum imperium diſcutit la
te Camill. Galli. tracta. de verb. ſignifi. lib. 9. cap. 25. nu. 1.
44 cum ſeq. † Iuriſdictio omnis dependet à Papa, vel Impe-
45 ratore, vt tradit idem Hiero. de Monte, d. cap. 11. n. 2. † Sed
originaliter eſt in Papa, & ſolum exercitium temporalis iu-
46 riſdictionis eſt in Imperatore, vt d. cap. 11. nu. 5. † Ideo iu-
riſdictio hæc non poteſt conferri per priuatum, vt not. Me-
47 noc. conſ. 80. nu. 21. vol. 2. † Iuriſdictionis Vniuerſitas tri-
plex eſt, ſcilicet Prouinciarum, Ciuitatum, & Caſtrorum,
48 vt notat idem Hier. ibi nu. 7. † Iuriſdictio ineſt territorio
tanquam in re inanimata, & in magiſtratu, tanquam in ſu-
biecto animato, Ita idem Hieronymus de Monte d. cap. 11.
49 nu. 18. Menoch. conſil. 147. num. 18. volumine 2. † Et ſicut
ineſt territorio, ita etiam eſt in mari territorio adiacenti, vt
50 idem Hier. ibi, nu. 20. † Iuriſdictio dici non poteſt ſi caret
51 coertione, Ita Menoch. conſ. 189. nu. 16. vol. 1. † Iuriſdi-
ctionis fructus eſt electio, & adminiſtratio, ita not. idem
52 Menoch. conſi. 180. nume. 12. volum. 2. † Iuriſdictionem
vſurpans non habens qua pœna puniatur de Iure commu-
ni, notat Affli. in conſt. regni, d. prohib. official. Rub. 40. n. 3.
53 & 6. lib. 1. † Iuriſdictio tribuit dignitatem, vt not. Menoc.
54 coſ. 128. n. 9. vol. 2. † Iuriſdictionem quis poteſt habere in
territorio, licet alter habeat proprietatem, vt per Hiero. d.
55 cap. 11. num. 17. † Iuriſdictio licet ex ſe indiuiſibilis, ta-
men eius exercitium eſt diuiſibile, ita firmat idem Hieron.
56 ibi, num. 8. † Poteſt etiam diuidi reſpectu territorij, cui co-
57 hæret, vt ibi, nu. 9. † Et licet ſit apud plures inſolidum,
tamen poteſt diuidi per partes, vt notat ibi Idem Hier. nu.
58 15. † Iuriſdictio contentioſa non poteſt exerceri extra
territorium, niſi de partium conſenſu, & Iudicis illius terri-
59 torii, ita not. Rom. Sing. 50. † Nec ſubditi alicuius territo-
rij poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis alterius terri-
torij ſine eorum Domini conſenſu, not. Hier. de Monte trac.
60 finium regund. d. cap. 11. nu. 17. † Iuriſdictio autem vo-
luntaria poteſt exerceri extra territorium inter ſubditos,
ita not. Didac. Couar. tract. de teſtam. 2. partis, c. 8. §. 8. n.
61 15. † Iuriſdictio, & iuriſdictionis confines probantur per
teſtes etiam ſingulares, & per coniecturas, ita not. Idẽ Hier.
d. tract. cap. 52. num. 1. late diſcutit Menoch. conſi. 147. per
62 totum, vol. 2. † Et vbi quis in finibus non vtatur ea ſpatio
annorum 30. amittitur, ita Menoch. dict. conſi. 147. nu. 43.
63 † Sicut acquiritur per annos decem, & vſu dicto tempore,
64 ita Pariſ. conſi. 8. num. 2. vol. 1. † Iuriſdictio in homines
alicuius loci per quæ, & quos actus probetur, not. Iaſ. conſi.
65 166. num. 1. & 2. volum. 4. † Iuriſdictio, cum mero, &
mixto imperio conceſſa, cenſetur conceſſa cognitio cauſa-
rum ciuilium, ac criminalium, & conſequenter appellatio-
num, ita Pariſ. d. conſi. 8. nu. 10. cum ſeq. maxime, nume. 35.
Contrarium tenet Couar. tract. pract. quæſt. cap. 4. nume. 6.
etiam ſi ſit conceſſa omnimoda Iuriſdictio, vt ibi per eum,
66 Idem Rolan. à Valle conſi. 75. nume. 9. cum ſeq. vol. 3. †
Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio ex vnico actu acquiritur alio
non poſſidente, vt not. Hieron. de Monte d. tract. cap. 78. n.
1. Vant. tract. nullit. tit. Quibus mod. ſentẽtia defectu poſ-
ſeſſ. reparar. poſſit, num. 40. & 41. Tiraq. tract. primog. q. 37.
67 num. 2. Pariſ. conſi. 8. num. 23. vol. 1. † Et per exercitium
iuriſdictionis in vno capitulo, etiam in cæteris maioribus
eiuſdem generis videtur probata poſſeſſio, ita not. Foller.
ſua praxi crimina. 1. parte, 2. partis, verſi. Audiantur excu-
68 ſatores, num. 120. verſ. Item dicebam. † Tamen ex aliquo
actu non acquiritur poſſeſſio iuriſdictionis, niſi adſie ſcien-
tia aduerſarij vbi adſit. ita not. Menoch. conſ. 147. n. 55.
declarando, vt per eum, nu. 57. & 58. uol. 2. Iaſ. conſi. 146.
69 vol. 2. † Iuriſdictio ordinaria non cenſetur conceſſa, niſi
de hoc appareat inſtrumentum, & ſcriptura, ita not. Cotta
70 ſuis memorab. in verbo, Iuriſdictio ordinaria. † Iuriſdi-
ctio conceſſa per Principem ad beneplacitum morte non
extinguitur Principis, ſed requiritur eius reuocatio, ita not.
71 Menoch. tract. arbitr. lib. 1. q. 69. num. 9. † Cum Iuriſdictio
ordinaria non expiret morte eam concedentis, niſi ea cohę-
reat

Digitized by Google

reat alteri ordinariæ, ita Affl. in conſti. regni Rub. de foro
71 compe. num. 1. ad fi. lib. 1. † Iuriſdictio ſpecialiter ſi fue-
rit alicui conceſſa, in dubio cenſetur conceſſa accumulatiue
non priuatiue ad iuriſdictionem ordinariam, quam quis ha
beret, ita notat Vant. d. tract. tit. de Nullit. ex defect. Iu-
73 riſd. ordina. num. 26. † Per conceſſionem iuriſdictionis ali
cui cum taxatiua etiam vt ſolus cognoſcat, quod non cen-
ſeatur ſublata facultas aliis Iudicibus cognoſcendi in di-
ctis cauſis expreſſis in conceſſione illa, eatenus quatenus ha
beant iuriſdictionem ex aliis Statutis, vel aliter, ita not. Cot
ta ſuis memorab. ver. Solus Dictio, idem Gramniat. dec. 30.
nu. 1. cum ſequen. notat etiam Foller. d. praxi ſua Crimina.
1. parte, 2 partis, dict. verſi. Audiantur excuſatores, num. 67.
cum ſeq. Cummia in ritibus magnæ curiæ, cap. 92. num. 3.
74 & 4. Menoch. tracta. arbitr. lib. 1. q. 40. n. 3. † Fallit hoc
niſi fuiſſet data priuatiue hæc facultas cognoſcendi in cer-
75 tis cauſis alicui Iudici, vt ibi per Menoch numer. 7. † Vel
etiam ſi aliter conſtaret, quã per dictionem taxatiua, quod
vellet dare priuatiue Concedens, vt ibi per eum, nu. 8.

f In terris, & locis infeudatis] Quorum multa ſunt in Ducatu Mediolani.

g Vel aliam ſeparatam iuriſdictionem habentibus] De quibus cauetur in nouis conſti. tit. Quod Capitanei Marteſanæ, veluti in Capitaneo Seprii, Bulgariæ, Marteſanæ, & Batianæ.

h Vel habentibus iuriſdictionem per ſe, vel limitatam à limitatione infraſcripta] Vt late de his cauetur infra, ca. 96. Iuſdicentes.

i Reſeruato tamen decreto de maiori Magiſtratu] In ca-
ſibus in eo comprehenſis. Hi Caſus ſignanter explicantur
in nouis conſti. tit. de feud. c. Interdictum, vbi late diſcuſsũ
76 per nos. † Per quamcunque conceſſionem Iuriſdictionis,
etiam cum verbis taxatiuis, non cenſetur ſublata Iuriſdi-
ctio maioris Magiſtratus, ita in his terminis notat de men-
te Baldi, & aliorum, Menoch. ſuo tract. arbitr. lib. 1. q. 40.
num. 8.

De forma Sacramenti præſtandi per Dominum Poteſtatem Mediolani. Cap. XX.

DOminus Poteſtas Mediolani tempore introitus ſui regiminis, *a* teneatur iurare in formã infraſcriptam, videlicet, iuro ego Poteſtas Mediolani, ad ſancta Dei Euãgelia, manibus corporaliter tactis ſcripturis, in manibus Domini Vicarij prouiſionum, quod ſum, & ero fidelis, & amator Sanctæ Matris Eccleſiæ, & prælibati Domini Domini Ducis Mediolani, & Communis, & hominum Mediolani, & regam, & cuſtodiam, ac conſeruabo, & defendam, & manutenebo communes, & homines, & ſingulares perſonas ciuitatis, & Ducatus, & Diſtrictus Mediolani, & præcipue pupillos, viduas, orphanos, & alias miſerabiles perſonas, & eorum bona, res, & iura, toto tempore mei regiminis, bona fide, & ſine fraude, & recuperabo iuriſdictiones, honores, iura, & res pertinentes Communi Mediolani, meo poſſe, & illa, in quibus, ſeu in quorum poſſeſſione, ſeu quaſi eſt, fuit, aut eſſe debuit Commune Mediolani, iuxta formam iuriũ ipſius Communis. Et, quod pro poſſe meo, faciam, vt ipſum Commune, omnibus ſuis iuribus, integre potiatur. Et, quod nemo, ab eius iuriſdictione ſit exemptus, vel immunis. *b* Saluis tamen contentis in proxime præcedenti Statuto. *c* Et attendam, & obſeruabo omnia Statuta, ordinamenta, & reformationes Mediolani facta, & quæ fient tempore mei officij, & conſtitutiones editas contra hæreticam prauitatem, tam canonicas, quam ciuiles, & ero contentus de ſalario mihi conceſſo, nec vltra, vllo modo, vel ingenio, directe, nec per indirectum, nec per ſummiſſam perſonam petam, nec recipiam, nec procurabo aliter habere, nec recipere, & expellam, & puniam, meo poſſe, omnes bannitos maleficij, de ciuitate, & diſtrictu, ac Ducatu Mediolani, & hæreticos quibuſcunque cenſeantur nominibus. Et, quod horis deputatis, ibo, & aſcendam tribunal conſtitutum in palatio, pro iure reddendo, niſi ſtetero pro Republica, vel iuſto impedimento, impeditus. Et, quod etiam ibo ad omnes, & ſingulas oblationes ordinatas, & quæ ordinabuntur per prælibatum Dominum, Dominum Ducem, & Commune Mediolani, niſi ſtetero impeditus, vt ſupra, & dabo operam & curabo cum effectu, quod Iudices, & Notarij mei ibunt bis in die, videlicet, in mane, & in ſero, horis deputatis, ad tribunalia eis deputata, pro ſuis officijs exercendis, & faciendis, niſi ſteterint pro republica, vel alia iuſta cauſa impediti. Et, quod ibunt ad omnes, & ſingulas oblationes, vt ſupra. Et, quod ſtabo cum tota familia mea ad ſyndicatum, ſecundum quod in Statutis Communis Mediolani, & decretis, vel ordinibus Ducalibus continetur. Et ſatiſdabo, per duos menſes, ante exitum mei regiminis, & officij, in Magiſtratu intratarum extraordinariarum Mediolani, cum bonis fideiuſſoribus pro me, & vniuerſa familia mea, in manibus Dominorum Magiſtrorum ipſius Magiſtratus, de faciendo, & reddendo rationem mei officij, & totius meæ familiæ, & de ſtando ad ſyndicatum cum tota mea familia, & de ſoluendo, & ſolui faciendo totum id, de quo ego, vel aliquis de mea familia condemnati fuerimus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex & Prætor tenetur iurare, quod obſeruabit ſtatuta declara ... vſque ad num. 4.*
5 *Iudex an præſumatur habere notitiam ſtatuti.*

a TEneatur iurare] Hoc iuramentum hodie præſtatur etiam per Poteſtates per tempora.

b Saluis tamen contentis in proxime præcedenti capitulo] Quo ad terras ſcilicet infeudatas, & ſeparatas.

c Et attendam, & obſeruabo omnia Statuta] † Si tamen
1 nõ ſint turpia, exemplificando, vt per Camill. Gall. tract.
2 De verb. ſign. lib. 7. cap. 2. nu. 3. † Quod iuramentum ope-
ratur confirmationem eorum per Officiales ſic iuratos, ita
3 Io. de Arnono Epitome 86. † Tamen ex cauſa non obſtã-
te iuramento hoc ab eis recedere licet. Tiraq. tract. De pœn.
tempe. in præfat. nu. 33. Cauſas autem plures notat d. tract.
& eo caſu, non incurrit Officialis pœnam periurij, Ita Io. de
4 Arnono, Sing. 80. † Iudex iurans ſeruare Statuta, non po-
teſt iudicare ſecundum ius commune, Statuto contrarium,
ita Bal. capit. 1. § Iniuria, numer. 11. verſi. Sed nunquid, De
5 pace Iur. firm. † Iudex præſumitur habere notitiam Sta-
tuti, cuius authoritate officium gerit, ita Borg. dec. 11. num.
38. & 39. faciunt tradita per eundem dec. 38 nume. 8. Cra-
uet. conſi. 369. nu. 42. vol. 3. Hier. Magon. Rota Lucana, dec.
77. num. 15. & ſeq.

De Sacramento Domini Vicarij, & aliorum Iudicũ Domini Poteſtatis Mediolani. Cap. XXI.

IVrent in manibus, vt ſupra, Dominus Vicarius, & Iudices Domini Poteſtatis Mediolani, ac Ducalis Iudex maleficiorum in curia ipſius Prætoris, & quilibet eorum iuret per modum infraſcriptum, videlicet. Quod quilibet eorum attendet, & obſeruabit ſtatuta, & ordinamenta Communis Mediolani, facta, & facienda, vt ſupra, & dabit operã cum effectu, ſuo poſſe, quod ipſe Dominus Poteſtas, & quilibet alius attendet, & obſeruabit, vt ſupra. Et, quod ipſe iurans, non faciet, nec fieri faciet aliquod baratum, vel illicitum lucrum in officio ſuo, vel occaſione eius officij, aliqua occaſione, vel modo, excepto ſalario ſibi taxato, p præſentia ſtatuta, & per decreta Ducalia. Et quod fideliter ad honorẽ prælibati Domini, Domini Mediolani, & Communis Mediolani exercebit, & procurabit ea, quæ ſibi cõmiſſa fuerint. Et, quod ibit, & ſtabit ad officiũ ſuũ explicandũ, horis debitis, & conſuetis, prҿſertim diebus iuridicis, niſi fuerit impeditus iuſto impedimento. Et, quod ibit ad omnes, & ſingulas oblationes ordinatas, & quæ ordinabuntur per prælibatum Dominum, Dominum Mediolani, ſeu per præfatum Senatum, vt ſupra, niſi fuerit impeditus, vt ſupra.

a IVret in manibus] Hoc non ſeruatur, eo maxime quod recipiunt ſportulas, cum non habeant ſalarium de publico.

De iuramento militum, & coneſtabilium Domini Poteſtatis Mediolani. Cap. XXII.

IVret in manibus, vt ſupra, quilibet miles Poteſtatis Mediolani, etiam Ducali, & coneſtabilis, ad ſancta Dei Euãgelia, manibus corporaliter tactis Scripturis, quod attendet, & obſeruabit Statuta, & ordinamenta Cõmunis Mediolani facta, & facienda. Et, quod faciet, & exercebit officium ſuum bene, & legaliter, ac bona fide, & ſine fraude. Et, ꝙ non

facier,

Digitized by Google

faciet, nec fieri faciet aliquod acharum, ſeu lucrum illicitũ in officio ſuo, vel occaſione eius officij, aliqua occaſione, vel modo, excepto ſalario ſibi taxato, per Statuta, vel decreta. Et, quod fideliter ad honorem prælibati Domini, Domini, & Communis Mediolani exercebit, & procurabit ea, quæ ſibi commiſſa fuerint. Et, quod ibit, & ſtabit ad officium ſuũ explicandum, diebus, & horis conſuetis maxime diebus, & horis iuridicis, niſi impeditus fuerit iuſto impedimento. Et, quod ibit ad omnes oblationes, vt ſupra.

a IVret] Hoc non fit, cum ſit ſublata hæc forma eligendi hos cunectabiles, & milites.

De iuramento aliorum Officialium, de quibus infra. Cap. XXIII.

a IVret quilibet alius Iuſdicens, & Officialis, in toto Ducatu Mediolani, & etiam in terris, & locis, quæ ligantur ex diſpoſitione Statutorum Communis Mediolani in manibus Prædeceſſoris ſui, in officio tempore introitus, regiminis ſui officij. Quod ſeruabit Statuta, & ordinationes Communis Mediolani, tam facta, & factas, quam facienda, & faciendas. Et, quod exercebit ſuum officium bene, fideliter, & legaliter, ac bona fide, & ſine fraude. Et vlterius, prout in præcedenti Statuto continetur.

a IVret, qualibet alius] Hoc non ſeruatur.

De Sacramento Notariorum, & Officialium ciuilium, & criminalium. Cap. XXIV.

IVret quilibet Notarius, & coadiutor ipſius, ac cuiuslibet Officialis in ciuitate, & Ducatu Mediolani, ac in locis, & terris, quæ ligantur Statutis Communis Mediolani, vel in quibus Statuta Cõmunis Mediolani debent ſeruari, quod officium ſuum, faciet bona fide, & ſine fraude, & ſeruabit ipſa ſtatuta Communis Mediolani, tam facta, quam facienda. *b* Et, quod quicquam non accipiet in officio ſuo, *c* vltra taxationes ſibi limitatas per decreta Ducalia, & Statuta Communis Mediolani. Et, quod non propalabit iudicia dicta teſtium, nec examinationes conſtitutorum, ſine ſpeciali licentia Iudicis, ſub quo erit factus proceſſus. Et, quod ſe exercebit legaliter in ipſo officio, & vbi reperiri contingat aliquem ex ſupraſcriptis, exercere officium abſque iuramento, vt ſupra, vel præſtito iuramento, contra feciſſe prædictis, vel alicui prædictorum, *d* incurrat ipſo iure, & facto, *e* vltra pœnam periurij, caſu quo eum iuraſſe contingat, in pœnam librarum quadraginta Imperialium, applicandam pro medietate Communi Mediolani, & pro altera accuſatori. Ille vero, qui non iurauerit incurrat pœnam dupli, reſpectu pœnæ applicandæ, vt ſupra. Quodque, quilibet coadiutor cuiuſlibet Notarij, vt ſupra, *f* ſit maior annis viginti, & aliter ipſum officium exercere non poſſit. Et Abbates Collegij Notariorum Mediolani ſint exequutores huius Statuti, quod quidem iuramentũ redigatur in ſcriptis in actis dictorum Abbatum, vel Officialium, vt ſupra, ſingula ſingulis cõgrue referendo, reſpectu Notariorum exercentium officium in ciuitate Mediolani, alij vero Iuſdicentes Ducatus Mediolani, & aliorum locorum, qui ligantur Statutis, vt ſupra, ſint exequutores huius Statuti, reſpectu Notariorum Ducatus, & Diſtrictus Mediolani.

SVMMARIVM

1 *Officialis, an & quando poſſit eſſe Scriba, & Notarius in officio quod exercet, & num. 2.*

a IVret quilibet Notarius] Hoc Iuramentum debet præſtari ſingulo anno coram Dominis Abbatibus Notariorum, ex ordine Senatus anni 1554. die 21. Decembris. Et
1 hoc per verba Statuti, infra verſ. Et Abbates Collegij. † Officialis non poteſt eſſe Scriba in officio quod exercet, niſi in leuibus, ita Lanfr. Balb. ſuis cõmunibus, cent. 3. cõcluſ. 215. Io. de Syl. tract. Benefic. 3. part. q. 19. n. 1. col. 3. verſ. 5. pro
2 iſta parte, Borg. deciſ. 41. n. 11. & 38 † Vel niſi ex cõſuetudine aliter caueretur in d. loco, quia poſſet exercere officiũ Scribæ, etiam quod non eſſet Notarius, ita Alex. conſ. 120. n. 5.

b Et quod quicquam non accipiant in officio ſuo] Etiam à ſponte dantibus, vt cauetur ex memorato ordine 21. Decembris 1554. Etiam nouis ordinibus editis.

c Vltra taxationes ſibi limitatas per decreta Ducalia] Hodie ſunt reformatæ ex ordinibus nouis. Tenẽtur pariter ijdẽmet Notarij ciuilium, & criminalium actuarij tenere tabulam pro ſingulo bancho in qua ſint deſcripti ordines ſolutionum eis fiendarum, & taxationia eorum mercedis, ſub pœna contenta in ordine Senatus edito anno 1558. die 21. Decembris.

d Incurrant ipſo iure, & facto] Abſque ſententia Iudicis, modo quo declaratum ſupra, in verbo, ipſo facto, in primo volumine.

e Vltra pœnam periurij] De quo notatur ſupra 1. volu. c. 102. Si quis fecerit, verbo, Et vltra.

f Sit maior annis viginti] Hoc non ſeruatur.

Quod coadiutores officij Maleficiorũ non procurent coram Iudice maleficiorum. Cap. XXV.

a COadiutores officij maleficiorum, tam in ciuitate, quam in Ducatu Mediolani, *b* non poſſint procurare, nec poſtulare, nec aliter quouiſmodo intercedere coram aliquo Iuſdicente tam in ciuili, quam in criminali, ſub pœna, qualibet vice, librarum ſexdecim Imperialium, applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera accuſatori, & credatur ſacramento accuſatoris, cum vno teſte fide digno.

a COadiutores maleficiorum] Hi multi ſunt ad officium D. Capitanei Iuſtitiæ, & D. Poteſtatis Mediolani.

b Non poſſint procurare] Hoc ſeruatur.

De officio coadiutoris. Cap. XXVI.

OFficium cuiuſlibet coadiutoris, tam in ciuili, quam in criminali, ſit tantum ad ſcribendum memorias actorum, & ad exemplandum acta, & alias ſcripturas Notarij illius officij, ad quod deputatus erit. *a* & non poſſit accipere ſolutionem aliquã pro talibus memorijs, vel ſcripturis exẽplandis, ſatisfacto Notario, vel ipſo coadiutore, pro eo, ſecundum formam ordinum, ſub pœna ſoldorum viginti Imperialium, ſingula vice applicanda, pro medietate Communi Mediolani, & pro altera accuſatori, & credatur, vt ſupra.

a NOn poſſit accipere ſolutionem aliquam] Et hoc vltra taxationem notatum in ordinibus.

Quod omnes Mediolanenſes poſsint realiter, & perſonaliter, ciuiliter, & criminaliter cõueniri per poteſtatem, & alios exercentes iuriſdictionem. Cap. XXVII.

a OMnes, & ſinguli *b* de ciuitate, *c* Diſtrictu, & Ducatu Mediolani, poſſint, & debeant per Poteſtatem *d* & alios exercentes iuriſdictionem in ciuitate Mediolani, & per quemlibet eorum, & ſub eis, & quolibet eorum realiter, & perſonaliter, ciuiliter, & criminaliter conueniri, & compelli, ipſiq; teneantur, & debeant coram eis, & ſub eis, & quolibet eorum, reſpondere, & iuri parere, *e* priuilegio, prærogatiua, *f* vel exceptione, aliquo, vel aliqua, vel alia quauis excuſatione non obſtante, nec admiſſa. Et hæc omnia, Saluo, quod per hoc Statutum non derogetur alijs Iuſdicentibus, & eorum iuriſdictioni, *g* qui ſeparatam Iuriſdictionẽ habent à iuriſdictione Poteſtatis, & conſulum iuſtitiæ Mediolani. *h* Decreto tamen de maiore Magiſtratu in robore ſuo ſemper perſiſtente, qui Cõſules non habent iuriſdictionem *i* cognoſcendi de delictis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non ligantur ſtatuto laicali.*

2 *Maioris magiſtratus Iuriſdictio ſemper intelligitur reſeruata.*

a OMnes & ſinguli] Ex his verbis comprehenduntur tam maſculi, quam fœminæ, cum loquatur Statutum de materia indifferenti, vt cauetur ſupra, c. 126. in ciuitate, in
1 1. vol. † Non tamen ligat Clericum, qui non poteſt ſe ſupponere foro laicali etiam volens, ſine licentia, declarando, vt late per Canoniſtas, in c. Si quis Clericus, & c. Significaſti, vbi late Soci. De for. comp.

b *b* De

b De ciuitate] Comprehenduntur regulariter hi qui habitant in ea parte, quæ cingitur muris, nõ autem in ſuburbijs, niſi in fauorabilibus, vt late notatum ſupra cap. 38. Omnes, in verbo, In ciuitate, & verbo, Intra Redefoſſa.

c Diſtrictu, & Ducatu Mediolani] Quid ſit Diſtrictus, & Ducatus, & quid importent hæc verba, late notatum ſupra in 1. vol. c. 130. Vbicunque, in verbo, de Comitatu.

d Et alios exercentes iuriſdictionem in ciuitate Mediolani] Non tamen comprehendit Conſules Iuſtitię, vel eorum cõſultores, cum tantum habeant Iuriſdictionem mixti imperij in ciuilibus tantum, non in criminalibus, vt infra in fine cauetur, & infra c. 54. Conſules. Non etiam comprehendit D. Vicarium Prouiſionum, qui habet iuriſdictionem limitatã, vt ſupra cauetur c. 1. vbi late notatum.

e Priuilegio, prærogatiua] Obſtaret tamen priuilegium, & prærogatiua, quod non poſſit quis conueniri coram alio Iudice, quam D. Capitaneo iuſtitiæ, & eius Vicario, qui Iudex eſt in caſibus notatis in nouis conſtit. tit. de officio Capitanei iuſtitiæ, cap. Cauſarum autem Ciuilium.

f Vel exceptione] Remota exceptione generaliter, quod multæ non cenſeantur remotæ, notatum ſupra cap. 42. Si quis, in verbo, Omni exceptione remota.

g Qui ſeparatam iuriſdictionem habent] Prout ſunt caſus notati ſupra cap. 19. Poteſtas, in verbo, in terris, & locis infeudatis.

h Decreto tamen de maiore Magiſtratu in robore ſuo ſem
1 per perſiſtente] † Quod quidem habet locum etiã quod alicui fuiſſet data Iuriſdictio taxatiue, & priuatiue, quo ad alios, vt notat Menoch. tract. arbitr. lib. 1. q. 40. num. 8.

i Cognoſcendi de delictis] Cum tantum mixtum imperium habeant, vt notatur ſupra cap. 54. Conſules.

Quod officium inuentionum, armorum euntium de nocte bordellorum, & ludorum, expediatur, & fiat per Vicariũ Poteſtatis. Cap. XXVIII.

VIcarius Domini Poteſtatis Mediolani debeat, & teneatur *a* cognoſcere, & examinare, & diffinire de cauſis, & proceſſibus *b* inuentionum armorum vetitorum, & euntium de nocte, & luſoribus taxillorum ad ludum prohibitum, & de tenentibus ludum prohibitum, quas ſummarie debeat decidere, & terminare, ſecundum quod ei videbitur. Per hoc tamen Statutum non intelligatur fieri præiudicium alijs Iuſdicentibus, habentibus ſuper prædictis iuriſdictionem.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula cognoſcere examinare, & diffinire, quid ſignificet.*

a COgnoſcere, & examinare, & diffinire] † Quid im-
1 portent hæc verba, not. Felin. cap. ſuper quæſtionũ, nu 3. de off. deleg. differant, not. Affli. in conſtit. regni, Rub. 6. de vſur. ad fin. lib. 1. late notatum ſupra, 1. vol. cap. 47. Dominus Poteſtas, in his verbis.

b Inuentionum armorum] Hodie hęc cognitio ſolum ſpectat D. Poteſtati, non alijs Iudicibus Prætorijs, & D. Vicarius ſolum ſe intromittit in ciuilibus cauſis, prout omnes alij Iudices: vt late notatum ſupra cap. 6. in verbo, Pro omnibus concernentibus officium, vbi notatum, quid ſit de iure communi Officium Vicarij.

De illis, qui debent ire ad oblationes. Cap. XXIX.

POteſtas Mediolani, eiuſque Iudices, ac Ducalis Iudex maleficiorum, necnon Vicarius, & Duodecim Prouiſionum, ac Syndici Prouiſionum, ſuique Notarii, & milites, & collaterales, & officiales, *a* teneantur ire ad oblationes, quæ fient, & fieri contingent ex forma Statutorum Communis Mediolani, *b* & ad alias oblationes, quas fieri continget de licentia Ducali.

a Teneantur ire ad oblationes] Hodie etiam ſeruatur, tamen ad eas non eunt ordinarie Poteſtas, & Iudices, ſed tantum Dominus Vicarius Prouiſionum, & Domini 12.

b Et ad alias oblationes] Qualiter eatur, cauetur infra, cap. 63 Oblationes.

R V B R I C A G E N E R A L I S,
De Syndicatu Poteſtatis, & Officialium.

De Syndicatoribus eligendis. Cap. XXX.

FInito regimine Poteſtatis Mediolani, primo die, vel ſequenti, eligatur per prælibatum Dominum, Dominũ Mediolani, *b* vel eius Senatum, *c* vbi prius electio facta non ſit. *d* Vnus ex Vicarijs generalibus, nec non per Collegium Doctorum Mediolani *e* eligantur duo Doctores non ſuſpecti, & etiam per Abbates, & officiales Collegij Notariorum Mediolani duo Procuratores non ſuſpecti, & per eos Syndicatores eligantur duo ſeruitores pro ſyndicatu expediendo, qui quinque *f* appellentur Syndicatores Poteſtatis, *g* Officialium, *h* & eius familiæ. Et qui Syndicatores *i* habeant poteſtatem & iuriſdictionem *k* inquirendi, *l* procedendi, *m* condemnandi, & abſoluendi, *n* contra præcedentem Poteſtatem, eiuſque officiales, & familiam, in omnibus, & per omnia, prout continetur in proxime ſequenti Statuto, incipiente, Syndicatores, & etiã in Statuto incipiente, Poteſtas, finito tempore, & prout in alijs Statutis continetur. Et qui Vicarius generalis, & prædicti Doctores, & Procuratores eligendi, modo quo dictum eſt, Syndicatum ipſum expediant, *o* pariterque ſentẽtiam proferant. Ita, quod ipſi duo Doctores, tam in procedendo, quam proferendo ſententiam, ſimul vnam vocem tantum habeant, & Procuratores vnam uocem tantum, ſicut & ipſe Vicarius vnam aliam habebit. Quod ſi forte in eiuſmodi ſententia, vel relatione facienda diſcordes fuerint, reſeruetur prælibato Domino, Domino Mediolani prouiſio ſuper hoc, faciendi prout ſuæ Dominationi, vel eius Senatui videbitur. *p* Et habeant prædicti Doctores Syndicatores ſoldos ſexdecim Imperialium pro quolibet, & quolibet die, & Procuratores ſoldos decem Imperialium pro quolibet die, quo interfuerit dicto ſyndicatui. Quod ſalarium exigatur à Communi Mediolani, maxime ſuper Condemnationibus.

S V M M A R I V M.

1 *Syndicari nemo poteſt ante finem officij.*
2 *Magiſtratus an & quando & quomodo durante officio conueniri poſſit & num. 3.*
4 *Syndicatus officialium ad quos pertineat.*
5 *Conſuetudo quod officialis non ſyndicetur an valeat.*
6 *Syndicatus fit per Inquiſitionem tam generalem, quàm ſpecialem.*
7 *Abſolutus in ſyndicatu an poſſit item querelare ad inſtantiam damnum paſſi*
8 *Offendens officialem de tempore Syndicatus, quomodo puniatur.*

a FInito regimine] † Electio hæc hodie fit ante finem of-
1 ficij, licet ſyndicatus incipiat dein finito regimine. Nec ante finem officij poteſt quis ſyndicari, Barb. conſ. 61. num. 43. vol. 3. niſi agatur de delicto, ex quo poteſt imponi pœna priuationis officij, ita Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de offic. corrupt. nume. 34 Clar. ſua praxi crimin. § fin. quæſt. 16. verſic. Præterea quæro, & notatum in cap 31. Poſſit, volũ.
2 1. Stat. num. 42. & 43. † Et licet Magiſtratus non poſſit conueniri durante officio, tamen eo durante, poteſt citari, vt compareat poſt finitum officium, ita Oſaſc. deciſ. 130. nu. 12. Regulam hanc quod quis non poſſit conueniri durante officio, ponit Iaſ. in l. 2. num. 1. ff. De in ius vocando, Limitando octo modis, inter quos ſunt fallentiæ ſupra notatæ.
3 † Poteſt etiam conueniri durãte officio de mandato ſuperioris, ita Grammat. dec. 40 num. 9. & num. 10.

b Vel eius Senatum] Sic hodie ſeruatur, vt eligantur à Senatu.

c Vbi prius electio facta non ſit] Quæ quidem fieri ſolet ante finem officii.

d Vnus ex Vicariis generalibus] Ita ſeruatur, licet alias non obſeruaretur ſemper. Qui ſint hi Vicarii generales, & numerus eorum quod ſit ſeptem, qui eliguntur à Duce, notatur in nouis Conſtit. tit. de officio Vicariorum generaliũ,
4 in princ. † Officialium ſyndicatus ad quos de iure communi ſpectet, not. Bal. in l. Obſeruare. §. Proficiſci, num. 2. ff. de off. proconſ.

e Eli-

Digitized by Google

e Eligantur duo Doctores non ſuſpecti] Hi eliguntur con-
uocato Collegio, & collatis ſuffragijs lectetis, qui dein à Se
natu confirmantur.

f Appellentur Syndicatores Poteſtatis] † Non teneret
5 autem conſuetudo, quod Officiales non deberent ſyndicari,
ſecundum tradita per Affl. in conſti. regni, rub. 27. De iure
Balli, ad fi. lib. 3.

g Officiales] Iudices ſcilicet, & Vicarij.

h Et eius familia] De quibus cauetur ſupra cap. 6. Pote-
ſtas, qui hodie non ſic eliguntur.

i Habeant poteſtatem, & iuriſdictionem] Quæ autem ſit
eorum poteſtas, & iuriſdictio cauetur in ca. ſequenti, quæ
tamen reſtricta eſt. Quoad condemnationem, & abſolutio-
nem per diſpoſitionem nouarum conſtitutionum, tit. De
off. Vicar. generāl. ca. Non poſſunt.

k Inquirendi] † Per inquiſitionem tam generalem, quã
6 ſpecialem, vt cauetur in capitulis ſeq. & in nouis conſt. d.
tit. de off. Vicar general. Hanc tamen inquiſitionem genera
lem de moribus, & vita officialium non debent facere Syn-
dicatores, eam habendo à perſonis ſuſpectis, vt ſignanter do
cet Boſſ. ſua Praxi crim. d. tit. De offic. corrupt. nu. 35.

l Procedendi] Summarie, ſcilicet, vt cauetur ſequenti c.
circa finem, & in nouis conſtit. prædicto tit. de off. Vicar.
general. in prin. In eiſque cauſis.

m Condemnandi & abſoluendi] Hoc hodie non poſſunt
facere, ſed debent cauſam referre in Senatu, vt cauetur d.
7 tit. c. Non poſſunt. † Abſolutus in ſyndicatu, quia nemo
venit ad querelã, an poſſit iterum accuſari ad inſtantiã dam
num paſſi not. Boſſ. ſua praxi crimi. tit. De ſentent. nu. 80.

n Contra præcedentem Poteſtatem] † Offendens autẽ
8 Poteſtatem, vel Officiales tempore ſyndicatus, punitur, ac
ſi offendiſſet tempore eorum officij ob reliquias officij, ita
not. Cotta ſuis memorab. In verbo, Poteſtas multũ, & verb.
Reliquias, Tiraq. tract. A ceſſante cauſa limit. 24 n. 10 Limi
tando niſi prius officialis ei iniuriam intuliſſet, vt declarat
Clar. ſua praxi §. fi. q. 68. ver. Iniuriam faciens.

o Pariterque ſententiam proferant] Hoc correctum ho-
die per d. nouas conſti. d. c. Non poſſunt, cum debeant cauſæ
ſyndicatus referri in Senatu.

p Et habeant prædicti Doctores Syndicatores] Non ſer-
uatur hoc.

De officio ſyndicatorum Poteſtatis, vel aliorum officialium.
Cap. XXXI.

SYndicatores, qui de cętero fuerint electi ad ſyndicãdum Dominum Poteſtatem Mediolani, vel aliquem de eius familia, vel aliquem alium iudicem, vel officialem in ciuitate, vel Ducatu Mediolani, habeant authoritatem, poteſtatem, vel bailiam *a* audiendi, examinandi, & cognoſcẽdi *b* per ſe, *c* & ſine alio ſapientis conſilio, *d* nec aſſumptione conſilij ſapientis, quolibet die feriato, & non feriato, exceptis diebus feriatis in honorem Dei, vel ſanctorum, de omnibus, & ſingulis, quæ per illum, vel illos, quos ſyndicari debuerint, commiſſa, & perpetrata fuerint, vel dicerentur perpetrata fuiſſe in eorum, vel alicuius eorum officio, *e* cõtra formam iurium, & ſtatutorum, & ordinamentorum cõmunis Mediolani, vel decretorum Ducalium, ſeu contra honorem, vel debitum officij ſui, ac de omnibus, & ſingulis per ipſum ſyndicãdũ, vel ipſos ſyndicãdos, vel aliquẽ ex eis *f* factis, & geſtis, & adminiſtratis, & quę fieri, geri, & adminiſtrari debuerit, & etiam de neglectis, & omiſſis per eũ, vel eos, in eorũ officio. Et generaliter *g* de quibuſcũque *h* fraudibus, malitijs, & baratarijs per eos ſyndicãdos, vel aliquẽ ex eis, commiſſis in eorum officio, vel eo durante, in, & ſuper prædictis omnibus, & ſingulis, procedendi, & veritatem repetẽdi, *i* tam per officium ſeu inquiſitionem, *k* quam per accuſam, querelam, petitionem, vel querimoniam, *m* ipſis, vel coram ipſis ſyndicatoribus, vel eorum officio, vel ad bãchum, *n* vel etiam alio quouiſmodo factam, prout ipſis ſyndicatoribus melius videbitur, etiam vbi aliquis conqueri nollet de officiali, vel officialibus ſyndicando, vel ſyndicandis. Et ſyndicatores ipſi hoc aliunde ſentirent, vel quouis modo ſentire poſſent. *o* Et proclamationes, & cridas fieri faciendi, tam in ciuitate quam in Ducatu Mediolani, & maxime in locis, & partibus, in quibus ille ſyndicandus, vel illi ſyndicandi habitabant, & conſeruabantur, tempore ſui officij, & vbi officium eorum exercebant, & alia quæcunque faciendi, & explicandi, quæ eis ſyndicatoribus videbũtur opportuna. *p* Et hæc omnia ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, etiam ſine aliqua libelli, vel petitionis datione, & litis conteſtatione, vel quaſi *q* ſola facti veritate inſpecta, prout eiſdem videbitur pro meliori, & breuiori expeditione ſyndicatus, per iudicium, ſeu iudicia, *r* vocem, & famam, & tormenta, & alia quæcunq; remedia, omnique iuris, & ſtatutorum *ſ* ſubſtantia, & ſolemnitate, penitus prætermiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an & quando poſſit cognoſcere per ſubſtitutum.*
2 *Syndicatores non iudicent pro eorum debitis.*
3 *Appellatione pendente, an poſſit agi contra iudicem, qui iudicaue-
rit iniquè coram Syndicatore.*
4 *Syndicator pro quibus delictis cognoſcat, & num. 5.*
6 *Libellus diffamatorius vbi datur contra officialem, quid ſit agen-
dum.*
7 *Quid ob indebitè fuerit datus.*
8 *Clauſula quoquomodo, quid operetur.*
9 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta, quid operetur.*
10 *Clauſula ſubſtantia, & ſolemnitate penitus prætermiſſis, quid
operetur, & num. 11.*
12 *Iuramentum in ſupplementum probationis, an detur contra offi-
cialem, qui deliquerit in officio.*

a AVdiendi, examinandi, & cognoſcendi] Quid rele-
uent hæc verba, & quid inter ſe differant, notatum in
1. vol. cap. 47 Dominus Poteſtas, in his verbis.

b Per ſe] Quod autem non poſſint ſeruire per ſubſtitu-
tum, idem cauetur in nou. conſt. d. tit. de off. vic. gen. capit.
1 non eſt permiſſum † Delegatio autem quando facta fuit,
vt quis per ſe cognoſcat, quod non teneatur aſſumere con-
ſilium ſapientis, not. ſup. ca. 27. deinde, verſ. vel etiam dele-
gatus, not. etiam Aſin. d. ſua praxi, §. 25. cap. 18.

c Et ſine alio conſilio ſapientis] Per ſe ſcilicet eligendo,
etiam quod partes illud non petant, quod poteſt fieri alias
per iudices ordinarios, vt notatum ſupra d. cap. 27. deinde,
d. verbo.

d Nec aſſumptione conſilij ſapientis] Quando fuit ſcili-
cet petitum, iuxta diſpoſitionem d. cap. 27. deinde, & capit.
57. in qualibet.

e Contra formam iurium, & ſtatutorum] De conſuetu-
dine autem officiales non ſyndicantur, niſi de dolo, & ba-
rataria, & illicitis extorſionibus, vt not. Bonae. in q6. crim.
in verbo, ſedere, verſic. item nota.

f Factis, geſtis, & adminiſtratis] † Pro debitis autem fa-
2 ctis ex contractu ſyndicatores non ſunt iudices, ita not. Al-
ber. in l. & ita, §. 1. n. 3. ad finem, verſic. item allegat, ff. naut.
3 caup. ſtabul. † Appellatione, vel nullitate pendente ali-
cuius iudicis, qui eam nulliter, vel inique protulerit pote-
rit etiam agi contra iudicem in ſyndicatu ad expẽſas litis,
dãna, & intereſſe, ita Michael Graſſus ſuis communibus, lib.
4 2. appellatio, quæſt. 7. † Cognoſcit vlterius ſyndicator pro
leuibus delictis patratis per officialem ſub ſyndicatu exiſtẽ-
tem non pro grauibus, quia cognoſcit pro eis nouus officia-
lis, ſi adſit, ita not. Afflict. in conſtitut. regni, rub. 9. de palat.
illicita, nu. 17. ad finem, lib. 1.

g De quibuſcunq;] Pro minimo tñ non ſyndicatur offi-
cialis, ita Marſ. ſua praxi, §. & quia, n. 7. & ſing. 276. num. 3.

h Fraudibus, malitijs, & barattarijs] † Non cognoſcit ta-
5 men de delictis non pertinentibus ad officium inſpecto iu-
re communi, licet de conſuetudine cognoſcat de omnibus
commiſſis durante officio, non autem de commiſſis ex poſt,
vt not. ſignanter Clar. d. ſua praxi, §. fin. quæſt. 31. col. pen.
verſ. ſed hic, declarando, vt ſupra.

i Tam per officium, ſeu inquiſitionem] Nullo ſcilicet ac-
cuſante.

k Quam per accuſam, querelam, petitionem, ſeu querimo-
niam] Quid releuent hæc verba, notat. ſupra, in 1. vol. ca.
116. petitio, in verbo, quærelari, & infra ca. 387. ſi cõtingat,
6 in verbo, querimoniam. † Libellus diffamatorius vbi da-
tur contra officialem, ſtatui debet terminus tali porrigenti
nunc libellum ad verificandum maledicta; quibus non pro-
batis ille capitali pœna eſt puniendus, ita not. Boſſ. ſua pra-
7 xi tit. de offic. corrupt. n. 35. ad finem. † Indebite eriã que
relans officialẽ poteſt conueniri ab officiali abſoluto actio-
ne iniuriarum, quo caſu querelans puniri poteſt capitaliter
etiam ad mortem, ita Boſſ. ſua praxi, de offic. corrupt. nu. 37.
Vbi refert, quod cum quidam Aduocatus inſtigaſſet, vt plu-
res querelæ darentur contra bonum officialem, quæ non
fuerant probatæ, iuſſus fuit exulare perpetuo à dominio, &
damnatus fuit etiam in omnibus expenſis, & intereſſe offi-
ciales.

Digitized by Google

l Vel aliam ſimplicem notificationem, vel ſcripturam] Etiam non ſolenniter factam, vel porrectam.

m Ipſis, vel coram ipſis] Etiam, quod non porrigatur ad banchum, vel Notario actuario.

n Vel etiam alio quouis modo factam] † Per hæc verba
8 vniuerſalia comprehenditur omnis qualitas eas deferendi,
vt in ſimili de hoc verbo not. Aſin. ſua praxi iud. in prin. c. 7.
& Anchar. iun. q. 35. nu. 10. & 11.

o Et proclamationes, & cridas fieri faciendi] In quibus præfigetur tempus querelari, vel conqueri volentibus modo, & forma, qua cauetur infra cap. 33. datis, & in nouis cõſtit. titu. de offic. vica. gen. in principio, § qua habita.

p Et hæc omnia ſummarie] Hæc clauſula, ſummarie, quid releuet, notatum ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, in his clauſulis.

q Sola facti veritate inſpecta] † Quid releuet, not. Aſin.
9 ſua praxi iud. § 2. cap. 4. cum pluribus ſeq. Menoch. tracta.
arbitr. lib. 1. quæſt. 9. nu. 2. & diſcuſſum infra cap. 379. nullus, in hoc verbo.

r Per vocem, & famam] Verba hæc quid importent, late notatum ſupra cap. 97. ſi dubium, in his verbis.

ſ Subſtantia, & ſolennitate penitus prætermiſſis] † Quid
10 ſublatum per hæc verba, notatum ſupra d. cap. 47. Dominus
11 Poteſtas, in verbis ſimilibus. † Tenetur tamen ſeruare regulas iuris cõmunis, ita not. Plot. l. ſi quãdo, n. 635. C. vnde vi.
12 † Si quis officialis accuſetur pro delicto in officio contra eũ poteſt dari iuramentum in ſupplementum probationis, ita Tiraq. tract. de pœnis temper. caſu 58. nu. 7. contrarium not. Socin. in reg. 252. iuramentum, limit. 14. Plott. l. ſi quando, nu. 634. cum ſeq. vbi notat ſi adſit vnus tantum teſtis, quod non datur iuramentum in ſupplementum probationis.

DE EODEM.
Cap. XXXII.

TEneantur ſyndicatores prędicti, poſt factam de eis electionem, & poſt finitum officium cuiuslibet ſyndicandi, a prima die iuridica immediate ſequenti, formare inquiſitionem generalem contra quemlibet ſyndicandum, vt ſupra, & præſente ſyndicando, vt ſupra, vel in eius abſentia, & illam intimari facere ſyndicando, vel ſyndicandis, & reſponſionẽ inquiſiti, ſeu inquiſitorum affirmatiuam, vel negatiuam, prout dari voluerit, accipere, & quilibet ſyndicandus teneatur, tempore eius reſponſionis corã ipſis ſyndicatoribus, idonee fideiubere de ſtando, & parendo iuri, & ſyndicatui, & de ſoluendo omnem condemnationem, quæ per ipſos ſyndicatores fieri contigerit, ac etiam de non recedendo à ciuitate Mediolani, vel loco, vbi fiet ſyndicatus, ſine ſpeciali licentia ipſorum ſyndicatorum, ſub pœna, quæ ipſis ſyndicatoribus videbitur, Ducali cameræ applicanda, & donec expeditus fuerit ipſe ſyndicatus, & ſatisfactum fuerit pro contentis in ipſa ſententia, & non præſtitis dictis fideiuſſoribus, detineatur, donec ſatiſdatum fuerit, prout ſupra. Saluo niſi alias per dictum ſyndicandum ſatiſdatio idonea præſtita ſit, modo quo ſupra, niſi tamẽ dicti fideiuſſores, vel aliquis ex eis, tempore ſyndicatus, reperirentur inhabiles, quod tunc, & eo caſu teneatur denuo fideiubere, vt ſupra, & vtrum fuerint inhabiles, vel ne, ſtetur declarationi ſyndicatorum, b remota omni appellatione, querela, & nullitate, & admitti non poſſit pro fideiuſſore c aliquis Doctor de collegio Dominorum Iuriſperitorum Mediolani, nec aliquis cauſidicus, nec Notarius collegij Notariorum Mediolani, d laudatus ad omnia, exercens ipſum officium, & in contrarium e fieri non poſſit renuntiatio, f etiam cum iuramento, & ſi facta fuerit, g ipſo iure, non valeat, & pro non facta habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Fauor ſuo quando quis nequeat renuntiare*
2 *Abſolutio a iuramento an poſſit peti excipiendo.*

a PRima die iuridica] Hæc omnia ſeruantur.

b Remota omni appellatione, querela, & nullitate] Quid ſit remotum per hæc verba, & quid non, late remotum ſupra cap. 116. petito, in verbis his, 1. vol.

c Aliquis Doctor de collegio] Prohibentur etiam in alijs caſibus eſſe fideiuſſores, vt infra cauetur, c. 353. Nullus.

d Laudatus ad omnia] Prout cauetur ſupra in 1. vol. c. 354 ſi aliquis.

e Fieri non poſſit renuntiatio] † Vbi non adeſſent hæc,
1 verba, quilibet poſſet renuntiare fauori pro ſe introducto, ita cauetur in l. ſi quis in conſcribendo, vbi Scribentes, C. de pact. notat Caſtren. conſ. 731. ad fin. vol. 1.

f Etiam cum iuramento] Statutum tollens vires iuramẽti quando ſuſtineatur, & quãdo non, late notatũ ſupra c. 453. authentica ſacramenta puberum, 1. volum.

g Ipſo iure non valeant] † Ad euitandum iuramentum
2 hoc poteſt peti abſolutio etiam excipiendo, ita not. Feder. de Senis, conſ. 272. num. 2. ad fin. not. late Alex. conſi. 28. per totum, vol. 3.

DE EODEM.
Cap. XXXIII.

DAtis autem fideiuſſoribus, vt ſupra, aut facta detentione prout ſupra, fiant cridæ, eadem die, vel ſequenti nõ feriata, in honorẽ Dei, vel ſanctorum, de mandato ipſorum ſyndicatorum in ciuitate Mediolani, vel ſyndicatoris in loco, vbi fiet ſyndicatus extra ciuitatem, notificando quibuſcunq; qualiter inchoatus erit ſyndicatus prædictus, & aſſignando terminũ a quinq; dierum illis, qui habitabunt in præſenti ciuitate Mediolani, vt ſupra. Alijs vero habitantibus extra ciuitatem terminum dierũ decẽ ad dandũ libellos, ſeu querelas ſuas contra ſyndicandũ, vel ſyndicãdos, & omnibus, & ſingulis prædictis, habitantibus tã in ciuitate, quã extra, debite referẽdo, dierum 15. à die factarum ipſarũ cridarum immediate ſequutorũ, ad probandum, & probatum habendum, b per omne genus probationũ, ſibi incumbentia, vbi vero contingat fieri ſyndicatum alicuius Poteſtatis, vel officialis in locis Ducatus Mediolani, aſſignetur terminus quatuor dierũ habitantibus in illis locis, in quibus continget fieri ſyndicatus in ipſo Ducatu Mediolani, & alijs habitantibus extra ea loca, terminũ 8. dierũ, ad dandum libellos, & querelas ſuas, contra ſyndicandum, vel ſyndicandos, & omnib. & ſingulis habitantibus, tam in dictis locis, quã extra dicta loca, debite referendo, terminũ dierum 10. ad probandum, & probatũ habẽdum per omne genus probationũ, ſibi incumbentia. Poſſint tamen ſyndicatores Poteſtatis, & officialium ciuitatis Mediolani, & ſyndicator Officialiũ locorum Ducatus Mediolani, prout ſupra, terminũ probatorium, ſi, & prout ſibi expedire videbitur prorogare, contra, congrue referendo, cui, vel quibus ſibi videbitur, vt ſupra, modo tamen prorogatio non excedat terminum aliorum dierum quinque, vt ſupra, in Syndicatoribus officialiũ ciuitatis Mediolani. In Syndicatore autem aliorum locorũ Ducatus Mediolani non excedat terminum trium dierum.

SVMMARIVM.

1 *Ius querelandi & accuſandi, an & quando poſſit præſcribi, vſque ad num. 4.*

a QVinque dierum] Hodie dantur quindecim dies regulariter, ita cauetur in nou. conſtit. d. tit. de offic. vic.
1 gene. in princ. § qua habita. † Lapſo hoc tempore edicti, q
præſcribatur ius hoc accuſandi, vel querelandi officialẽ ſyndicatum, etiam in patria ſua ſecundum communem etiã de iure cõmuni, not. Ferrat. caut. 14 verſ. & circa, ſequitur Clar.
2 ſua praxi crim. § fin. quæſt. 51. verſ. hoc etiam. † Et ſi porrigatur querela poſt illud tẽpus nulla eſt, ita Iaſ. poſt Bald.
3 conſ. 153 col. 1. verſ. & notabiliter, vol. 2. † Quod habet locum etiam quod nõ ſit ſecura abſolutio, ſecundum eum vbi refert Boſſium idem tenentem, d. ſua praxi crim. tit. de off.
4 corrupt. nu. 32. † Ampliando vt non poſſit ſe excuſare virtute ignorantiæ, licet alias ſic excuſaretur per iuramentum ſuũ, vt not. Felin. cap. de his, n. 12. de accuſar. ita Boſſ. d. loco, n. 33 niſi demonſtret de legitimo impedimẽto, vt per eũ, vel ſit officialis in ſua patria, vt per eundẽ, n. 34. verſ. dum dixi.

b Per omne genus probationum] Quid releuent hæc verba, notatum ſupra c. 22. termini, in his verbis, vol. 1.

DE EODEM.
Cap. XXXIV.

TEneantur & ipſi Syndicatores officialiũ ciuitatis Mediolani a infra quinquaginta dies tantũ, ad tardius, immediate ſequuturos, poſt reſponſionẽ factã inquiſitioni generali, ſeu poſt terminũ datũ ad reſpondẽdum ipſi inquiſitioni, decidere, & expedire ſyndicatum ipſum. Si vero cõtingat in terris Ducatus Mediolani ſyndicari aliquem officialem, vel officiales infra triginta dies, poſt reſponſionem factam, vt ſupra, ſeu poſt terminum datum, vt ſupra. Et vbi cõperti fuerint accepiſſe munera, ex iure accipi nõ cõceſſa,

puoia-

Digitized by Google

puniantur ipſi in pœna quadrupli, cameræ Ducali applicanda, & teneantur omnes, qui iam querelas porrexiſſent, aut porrigerent contra ipſos Iuſdicentes, & officiales ſyndicandos, proſequi eorum querelas ſyncere, & pro viribus, vſque ad finem, & terminationem ipſarum cauſarum, & ſyndicatus. Et ſi contingat, inchoato ipſo ſyndicatu, & etiam ante initium ipſius ſyndicatus ipſos Poteſtates, Iuſdicentes, & officiales aliquas pecunias debite ablatas, vel acceptas reſtituere, teneatur tamen ipſe ſyndicator, ſeu ipſi ſyndicatores, teneantur contra eos procedere, ac ſi reſtitutio facta non fuiſſet, & tamen pœnam incidant, quam non facta reſtitutione, & ipſis conuictis, incidiſſent. Et ſi contingat aliquem, cupiam officiali aliquid indebite dediſſe, & talis conqueri nollet, ſyndicatorque, vel ſyndicatores hoc aliunde ſentirent, poſſint, & debeant ſyndicatores ipſi, vel ſyndicator, quibuſcunque modis, & prout eis videbitur, inquirere veritatem, & comperta veritate, condemnetur ille, qui rem habuiſſet indebite, eodem modo, quo condemnari debuiſſet, conquerente illo, qui conqueri noluiſſet, & ille, cuius cauſa veritas in notitiam perueniſſet, teneatur ſecretus, & habeat illud, quod habere debuiſſet ille, qui libellum, ſeu querelam porrigere debuiſſet. Præterea, ſi dato libello, vel porrecta querela, contra officialem, ille, qui libellum dediſſet cum officiali concordaſſet, non obſtante ipſo concordio, teneantur ſyndicatores, ſeu ſyndicator, procedere ad inquiſitionem veritatis, quibuſcunque modis, & prout ipſis, ſeu ipſi videbitur, & comperta veritate, ad condemnationem officialis, ſeu officialium, eodem modo, quo proceſſiſſent, non facto concordio, quod concordium, nullo modo valeat, nec teneat, quo ad pœnas publicas tantum. Nec ſyndicator aut ſyndicatores audeant, vllo modo, concordiũ temptare, nec admittere in præiudicium, vt ſupra. Et tamen, in omni caſu officialis, qui deliquiſſet, incurrat eam pœnam, quam incurrere debuiſſet, non facto concordio, quo ad pœnas publicas tantum, vt ſupra, qui ſyndicatores, vel ſyndicator, pro dictis ſyndicatibus, ſeu eorum ſententijs, vel relationibus, nihil accipere poſſint, niſi prout, in Præſentibus ſtatutis diſpoſitum eſſe reperiatur, & quod vllæ reſeruationes in ipſis ſyndicatibus fieri non poſſint, niſi de ſpeciali licentia prælibati Domini, Domini, aut Senatus. Et ſi contingat aliquam, vel aliquas reſeruationes fieri de licentia, vt ſupra, quæ exigerent altiorem indaginem, terminetur, ſeu terminentur, ac decidantur, infra menſem vnum, à lapſu ſupraſcriptorum 50. dierum connumerandum, & in ſyndicatibus officialium aliorum locorum infra 20. dies, ſub pœna ſalarij vnius menſis, irremiſſibiliter retinendi, abſque alia declaratione, nec poſſint ipſi ſyndicatores, vel ſyndicator, facere in ſyndicatibus aliquas abſolutiones generales ſine ſpeciali licentia, vt ſupra, quæ appareat in ſcriptis.

a INfra quinquaginta dies] † Idem cauetur in nou. con-
1 ſtit. tit. de offic. vic. gene. in prin. §. cauſamque ipſam, idẽ eſt etiam de iure cõmuni, vt not. Affl. in conſtit. regni, rubr. 93. quanto tempore, nu. 3. lib. 1.

DE EODEM. Cap. XXXV.

A Sententijs autem per eos ſyndicatores, ſeu ſyndicatorem latis in cauſis ſyndicatuum, & alijs, quæ per eos, ſeu per eum facta fuiſſe reperiantur, tam in proceſſu, quam aliter, *a* appellari, *b* officium iudicis implorari, querelari, de nullitate dici, nec ſupplicari alio, quouis modo, vel cauſa, directe, nec per indirectum eas retractari non liceat, neque poſſit, ſed prout latæ fuerint, executioni demandentur.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſſit à ſententia lata in ſyndicatu.*

a APpellari] † Idem de iure communi in Officiali cõ-
1 demnato in ſyndicatu propter dolum, vel aliter, ita Rom. ſing. 31. idem Lanfran. Balb. ſuis concluſ. cent. 5. col. 46. declarando, vt late per Lancell. tract. attent. 2. parte, cap. 12. de attent. appell. pend. limit. 20.

b Officium iudicis implorari, querelari, de nullitate dici, nec ſupplicari] Quid releuent hæc verba, late notatum ſupra cap. 116. petito, in verbis his, vol. 1.

Quod Poteſtas eiuſque iudices, & officiales ſtent extra domum communis, tempore ſui ſyndicatus. Cap. XXXVI.

POteſtas, & eius iudices, & omnes eius officiales, finito officio, teneantur, *a* & debeant diſcedere à domibus communis Mediolani, & extra domos communis Mediolani ſtare per totum tempus ſui ſyndicatus, & quod durante termino eorum ſyndicatum, *b* non poſſint aliquod officium exercere in ciuitate, nec Ducatu Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Officialis durante ſyndicatu non poteſt prætendere officium.*

a DEbeant diſcedere à domibus communis Mediolani] A palatio ſcilicet, & hoc ſeruatur.

b Non poſſint aliquod officium exercere] † Idem de iu-
1 re communi, ita not. Affl. in conſtit. regni, Rub. 92. de numero official. num. 11. cum addit. ibi, lib. 1. idem Lancell. tract. de attent. 2. parte princ. cap. 5. de attent. accuſat. vel inquiſit. pendent. num. 11.

De ſatiſdatione præſtanda per Poteſtatem Mediolani. Cap. XXXVII.

POteſtas teneatur, & debeat ſatiſdare pro ſe, & ſua familia in manibus dominorum Magiſtrorum ducalium intratarum extraordinariarum *a* per duos menſes ante exitum ſui regiminis cum bonis fideiuſſoribus, *b* qui non ſint ex prohibitis per præſentia ſtatuta, & de ſtando ad ſyndicatum, finito tempore ſui regiminis, & de reſtituendo totum id, in quo fuerit condemnatus ipſe, vel aliquis *c* de eius vicario, iudicibus, *d* & familia, ſecundum formam ſtatutorum communis Mediolani, & alia faciendo, & obſeruando, prout in ſtatutis continetur. Idem ſeruetur in alijs Poteſtatibus, & officialibus ciuitatis, & Ducatus Mediolani, ac diſtrictus, & terrarum ſuppoſitarum ſtatutis communis Mediolani, ſingulariter referendo.

SVMMARIVM.

1 *Officialis tenetur fideiubere debent, & fideliter exercendo officium ſuum, quid vbi facta fuiſſet prorogatio officij.*
2 *Vicarius Prætoris eligitur ab ipſo Prætore.*
3 *Officialis tenetur pro familia ſua, declara vſque ad num. 11.*

a PEr duos menſes ante exitum ſui regiminis] † Stante
1 diſpoſitione huius ſtatuti, ſi Poteſtati fieret prorogatio eius officij per aliud tempus Poteſtas hic non tenetur præſtare fideiuſſionem hanc, niſi per duos menſes ante finẽ temporis prorogari, nec tunc poſſet bis ſyndicari, cum hęc prorogatio diceretur idem officium, Ita not. Iaſ. in ſimili in l. 1. col. pen. num. 18. C. de iud. Verum hodie hanc fideiuſſionem tenentur officiales præſtare in principio eorum regiminum, ita notatur in nou. conſt. tit. de off. & iuriſd. om. iud. in princ.
b Qui non ſint prohibiti per præſentia ſtatuta] Veluti ſunt Doctores, & notarij, vt ſupra cauetur, cap. 32. teneantur, & infra cap. 353. nullus.
c De eius vicario, & iudicibus] † Hoc ideo hic diſpoſi-
2 tum, ex quo diſpoſitione ſtatuti ſupra cap. 6. Poteſtas ipſe eos eligebat, & cura eius eſſe debebat in eligendo bonos, & legales, vt not. Rebuff. tracta. de ſentent. execut. art. 7. glo. 11. num. 3.
d De familia] † Officialis tenetur de malo facto, & deli-
3 ctis eius familiæ, vt per Io. de Arnono, dialogo 4. † De de-
4 bitis, vel contractibus factis per famulum officialis, etiam durante eius officio, non tenetur, ita not. Bonacoſ. in tracta.
5 de ſeruis, & fam. quæſt. 42. † Vbi autem tenerentur ex pacto, vel ſtatuto, non valeret Proclama per eos officiales factum in principio officij, quod nemo contraheret cum eis, ſub pęna nullitatis, vt dicit Socin. ſen. conſi. 107. ad fi. vol. 1. Boſſ.
6 tit. de furt. num. 57. † De delictis autem ſuæ familiæ tenetur, ita Boſſ. ſua praxi crim. tit. de official. corrupt. n. 31. verſ. & ſciendum, Rebuff. tract. de ſenten. execut. art. 7. glo. 15.
7 circa fi. † A pęna autẽ eximitur exhibendo delinquens, Practic. in forma inquiſitionis, n. 7. cũ addit. ibi, idẽ not. Ange. in l. 1. in prin. verſ. in textu, ibi, C. ad leg. Iul. repet. Boſſ. tit. de
8 furt. n. 55. verſ. furtũ. † Officialis ſi promittat cõmunitati p

debitis contrahendis per eius familiam, etiam quod procla-
mari faciat, quod nemo cum ea contrahat, tamen non libe-
ratur ab hac promiſſione, ita not. Boſſ. ſua praxi crimin.
9 tit. de furt. nu. 57. † Officialis pariter non tenetur de com-
miſſis per eius familiam extra iuriſdictionem, ita not. Lan-
10 franc. Balb. ſuis concluſ. cent. 5. concl. 500. † Poteſtas con-
demnatus pro familia in aliquo vt obligetur, debet eſſe ſen-
tentia valida lata contra illos, alias non, ita not. Dec. conſ. 8.
11 num. 9. † Poteſtas, vel officialis quando tenetur pro fami-
lia faciente furtum, vt euitet hanc obligationem, poteſt vti
cautelis, de quibus per Pract. d. forma inquiſitionis, num. 6.
cum addit. ibi nu. ver. tranſeat in exemplum, Ferra. cau. 49.
& per Bonac. ſuis quæſt. crim. in verb. poteſtas, verſ. dicit
ſtatutum, & tract. de ſeru. & fam. quæſt. 41.

Quod nullus Mediolanenſis ſit Aduocatus, nec Procurator Poteſtatis, vel alterius officialis, tempore ſyndicatus eorum. Cap. XXXVIII.

NVllus ciuitatis, nec Ducatus Mediolani *a* ſit Aduocatus, nec Procurator Poteſtatis, nec eius familiæ, nec alicuius alterius officialis ſyndicandi in cauſis ſyndicatus, & quod aliquis non audeat, nec præſumat ire, nec ſtare cum eis, nec aliquo eorum coram ſyndicatorib. *b* pro faciendo iniurias, nec minas alicui conquerenti de ipſis, nec aliquo eorum, nec aliquod impedimentum præſtare, quo minus in dictis cauſis procedatur, & ſi quis contrafecerit, cõdemnetur in libris quinquaginta Imperialium, qualibet vice, applicandis communi Mediolani, & ſuper prædictis teneatur Poteſtas inquirere, & punire ſuo officio.

SVMMARIVM.

1 *Doctores non conſulant aduerſus officiales in Magiſtratu, quando ſyndicantur.*

a SIt Aduocatus] † Secus ſeruatur, imò non eſt de more
1 quod Doctores conſulant aduerſus officiales in Magi-
ſtratu, quando ſyndicantur, ita Bonac. in quæſt. crim. in ver-
bo, ſindicare, verſ. & nota.

b Pro faciendo iniurias] Ad hoc vt detineantur querelare, & conqueri volentes.

Quod Poteſtas, eiuſque iudices, & alij officiales, non reddant ius fideiuſſoribus ſuis. Cap. XXXIX.

POteſtas Mediolani, eiuſq; iudices, & alij officiales ciuitatis, & Ducatus Mediolani non poſſint quoquomodo ad inſtantiam fideiuſſorum ſuorum, nec alicuius eorum, in eorum cauſis iuſdicere in ciuilibus, nec criminalibus, & ſi contrafactum fuerit, *a* ipſo iure ſit nullius valoris, & momenti, quo ad fauorem ipſorum fideiuſſorum.

a IPſo iure] Sine aliqua ſcilicet iudicis ſententia, ſaltem reſciſſoria, vt late not. ſupra cap. 1. verbo, ipſo facto, 1. vol.

De pœna officialis committentis baratariam. Cap. XL.

a QVicunque officialis *b* baratariam, *c* vel ſcienter, & doloſe aliquam iniuſtitiam commiſerit, *d* aliquid omittendo, vel faciendo, propter quod læſum ſit aliquod commune, collegium, conſortium, vniuerſitas, vel læſa ſit aliqua ſingularis perſona, *e* condemnetur *f* in quadruplum totius eius, de quo interuenerit læſio, cuius quadrupli *g* medietas, applicetur læſo, & altera communi Mediolani, & ſi commune Mediolani, vel aliud commune Ducatus, & diſtrictus Mediolani ſolum læſum fuerit, totum applicetur dicto communi læſo, & ſi non perceperit, ſed ſolum promiſſionem habuerit, ille, qui promiſit, teneatur illud dare dicto communi, & totidem illi, qui lædebatur ex huiuſmodi promiſſione, ſi effectum habuiſſet, & nihilominus officialis condemnetur in triplum eius, de quo receperit promiſſionem. Et inſuper priuati ſint, & eſſe intelligantur *h* ipſo iure, & facto, officijs ſuis, vbi eos ſyndicari contingat, durantibus eorum officijs. *i* Et ita non poſſint vnquam habere aliquod officium, nec beneficium in ciuitate, nec Ducatu Mediolani. Et vlterius *k* puniantur in ictibus tribus cordæ, vel in alia pœna corporali, etiam vſque ad vltimum ſupplicium incluſiue, *l* arbitrio ſyndicatorum, inſpecta qualitate committentis, & per ſyndicatores exequenda.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quicunque eſt vniuerſalis.*
2 *Barataria quid ſit.*
3 *Officialis an poſſit ſindicari vltra furtum, & baratariam.*
4 *Conſulens male, vel iudicans mali an puniatur.*
5 *Iudex denegans audientiam præſumitur in dolo.*
6 *Officialis quando præſumatur per dolum, & ſordes feciſſe, & num. 7.*
8 *Male iudicans doloſe tenetur ad intereſſe.*
9 *Iudex negligens doloſe facere iuſtitiam in criminalibus, punitur criminaliter, & quomodo, num. 10.*
11 *Iudex fugiens à ſyndicatu patitur iuramentum contra ſe.*
12 *Officialis quando dicatur in officio delinquere.*
13 *Officialis ita ſyndicatur de negligentia, ſicut de culpa, & nu. 15. declara num. 14. & 16. & vſque ad num. 21.*
22 *Officialis negligens facere iuſtitiam tenetur ad intereſſe, & pœnas vt num. 24. & 25.*
23 *Negligentia officialis quomodo probetur.*
26 *Iudicans contra communem an teneatur in ſindicatu.*
27 *Officialis remittens pœnam ſtatutariam tenetur in ſyndicatu, declara num. 28.*
29 *Officialis faciens decapitare aliquem vbi tractabatur poterat cogi pœna pecuniaria, quomodo puniatur.*
30 *Officialis interficiens aliquem calore iracundiæ, qua pœna puniatur.*
31 *Officialis an poſſit ſine peccato exequi ſententiam Principis, quod quis ſuſpendatur abſque proceſſu, & nu. 32.*
33 *Officialis ob bonum publicum an poſſit aliquem priuare re ſua ed tempus.*
34 *Officialis qui male iudicauit ex conſilio Aſſeſſoris, an excuſetur in ſyndicatu, vſque ad num. 38.*
39 *Officialis qui credidit homini legali, quod non aufugiſſet à Prætorio an excuſetur.*
40 *Iudex male iudicans ob imperitiam ad quid teneatur.*
41 *Iudex in dubio præſumitur potius iudicaſſe ex imperitia, quam ex dolo.*
42 *Aſſeſſor qui ommiſſit ſubſtantialia iudicij an teneatur in ſyndicatu.*
43 *Magiſtratus qui facit ſententiã iniuſtam, & nõ habet vnde ſoluat, an carceretur.*
44 *Aſſeſſor inquirens, vel ſententiam ſub titulo Iudicis, an teneatur in ſyndicatu.*
45 *Accuſatio de barataria an ſit popularis.*
46 *Officialis an teneatur de iniuſtitia Rectoris.*
47 *Pœna barataria quæ ſit, num. 52. & cui applicetur ea quæ pecuniaria eſt, vſque ad num. 50.*
51 *Officialis qui commiſſit baratariam non poteſt habere aliquod officium poteſt degradari, & priuari dignitate.*

a QVicunque officalis] † Comprehendit omnes offi-
1 ciales cuiuſcunque generis, ponderando verbum,
Quicunque, quod eſt vniuerſale, Aſin. ſua praxi iudic. in
princ. cap. 7.
b Baratariam] † Quid ſit barataria cauetur in cap. ſe-
2 quenti, & de iure communi late not. Bonacoſſ. in quæſt. crim.
3 in verbo, barataria. † Poteſtati ſi concedatur vt non poſſit
ſyndicari niſi de furto, & barataria, poterit tamen ſyndicari
in his, in quibus ſit culpabilis culpa leui, vel leuiſſima in fa-
ciendo, ita Curr. ſen. conſ. 66. nu. 8. ad fin.
c Scienter & doloſe] Nam male conſulens, vel iudicans
4 Iudex, vel commiſſarius punitur, ita not. Scala tractat. de
5 conſilio ſapientis, cap. 23. & 24. libr. 4. † Iudex denegans
audientiam præſumitur in dolo, ita Boſſ. ſua praxi tit. de
6 official. corrupt. num. 17. † Officialis pariter ſi in proce-
dendo non ſeruat ſeruanda, puta, quia admittat defenſiones
ſuſpecti criminis capitalis abſq; conſtitutione, præſumitur
in dolo, & per ſordes feciſſe, vt not. Boſſ. d. tit. de off. corrupt.
7 num. 21. † Ex qualitate autem perſonæ iudicis dignoſci-
tur, vtrum per ſordes tulerit ſententiam, vel ne, vt not. Boſſ.
d. tit. nu. 18. In dubio autem præſumitur potius per impe-
8 ritiam iudicaſſe, vt not. ibi Boſſ. nu. 19. † Male iudicans do-
loſe, non tamen pecunia ei data, tenetur ad omne intereſſe
verſus partem læſam, & infamis efficitur, ita Boſſ. d. tit. de
9 official. corrupt. n. 11. † Iudex qui doloſe negligit facere iu-
ſtitiã in criminalibus, punitur criminaliter, ita Boſſ. d. o. 1 t.
ad fin.

Digitized by Google

10 ad finem, & nu. 12. † Quæ autem ſit pœna huius criminaliter
11 liter agendo, not. Boſſ. d. loco, num. 13. † Iudex ſi aufugiat à
ſyndicatu, poterit iurari contra eum, vti doloſum, ita Boſſ.
12 ibi, nu. 16. † Officialis quando dicatur delinquere in officio,
ficio, not. Foller. ſua praxi crim. 1. parte, 2. partis, verſi. audiantur
diantur excuſatores, nu. 146.

d Aliquid omittendo] † Officiales debent ſyndicari tam
13 de negligentia, ſicut de culpa in faciendo, ita Marſil. tract.
14 bannit. in verbo, iudice, nu. 149. & 150. † Tamen quod de
conſuetudine in Etruria, & Mediolani non teneatur iudex
vltra dolum, & barattariam, not. Grammat. conſ. 73. verſ.
idem iudex, Ioſeph. Ludouicus in Rota Lucana, deciſ. 3.
num. 39. & 46. & deciſ. 4. num. 53. & deciſ. 9. num. 27. cum
ſeq. & ſuis communibus, conclu. quæſt. 38. verſic. inſertur
15 102. † Iudex, & officialis non faciens iuſtitiam ita punitur
tur in faciendo malam iuſtitiam, quam in omittendo, ita Tiraq.
raq. de pœn. temper. cauſa 44. nu. 1. declarando nu. 6. cum ſequen.
16 quen. † Tamen delinquens in omittendo mitius punitur,
quam in committendo, ita Tiraq. d. cauſa 44. maxime num.
1. cum ſeq. præcipue, num. 23. cum ſeq. declarando, vt per
17 eum. † Sola culpa iniuſte iudex condemnans aliquem ad
mortem, corporaliter puniri poteſt, non mortis, ſed arbitraria,
ria, ita not. Gomeſ. tract. delict. cap. 3. de homic. n. 16. verſ.
18 ſecundus caſus, exemplificando, vt per eum. † Sed ſi dolo
malo fecit, punitur pœna mortis, idem Gomeſ. ibi d. n. 16.
19 ad fi. Gramm. deciſ. 99. nu. 1. & 2. † Officialis tamen nõ eſt
puniendus de qualibet negligentia, ſed de ea tantum, quæ
20 eſt dolo proxima, ita not. Boſſ. d. tit. num. 26. † Sed quod
hodie non ſyndicentur officiales de negligentia, not. Clar.
21 ſua prax. cri. §. fi. q. 73. verſ. item iudex. † Iuſtitiam baratãs
dicitur proditor, & contra eum poteſt procedi ad inſtar rei
crim. læſ. maieſt. ita Gigas tract. de crim. læſ. maieſt. li. 3. rub.
de prodit. q. 2.

e Condemnetur] † Officialis negligens faciens iniuſtitiam
22 tiam tenetur de iure ad totale intereſſe, ſicut male iudicans,
ita Roma. ſing. 416. idem Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de offic.
23 corrupt. num. 24. † Qualiter autem probetur negligentia
24 notat idem Boſſ. d. tit. num. 25. † Officialis vexans aliquẽ
dolo, vel culpa, vel negligentia, ad quas pœnas teneatur de
25 iure, not. Aſin. ſua praxi iud. § 35. ca. 2. ampliat. 39. † Qualiter
liter autem puniantur officiales regni, not. Afflict. in conſt.
26 regni, rub. 29 de iniur. curial. nume. 14. lib. 1. † Iudex vel
officialis iudicans contra communem, ſi eam falſam non
ſcit oſtendere, tenetur in ſyndicatu, ita Vant. tract. nullit.
27 tit. de nullit. ex defectu proceſ. nume. 120. † Officialis remittens
mittens pœnam ſtatutariam tenetur ſyndicatu, non ſic ſi remittat
mittat mulctam, vel pœnam arbitrariam, ita not. Bonacoſſ.
in quæſtione crim. in verbo pœna, verſic. officialis remittẽs.
28 † Officialis indebite puniens punitur eadem pœna, ita Amanel.
29 nel. de Claris, ſing. 102. textus eſt. † Officialis faciens decapitare
pitare aliquem pro homicidio, pro quo pœna ſolum pecuniaria
niaria imponebatur, ipſe debet decapitari, ita Petr. Rauen.
30 ſing. 265. † Prætor, vel officialis qualiter puniatur interficiens
ficiens aliquem calore iracundiæ, vel pecuniæ, not. Vrſill.
31 ad Affl. deciſ. 391. num. 7. † Officialis impune, & ſine peccato
cato poteſt exequi ſententiam, & mandatum Principis,
quod aliquis ſuſpendatur abſq; proceſſu, ita Hier. Cagnol.
in l. velle, num. 15. ff. de reg. iur. notatum in lib. 14. communium,
nium, in verbo, officialis abſque peccato, Emanuel Suarez
32 ſuis communibus, in ver. officiales ſi mandatum. † Si autem
tem mandatum ſit iniuſtum an teneatur exequi, ſignanter
explicat Boſſ. ſua praxi crim. tit. de homic. numer. 96. cum
33 ſeq. † Officialis pariter propter publicam vtilitatem poteſt
teſt ad tempus priuare Dominum re ſua, ita not. Gabr. ſuis
34 communibus, tit. de iure quæſito tollen. concl. 2. num. 7. †
Prætor, & officialis qui male fecit, vel iudicauit ex conſilio
aſſeſſoris excuſatur in ſyndicatu, ita not. Dec. in l. iuris ignorantia,
rantia, la 1. nume. 4 & la 2. nume. 18. C. qui admitt. Calcan.
35 can. conſil. 83. n. 6. † Si tamen aſſeſſor ſit Doctor, vt per eũ
36 ſequitur Boſſ. ſua praxi, tit. de offic. corrup. n. 27. † Fallit ſi
ipſe Prætor fuiſſet, & ipſe Doctor, & peritus, vt ibi per Dec.
& Boſſ. tamen non excuſatur quin procedatur contra eum
ciuiliter, non autem ad pęnam fiſco applicandam, niſi ſit à
ſuperiore deputatus, ita not. Paris de Puteo, tract. ſyndicar.
caut. 20. in verbo, aſſeſſor, nu. 9. 10. & 11. Diaz reg. 53. aſſeſſor,
37 ſor, declarando, vt per eum. † Iudex tñ qui eſt ſecutus cõſilium
ſilium ſapientis, ſi male iudicat ſecundum eum non excuſatur
tur in ſyndicatu, ita Dec. in d. l. iuris ignorantia, n. 19. idem
Boſſ. crim. tit. de official. corrupt. num. 28. Paris de Puteo, d.
tract. in princ. Fallit ſi hoc conſilium habuiſſet à pluribus
38 peritis, vt not. Dec. d. n. 20. † Conſilium tamen vnius Doctoris
ctoris magnæ exiſtimationis excuſat iudicem male iudicãtem,
tem, ita not. Felin. d. ca. cum contingat, n. 3. verſi. & in quãtum,
tum, de reſcript. facit quod notat Dec. d. l. iuris ignorantia.
39 nu. 22. † Prætor qui credidit homini legali, qui non aufugiſſet
fugiſſet à Prætorio non tenetur in ſyndicatu, idem Felin. d.
c. a cum contingat, n. 3. idem Boſſ. d. tit. de official. corrupt.
40 n. 29. † Iudex male iudicans ex imperitia tenetur in quãtum
tum iudicanti videbitur, declarando ut per Boſſ. ibi nu. 22.
Et eo caſu tenetur quatenus eſt ſoluendo, vt ibi per eum,
41 num. 23. † In dubio autem præſumitur potius ex imperitia
42 ritia iudicaſſe, quam ex dolo, vt ibi per Boſſ. nu. 19. † Aſſeſſor
ſeſſor non tenetur in ſyndicatu qui ſubſtantialia iudicij
omiſit de voluntate partium, ita Paris de Puteo, d. verſicu.
43 aſſeſſor, num. 3. † Magiſtratus faciens ſententiam iniuſtã,
vbi non eſt ſoluendo in ære, carceratur, donec ſoluat, ita Paris.
44 riſ. d. loco, nu. 11. verſ. vbi dicit Baldus. † Aſſeſſor formans
inquiſitiones, & ſententias ſub titulo iudicis, vel magiſtratus,
tus, ipſe tenetur in ſyndicatu, ſi ſententia ſit iniuſta, ita Pariſ.
riſ. d. verſ. aſſeſſor, nu. 2. idem in alijs iudicibus, ita notat Cœ
poll. cau. 215. Vbi etiam notatur, qualiter dicatur conſilium
45 date. † Accuſatio pro barataria eſt popularis, & cuilibet
de populo competit, ſi agatur criminaliter, ſi autem ciuiliter,
ter, ſi applicatur fiſco, competit cuilibet de populo, alias ſi
aliqua pars applicatur parti ſoluenti, tunc competit ſolum
ſoluenti, & eius hæredi, ita Angel. in l. 1. uerſi. ad hanc partem,
46 tem, C. ad leg. Iuliam repet. † Officialis an teneatur de
iniuſtitia Rectoris, diſtinguit relatiue Cœpoll. d. caut. 215.
nume. 2.

f In quadruplum] † Idem de iure communi, per tex. l.
47 3. C. de aſſeſſor. idem not. Affli. in conſtitu. regni, rubrica
40. vt magiſter, iuſtit. magiſter, num. 2. & 3. lib. 1. idem rubr.
52. vt iuſtitiarij, nume. 8 lib. 1. Boſſ. d. titu. de official. corrupt.
rupt. nume. 6. cum ſequent. & clarius poſt, nume. 10. Augetur
getur autem pœna hæc arbitrio Senatus vſque ad mortem
per nouas conſtit. tit. de offic. vicar. gener. cap. Iuſdicentes.
48 † Punitur autẽ iudex pęna homicidij, ſi pecunia corruptus
condemnet innocentem ad mortem, ita Clar. ſua praxi. §.
homicidium, verſ. item iudex.

g Medietas applicetur læſo] † Cui aũt applicetur hoc quadruplũ
49 druplũ à iure cõi, notat gl. in l. 1. vbi Ang. verſi. in gloſ. quæ
incipit, C. ad leg. Iul. repet. Affli. rub. 24. de violentiſſ. violẽtias,
tias, n. 11. & rubr. 52. vt iuſtitiarij, n. 8. ad fin. lib. 1. diſtinguit
Clar. ſua praxi crim. §. fin. quæſt. 73. verſicu. iudex committens.
50 tens. † Officialis autem ſi offendat ſubditum, offendit etiã
Principem, ita quod remiſsio priuati non prodeſt quin teneatur
neatur in ſyndicatu, ita Afflict. in rub. 32. de iniur. nume. 5.
lib. 3.

h Ipſo iure, & facto] Abſque ſcilicet iudicis ſententia,
declarando, vt late ſupra notatum, capitu. 1. in 1. volum. in
verbo, ipſo facto.

i Et item non poſsit vnquam habere aliquod officium]
51 † Idem de iure communi, ita Clar. d. verſic. iudex committens,
tens, Capitius deciſ. 121. nu. 17. & 18. Vbi tenet etiam poſſe
degradari, & priuari dignitate, Guid. Pap. ſing. 510. verſicu.
qualiter, Lancellot. tract. attent. 2. parte, capitu. 4. de attend.
lit. pend. nu. 20. Bonacoſſ. in quæſt. crim. in ver. ſyndicate,
verſi. ſi condemnatus.

k Puniatur in ictibus tribus cordæ] † De iure communi
52 punitur ictibus plumbatis, vt not. Pet. Rauen. ſing. 462.

l Arbitrio ſyndicatorum] Hic ſublatus per diſpoſitionem
52 nem nouarum conſtitutionum, in titu. de offic. vic. gen. cap.
non poſſunt. Vbi diſpoſitum, ſyndicatores non poſſe, nec
abſoluere, nec condemnare, ſed cauſas referre in Senatu.

Quid intelligatur Barataria.
Cap. XLI.

BAratαria autem intelligatur, ſi quis pretio pacto, ſeu conuento aliquo, dato, vel promiſſo, ſeu remiſſo, aliquid fecerit, vel omiſerit in officio ſuo propter quod, aliquod Commune, & vt ſupra, vel ſingularis perſona lędatur, vel lædi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Barataria quæ ſit & quando intelligitur commiſſa.*
2 *Iudex corruptus pecunia magis delinquit.*
3 *Barataria an ſit quando debitor liberatur ob ſententiam.*
4 *Barataria, & dolus qualiter probatur.*
5 *Mediatores in Barataria quam fidem faciunt.*
6 *Concuſſio quando fiat.*
7 *Sindicator pro inuenienda Barataria quid poſſit facere.*

8 *Aſſeſſor cōdemnatus pro Barataria in vno loco nō pōt eſſe in alio.*
9 *Barataria non committitur ſine dolo.*
10 *Iudex committens Barataria patitur iuramentum in litem.*
11 *Sententiam vendens non mittit Baratariam, ſed non eſt Simoniacus.*
12 *In Barataria non eſt locus pœnitentiæ re integra.*

1 BArataria autem intelligatur] † De iure communi
quod intelligatur barataria quando Iudex corrum-
pitur pecunia, vel aliter, vt etiam ferat ſententiam iniuſtā,
not. Bald. conſil. 21. num. 6. volum. 5. Socin. reg. 55. Barata-
ria, Limitando vt per eum, & per Cottam, in verbo, Iudici-
bus, not. Boſſ ſua praxi, tit. de offic. corrupt. num. 1. & 2. late
Bonacoſſ. in quæſt. crim. in verbo, Barataria, Menoch. tract.
arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 342. num. 20. cum ſeq. & eo caſu
2 tenetur reſtituere, ibi nu. 22. † Nam Iudex corruptus pe-
3 cunia magis delinquit, ita Capit. deciſio. 155. nume. 13. †
Quod autem non ſit barataria, ſi quis debitor exiſtens in
libro Communitatis, delet, vt non ſit amplius debitor, no-
tatur in addit. ad Iaſ. in § quadrupli, numer. 82. Inſtit. De
4 actio. † Qualiter barataria probetur, & dolus, notat ſignā
5 ter Boſſ. ibi num. 14. cum ſeq. † Quam autem fidem faciāt
quorum opera exercetur Barataria, explicat relatiue Boſſ.
6 d. loco, nume. 15. † Concuſſio autem ſit quando minatur
quis alicui, vt quid faciat, vel non faciat, ita Guido Papa
7 Singu. 372. † Syndicator poteſt detineri facere tempore
ſyndicatus omnes Officiales ad inueniendum baratarias, &
tenetur eo caſu Prætor, vel Officialis exhibere milites cora-
rios & alios, ita notat Boſſ d. tit. de offic. corru. numero 20.
8 † Aſſeſſor condemnatus de barataria in vno loco, non po-
teſt amplius eſſe aſſeſſor in alio loco, ita notat. Paris de Pu-
9 teo tractat. Syndic. caſu 20. verſic. Aſſeſſor, nume. 8. † Ba-
rataria non poteſt committi ſine dolo, ita Boſſ. ſua praxi cri
10 min. tit. De rapina, nume. 46. † Iudex ſi corruptus pecunia
male iudicat committendo baratariam, veluti bonorum in-
uaſores poterit contra eum iurari in litem, ſicut contra in-
uaſores, ita notat Boſſ. d tit. De rapina, n. 45. ad finem, & 46.
11 † Sententiam vendens, licet committat baratariam, tamen
non dicitur ſymoniacus, licet peccet, ita Imol. in d. ca. Cum
non ab omni, ad fin. de vit. & honeſt. cleric. ſed quod com-
mittatur ſymonia, not. Foller. in cōſtit. regni, Rubr. de Offi.
12 Iuſtitiarij, num. 4. † In barataria non eſt locus pœnitentię
etiam re integra, vbi pœna imponitur ipſo iure, ita Marſil.
Sing. 321. num. 2. & 3.

DE EODEM.
Cap. XLII.

SI quis vero ſine aliquo dato promiſſio, conuentato, vel remiſſo, quouiſmodo, vt ſupra, per dolum, vel fraudem *a* aliquid fecerit, vel omiſerit in officio ſuo, eo caſo condemnetur in quadruplum eius, in quo læſerit Commune, vel vt ſupra, vel ſingularem perſonam. Cuius quadrupli medietas applicetur læſo, & altera medietas Communi Mediolani. Et ſi Commune Mediolani læſum tantum fuerit, totum applicetur ipſi Communi Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia proxima dolo eſt punibilis in quadruplum.*

a ALiquid fecerit, vel omiſerit] † Et ſic vult teneri de
1 omiſſis cum fraude, uel dolo in quadruplum, modo
ſit negligentia proxima dolo, ut not. Boſſ. ſua praxi crim.
tit. de Offic. corrupt. pecunia, nu. 26.

DE EODEM.
Cap. XLIII.

SI uero *a* per imperitiam aliquid fecerit, uel omiſerit in officio ſuo. Ita quod Commune aliquod, uel ut ſupra, uel ſingularis perſona, ſit læſum, uel lęſa, condemnetur arbitrio Iusdicentis damnum paſſo, uſque ad ſimplum, & ſi non appareat damnum alicuius, uel non probetur, non condemnetur in aliquo, niſi certa pœna per Statuta ſit appoſita.

a PEr imperitiam] In factis igitur uel omiſſis per imperitiam uult tantum Officialem in ſimplum damni dari puniri, & vbi nullum adſit damnum in nihilo teneri, & hoc ex quo nullus dolus adeſt.

Quod Poteſtas, & illi de ſua familia aliquid non recipiant.
Cap. XLIIII.

POteſtas, & illi de ſua familia, vel aliquis pro eis, *a* nō poſſint, nec debeat aliquid accipere per ſe, nec ſubmiſſam perſonam directe, *b* nec per indirectum ab aliqua perſona ſeculari, Vniuerſitate, vel Eccleſiaſtica perſona ciuitatis, vel diſtrictus Mediolani, nec etiam aliunde ratione, vel cauſa, ſui officij, *c* etiam eſculenta, vel poculenta, poſtquam venerint ad ciuitatem per tempus ſui regiminis, ſeu officij. Saluo prout in Statutis Communis Mediolani diſpoſitum eſſe reperiatur. Idem in alijs Officialibus Ciuitatis, & diſtrictus, & Ducatus Mediolani, *d* ac terris ſuppoſitis Statutis Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nil poteſt capere etiam à ſponte dantibus declara nume. 2. & 3.*

a NOn poſſint, nec debeant aliquid accipere] † Etiam
1 à ſponte dantibus, ita not. Bart. in l. Inuitus, §. quiq;
cum gloſſ. ff. de reg. iur. Iaſ. l. Non dubium, col. 2. num. 17.
2 & 18. C. de legib. † Tanto magis non poſſunt accipere,
nec ſalarium, nec ſportulas aliquas, ita not. Bald. in l. gene-
raliter, col. 1. num. 2. C. de epiſc. & cler.
b Vel per indirectum] Veluti ſi detur vxori, vel alteri de
domo, vt not. Afflict. in Conſtitu. regni, Rubric 52. Vt iu-
ſtitiarij, num. 4. lib. 1.
c Etiam eſculenta & poculenta] † Idem de iure com-
3 muni, quod non poſſint accipi à litigantibus, à non litigan
tibus autem ſemel in anno, ita notat Afflict. ibi, Rubr. 41.
Capitaneorum, num. 27. cum addit. ibi, & Rubr. 52. Vt iu-
ſtitiarius, num. 4. lib. 1.
d Ac terris ſuppoſitis Statutis Mediolani] In quibus cō-
prehenduntur terræ Communes, vt late notatum cap. 153.
Statuitur, in 1. volum.

Quod condemnati ad ſyndicatum, non poſsint habere officium.
Cap. XLV.

POteſtas, & quilibet Iudex, vel Officialis, vel Miles, aut Notarius, vel in aliquo officio conſtitutus, *a* qui ſit foraſterius, vel quem de cætero conſtitui contigerit, qui condemnatus fuerit, *b* vel condemnabitur ad ſyndicatum, non poſſit vnquam in ciuitate, Diſtrictu, nec Ducatu Mediolani, nec terris ſuppoſitis Statutis Mediolani, *c* habere aliquod officium, vel ſtipendium, ſeu ſoldum, ſed de ciuitate, Diſtrictu, & Ducatu Mediolani, & vt ſupra, recedere teneatur, & ſoluere condemnationem, quam ſi non ſoluerit, & non receſſerit infra menſem vnum, *d* poſſit offendi in ære, & perſona, impune, excepto caſu homicidij.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui ſoluerit ante condemnationem id pro quo fuerit accuſatus an poſſit eligi ad officia declara nu. 2. & 3.*
4 *Et an poſſit offendi in ære, & perſona.*

a QVi ſit foraſterius] Non ſuppoſitus ſcilicet Statutis,
de quibus habetur ſupra, cap. 44. Si quis, in verbo,
Non Suppoſitus, volum. 1.
b Vel condemnabitur] † Quid ſi ſoluat ante condem-
1 nationem id pro quo fuerit imputatus, an tunc euitabit pę-
nam infamiæ, vt poſſit eligi ad officia, non obſtante diſpo-
ſitione huius Statuti, quod non, not. Bald. in l. vtique ad fi-
nem, C. de rei vendic. Contrarium cenſet deducendo hoc
pro cautela Cœpolla caut. 12.
c Habere aliquod officium] † Idem de iure communi,
2 per l. Caſſius, ff. de Senatoribus, late confirmat Capit. deciſ.
121. nume. 17. & 18. Lancellot. tractat. de attent. 2. parte
princ. cap. 4. de attent. lite pendent. nume. 20. & latius Bo-
nacoſſa in quæſt. crim. in verbo, Syndicate, verſ. Et condem-
3 natus, † nec etiam ex reſcripto Principis ſubreptitio, li-
cet alias ex alijs condemnationibus poſſet, vt notat. Tira-
quell. tractat. de pœnis temper. cauſa 58 nume. 7. verſicu.
6. Afflict. in Conſtit. regni, Rubr. 32. de iniurijs, Eos, nu.
7. lib 3.
d Poſſit offendi in ære, & perſona impune, excepto homi-
4 cidio] † Alias vbi non eſſet exceptum homicidium, qui
poteſt

Digitized by Google

poteſt impune offendi; poteſt occidi, not. Boſſ. ſua praxi crim. tit. Banniti quid amittant, in princip. declarando vt per eum.

Quod, qui fuerit, vel erit Poteſtas, Rector, Officialis Communis Mediolani, non poſsit eſſe niſi elapſis tribus annis. Caput XLVI.

QVicunque fuerit, vel erit poteſtas, Vicarius, vel Iuſdicens, ſiue Miles, ſeu Notarius, vel in aliquo officio in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, vel Diſtrictu, vel terris ſuppoſitis Statutis Mediolani, qui non ſit ciuis Mediolani, finito tempore ſui officij, non poſſit in aliquo officio conſtitui, *a* niſi præteritis tribus annis, computandis ab exitu ſui regiminis, vel officij. Et prædicta non habeant locum in Vicario prouiſionum, qui tamen in cauſis ſingularium perſonarum, vllo modo ſe intromittere non poſſit, niſi quatenus eſſet ordinatum, vel prouiſum per prælibatum Dominum, Dominum Mediolani, *b* vel per Statuta, vel ordinamenta Communis Mediolani. Quod Statutum *c* ſit præciſum, & præciſè obſeruetur. Et hoc, niſi aliter reperiatur diſpoſitum, ex forma Statutorum.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an poſſit finito officio ſtatim ad aliud elegi.*

a NIſi præteritis tribus annis] Reſtingitur ad annos duos, per nouas Conſtit. tit. de offic. & iuriſd. omn. iud. cap. 1 Nec etiam præmiſſi. † Non poteſt pariter habere illud officium dicto tempore, mutato tantum nomine, & titulo. §. non autem authoritate, quia diceretur factum in fraudem, ita not. Bald. in l. non dubium, num. 10. verſ. Quinto modo fraus. C. de legib.

b Vel per Statuta] Caſus in quibus D. Vicarius prouiſionum poteſt ſe intromittere in cauſis particularium notantur per Nos, ſupra cap. 1. in verbo, Modo non concernant alienationem.

c Sit præciſum & præciſè obſeruetur] Quid importent hæc verba, notatum ſupra in Præludijs, & cap. 100. Statuitur, in verbo, Et hoc Statutum, in his verbis.

De his, qui non poſſunt habere partem condemnationum. Caput XLVII.

NVllus filius, nepos, vel alius agnatus, vel cognatus, nec familiaris, nec domeſtica perſona, quæ ſit de familia Poteſtatis, vel alterius Iudicis, vel Officialis Communis Mediolani poſſit *a* habere aliquam partem de aliqua condemnatione, quæ fieret per eius accuſam, vel denunciationem. Sed in totum ipſa condemnatio perueniat in Commune Mediolani. Et ſi quis contrafecerit, habeatur pro condemnato, ipſo iure, in quadruplum illius quantitatis, quæ in eum peruenisset, ſecundum illam condemnationem. Cuius pœnæ medietas ſit Communis Mediolani, & alia manifeſtantis illud delictum, & quilibet poſſit accuſare & manifeſtare.

a HAbere aliquam partem condemnationis] Ad hoc vt tollatur omnis ſuſpitio fraudis, & iniuſtitiæ.

b Per eius cauſam, vel denũciationem] Ex qua aliqua pars accuſanti, vel denuncianti applicetur ex forma horum Statutorum, prout licet videre in multis caſibus.

De familiaritate comedendi, & bibendi omittenda per Poteſtatem, & eius familiam. Caput XLVIII.

AD tollendum omnem ſuſpitionem, ſtatuitur, quod Poteſtas Mediolani, & eius Iudices, Milites, Notarij, & alij de ſua familia *a* non poſſint, nec debeant ire ad comedendum, nec bibendum, nec comedere, nec bibere in ciuitate, nec ſuburbijs ciuitatis ad domum alicuius perſonæ ſecularis, vel eccleſiaſticæ, ciuitatis, Ducatus, vel Diſtrictus Mediolani, ſub pœna librarum centum Imperialium applicandarum Communi Mediolani pro quolibet inobediẽte, & qualibet vice, & eadem pœna, puniantur dantes bibere, vel comedere, vt ſupra.

a Non poſſint nec debeant ire] Hoc non ſeruatur.

De porta, & hoſtijs, Poteſtatis Mediolani & eius familiæ apertis tenendis. Cap. XLIX.

POteſtas Mediolani teneatur, & debeat curare, & facere, quod porta curiæ, in qua moratur, & hoſtia Camerarum Poteſtatis, Iudicum, & Militum ſuorum, ſtent aperta tota die, ita, quod homines liberius habeant aditum ad ipſum Poteſtatem, & eius familiam, *a* ſub pœna feudi, ſeu librarum vigintiquinque Imperialium, Poteſtati, & cuilibet Iudici & Militi librarum decem Imperialium, qualibet vice, applicanda Communi Mediolani.

a SVb pœna feudi] Salarij ſcilicet, Idem cauetur in Statutis mercatorum, ſub Rubrica, Quod Poteſtates, & omnes Iudices & Abbates.

RVBRICA GENERALIS.

De exactoribus, & receptoribus pecuniæ Communis Mediolani. Cap. L.

ILli, qui eligentur *a* Præſidentes officio Prouiſionum Communis Mediolani, curam habeant diligenter in officio, & ſingulis diebus bis, aut ſemel ſaltem, ad officium prouiſionum accedant, & reſideant. Vicariuſque Prouiſionum, bis in die, ſcilicet, in mane, & in veſperis reſideat ad dictum officium Prouiſionum, nihilque agere & ſtatuere poſſit, ſine prædictis præſidentibus, ſiue maiori parte eorũ in his, quæ eorum officium concernunt. Et, quod ipſis præſidentibus in fine officij ſoluatur ſalarium taxatum in primo Statuto huius voluminis ipſis exercentibus officium tãtum, cum ſolitis preeminentijs, & emolumentis ſoluẽdorum ſuper prouentibus, & pecunijs ad ipſum Commune ſpectãtibus, & deferendis. Quæ quidem pecuniæ, & prouentus, deponantur penes theſaurarium, qui pro temporibus erit Communis Mediolani, qui poſtea prædictum ſalarium ipſis præſidentibus perſoluat, vt dictum eſt. Hoc etiam addito, quod ipſi præſidentes debeant & teneantur priuſquam ab officio diſcedant, ſucceſsiue reddi ſibi facere rationem de omnibus exactis & redditibus prouiſionum per eos, qui exactionum, & redditũum ipſorum curam habebunt.

a Præſidentes] Hi ſunt illi duodecim viri, de quibus cauetur ſupra, cap. 1.

b Siue maiori parte] Eorum ſcilicet, qui tunc temporis ſedent.

De Officialibus Communis Mediolani cercãdis. Cap. LI.

POteſtas, & eius Iudices, & Vicarius officij Prouiſionũ, ac duodecim Preſidentes, ſiue maior pars eorum poſſint, & debeant, ac teneantur, bis, ſaltem in menſe, facere cercari ad officium prouiſionum Communis Mediolani, & ad Iudices maleficiorum, & alibi, vbi expediens fuerit, *a* omnes ponderationes monetæ, & campſores Communis Mediolani, & ad carcerum *b* cuſtodes, & alios officiales 1
Communis, ſeu prelibati D. noſtri Mediolani, ſi receperint vltra illud, quod recipere debent, vel fecerint contra formã ordinamentorum, ſeu ordinum, vel omiſerint facere ea, quę debent, & repertos culpabiles, punire debeant ſecundum formam ordinum, & melius fieri poterit, & intelligantur officiales illi, duntaxat, qui electi fuerint, vt ſupra. Et ex hoc non fiat præiudicium, nec aliqualiter derogetur authoritati, & iuriſdictioni Dominorum *c* protectorum carceratorum. Et prædicti officiales, prædicta exequantur, vt ſupra, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, applicanda Communi Mediolani.

a Omnes ponderationes] Idem cauetur in nouis Conſtitut. titu. de offic. Vicarium Prouiſionum cap. Pertinet ad Vicarium.

b Cuſtodes, & alios Officiales Communes] De quibus cauetur infra, cap. 156. Nullus Officialis.

c Protectorum carceratorum] De qua habetur infra, ca. 152. Præfati Domini, cum ſequent.

Digitized by Google

De pecunijs Communis Modiolani. Cap. LII.

OMnes ſolutiones, quæ de extero fient de denatijs Cõmunis Mediolani, alicui fieri debeant, de cõſenſu D. Vicarij prouiſionum, & ſaltem duorum ex præſidentibus, & nullus poſsit ſibi à ſeipſo ſatisfacere *a* ſaluo pro condemnationibus ſtratarum, de quibus fiat, vt in Statutis ſuis continetur.

a SAluo pro condemnationibus Stratarum] De quibus cauetur infra, cap. 283. Statuitur.

De officio Collateralium deputatorum officio ſtipendiorum. Cap. LIII.

SI contingat in aliqua quæſtione, controuerſia, vel lite vertente coram ipſo officio, peti per aliquam partium, quæſtionem committi, *a* & ipſi Collaterales *b* voluerint conſilium ſapientis aſſumere, teneantur illud aſſumere *c* de numero confidentium partium, vel vnius in contumaciam alterius de Collegio Doctorum Iudicum Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Collateralis cuius ſint Auctoritatis.*

a IPſi Collaterales] † De horum Officio & authoritate,
1 cauetur in nouis Conſtit. tit. de offic. Collater. gener.
b Voluerint] Infertur ex his verbis poſſe recuſare, quod cauſa committatur conſilio ſapientis, etiam quod hoc fuerit petitum, Tamen per nouas Conſtitutiones hoc titulo ad finem, non eſt idem ſublatum, ſed quod procedatur ſummarie.
c De numero confidentium partium] Hæc verba cum ſequentibus, declara, vt late diſcuſſum in cap. 27. Deinde, in verbis his, vbi late.

RVBRICA GENERALIS De Conſulibus Iuſtitiæ Mediolani.

De iuriſdictione, & officio Conſulum iuſtitiæ Mediolani. Cap. LIIII.

COnſules Iuſtitiæ Mediolani, *a* & quilibet eorum, *b* habeant iuriſdictionem in his, *c* quæ ſunt mixti Imperij, *d* & ſimplicis iuriſdictionis, & poſsint ipſi, & quilibet eorum *e* decreta, & authoritates, & omnia ab eis dependentia interponere in quacunque parte *f* ciuitatis, *g* Ducatus, Diſtrictus, & iuriſdictionis Mediolani, *h* ſaluo vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio data Iudicibus ordinarijs an cenſeatur data inſolidum, & nume. 2.*
3 *Conſules Iuſtitiæ habent iuriſdictionem in ciuilibus tantum.*
4 *Mixti imperij gradus quot ſint.*
5 *Conſules Iuſtitiæ an poßint cognoſcere de nullitate ſententiarũ.*
6 *Cauſæ appellationum an ſint mixti imperij.*
7 *Iudex cauſarum ciuilium an poßit incidenter cognoſcere de cauſis criminalibus.*
8 *Iudex maleficiorum an poßit incidenter cognoſcere de cauſis ciuilibus.*
9 *Iuriſdictio ſimplex quæ dicatur.*
10 *Ciuitas quæ ſit.*
11 *Ducatus diſtrictus, & iuriſdictio quid ſignificent.*
12 *Conſules Iuſtitiæ an habeant iuriſdictionem in locis infeudatis.*
13 *Iuriſdictio an cenſeatur tranſlata in aliæ rem cumulatiue an vero priuatiue.*

a ET quilibet eorum] † Data aliquibus Iudicibus or-
1 dinatijs Iuriſdictione ſimpliciter, cenſetur data inſolidum, ita not. Capra ſuis communibus, in verbo, Iudices Ordinarij, limitando, vt ibi per eum, in duobus caſibus, limitando etiam, vt per Lanfran. Balb. ſuis communibus, cõc. 1. concluſ. 19. in caſu in quo plures Iudices in maleficijs haberent commodum, quia debent omnes ſimul iudicare, vt
2 ibi per eum. † Plures ſi ſunt Iudices ordinatij, in eodem tribunali, prout in hoc Dominorum Conſulum iuſtitiæ, ſi coram vno ſit datus libellus, coram alio lis conteſtata, & coram tertio factæ probationes, Iudex in pronunciando eſt ille litis conteſtatæ, ita Bart. d. cap. Sing. 11.
b Habeant iuriſdictionem] Quid ſit iuriſdictio, & qualiter ſit introducta, & multa alia de iuriſdictione notata ſunt, ſupra cap. 19. Poteſtas, in hoc verbo.
c Quæ ſint mixti imperij] † Et ſic in ciuilibus tantum
3 iuriſdictionem habent, vt etiam cauetur ſupra, cap. 27. Omnes, ad fin. Nam mixtum imperium dicitur in ciuilibus, merum autem in criminalibus, vt notat Foller. ſua praxi crim. 1. parte 2. partis, verſicu. Audiantur excuſatores, nu. 171. verſ. Et adhoc bene facit, & ſupra notatum, ca. 19. Po-
4 teſtas, in hoc verbo. † Gradus mixti imperij tres principales, not. Iaſ. in l. Imperialium, numer. 27. ff. de iuriſd. omn.
5 iudic. † Conſules hi ex quo habent cognitionem eorum quæ ſunt mixti imperij, poſſunt cognoſcere de nullitate ſententiarum, quod alias non liceret, ita not. Afflict. in cõſtit. regni, Rubr. 63. de offic. Baiulorum, nu. 5 & 6. lib. 1. Declarando, vt late per Iaſ. d. l. Imperium, nume. 30. ff. de iuriſd.
6 omn iud. † Cauſæ appellationum an ſint mixti imperij, diſcutit Iaſ. d. l. Imperium, num. 29. ff. de iuriſd. omn. iudic.
7 Iudex cauſarum ciuilium poteſt tamen incidenter cognoſcere de cauſis criminalibus, ita not. Tiraquell. tract. res inter alios acta, colum. 10. verſic. Et ex diuerſo, Sicut etiam ex
8 conuerſo, † Iudex maleficiorum tantum poteſt incidenter cognoſcere de cauſis ciuilibus. ita Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 17. de defenſor. nu. 43. lib 1. Boſſ. ſua praxi crim. titu. de foro competenti, num. 121. Tiraq. d. col. 10. verſ. Et ex conuerſo ſicut.
d Et ſimplicis Iuriſdictionis] † Quæ dicatur ſimplex
9 Iuriſdictio, notat Iaſ. d. l. Imperium, nume. 21. ff. de iuriſd. omn. iud.
e Decreta, & authoritates] De quibus cauetur ſupra in 1. vol. cap. 324. Nulla, & cap. 328. In alienationibus. Et de iure communi in alienationibus minorum, & Reipublicæ, ex diſpoſitione iuriscommunis, iuribus vulgaribus.
f Ciuitatis] † Quæ ſimpliciter prolata terminatur mu-
10 ris eius, vt notat Hieronym. de Monte, tractat. fin. regund. cap. 5. num. 1.
g Ducatus, & Diſtrictus, & iuriſdictionis] † Quid rele-
11 uent hæc verba, & quid differant, not. Hieron de Monte d. tract. cap. 7. late notatum ſupra, ca. 130 Vbicunque in ver-
12 bo, De Comitatu. † Stantibus his verbis generalibus inferri videbatur per aliquos, quod iuriſdictio Dominorum Conſulum ſe extendat ad omnia loca etiam infeudata, & ſeparatam iuriſdictionem habentia, ex verbis, & priuilegijs infeudationis, vel aliter, iuxta diſpoſitionem cap. infra 69. Iuſdicentes, licet iuriſdictio Domini Poteſtatis Mediolani ad illa ſe non extendat, vt cauetur ſupra, cap. 19. Poteſtas, ita bis audiui iudicatum ſemel in cauſa vertente inter D. Luchinam ex vna, & D. Cooradum de Speronibus, & D. Ambroſium de Leporibus ex alia, die 12 Ianuarij 1549 In veſperis. Idem iudicatum in cauſa inter D Andream Bollatum ex vna, & D. Alexandrum Caſtellettum ex alia, ita die Lunæ 27. Octobris 1560 In tertiis, de quibus in actis memoratorum Dominorum Conſulum. Verum contrariũ ego cenſeo verius, quod imo dicta loca ſint exempta tam à iuriſdictione D. Poteſtatis quam Dominorum Conſulum; & hoc a fortiori capiendo argumẽtum. Cum enim ſint exẽpta a iuriſdictione D. Poteſtatis maioris authoritatis, & preeminentię, tanto minus debet habere locum in Dominis Conſulibus, qui minorem authoritatem habent, in ciuilibus ſcilicet, vt ſupra notatum. Quod autem hoc ſit verum innuit aperte Statutum ſupra, cap. 27. Omnes, verſicu. Et hęc omnia, & licet pro parte contraria militare videatur
13 regula generalis, † quod per tranſlationem in aliquem iuriſdictionis ſemper intelligitur conceſſa, accumulatiue ad ordinariam, non priuatiue, vt not Caſſan. in Conſuet. Burgun Rub. 2. §. 1. in textu, Et appartient, nu. 30. Gram deciſ. 30. nu. 1. cum ſeq. Foller. ſua praxi crim d. 1. part. 2. partis, verſ. Audiantur excuſatores, nu 7. cum ſeq. Boſſ. ſua praxi crim. d. 1. tit. De foro comp. nu. 2. & tit. Banni qui poſſunt, circa finem, late Nellus tractat. bannit. 2. parte, 1. temporis, q. 11. vbi late diſtinguit Cummia in ritib. magnæ curię, cap. 92. num. 4 Idem not. Menoch. tract. arbit. lib. 1. quęſt. 40. num. 7 & 8. Vbi ampliant, etiam ſi adeſſet dictio taxatiua; Tamen hoc fundamentum poteſt faciliter dilui, quia illa concluſio procedit in dubio. Verum hic caſus noſter eſt
in

Digitized by Google

in claris, ſtante diſpoſitionem memorati Statuti, c. 27. Omnes, verſi. Et hęc omnia, diſponentis, quod ſeparatā habeant iuriſdictionem à iuriſdictione D. Poteſtatis, & Dominorum Conſulum Iuſtitię Mediolani. Si enim eis conceſſa fuiſſet cumulatiue, non priuatiue quo ad alios ſcilicet D. Poteſtatem, & Conſules, non poſſet dici eſſe ſeparata iuriſdictio.

b Saluo vt infra] Hoc refert ad verſiculum, ca. ſeq. ibi. Et quod nullus, vbi diſponitur Conſules breuioris togæ non poſſe ſe intromittere in ſubſcriptioně caſuum ibi notatorum.

DE EODEM. Cap. LV.

a CONſules iuſtitię Mediolani *b* ſint ſex, *c* quorum duo ſint Doctores de Collegio Dominorum Iuriſperitorū Mediolani, & eorum Doctorum officium *d* duret ſolummodo per duos menſes, officium vero *e* aliorum quatuor, *f* duret per annos duos continuos, & qui fuerit Conſul per annos duos continuos, ut ſupra non poſſit in ſequentibus duobus annis eſſe Conſul, nec ipſi Conſules, tam Doctores, quam alij poſſint ipſum officium exercere per ſubſtitutum, nec ſubrogatum per aliquem ex ipſis Conſulibus, & ipſi Doctores, ſcilicet, illi duo, qui ipſius Collegij fuerint Abbates, finito officio Abbatiæ, ipſo iure, pro electis habeantur in Conſules, ut ſupra, ſaluo, quod ſi ipſi ex aliqua legitima cauſa nollent, uel non poſſent, aut alter eorum non poſſet, ſeu nollet officium ipſum exercere, quod tunc loco ipſorum, uel ipſius per Collegium, alij, uel alius ſubrogentur, uel ſubrogetur. Et ſic fiat ſucceſſiue ſingulis duobus menſibus. Alij uero Conſules non Doctores, *g* eligantur per prælibatum Dominum, Dominum noſtrum, & habeant ipſi Doctores pro eorum ſalario dictorum duorum menſium à Communi Mediolani libras ſexdecim Imperialium, pro quolibet eorum. Alij uero non Doctores, habeant pro ſuo ſalario à Communi Mediolani ad computum librarum quatuor Imperialium in menſe pro quolibet. Et non poſſit alicui, ex ipſis Conſulibus *h* committi aliqua quæſtio, *i* nec in ſocium aſſumi per alios Conſules nec aliquem, nec aliquos ex eis, *k* etiam de uoluntate partium, ſub pœna Conſuli committenti, uel Conſulibus committentibus, librarum centum Imperialium pro quolibet eorum Conſulum committentium. Et commiſſio non ualeat, ſicut nec aſſumptio, nec etiam ſententia *l* ipſo iure. Et, quod nullus ipſorum Conſulū, qui non ſit Doctor ſubſcribere, nec ſignare poſſit aliqua præcepta *m* continuandi, *n* aut ponendi aliquem in poſſeſſione aliquorum bonorum, *o* nec perſonaliter quenquam capiendi, *p* nec aliquam pignorum ſequeſtratorum. *q* nec perſonaliter detentorum relaxationem, ſiue relaxetur, *r* ſed ſufficiat ſignatura Doctoris ipſius Conſulis.

SVMMARIVM.

1 *Conſules Iuſtitiæ an habeant iuriſdictionem ſeparatam à Iudicibus artium.*

2 *Conſules Iuſtitiæ Doctores an habeant iuriſdictionem ordinariā, & qui ſint.*

3 *Mandatum factum nunciꝫ an expiret finito officio mandantis, & num. 5.*

a CONſules iuſtitiæ Mediolani] † Statutum ſi adſit,
1 quod Conſules artium habeant aliquod priuilegiū, non comprehenderentur in eis Conſules hic notati, ita not. Alberic. tract. Statuto. lib. 1. quæſt. 157.

Sint ſex] Ita nunc etiam ſeruatur.

b Quorum duo ſint Doctores de Collegio] † Hi autem
2 aliter non habent aliquam iuriſdictionem ordinariam, niſi conſulendi in cauſis ſibi cōmiſſis, ad formam Statuti ſupra, ca. 27. Deinde, & ca. 57. In qualibet, & in cauſis appellationum, iuxta c. 131. lata, vol. 1. Ita cauet Scala, tract. de conſi-
3 lio ſapient. cap. 17. lib. 1. † Doctores hi duo ſunt, qui per alios duos menſes ſunt functi officio Abbatiæ per tempora, vt notatur in verſic. ſeq. vbi, Et ipſi.

c Duret ſolummodo per duos menſes] In cauſis in quibus ſunt introducti per delationem ſcripturarum à partibus ambabus, perſeuerant in dictarum cauſarum cognitione vſqꝫ ad finem vti Conſultores prorogati, ad hoc ne lites
4 in longum protrahantur cum impenſa litigantium. † Mādatum autem ſi fuerit factum nuntijs per hos Conſules, etiam quod non fuerit executum durante eorum officio, tamen non expirat finito officio eius, qui illud conceſſit, nec requiritur alia approbatio ſucceſſoris, vt not. diſtinguendo Alexan. in l. fundi venditor, nume. 9. cum ſeq. ff.
5 de acq. poſſeſſ. † facit pro hac opinione, quod mandatum hoc non expiret, ex quo eſt factum non ex voluntate mera mandantis: ſed ſuper eo, ſuper quo mandans ad id faciendum poterat compelli, vt not. Maſſ. ſua praxi oblig. form Cameral. ad 5. partic. q. 2. num. 4. Couar. tract. partic. quęſt. cap. 11. nu. 2.

d Aliorum quatuor] Notariorum ſcilicet qui ſint Procuratores deſcripti in rotulo.

e Duret per annos duos] Hoc tempus reſtrictum ad ſemeſtre ex Senatus ordine à certis annis citra.

f Eligantur per prælibatum Dominum.] Sic etiam hodie eliguntur, facta eorum nominatione per Collegium Dominorum Notariorum.

g Committi aliqua quæſtio] Hoc diſponitur, vt tollatur ſuſpitio omnis fraudis, idem cauetur non poſſe committi aduocato, ſupra cap. 61. Alicui.

i Nec in ſocium aſſumi] Vti Aſſeſſorem ſcilicet.

k Etiam de voluntate partium] Hoc dictum, ne forte metu & timore reuerentiali partes conſentirent ad has commiſſiones ſic in eos fiendas.

l Ipſo iure] Abſque ſententia Iudicis reſciſſoria, licet declaratiua requiratur, vt notatum in 1. ca. in verbo, Ipſo facto, in 1. volum.

m Continuandi] Veluti in diſpoſitione Decreti, in nouis Conſtit. tit. De continuand. hæredit.

n Aut ponendi aliquem in poſſeſſione] Iuxta diſpoſitionem ca. 155. Nulli, cum ſequent. ſupra, volum. 1.

o Nec perſonaliter quemquam capiendi] In caſibus, in quibus concedi poteſt captura, de quibus ſupra, in 1. vol. cap. 167 Pro debito.

p Nec aliquam pignorum ſequeſtratorum] Poſt factam executionem, ſi factum ſit aliquod ſequeſtrum de eis, non autem intelligi debet de omnibus ſequeſtris, cum loquatur Statutum per verbum pignorum.

q Nec perſonaliter detentorum relaxationem] Siue relaxentur libere, ſiue fideiuſſori, cum Statutum loquatur generaliter, & indiſtincte, ideo generaliter intelligendum, vt notatum in Prælud nu. 210. cum ſeq. vol. 1.

r Sed ſufficit ſignatum Doctoris] Hi caſus excepti, ex quo in eis verſantur iuris articuli, & qui ſunt magni præiudicij in quibus conſules breuioris togæ ſe non debent intromittere.

De Sacramento Conſulum iuſtitiæ. Cap. XLI.

CONſules iuſtitiæ Mediolani, teneantur ante introitū ſui officij iurare coram Vicario officij Prouiſionum Mediolani de exercendo officium ſuum bene, & legaliter, & faciendo bonam iuſtitiam, & rationem cuilibet. Et, quod aſcendent banchum iuridicum ipſorum Conſulum ſuper Palatio magno broleti Communis Mediolani, horis conſuetis, diebus iuridicis, niſi iuſta cauſa ſteterint impediti. *b* Et, quod nihil recipient per ſe, nec per ſubmiſſam perſonā, directe, *c* nec per indirectum, nec lucrum, nec achatum facient pro aliqua audientia, pronuntiatione, vel diffinitione cauſæ ſuæ, vel officij, Saluo, prout in Statutis continetur. Et, quod non permittent aliquid peti, nec exigi per aliquem Notarium ſui officij vltra ordines ſuperinde factos, & ſi audiuerint aliquem conquerentem de ipſis Notarijs, vel aliquo eorum pro ſolutione vel petitione pecuniæ, vel impedimēto, vel quia non poſuerint ſcripturas in actis vel ſcripturas non dederint expletas, *d* eos punient & cōpellent ad faciendum debitum ſuum. Et prædicta poſſint, & debeant exequutioni mandari per ſacramentum, & ſub pœna librarum viginti quinque Imperialium, in quam incurrant, *e* ipſo facto, applicandarum Communi Mediolani. Et, quod curabunt, & facient cum effectu, quod notula fiet per Notarios ſuos *f* de omnibus cridaturis contumaciarum bannorum, & firmationum, ita, quod homines non decipiantur. *g* Et, quod quæſtionem non mouebunt, durante ſuo officio coram officio ipſorum Conſulum, nec audient Notarios, nec coadiutores d. officij, de aliquo *h* iudicio contentioſo, ſi oppoſitum fuerit, & ſi contrafecerint condemnentur in libris viginti quinqꝫ Imperialium, applicandis, vt ſupra, & teneantur ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Conſules iuſtitiæ nihil debent capere.*

2 Etiam

Digitized by Google

2 *Etiam quod detur vxori.*
3 *Iuriſdictio voluntaria, quæ dicatur, & neceſſaria.*

a CONſules iuſtitiæ] Intellige de his, qui ſunt breuioris togæ, nam Doctores non incurrunt.

b Et quod nihil recipient] † Notabilis eſt text. ad hoc
2 in cap. ſane, quod eſt vltimum 14. q. 5. Idem in ſimili cauetur fere iurandum ſupra in Poteſtate, & iudicibus, & vicarijs, cap. 10. Dominus Poteſtas, cum ſequent.

c Nec per indirectum] † Veluti ſi detur vxori, vel fami-
2 liaribus eorum, ita Afflict. in conſtit. regni, Rub. 52. Vt iuſtitiarij, num. 4. lib. 1.

d Eos punient, & compellent ad faciendum debitum ſuũ] Hæc authoritas, & maior datur Abbatibus eorum, ſupra, c. 348. Abbates, vol. 1. coram quibus ſolent practicari, vt cõueniantur indiſtincte his de cauſis.

e Ipſo facto] Abſq; Iudicis ſententia, vt ſupra late notatum in cap. 1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.

f De omnibus cridaturis contumaciarum, bannorum, & firmationum] De quibus cauetur ſupra, cap. 10. Si quis, cum ſequent. volum. 1.

g Et quod quæſtionem non mouebunt] Hoc non ſeruatur.

h Iudicio contentioſo] † Secus in voluntario. Veluti
3 in interponendis decretis, vel authoritatibus, quæ licet reſpectu partium dicantur iuriſdictiones voluntariæ, tamen reſpectu iudicis dicuntur neceſſaria, ita Iaſ. l. Imperium, nu. 33. ff. de iuriſd. omn. iud.

De Conſulibus Negotiatorum Mediolani. Cap. LVII.

DOminus Poteſtas Mediolani, & eius Iudices, & omnes exercentes iuriſdictiones in ciuitate, & Ducatu, & Diſtrictu Mediolani, & quiſque in eorum teneantur, & debeãt dare, & præſtare a validum auxilium, & fauorem Conſulibus Mercatorum, ad exigendum b mulctas, & pœnas, per eos indictas, & impoſitas illis, c de ſua ſocietate.

a VAlidum auxilium & fauorem] Medio eorũ barrueriorum, & executorum.

b Mulctas, & pœnas per eos indicatas] Quæ impoſitæ fuerint ſcilicet contra inobedientes, vel tranſgredientes eorum ordines.

c De ſua ſocietate] Negotiatorum ſcilicet: Nam in his, & cauſis eorum habent tantum iuriſdictionem, etiam ex diſpoſitione nouarum Conſtit. tit. de offic. Abbat. Mercat. in princip.

De Pontibus certarum aquarum manutenendis, & defendendis. Cap. LVIII.

DOminus Poteſtas Mediolani a teneatur manutenere, & defendere pontes, qui ſunt ſuper Ticinello, Abdua, Lambro, & ſuper alijs aquis, non derogando tamen iuriſdictioni b aliorum Iuſdicentium.

a TEneantur defendere, & manutenere partes] Hæc hodie exequuntur per iudicem ſtratarum ex diſpoſitione ſtatuti infra, capitu. 283. ſtatuitur, non autem per Poteſtatem.

b Aliorum Iuſdicentium] Iudicis ſcilicet ſtratarum, qui hoc hodie exequitur, non alius iudex.

De iuribus Mediolanenſium ſitis in aliena iuriſdictione per Poteſtatem defendendis. Cap. LIX.

POteſtas, & vicarius officii prouiſionum teneantur præciſe defendere, omnibus modis, iura, rationes, & poſſeſſiones ſuorum ciuium, & Eccleſiarum, & clericorum ciuitatis, & Ducatus, & diſtrictus Mediolani, ſitas in aliena iuriſdictione, a ſiue in confiniis circumſtantium ciuitatum, & terrarum, b & curare, & facere pro poſſe, quod poſſeſſio ipſarum rerum, & iurium reſtituatur eiſdem, & in ea poſſeſſione manuteneantur.

SVMMARIVM.

1 *Confinia quæ ſint, & quomodo probentur.*

a SIue in confiniis] † Quæ autem ſint confinia, & quomodo probentur, not. Hieron. de Monte, tracta. fin. regund. cap. 25.

b Et curare, & facere pro poſſe] Hoc autem non poteſt iuſdicere in aliena iuriſdictione, iuribus vulgaribus.

DE EODEM. Cap. LX.

POteſtas & Iuſdicentes Mediolani, & vicarius officij prouiſionũ, teneantur, & debeant dare a conſilium, & fauorem Mediolanenſibus, & aliis, de Ducatu & diſtrictu Mediolani, & terris ſuppoſitis ſtatutis Mediolani ad ſua cridata, & iura conſequenda, & habenda ab vniuerſitatibus, & ſingularibus perſonis ciuitatum Italiæ, & aliunde, contra vniuerſitates, & earum perſonas, quæ defecerint Mediolanenſibus, & vt ſupra, uel alicui eorum iuſtitia facienda.

a COnſilium, & fauorem] In conſulendo ſcilicet pro eis, ubi opus fuerit.

RVBRICA GENERALIS.
De Celebrationis, Et Veneratione ſanctorum.

De feſto ſancti Ambroſiij celebrando honorifice. Cap. LXI.

FEſtum ſancti Ambroſii patroni, & defenſoris huius almæ ciuitatis, omni anno, per commune, & officiales Mediolani, a honorifice, & decenter fiat, ut hactenus fieri conſueuit, ſcilicet, die ſeptimo Decembris, & primo die Iouis, poſt feſtum Paſchę reſurrectionis.

a HOnorifice, & decenter fiat] Sic obſeruatur, ut eius feſtum dictis duobus diebus ſolenniter obſeruetur.

DE EODEM. Cap. LXII.

QVilibet, cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtat, teneatur, & debeat honorifice celebrare prædictas duas feſtiuitates beatiſſimi Ambroſii eximij, & ſacratiſſimi, ac venerabilis Doctoris ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac digniſſimi præſulis, confeſſoris, patroni, & piiſſimi defenſoris huius almæ vrbis. Et, qui contrafecerit, præter iras, ac pœnas cœleſtes, quas à Deo expectet, pœnam incurrat librarum vigintiquinque Imperialium, communi Mediolani applicandarum. Et quilibet Poteſtas, qui per tempora erit, tertia die, ante feſtiuitatem de menſe Decembris, tunc in populi ciuitatis, & ſuburbiorum notitia, voce præconia, ſub ſimili pœna a faciat præconizare.

a FAciat præconizare] Hoc non ſeruatur.

De oblationibus pro feſtiuitatibus faciendis. Cap. LXIII.

OBlationes pro infraſcriptis feſtiuitatibus, fiant per commune Mediolani, infraſcriptis diebus, quolibet anno, detur a per Dominum Mediolani infraſcriptis capitulis, vt infra, videlicet. Fratribus ſeruorum S. Mariæ, pro feſto ſuo, quod eſt die ſecundo Februarij, libras vigintiquinque Imperialium. Fratribus de Carmello die 25. Martij, libras vigintiquinque Imperialium. Fratribus ordinis prædicatorum, ad S. Petrum Martyrem, die vigeſimo nono Aprilis, libras ſeptuagintaquinque Imperialium. Fratribus ſancti Ambroſii ad nemus, die Iouis primo, immediate poſt feſtum Paſchæ reſurrectionis libras ſeptuagintaquinque Imperialium. Fratribus S. Petri Cœleſtini, die decimonono Maij, libras vigintiquinq; Imperialium. Monaſterio ſancti Dionyſii, die vigeſimoquinto Maij, libras vigintiquinque Imperialium. Fratribus minoribus ſancti Franciſci Mediolani, in feſto ſancti Barnabæ, die vndecimo Iunij, libras ſeptuagintaquinque Imperialium. Capitulo Canonicorum ſancti Calimeri, pro feſto ſuo, die vltimo Iulij, libras ſexdecim Imperialium. Pro feſto ſancti Ambroſii, die ſeptimo Decembris fiat b oblatio honorifice, expenſis

Digitized by Google

expenſis communis Mediolani. Pro feſto ſancti Ambroſij de la vitoria de Parabiago, die vigeſimoprimo Februarij, fiat oblatio honorifice per cõmune Mediolani. Item fiat oblatio ad Eccleſiam maiorem, in feſto ſanctæ Agnetis, die vigeſimo Ianuarij more ſolito. Item pro feſto ſancti Marci celebrando, dentur fratribus ſancti Marci Mediolani, die vigeſimoquinto Aprilis, libræ quinquaginta Imperialium. Et hoc ipſis fratribus, & capitulis dantibus palia, & cereos, ſuis expenſis, pro Rectoribus, Iudicibus, & Officialibus communis Mediolani, & alias expenſas ipſarum feſtiuitatum faciendas. Oblatio vero ſolita fieri, die vigeſimoquinto Iulij, ad hoſpitale ſancti Iacobi portæ Vercellinæ Mediolani, fiat more ſolito. Ad oblationem, & eleemoſinam ſancti Benedicti, fiat, & obſeruetur, vt ordinatum eſt. Et, quod vicarius prouiſionum poſſit dictas oblationes facere, & fieri facere, ſine alijs literis Ducalibus, & abſque licentia Ducali.

a PEr Dominum Mediolani] Hæ oblationes vt fiant expenſis Domini non ſeruantur.
b Oblatio honorifice] Sic ſeruatur.

RVBRICA GENERALIS, De Prohibitis captionibus, & moleſtationibus.

Quod nullus capiatur, nec derobetur reuerentia feſtiuitatum. Cap. LXIV.

a NVllus *b* capiatur, *c* nec derobetur *d* pro aliquo debito publico, *e* nec priuato, *f* per dies ſeptem, ante, *g* nec poſt feſtum natiuitatis Domini, & feſtum reſurrectionis Domini. Et ſi quis captus fuerit, ante illos dies ſeptem, relaxetur, *h* præſtita ſatiſdatione, parte citata, vel præſenti, de reuertendo, & conſignando, ad, & in carceres, in fine ipſorum ſeptem dierum ſequentium, poſt dicta feſta, aut de ſoluendo debitum, pro quo detentus fuerit *i* cum idoneo fideiuſſore, *k* & ſuppoſito iuriſdictionis illius iudicis, de cuius mandato, detentus fuerit. Qui fideiuſſor ſe cõſtituat principalem debitorem, cum hypotheca omniũ bonorum ſuorum præſentium, & futurorum, & *l* cum renuntiatione nouarum cõſtitutionum, & cuiuslibet alterius beneficij ſibi circa prædicta competentis, vel cõpetituri. Qui fideiuſſor poſſit cogi *m* omnibus iuris remedijs, *n* etiã per perſonalem detentionem, & ſi quis fecerit aliquem capi, vel aliqua pignora derobari pro aliquo debito publico, vel priuato intra dictos dies prohibitos, vt ſupra, incurrat pœnam, *o* ipſo iure & facto, librarum decem Imperialiũ, applicandarum ipſo iure, & facto, *p* & vlla abſq; exceptione, tali moleſtato, & ſtatim exigenda per ipſum Iuſdicentẽ. Et Iuſdicens, de cuius mandato, talis exequutio facta fuerit, teneatur ipſum ſic captum, vel pignora derobata *q* relaxari facere abſque impenſa ipſius moleſtati. Et hoc ſub pœna ipſi Iuſdicenti contrafacienti, vel negligenti, librarum vigintiquinque Imperialium, applicandarum pro medietate cõmuni Mediolani, & pro altera moleſtato exigenda quidem ab eo *r* incontinenti, & non expectato ipſis ſyndicatu, per quemcunque alium Iuſdicentem. Idem habeat locum in quibuſcunque alijs diebus feriatis, quibus prohibitæ ſunt exequutiones, *ſ* ex forma ſtatutorum communis Mediolani. Ita tamen, quod per præſens ſtatutum non intelligatur eſſe derogatum, *t* ſtatutis, decretis, nec ordinibus mercatorum Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Debitor fugitiuus poteſt capi in domo.*
2 *Renuntiationes nouarum conſtitutionum quæ ſint.*
3 *Clauſula omnibus iuris remedijs quid importet.*

a NVllus] † Non tamen comprehendit fugitiuum, quia
1 poteſt capi in domo, tam inſpecto iure communi, vt not. Anchar. conſil. 123. num. 8. quam ſtatutario, vt infra cauetur, cap. 69. quilibet per fugam, idem in ſuſpecto de fuga, quia poteſt capi in domo, & etiam pendente appellatione, ita Io. de Arnono, caut. 41.

b Capiatur] Hoc dicitur in caſibus etiam permiſſis ex diſpoſitione ſtatuti ſupra, 1. vol. cap. 167. pro debito, & nou. conſtit. tit. de prohibit. & conceſſ. execut. in princip. cum in alijs caſibus non ſit difficultas. Obſtantibus dictis decretis.

c Nec derobetur] In bonis, ſcilicet.

d Pro aliquo debito publico] Quid ſit debitum publicum, notatum ſupra d. cap. 167. pro debito, 1. volumine, in hoc verbo.

e Nec priuato] Exẽplificando, vt not. d. c. 167. pro debito.

f Per dies ſeptem] Hoc ſeruatur.

g Nec in feſtum natiuitatis] † Captura facta in die feriato in honorẽ Dei non tenet nec poteſt eius nullitati renuntiari per partes, ita not. Soc. ſen. conſ. 99. nu. 8. vol. 4.

h Præſtita ſatiſdatione] Satiſdationis appellatione quid veniat, & quid differat a cautione, notatum ſupra 1. volu. cap. 44 ſi quis, in verbo ſatiſdare, volu. 1.

i Cum idoneo fideiuſſore] Quis dicatur idoneus fideiuſſor, & quis non, not. d. ca. 44. ſi quis, in verbo, idoneo.

k Suppoſito iuriſdictioni illius] Idem cauetur ſuprà cap. 93. in caſibus, volu. 1. vbi notatum, quis dicatur ſuppoſitus.

l Cum renuntiatione nouarum conſtitutionum] † De
2 quibus in authentica, hoc ita, C. de duob. reis, & auth. præſente, C. de fideiuſſ.

m Omnibus iuris remedijs] † Quæ ſint not. Boſſ. ſua pra
3 xi crim. tit. de mulctis, ad finem, & Curt. l. 2. §. quod obſeruari, num. 273 C. de iuramento propter calum.

n Etiam per perſonalem detentionem] Hoc expreſſum, quia alias non poſſet fieri obſtante ſtatuto ſupra, cap. 167. pro debito, volum. 1.

o Ipſo iure & facto] Abſque aliqua ſcilicet ſententia iudicis reſciſſoria, licet declaratoria requiratur, vt ſupra notatum, cap. 1. in verbo, ipſo facto, volum. 1.

p Et vlla abſque exceptione] Intellige de friuolis, quia legitimæ, & iuridicæ non cenſentur remotæ, declarando vt late ſupra in 1. volum. cap. 42. ſi quis, in verbo, omni exceptione remota.

q Relaxari facere abſque impenſa] † Idem de iure com-
4 muni, quia captus in loco prohibito, vel in Eccleſia debet relaxari vt male detentus, nec poteſt iterum ſtatim capi, ita Marſ. tract. bannit. in verbo, capti, nu. 6. & 7.

r Incontinenti] † Quod autem tempus detur, quando
5 quid incontinenti dandum, not. Soc. ſen. conſ. 99. num. 12. & 13. vol. 4. Menoch. tract. arbit. lib. 2. cent. 1. caſu 30.

ſ Ex forma ſtatutorum] De quibus ſupra capit. 110. ad hoc vt nullum, volum. 1.

t Statutis, decretis & ordinibus Mercatorum] Aliter ſcilicet cenſentibus prout in eorum ſtatutis.

Quod nullus extrahatur de domo, nec de Eccleſia. Cap. LXV.

a NVllus in præſenti *b* ciuitate Mediolani, *c* nec ſuburbijs, *d* nec in Ducatu, *e* de domo *f* habitationis *g* propriæ, *h* nec alterius perſonæ, *i* nec de Eccleſia *k* extrahatur *l* pro aliquo debito *m* publico *n* communis Mediolani, *o* nec priuato. Et, ſi contrafecerit *p* non valeat, & contrafaciẽs incurrat pęnam, *q* ipſo facto, *r* vt ſupra proxime, *ſ* & captus relaxetur, vt ſupra, ita quod per hoc, non fiat præiudiciũ *t* decretis, nec ordinibus mercatorũ, *u* nec regię camerę.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſuſpectus de fuga, vel fugitiuus in quibus locis poſſit capiat num. 2.*
3 *Iudæus confugiens ad Eccleſiam an gaudeat immunitate.*
4 *Ciuitatis appellatione quid contineatur & num. 5.*
6 *Debitor de domo amoueri non poteſt pro debito declara, & amplia vſque ad num 24.*
14 *Debitor non poteſt pro debito trahi extra Ciuitatem, vel Prouincia pro cauſa ciuili.*
25 *Domus habitationis, quæ dicatur.*
26 *Propria habitatio, quæ dicatur & nu 27 & 28.*
29 *Debitor an poſſit capi in domo aliena & nu. 30.*
31 *Debitor an poſſit capi in Eccleſia vſque ad num 35.*
36 *Capiens aliquem in Eccleſia quomodo puniatur.*
37 *Quid ſi in femito, vel Portico Eccleſiæ eum percutiendo.*
38 *Quid ſi exiſtens extra Eccleſiã percuſſerit aliquem in Eccleſia cũ baliſta, vel ſclopo, & 39.*
39 *Cognitio quod quis fuerit iuſte extractus ab Eccleſia cui ſpectet.*
40 *Captura in alieno territorio an valeat.*
41 *Debitor in Hoſpitalibus an poſſit capi.*
42 *Et quid in domo præsbyteri, vel in clauſtro, vel veſtibulo Eccleſiæ & num 43.*
44 *Debitor an poſſit extrahi vbi oſtium domus eſſet apertum, & an eo caſu poſſit reſiſti cum armis de facto, declara & amplia vſque ad num. 53 & 54 vbi multi caſus proponuntur.*
55 *Debitor Fiſcalis an poſſit capi in domo, & nu 56.*

Digitized by Google

57 *Mulier an poſſit capi in domo ex cauſa criminali, & num. 58.*
59 *Quid in Eccleſia.*
60 *Obligatus ad factum, vel cum iuramento an poſſit capi in domo.*
61 *Et quid vbi debitum eſſet ex cauſa ſyndicatus.*
62 *Detentio nulla an poſſit validari partium conſenſu.*
63 *Debitor fiſcalis an poſſit capi in domo, & quomodo poſſit fieri quod debitum priuatum habeat vim debiti cameralis, declara, & num. 67.*
64 *Debitor fiſcalis non poteſt extrahi ab Eccleſia.*

a NVllus] † Non tamen habet locum in debitore ſuſpecto
1 de ſuga, vel fugitiuo, quam poſſit extrahi à domo. ita
Iaſ. l. vinum, n. 3. & 4. ff ſi cert. pet. idem not. Mynſin. obſer-
ua. 69. nu. 1. verſic. item in domo, & nu. 2. cent. 4. vt not. Ga-
br. ſuis communib. tit. de criminalib. concluſ. 10. nume. 35.
2 † An autem ſuſpectus hic de fuga, vel fugitiuus poſſit ex-
trahi ab Eccleſia; quod ſic, arguendo de tempore ad locum,
not. Iaſ. in d. l. vinum, nu. 4. ſequitur Boſſ. d. praxi ſua, tit. de
captura, n. 26 ad finem. Ampliando etiam in clerico fugi-
tiuo, nu. 27. Contrarium cenſet reprobando Iaſonem, Di-
dac. Couar. tract. variar. reſolut. cap. 20. n. 14. verſic. ſed pro-
fecto, lib. 2. Quam communem multos allegando, not. Craſ-
ſus ſuis communibus, lib. 1. vbi creditor, qu. 7. latius Duen-
3 nas, reg. 175. debitor fugitiuus, limitat. 3. † Non tamen
habet locum in Iudæo, qui confugiens ad Eccleſiam etiam
animo diſcendendi a ſua religione, non gaudet immunita-
te Eccleſiarum, ita Viuius ſuis communibus, in verbo, Iu-
dæus ad Chriſtianorum.
b In ciuitate] † Ciuitatis appellatione proprie contine-
4 tur, quod eſt intra muros ciuitatis, vt not. Hier. de Monte
5 tract. fin. regun. cap. 5. nu. 1. † Vtrum autem appellatione
ciuitatis contineantur ſuburbia diſtingue, vt per Gozad.
conſ. 5. in princ. & notatum ſupra cap. 38. omnes, in verbo,
vel intra redefoſſa.
c Nec ſuburbijs] Quæ ſint ſuburbia, not. Cæpoll. conſ.
19. nu. 5. & 9 cum ſeq.
d Nec in Ducatu] Quid veniat appellatione Ducatus,
cauetur, ſupra, 1. vol. in cap. 130. vbicunque, vbi notatum,
in verbo, de comitatu.
e De domo] † Idem cauetur in conſtit. tit. de prohibit.
6 & conceſſ. execu. ca. ſi vero, § has tamen, vbi alios caſus etiã
excepit. De iure communi pariter non poteſt quis pro de-
bito ciuili extrahi de domo, per l. plerique vbi Scribentes om
nes ff. de in ius voc. Bart. l. generaliter, n. 4 C. de decurion.
lib. 10. Cæpoll. caut. 51. Ferrat. caut. 22. n. 1. Mynſing. obſer
uat. 69. in princ. cent. 4 Socin. tract. de citat. art. 17. nume. 5.
Duen. reg 288. extrahi de domo, Viuius ſuis communibus,
opin. 36. capi non poteſt, Gabr. ſuis communibus, titu. de
7 criminal. concluſio. 10 n. 2. † Domus hęc tamen debet eſ-
ſet apta ad habitandum, vt not. Bonacoſſa, in q criminali, in
8 verbo, ſuccitatus, verſic. appellatione domus. † Ideo habet
locũ in caſſina, cappana, domũcula, & tenui cala, in qua quis
habitet, ita not. Iaſ. in l. plerique, nu. 6. & 7. ff. de in ius voc.
Soc. tract de citationibus art. 17. nu. 6. verſ. 4. Thomas Fer-
rat. caut. 22. nu. 1. verſic. & etiam procedit, Mynſing. obſer-
uat. 69. verſic. item in caſu, cent. 4. Gabr. d. ſuis criminalibus
9 tit. in crimin. concluſio. 10. n. 5. † Procedit etiam hæc di-
ſpoſitio in ſtabulo annexo domui, ſecus in ſeparato, ita Iaſ.
10 d. l. plerique, n. 8. Gabr. d. concluſio. 10. nu. 8. † Extenditur
vlterius hæc concluſio in horto annexo domui, per quam
itur ad hortũ, facit ad hoc text. in l. Cornelia, verſic. quod
ſi quis villa, ff. de iniurijs, ita not. Iaſ. d. l. plerique, num. 11.
Socin. d. art. 17. nu 7. Mynſing. d. ſua obſeruat. 69 verſic. itẽ
in horto, cent. 4. Gabriel, d. concluſio 10. nu. 11. faciunt tra-
dita per Rebuff. tracta. de literis obligat. artic. 4. gloſſa 2. nu.
11 24. † Secus tamen in horto, in quo non itur per domum,
12 ita in addit. ad Cæpoll. caut. 51. verſi. debitor in domo. †
Habet etiam locum in molendino, in quo molendinarius
habitat, quia id habet pro eius domo, ita not. Iaſ. d. l. pleri-
13 que, n. 10. Gabriel, d. concluſio. 10. n. 9. & 10. † Quod idem
eadem ratione habet locum in naui habitata per nautam,
Iaſ. d. l. plerique, nu. 9. licet alleget Roman. contrarium te-
nentem, tamen opinionem Iaſonis firmat Gabriel, d. con-
14 cluſio. 10. nu. 8. † Non poteſt tamen debitor extrahi pro
debito extra ciuitatem, vel prouinciam ex cauſa ciuili, vt
15 not. Gabriel d. concluſio 10. num. 17. † Ceſſat tamen hæc
concluſio in palatio Principis, quia illud non venit appel-
latione domus, ita not. Bonacoſſa, quæſt. crimin. in verbo, in-
15 uentus, verſi. liceat eis. † Silet pariter hæc cõcluſio in apo
theca etiam poſita in domo habitationis, vel taberna, aut
caupona, vt not. Caſtr. conſi. 211. nu. 2. vol. 1. Alex. d. l. pleri-
que, num. 2. vbi Iaſ. num. 17. & 18 Soc. iun. d. tract. de cita-
tio. artic. 17. nume. 6. verſi. 3. Io. Maria Riminal. conſil. 79.
num. 20. volum. 1. facit quod not. in additio. ad Napod. ad
conſuetud. Neapol. titu. 24. locati, verſic. conductor domus,
17 † vbi dicitur appellatione domus non venire tabernam,
idem not. Lanfranc. Balbus, ſuis communibus, cent. 1. con-
cl. 77. verſi. exiſtens, Gabr. d. concl. 10. n. 20. & 21. Bonacoſ-
18 ſa, in q. crim. in ver. captus, in prin. † Limitãdo, niſi debitor
in d. locis habitaret, vt ſignanter declarat Gabr. d. cõcl. 10.
19 n. 16. & Bonacoſſ. d. loco † Nõ procedit etiã alia concluſio, ſi
extra domus clauſurã quis caperetur, veluti in porticu ex-
tra, ut not. declarando Sign. conſil. 16. numer. 1. idem An-
gel. tract. maleſic. in uerbo, fecit inſultum, numer. 2. uerſ.
ſi autem, ex quo tractatur de materia fauorabili non odio-
ſa, ſecus ſi odioſa, vt per eum, cum addit. Ange. ibi etiam ſi
porticus ſit ſeparatus à domo, quia tunc poteſt capi, idem
not. Alex. d. l. plerique. numer. 2. & 5. & ibi Iaſ. numer. 19.
& 20. Soci. d. artic. 17. numer. 7. Boer. deciſ. 213. numer. 14.
Viuius ſuis communibus, lib 2. in opinione 36. Cap. verſ.
ſed eadem regula, idem Gabr. d. concluſ. 10. numer. 22. 23.
20 & 24. † Ceſſat tamen hæc limitatio, vbi aliquod mem-
brum, uel aliqua pars corporis ſit intra clauſuram, ut not.
21 Socin. d. art. 17. nume. 8. Gabr. d. concluſ. 10. numer. 25. †
Sufficit etiam ſecundum aliquos, quod aliquod membri-
culum ſit intra clauſuram, ut per Socin. ubi numer. 9. licet
22 ipſe teneat contrarium. † Et ſic comprehendit porticum
intra clauſuram, cum dicatur pars domus, & factum in por-
ticu dicitur l. cum in domo, ita Burſat. conſi. 141. numer.
23 37. uol. 2. † Ceſſat pariter, ſi debitor caperetur in ſcalis af-
fixis domui extra clauſuram, ut dicit Gabr. d. concluſ. 10.
nume 26. Tamen refragari uidetur in ſimili deciſio Rebuff.
24 d. titu tract. de literis oblig art. 4. glo. 2. num. 14. † Ceſ-
ſat pariter ſi quis caperet extra domum, & aufugeret in do-
mo, ita Marſ. l. unica, num. 135. C. de rapt. uirg. idem Io. de
Arnono, caut. 27.
f Habitationis] Quæ autem dicatur domus habitatio-
nis alicuius, cumulate fuit diſcuſſum ſupra, cap. 1. in uerbo,
25 locum habitationis, uol. 1. † Procedit autem hæc conclu-
ſio, ut habeat locum etiam ſi debitoris habitaret alio tem-
pore anni in alio loco, ſi tamen tempore capturæ tunc ibi ha
bitaret, quia ſtricaretur, ut in his terminis not. Soc. d. art. 17.
nu. 5. uerſ. & hæc concluſio, idem Gabr. d. tit de criminali-
bus, d. concl. 10. nu. 14. Verum ſuperflua eſt hæc indagatio
in caſu ſtatuti noſtri, in quo prohibetur captura etiam in
domo aliena.
g Propriæ] † Refertur hoc uerbum quo ad habitatio-
26 nem, non autem requiritur, quod domus ſit propria, tanto
magis in ſtatuti huius diſpoſitione ampliantis diſpoſitio-
nem iuris communis, ut non poſſit capi etiam in domo alie
na, ut infra cauetur, tamen de iure communi nõ ſolum ſi ſit
propria, ſed etiam habet locum in aliena per debitorẽ cõ-
ducta, uel gratis inhabitata, ita Scribentes d. l. plerique, ubi
Iaſ. n. 4 ff de in ius uocan idem Soc. d. tract. de citat. art. 17.
n. 6. uerſ. 2. Ferrat. d. caut. 22. nu. 1. Mynſing d. obſeruat. 99.
uerſicu. altas hæc regula, cent. 4. Gabr. d. tit. de crim. d. con-
27 cluſ. 10. n. 2. † Vlterius etiã de iure communi habet locum
in domo data alicui per iudicem ex primo decreto, vt not.
Iaſ. d. l. plerique, num. 5. Ferrat. d. caut. 22. nume. 1. verſi. &
etiam Mynſing. d. obſeruat. 69. verſi. item in domo, licet in
hoc contrarium teneat Gabr. d. concluſio. 10. numer. 4. de-
28 clarando ut per eum. † Non tamen haberet locum de iu-
re communi etiam in domo propria, quam quis non habi-
taret, vt idẽ Gabr. ibi n. 30. & 31. Quæ concluſio ceſſat in ca
ſu hoc, cũ non poſſit capi, nec in aliena, ut ex his uerbis ſeq.
h Nec alterius perſonæ] † Corrigitur hoc iuris commu
29 nis diſpoſitio, ex qua de iure communi quis poteſt capi in
domo aliena, uiſi prohibeatur à domino domus, Alex. d. l.
pleriq., nu. 10. declarando, ut per eum, Iaſ. ibi num 22. idem
Lanfran. Balb in ſuis communibus, cent. 1. concl. 27. uerſ.
30 exiſtens, Gabr. ibi n. 27. & 28. † Limitatur pariter de iure
communi non poſſe capi quem, ubi ſit in domo communi
filij etiam emancipati, uel domo communi, inter uirum, &
uxorem, ut declarat Gabr. d. loco, nu. 29.
i Nec de Eccleſia] Idem de iure communi in cauſa ci-
uili, ita Alex. d. l. plerique, n 6. ubi Iaſ. nu. 16. idem Caſſa. in
ſuis comment. rubr. 1. §. 5. in tex. S'il n'a Grace, nu. 114 So-
cin. d. art. 17. n. 38. idem not. Marſi. tract. bannit. in verbo, Ec
31 cleſia, n. 18 Boſſ. tract ſuo crimin. tit. de captura, nu 26. †
Idem ſi ſit facta in hoſtio, uel cœmiterio Eccleſię, ita Mar-
32 ſil. ibi, in uerb capti, n. 34. † Intrans autem Eccleſiam, ne
pro debito capiatur, an poſſit ex ea extrahi, ſi uelociter eũ-
do eam intrauerit, diſcutit idem Marſil. d. uer. Eccleſia. n. 19.
33 † quod habet locum etiam ſi ſit interdictus is ab Eccleſia,
34 ita Ioannes de Arnono, epitome 41. † Ampliatur etiã in
Iudęis

Digitized by Google

Iudæis ad Eccleſiam confugientibus, ita Ioannes de Arno-
35 no, epitome 45. † Ampliando etiam ſi confugiat quis ad
corpus Chriſti dum defertur, ita Ioannes de Arnono, ſoli-
36 loquio 80. † Pœna autem, qua afficiatur capiens aliquem
in Eccleſia, notat idem Marſil. d. loco, num. 21. Et eſt pœ-
na mortis in extrahente, vel extrahere tentãte, ita Menoch.
37 cau. 360. num. 68. de arbitr. † An autem eadem pœna pu-
niatur, ſi quis extrahat aliquem ab Eccleſia, vel eius limite,
vel porticu, eum percutiendo, prout ſi percuſſiſſet in Eccle-
38 ſia, vel porticu, notat Marſil. d. ver. Eccleſia, nu. 26. † Exi-
ſtens autem extra Eccleſiam ſi percutiat aliquem in Eccle-
ſia cum baliſta, vel alio telo, an debeat puniri, ſicut percu-
36 tiens in Eccleſia, idem Marſil. notat ibi, numero 28. † Et
quia in aliquibus quis non gaudet Eccleſiæ immunitate,
notatis per Borgn. in ſuo ſummario, ad deciſiones, in verbo,
iudex Eccleſiaſticus, tunc hoc caſu, an quis ſit legitime ex-
tractus ab Eccleſia, iudex eſt Eccleſiaſticus, vt ibi per Borg.
40 † Captura quoque in alieno territorio non valet, & poteſt
reuocari per iudicem illius territorij, in quo facta eſt, valet
tamen ſententia contra captum in alieno territorio, ita
1 Marſil. d. tract. in verbo, capti, num. 35. † Habet locum etiam
in hoſpitalibus hæc concluſio, ita Alex. d. l. plerique, num. 6.
42 Marſil. d. verbo, capti, num. 32. † Idem in domo Presby-
teri, quæ ſit intra paſſus quinquaginta murorum Eccleſia-
rum, & 30. murorum Eccleſiæ, ita not. Boſſ. d. titu. de captu-
43 ra, nume. 29 & 30. † Diſpoſitio hæc an habeat locum, ſi
quis capiatur in clauſtro, vel veſtibulo Eccleſiæ, vel intra
paſſus 50. vel 30. vt ſupra notatum, diſtinguit Roman. con-
ſil. 216. num. 1. 2. & 3 Caſſan. d. comment. tub. 1 § 5. de text.
S'il n'à Cræce, num. 114 Rebuſ. tract. de immun. Eccl. art. 1.
glo 1 nu. 10. cum ſeq.

k Extrahatur] † Procedit hæc concluſio etiam ſi oſtium
44 domus eſſet apertum; ita contra opinionem Angeli, tenet
Socin. d. tracta de citat. artic. 17. nume. 14. idem Gabriel, d.
45 concluſio. 10 num. 15. † Imò eo caſu poteſt exequutoribus
reſiſti de facto cum armis, ita notat Socin. 151, nu. 15. idem
Foller. in conſtit. regni, rubr. de magiſtro iuſtitiario, Ritus,
46 num. 32. & 33. † Extenditur autem hæc concluſio, vt non
ſolum exiſtens in domo nõ poſſit ab ea extrahi, ſed etiam id
habeat locum ſi familia batuertorum, eum inuenerit extra
domum, qui fugiens ſe retraxit in domo, vt non poſſit ab ea
extrahi, ita Bart. in l. quod ait, § quod ait, num. 4. ff. ad leg.
Iul. de adulter. Bald. d. l. plerique, num. 4. vbi Iaſ. num. 12 &
13 Caſtren. in l. ſi cui. § Ariſto. num. 4. ſi ſeruit. vendic. Cœ-
poll. in l. quis ſit fugitiuus, § Celſus, nu. 14. ff. de ædil. edict.
Felin. cap. fina. colum 6. num. 16. de foro compet. Socin. d.
47 artic. 17. num. 10. cum ſequent. † Vbi ampliat, hoc habe-
re locum etiam, quod fugiens introiuiſſet in domo tantum
caput, vel aliud membrum, vel etiam ſi captus trahat ſecum
familiam in domo, caput, vel aliud membrum in ea ponen-
do, quia dein non poſſet extrahi, vt ibi per eum. Nellus ſua
praxi criminali, tit. de captura, nu. 22. poſt tracta. de bannit.
parte 2. 2. temporis, quæſt. 29. idem Caſſan. d. textu, S'il n'à
Græce, num. 114 Foller. ſua praxi crim. rub. de officio iuſti-
tiarij, in verbo, iuſtitiarij, num. 39. Quicquid in contrarium
teneat Bald. in l. cunctos Populos, circa medium ſuæ repeti-
tionis, quæ dicitur non reperiri, C. de ſumma Trinit. quem
ſequitur Alex. conſ. 24. n. 24. 25 & 26. vol. 2. relati per Mar-
ſil. ſing. 225. circa finem, idem tracta. bannit. in ver. capti, nu.
56 Opiniones etiam cõtrarias has recitat Gabr. d. tit. de cri-
58 minalibus, concluſio. 10. num. 43. ad finem. † Quod idem
in fugiente in Eccleſiam, familia eum inſequente, vt nõ poſ
ſit ab ea extrahi, not. Boer. deciſio. 110. nu. 9. Boſſ. d. ſua pra
xi, & tit. de captura, num. 22. idem tenet Cœpoll. d. l. quod
ſi fugitiuus, § idem Celſus, num. 1 .. cum ſequent. Caſſan. d.
præalleg. num. 114. cum ſequen. Didac. Couar. tracta. ſuo va-
riar. reſolut. cap. 20 num. 10 verſic. 17. lib. 2. Quicquid ſe-
cus ſenuerint Bald. & Alexand. locis allegatis relati per Mar
ſil. d. ſing. 225. num. 3 & 4. & tracta. bannit. in verbo, capti,
49 num. 58. † Quod etiam habere locum dicit, ſi quis captus
ducatur per Eccleſiam, quia tunc non gaudet immunitate,
& priuilegio eius, quin poſſit extrahi, vt ibi per eum, nu. 57.
50 † Ceſſat tamen hoc beneficium, quia poteſt extrahi à do-
mo, & Eccleſia etiam inuitus, vbi debitor renunciauerit
huic beneficio, cui quidem poteſt renuntiari, vt notat Soci.
d. tracta. de citat. artic. 17. num. 18 ſequitur alios allegando
51 Gabriel, d. concluſio. 10. num. 39. † An autem ſufficiat re-
nunciatio generalis, quando quis renunciat omni legum au-
xilio, opiniones contrarias recitat Gabr. dicta concluſio. 10.
nume. 40. † Sed quod ſufficiat renunciatio generalis cum
iuramento, firmat Anchar. ſun. ſua quæſtione 37. vſque ad
52 finem, libr. 1. † Poſſit etiam extrahi inuitus, quando do-
mus, vbi quis eſſet, minaretur ruinam ad euitandum pericu-
lum eius, 1. 2. not. Marſi. tracta. bannit. in verbo, homines, nu.
53 11. Gabr. d. concluſ. 10. nu. 41. Mantua, ſing. 118. nu. 1. † Alio
etiam caſu poteſt extrahi veluti ad officium publicum, ita
Gabr. d. conclu. 10. nu. 32. Mantua d. ſing. 118.

l Pro aliquo debito] † Siue modicæ ſummæ, ſiue ma-
54 gnæ, ita not. Viuius, d. ſuis commun. libr. 2. opin. 36. capi
non poteſt, verſi. imo regula, idem Gabr. d. conclu. 10. nu. 13.
ampl. 10.

m Publico] Quid ſit debitum publicum, vel priuatum,
late diſcuſſum ſupra, in Primo volumine, cap. 167. pro debi-
to, in hoc verbo.

n Communis Mediolani] † Secus in debito fiſcali, vt in-
55 fra cauetur in fine, vbi dicitur. † Quod magis dicendum
56 non habere locum in cauſa criminali, quia tunc poſſet ex-
trahi indiſtinctè è domo, ita notat Bart. l. fin. nu. 2. verſic. ſi
vero quæ, ff. ad leg. Iul. pecul. Bald. conſ. 400. num. 2. vol. 1.
Roman. conſ. 226. nu. 1. 2. & 3. Cœpolla caut. 54. nu. 11. Soc.
d. tract. de citat. art. 17 nu. 17. Iaſ. d. l. plerique, nu. 27. ff. de
in ius voc. Myns. obſeruat. 60. verſi. hæc doctrina, cent. 4.
idem Viuius ſuis communibus, lib. 2 opin. 36. capi non po-
57 teſt, verſi. ſecundo limitatur. † Limitatur in muliere quę nõ
poteſt capi in domo ex cauſa criminali, ita Marſi. tract. ban-
58 nit. in verbo, carcerari, nu. 8. † Fallit tamen vbi hæc pœna
criminalis eſſet parti applicanda, quia tunc non poſſet ex-
59 trahi, ita Gabr. d. concluſio. 10. num. 12. verſic. nono. † In
Eccleſia autem vtrũ poſſit quis capi, & ab ea extrahi ex cau-
ſa criminali, diſtinguit Socin. d. tract. de citat. art. 13. nu. 38.
cum ſequent. Boſſ. d. titu. de captura, num. 12. cum ſequent.
Boer. deciſio. 110. num. 9. & deciſio. 178. num. 3. Duennas,
in reg. 228. Eccleſia, vbi ponit regulam cum fallentijs, notat
Didac. late dicto tracta variar. reſolut. cap. 20. nu. 7. vſque
ad num. 14 lib. 2.

o Nec priuato] † Fallit iure communi inſpecto, quando
60 quis eſſet obligatus ad factum, vel cum iuramento, ex quo
tunc præciſe teneretur, quia tunc poſſet extrahi de domo,
ita not. Coſta ſuis memorab. in verbo, domus vnicuique, in
princ. idem Ferrat. caut. 22. nu. 3. ad finem, & 4. Gabr. d. con-
cluſ. 10. nu. 33. & 34. Verũ hoc arbitror non procedere ſtan-
te diſpoſitione huius ſtatuti, quia ſic intelligendo, multum
eius diſpoſitio reſtringeretur, maxime cũ Mediolani in om-
61 nibus inſtrumentis apponatur iuramentum. † Ceſſat pari-
ter diſpoſitio hęc in debito priuato ex cauſa ſyndicatus; Of-
ficialis ſcilicet, quia tunc non gaudet hoc beneficio, ita not.
Gabr. d. conclu. 10 nu. 40. verſ. 17. limita.

p Non valent] † Idem de iure communi, vt ſupra notatũ,
62 Poteſt tamen validari conſenſu partium, in vim pacti, ita
Soc. ſen. conſ. 99. nu. 11. vol 4

q Ipſo facto] Neq; ſententia ſcilicet iudicis reſciſſoria, li-
cet declaratoria requiratur, vt notatum ſupra, 1. vol. cap. 1.
in verbo, ipſo facto.

r Vt ſupra proxime] Quod eſt capitulũ præcedens, quod
idem ſtatutum eſt diuiſum per capitula ad maiorem cõmo-
ditatem, vel alias notatum, & pœna eſt librarum decem, vt
63 ibi cauetur. † Pœna tamẽ hac non tenentur ſatellites extra-
hentes debitores a domibus ratione ſui officij, ita not. Bonac.
in quæſt. crimin. in verbo, extrahi de domo.

ſ Et captus relaxetur vt ſupra] Abſq; ſcilicet impenſa, vt
cauetur d. cap. præcedenti

t Decreti, nec ordinibus mercatorum] In quibus contra-
64 rium diſponatur poſſe debitores capi quocunque loco, etiã
in domibus.

u Nec Regiæ cameræ] † Et ſic non habet locum in debito
65 fiſcali, quod idem de iure cõmuni eſt, vt not. Ferrat. caut. 22.
nu. 1. ad fin. & 2. idem Gabr. d. tit. de crimine, concl. 10. n. 38.
66 † Ideo Scribentes ex hoc dant cautelam, vt quis poſſit capi
ex cauſa debiti priuati. Quod ſcilicet inducant iudicem,
vt citetur hic debitor ad comparẽdum perſonaliter ſub pœ
na ei in precepto commanda, & eo non comparente, quod
mulctetur, quia tunc ob dictã mulctã fiſco applicatam pote
terit detineri. Hinc cautelam notat Bart. in l. finali, nu. 3. ff.
ad leg. Iuliam peculat. Cępolla caut. 51. nu. 7. Io. de Imola,
in c. 2. vbi etiã Petr. de Anchar. de pignor. Rom. in l. 4. § Prę-
tor, ff. de damno infecto, Ange. d. l. plerique, ff. de in ius vocã-
do, Caſtren. in l. cõtumaci. ff. de re iudic. Coſta ſuis memora-
bil. in verbo, domus vnicuique, verſi. 2. d. regula, Soc. d. art.
17. nu. 17. Marſil. ſing. 189. late comprobat Ferrat. caut. 22.
nu. 1. circa finem, verſi. tradidit ergo, num. 2. & 3. Gabr. d.
concluſ. 10. num. 32. limit. 13. Paris de Puteo, tract. de ſyn-
dicatu, lib 2. verſic. captus illicite, Io. de Arnono caut. 16.
67 † Vbi dicit eã elidi, ſi compareat quis per Procuratorẽ com-
munem dicit Viuius, d. opinione 36. verſ. & hac occaſione

c 2 ſumpta,

Digitized by Google

ſumpta, quicquid in contrarium tenuerit Iaſ. d. l. plerique,
68 num. 28. cum relatis per Gabr. d. concl. 10. num. 37. † Ab Eccleſia tamen inuitus quis non poteſt extrahi pro debito fiſcali, ita not. Afflict. in feud. titu. quæ ſint regal. in verbo, condemnatorum, num. 61.

De opera danda quod negotiatores & negotiationes, tute poſsint venire, & duci in Ciuitate Mediolani. Cap. LXVI.

STatuitur, quod quoddam capitulum inſertum in Ducali decreto, edito anno 1490 ſeptimo die menſis Decembris, tenoris infraſcripti, obſeruari debeat, vt iacet ad literam, ſaluo quod infraſcriptum nomen Streſiæ, debeat dicere Læſiæ, cuius decreti, capitulum tenor ſequitur. Item, & ſi à nonnullis temporibus citra, exigi ſolitum ſit *a* vectigal, ex rebus cuiuſuis generis eſſent, quæ vehebantur in ciuitatem, aut Ducatum noſtrum Mediolani, ex locis Læſiæ, Caſtelleti, & Sexti, & è contra, quod tamen, ex vetuſta conſuetudine, & ordinibus, fieri nõ ſolebat, nihilominus, vt in hoc etiam erga vniuerſos populos noſtros, liberalitatis noſtræ manum extendamus, præter alia onera, quæ illis remiſimus, decernimus, & mandamus, quod poſt hac nihil penitus exigi poſſit pro quacunque re, ſit quid velit, quæ vehatur, tam terreſtri, quam nauali itinere per aliquem mercatorem, ſiue aliam perſonam ex prædictis locis Læſiæ, Caſtelleti, & Sexti, *b* ad ciuitatem, vel Ducatum Mediolani prędictum. Ita, vt libere vehi, & importari, omnia ab omni datio immunia; Nam cum prædicta loca de Ducatu ſint, ea quoque Ducatus priuilegiis vti debere, ac eſſe ęquum cenſemus, & propterea vectigal ipſum, & quicquid oneris ea de cauſa exigebatur, extinguimus penitus, & abolemus, & exigi amplius, de cætero, non debere mandamus.

a Vectigal] De quo cauetur in nouis conſtit. tit. de publicanis, & vectigal. cap. nullus præſumat.

b Ad ciuitatem] Soluatur tamen ſolitum exſolui per omnes alios Ducatus de rebus obnoxijs vectigali.

Quod ferrum, victualiæ, & aliæ negotiationes ſecure ducantur verſus Ciuitatem Mediolani. Cap. LXVII.

FErrum, & azarium, carbones, bladum, vinum, lignamina ab opere, & ligna à foco, calcinæ, cæteræque negotiationes, & res cuiuſcunq; generis, & alia quæcunq; victualia ſecure trahi, & duci poſſint, verſus Ducatum, & Ciuitatem Mediolani, tam per terram, quam per aquam, quocunque modo, & non poſſint *a* deprehendi, impediti, nec derobari, nec aliquo modo conteſtari, nec retineri per aliquem, nec aliquos ex quo erunt ſuper diſtrictu cõmunis, & Ducatus Mediolani, dum ducantur verſus Ciuitatem Mediolani, ſiue per terram, ſiue per aquam. Ita, quod cõductoribus licitum ſit, eas mercatantias, negotiationes, & res, vt ſupra, tute, & libere conducere, prohibitione, vel impedimẽto omni ceſſante, ad hoc vt hæc Ciuitas Mediolani, cui aliæ ciuitates dominij Mediolani, correſpondent, & in quam, aliæ ciuitates ipſius dominij confluunt, ſit fertilis, & abundans, & vbertate fungatur, & Poteſtas, & officium Prouiſionum Mediolani, & quilibet Iuſdicens Ducatus Mediolani, & quilibet eorum in ſolidum intelligantur, ad hoc ſpecialiter delegati, teneantur, & debeant omni cum diligentia, *b* & omnibus efficacioribus iuris remedijs, *c* etiam per perſonalẽ detentionem, operam cum effectu dare, quod prædicta omnia exequantur, & effectum ſortiantur. Et contrafacientes incurrant pœnam refectionis, & reſtitutionis omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe, quæ facta, aut paſſa fuiſſent ex tali contrafactione, & vlterius librarum quadraginta Imperialium pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit, in quas pœnas, incurrant, *d* ipſo iure, & facto. Et quilibet de prædictis poſsit accuſare, & accuſatori *e* cum ſacramento, *f* & vno teſte fide digno, credatur, & medietas dictæ pœnæ librarum quadraginta Imperialium, applicetur Ducali Cameræ, & altera parti læſæ, vbi pars accuſauerit, vbi autem alius fuerit accuſator, applicetur medietas dictæ medietatis accuſatori, & altera parti læſæ, quas pœnas, niſi ſoluerint infra octo dies poſt accuſationem, & verificationem, eis contrafacientibus notificatas, puniantur in ictibus tribus curli, & quæ pœnę exigantur per quemlibet Iuſdicentem *g* abſque aliqua condemnatione, *h* per omnia iuris remedia, *i* etiam per perſonalem detentionem, & applicentur, & dentur, vt ſupra. Ita tamen, quod per hoc non fiat pręiudicium *k* ſolutionibus faciendis datiarijs, ſecundum ordines factos, & faciendos.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula abſque alia condemnatione quid importet.*

a DEprehendi] Securitas ſi detur omnibus venientibus ad nundinas, vt non poſsint capi, tamen ea non cenſetur data bannitis, ita not. Cotta ſuis memorab. in verbo, nundinæ, verſ. ſimiliter.

b Et omnibus efficacioribus remedijs] De his remedijs notatur per Boſſ. ſua praxi criminal. tit. de mulctis, ad fin.

c Etiam per perſonalem detentionem] Hæc non daretur, niſi hic exprimeretur, obſtante diſpoſitione ſtatuti ſupra cap. 167. pro debito, 1. volum.

d Ipſo iure & facto] Abſque ſcilicet iudicis ſententia condemnatoria, declarando, vt late ſupra notatum, 1. volum. cap. 1. in verbo, ipſo facto.

e Cum ſacramento] Qualiter credatur ſacramento alicuius in ſimili caſu, & quando non, & an poſsit probari contrarium, late notatum infra cap. 324. quodlibet, in hoc verbo.

f Et vno teſte digno] Omni ſcilicet exceptione maiore, vt not. Abb. c. vt debitos, nume. 14. de appellat. vt late notatum ſupra cap 320. ſi quis, in verbo, idoneis, vol. 1.

g Abſque aliqua condemnatione] † Ex his verbis pari-
1 ter tollitur ſententia condemnatoria, ita not. Iaſ. conſ. 21. colum. vlt. verſi. tertio reſpondetur quod decretum, vol. 3. Gabriel in ſuis communib. tit. de crimin. cõcluſio. 12. n. 15.

h Per omnia iuris remedia] † De quibus per Boſſ. d. ſua praxi crim. tit. de mulctis ad fin.

i Etiam per perſonalem detentionem] † Hoc dictum, quia
2 alias obſtaret diſpoſitio ſtatuti ſupra cap. 167. pro debito, volum. 1.

k Solutionibus faciendis datiarijs] Nam hi habent priuilegia Ducalis Camerę, vt poſsint detinere debitores, pro datijs, & vectigalibus, prout poteſt Ducalis fiſcus, ita cauetur in eorum capitulis, & incantibus quę faciunt cum Ducali Camera.

Quod ſcholares, & certi alijs addiſcentes, non impediantur. Cap. LXVIII.

a QVilibet *b* Ciuitatis, *c* & Ducatus Mediolani, *d* & aliunde, vndecunque ſit, poſsit *e* libere ſtare, morari in Ciuitate, *f* & burgis adiunctis ciuitati in ſtudio, & pro ſtudio legum, decretalium, Phyſicæ, Chyrurgię, Tabellionatus, & pro addiſcendo ſcribere, & cuiuslibet *g* alterius artis liberalis, abſque eo, quod capi poſsit *h* pro aliquo debito alicuius vniuerſitatis, publico, vel priuato, & ſi contrafieret, non valeat, & ſtatim relaxetur ſine aliqua expenſa, *i* & omni exceptione remota. Quod tamen non habeat locum, vbi ille fuerit principaliter nominatus, & obligatus in debito, vel hęres nominati, & obligati, pro quo capitur, & hoc vbi alias dictus debitor nominatus, vel hæres debitoris nominati, *k* de iure poſsit detineri, & hęc omnia aliquo *l* iure municipali non obſtante.

a Quilibet] Dictio hæc, Quilibet, comprehendit omnẽ qualitatem perſonarum, ut alibi notatum maxime ſtatuto ſupra in 1. vol. cap. 295. quilibet.

b Ciuitatis] Proprie qui intra muros habitant, & continentur, vt not. Hieron. de Monte, tracta. finium regund. cap. 5. in princ.

c Et Ducatus Mediolani] Quid veniat appellatione Ducatus, not. ſupra capitu. 130. vbicunque in verbo, de ciuitate.

d Et aliunde, vndecunque ſit] Comprehenditur, omnis etiam non ſuppoſitus, & non ſubditus.

e Libere, ſtare, & morari] † Ex hoc fauore ſtudii, quod
1 idem de iure communi, vt non poſsint capi ſcholares in ſtudiis, vt not Rebuff. tracta. de priuileg. Scholarium, in priuilegio 102. & ibi Rebuff. enumerat. 180. priuilegia Scholaribus conceſſa.

f Et Burgis adiunctis] Suburbijs ſcilicet, quæ autem ſint, not. Cœpoll. conſilio 15 numero 5. & 9. cum ſequentibus.

g Alterius artis liberalis] Hi omnes addiſcentes, & ſcholares gaudent priuilegiis, de quibus Rebuff d. tract. de priuileg. ſcholar. vt ibi per eum, priuilegio vltimo.

h Pro

Digitized by Google

h Pro aliquo debito] Siue ſit in modica, ſiue in magna quantitate, vt in ſimili notatum ſupra cap. 65. nullus, in verbo, pro aliquo debito.

i Et omni exceptione remota] Quæ exceptiones per hęc verba ſint remotæ, & quæ non, ſatis notatum ſupra cap. 42. ſi quis, in verbo, ſimili, 1. vol.

k De iure] Etiam municipali, & ſtatutario, de quo in 1. volum. cap. 267. pro debito, ſic importat dictio hæc, de iure ſimpliciter prolata, vt late notatum in præludijs, & alibi ſæpe.

l Iure municipali non obſtante] Concedente capturam contra debitores ex aliquibus caſibus notatis, d. capit. 167. pro debito.

Quod fugitiui capi poſsint, quolibet die etiam feriato. Cap. LXIX.

a QVilibet, b qui fugam fecerit c pro debito publico, vel priuato, d capi poſſit e quolibet die feriato, & non feriato, f in honorem Dei, & ſanctorum, exceptis diebus natiuitatis, & Paſchæ Epiphaniæ, & reſurrectionis, & Pentecoſtes Domini noſtri Ieſu Chriſti, annuntiationis & aſſumptionis B. Mariæ virginis, & natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, & feſto D. Ambroſij protectoris noſtri, die ſeptimo Decembris. Et per hoc ſtatutum non intelligatur derogatū g decretis, & ordinibus mercatorum Mediolani, h & Ducalis cameræ, & quilibet qui fugam fecerit, vt ſupra, poſſit i per quemlibet creditorem, k vel quemlibet aliū de eius creditoris conſenſu, capi, l etiam propria authoritate, m cum licentia; & ſine licentia iudicis, dummodo captus, eadem die, vel ſequenti, n conſignetur in fortijs o alicuius Iuſdicentis, in cuius iuriſdictione captus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet in qua perſona verificetur hæc dictio, & num. 2.*
3 *Clericus fugitiuus, vel ſuſpectus an poſſit capi à creditore laici, declara vſq; ad nu 6 & 7.*
8 *Creditor conueniens debitorem ſuum coram iudice incompetenti an amittat ius ſuum*
9 *Minor, & pupillus fugitiuus debitor, an poſſit capi, & nu. 10.*
11 *Bannitus debitor an poſſit capi pro debito, vt fugitiuus.*
12 *Hæres debitoris an poſſit capi.*
13 *Equus debitoris fugitiui an poſſit capi.*
14 *Quid in pecunia debitoris, & quid eo caſu ſententiarum ſit, num. 15. & 16.*
17 *Doctor qui actu legit, an poſſit pro debito capi.*
18 *Miles Armatæ militiæ an poſſit pro debito capi.*
19 *Fugitiui qui dicantur.*
20 *Mercatores fugitiui qui dicantur.*
21 *Debitor præparatus ad fugam an poſſit capi.*
22 *Debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi, declara vſque ad numer. 26.*
27 *Debitor ſub conditione an poſſit capi pro debito, quid in debitore in diem.*
28 *Debitor pro debito litigioſo an poſſit capi.*
29 *Debitor pro nomine an poſſit capi*
30 *Captura quibus cauſis poſſit concedi contra debitorem ſuſpectum de fuga.*
31 *Et quomodo ſit exercenda.*
32 *Debitor vulneratorum à creditore cum capiēte relaxatur, amplia vt num. 33.*
34 *Captus pro debito appellat ſed non relaxatur.*
35 *Debitor non poteſt citare creditorem, vt perueniat Iuriſdictionē.*
36 *Captura debitores fugientes, quando ceſſet, & num 37.*
38 *Captura qualiter impugnatur.*
39 *Captura facta de facto, reuocatur, & condemnetur creditor in expenſis, num 40. & 41.*
42 *An poſſit denuo iuſtificari, & confirmari.*
43 *Debitor fugitiuus, vel ſuſpectus de fuga, an poſſit quolibet die, & in quocunq; loco capi, etiam quid ſit alienæ iuriſdictionis, vſque ad num 47.*
46 *Suſpectus de fuga an poſſit capi in loco, vbi ſit per tranſitum cum mercibus, & mulis.*
48 *Debitor detentus an poſſit recomendari in carceribus diebus feriatis.*
49 *Diſpoſitio loquens de ferijs Apoſtolorum, an habeat locum in ferijs Diuinamanæ.*
50 *Creditor excommunicatus an poſſit capere debitorem fugitiuum.*
51 *Quid in hærede creditoris.*
52 *Quid in Procuratore creditoris.*
53 *Vel in gerente ſe Procuratore, cum ratificatione.*
54 *Et an hoc intelligatur propria auctoritate, & quando, num 55. 56. cum duobus ſeqq. vbi notantur decem nouem caſus in quibus id poteſt fieri.*
59 *Statutum quod fugitiuus debitor poſſit propria auctoritate capi intelligitur ſecundum Ius commune.*
60 *Licentia Iudicis de capiendo debitorem ſuſpectum de fuga nō exigit citationem.*
61 *Idem in probanda ſuſpicione fugæ.*
62 *Suſpicio fugæ, quomodo probetur, & nume. 68. vſque ad num. 73.*
63 *Captura vt contra aliquem, vt ſuſpectum de fuga poſſit concedi quæ requirantur, vſq; ad num. 66*
67 *Forenſis poſſidens immobilia in eius territorio non poteſt dici ſuſpectus.*
74 *Creditor habens pignus præ manibus æquiualens credito ſuo, an poſſit iurare debitorem ſuſpectum, & fugitiuum capere, numer. 75.*
76 *Creditor non poteſt ſine licentia capere debitorem ſuum, & numer. 77.*
78 *Iudex competens ad concedendam capturam, contra debitorem fugitiuum, quis ſit.*
76 *Creditor qui debitorem fugientem acceperit tenetur conſignare, ſub pœna læſæ maieſtatis, & num. 80.*
81 *Idem in rectoribus locorum qui tales fuerint, vſque ad numer. 84.*
85 *Detentus in priuato carcere pro debito dicitur offendi.*
86 *Quid in bannito, qui poteſt impuni offendi.*
87 *Quid in Patre, & Domino detinente filium, vel ſeruum, & n. 88.*
89 *Quid in excedente terminos capturæ.*
90 *Carcere Priuatus quando inducatur, num. 91. & 92.*
93 *Debitor detentus per creditorē, quomodo ſit conſignandus in manibus Iuſtitiæ.*
94 *Conſignatio debitoris detenti in cuius Iudicis manu fieri debent.*
95 *Quid ſi captus eſt clericus.*
96 *Detentus vt ſuſpectus relaxandus eſt fideiuſſori.*
97 *Fideiuſſio præſtanda per debitorem detentum, vt ſuſpectum qualis eſſe debeat.*

a QVilibet] † Procedit tam in patrefamilias, quam
1 filiofamilias, vt not. Caccialup. tract. de debitore ſu-
2 ſpecto, quæſt. 5. princ. num. 8. † Comprehenditur & de iure communi fœmina fugitiua, vt not. Brun. tract. ſuper conſtit. in verbo, fœmina, pro delicto, verſ. quod verum, declarando, vt late per Caccialup. d. tract. de debitore ſuſpecto, q. 5. princ. quæſt. 7. num. 23. Verum obſtat diſpoſitio ſtatuti, ſupra in 1. vol. cap. 243. minores, in mulieribus bonæ famæ.
3 † Clericus quoque fugitiuus, vel ſuſpectus de fuga poteſt capi à creditore, etiam à laico, Abb. in cap. cum non ab homine, n. 12. & 13. vbi omnes canoniſtæ, & præcipuæ Alciat. nu. 94. de iudic. Ripa reſpon. 23. nu. 8. & 9. de legib. lib. 1. Iaſ. in l. vinum, nu. 5. cum additio. ibi, ff. ſi cert. petat. & relatiue, in §. supereſt, nu. 96 Inſtitut. de actio. Marſi. tract. bannit. in
4 verbo, capti, nu. 39. 43. & 44. † vbi dicit eo caſu non incurrere capientem pœnam excommunicationis, idem in verbo, iudice, nu. 221. Brun. iun. de ceſſ. bonor. quæſt. 3. principali, num. 17. Caccialup. d. tract. de debitore ſuſpecto, quæſt. 5. principali, num. 19 & 21. Marſil. ſingula. 43. notatur etiam in addit. ad Orian. in cap. quoniam contra, cap. 3. de recuſ. nu. 7. verſic poteſt etiam, de probat. Ioan. de Arno ſing. 86. Mynſig. obſeruatione 65. cent. 2. Ripa in cap. 1 num. 88. ampl. 10. de iudic & reſponſ. 13. num. 8. & ſeq. lib. 1. Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de captura, num. 27. Vrſill. ad Afflict. deciſio. 173. nu. 3. Rebuff. tract. de literis oblig. artic. 6. gl. 3.
5 num. 76. verſic. quinto amplia, † declarando tamen, vt nō poſſit ſuſpectus de fuga capi à creditore ſine licentia iudi-
6 cis Eccleſiaſtici, vt per eum. † In omnem caſum debet captus duci ad iudicem Eccleſiaſticum, vt not. declarando Iaſ. d. l. pupillo, § ſi quis vnus, nu. 2. ff. de oper. nou. nunt. Marſil. d. verbo, iudice, nu. 221. idem tradit Menoch. tracta. arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 180. n. 22. & 23. Borgn. deciſ. 3. n. 26.
7 † alias incideret in excommunicationis pœnam, vt ibi per eum, Decia. conſil. 118. vol. 3. Caball. in milleloquio 646. 2. parte, & in conſtitut. Tridiana, lib. 7 cap. 17 gloſſa B num. 3.
8 † Imò etiam amittit ius crediti conueniens coram iudice incompetenti, Ioan de Arno, comment. 9. declarando, vt per
9 eum. † Pupillus tamen fugitiuus non poteſt capi, vt not. Caccialup. d. tract. de debit. ſuſpect. q. 5 princip. in princ.
10 nu. 1. † Minor autem fugitiuus vbi ſit pubes, poteſt capi, de-
11 clarando, vt per eundem ibi, quæſt 2. n. 2. cum ſeq. † Banni-

Digitized by Google

tus ſemper fugitiuus cenſetur, ideo poteſt ſemper capi, Bal.
l. 1. num. 5. verſicu. ſed nunquid, C. qui bon. cede. non poſ-
ſunt Marſil. d. §. aggredior, num. 92. & 93. Duen. regu. 175.
12 debitor fugitiuus, ampliat. † Debitor non ſolum princi-
palis, ſed etiam eius hæres poteſt capi, ita Rebuff. d. tracta.
de literis oblig. art. 6. gl. 3. num. 74. Duen. d. regu. 175. debi-
13 tor, ampliat. 2. † Perſona non ſolum fugitiua poteſt ca-
pi, ſed etiam equus alicuius fugitiui propria authoritate
Domini eius capi poteſt, ita Alexand. conſ. 64. nu. 4. volu. 3.
14 † Idem in aliqua pecunia debita creditori per aliquem fu-
gitiuũ, vt not. Duen. d. reg. 175. debitor, ampliat. 2. Burſat.
15 conſ. 139. num. 76. volum. 2. † dum tamen notificetur, &
conſignetur iudici, vbi ſit pecunia debitoris, vt not. Iaſ. §.
16 ſupereſt, nu. 81. Inſtit. de actio. † Vbi autem res capta ſit
propria creditoris, ſufficit notificatio ſola, ita Alex. d. conſ.
17 64 nu. 5. volum. 3. † Ceſſat tamen hæc diſpoſitio in De-
ctore actu legante, ſecus in alijs, ita not. Caccialup. d. trac.
18 de debitore ſuſpecto, quæſt. 5. prin. q. 4. † Non etiam ha-
bet locum in milite, qui militauerit in armata militia, Duẽ.
d. reg. 175 debitor, limit. 2.

b Qui fugam fecerit] † Fugitiui qui dicantur, not. Ca-
19 ſtrenſ. conſil. 472. num. 1. volum. 1. Iaſ. §. ſupereſt, n. 68. cum
ſeq. Inſtit. de actio. Caccialup. tract. de debitore ſuſpecto, q.
1. princ. Socin. ſen. conſ. 1?3. n. 2. & 3. volu. 3. & conſ. 99. n.
2. volum. 4. Bonacoſſ. in q. crimin. verbo, fugitiuus, in prin-
20 cip. † Mercatores qui dicantur fugitiui, not. late Bald. cõ
ſil. 250. volum. 1. idem Benuenut. Stracha, tract. de decoct.
idem notatur in nouis conſtit. tit. de offic. Abb. Mercat. c.
21 quicunque. † Diſpoſitio hæc, vt quis poſſit capi a credi-
tore, habet locum etiam in præparato ad fugam, ita not. Ri
pa cap. 1. nu. 88. ampl. 1. de iud & reſponſo 27. nu. 8. & 10.
de legib. Rebuff. tract. de literis oblig. art. 4. glo. 3. & art. 6
glo. 3. nu. 73. Marſil. tract. bannit. in verbo, capti, nume. 45.
22 † Suſpectus de fuga pariter poteſt capi, vt not. Alex. conſ.
64. nu. 13. & 14. vol. 5. Iaſ. §. ſupereſt, n. 79. Inſtitut. de actio.
Ripa dicto cap. 1. num. 88. ampliatione 5. Rebuff. dicto tra
cta. artic. 11. gloſſa 3 num. 17. Præcedentibus tamen requiſi-
23 tis, de quibus infra dicetur. † Qui tamen vere ſit ſuſpectus,
non præſumptiue, ita Borgnin. deciſio. 1. num. 4. & num. 37.
& 38. Ripa in reſponſio 13. nume. 8. & 10. de legib. lib. 1.
Pet. Pede. de iure ſiſtendi, & manus iniectione, cap. 11. num.
24 2. volu. 1. † In dubio autem præſumitur ſoluendo, vt eui-
tet ſequeſtrum, Borgnin. deciſio. 3. nume. 34. & deciſio. 28.
25 nume. 21. † Statutum loquens de fugiente, vt puniatur,
non comprehendit latitantem vt fugiat, Bonacoſſ. in queſt.
crimin. in verbo, fugitiuus, verſicu. ſtatutum puniens, ii. pri-
26 mo. † Nam etiam comprehendit exeuntem animo redeũ-
di, qui ſtatim redijt, Bonacoſſ. d. loco, verſicu. ſtatutum pu-
niens fugientem.

c Pro debito] † Habet etiam locum in debito conditio-
27 nali, vel in diem, ita not. Iaſ. § ſupereſt, nu. 77. & §. ſed hæc
quidem, nu. 11. Inſt. de actio. Ripa d. cap. 1. nu. 88. ampl. 8.
de iudic. Caccialup. d. tract. de debit. ſuſpect. q. 3. prin. in
28 prin. † Procedit etiam ſi pendeat lis ſuper dicto debito, vt
not. Ripa d. cap. 1. nume. 88. ampl. 6. de iudic. idem ſi pen-
deat appellatio ſuper dicto credito, ita not. Ripa d. ca. 1. nu.
29 88. ampl. 7. de iudic. † Non procedit ſi ſumma debiti ſit
minima, ita Ripa d. cap. 1. nu. 88. limit. 4. de iudic. Caccia-
lup. d. tracta. de debitore ſuſpecto, quæſt. 3. princ. numer. 2.
verſ. tertio verum, vſque ad fin. Soci. reg. 111. debitor fugi-
tiuus, limit. 1. Secus eſt in fauorabilibus, vt notatum ſupra
cap. 65. nullus, in verbo, pro aliquo debito.

d Capi poteſt] † Captura poteſt duabus de cauſis fieri;
30 vno modo pro iudicio inchoando, & docendo de iuribus
ſuis, ad hoc vt ſuſpectus debitor condemnatus per ſentẽtiã
poſſit creditum eius ſatisfacere; Alio modo, pro ſolutione
conſequenda virtute ſententiæ, vel executionis, Curt. ſen.
tract. de ſequeſtrat. quæſt. 14. colum. 2. Purpurat. conſil. 20.
num. 5. vol. 1. Bero. conſ. 110. num 2. & 3. vol. 3. Borg. deci-
31 ſio. 1. nu. 39. † Debet tamen capi ciuiliter, cum non vul-
nerando, alias ſi creditor eum vulneret, perdet creditum, ni-
ſi ſe telo defendat debitor Iaſ. d. §. ſupereſt, nu. 75. cum ſeq.
32 pulchre Ripa d. num. 88. limit. 3. † Et ſi vulneretur in actu
capturæ à capiente, conſignatus iudici relaxatur, vel male
detentus, & capiens punitur de vulnere, Marſi. d. verbo. ca-
33 pti, nu. 47. † Fallit ſi volenti capere debitor reſiſtat, quia
poteſt etiam impune occidi, idem Marſ. d. tract. in verbo,
34 ab offenſis, nume. 22. & 23. & in l. 1. num. 106. † Amplian-
do etiam in Procuratore creditoris, nu. 107. ff. ad leg. Corn.
de ſica. † Captus etiam quod appellet à captura, non tamẽ
35 relaxatur, Borg. deciſio. 1. n. 48. † Non poterit tamẽ cita-
35 ri uerbaliter à creditore, vt præueniat iuriſdictionem, ita
not. Abb. cap. 1. n. 23. verſi. an autem, de iudic. ſequitur, ſe-
tendo Iaſ. d. §. ſupereſt, nu. 97. & Ripa d. nu. 88. limitatio. 8.
36 † Ceſſat pariter captura, vbi debitor fugiens dimittat tot
bona ad quantitatem debitam creditori, Ripa, ibi, limit. 5.
37 † Vel creditor pignus æquiualens habeat penes ſe, Duen. d.
38 regu. 175. limit. 1. † Captura ſi fuerit obtenta, & facta
qualiter impugnetur, not. late Caccialup. d. tracta. q. 11.
39 princip. † Captus de facto quod poſſit de facto relaxari,
etiam ſine citatione, notat Roman. conſil. 320. nu. 5. Socin.
40 tracta. de citat. artic. 20 quæſtio. 24. nu. 71. verſic. poſtremo
notatum, in cap. 242. in verbo, idem quando ſupra, volu. 1.
41 † Et vbi iniuſte facta ſit, cõdemnatur capiens in expenſis,
damnis, & intereſſe, ita not. Benuenut. Stracha, tracta. de
mercatura tertia particula, vltimæ partis, nu. 18 Borgn. de-
42 ciſ. 1. nu. 4. & 37. & deciſio. 3. † Captura minus rite cõ-
ceſſa, an poſſit de nouo iuſtificari, & confirmari, late notatũ
ſupra, volum. 1. ca. 242 aliquis, in verbo, idem quando de-
tentio iudicialis.

e Quolibet die feriato] † Captura hæc ſicut poteſt fieri
43 quolibet die feriato, an etiam poſſit reuocari quolibet die
feriato, diſcutit Caccialup. d. quæſt. 4. princ. Verũ hoc
decidum ſupra cap. 257. carceratus, vol. 1. vbi cauetur, quod
44 ratis quolibet die reddendum ius. † Fugitiuus ſicut poteſt
capi quolibet die feriato, poteſt etiam capi quolibet etiam
prohibito, veluti in domo, ita etiam arguendo de tempore
ad locum, not. Iaſ. d. l. vinum, nu. 5. ff. ſi cert. peta. idem not.
Rip. d. cap. 1. nu 88. ampl. 4. de iudi. & ſupra notatum c. 65.
Nullus, in princ. vbi etiam notatum, vtrum poſſit capi in ec
45 cleſia. † Poteſt etiam capi per creditorem, in aliena iuriſ-
46 dictione, vt notat Duennas, d. reg. 175. debitor, ampl. 5. † Su
ſpectus quoque de fuga poteſt capi etiam in loco, vbi ſit
per tranſitum, vel cum mercibus, ſi moretur, licet ibi non ſor-
tiatur forum, ad hoc vt præſtet fideiuſſorem de ſtando iuri,
ita Borgn. deciſio. 1. nu. 13. Gaſpar. Gabell. in milleloquio
645. 2. parte, tamen ibi non poteſt iurari ſuſpectus, Borgn.
d. deciſ. 1. nume. 5.

f Etiam in honorem Dei, & Sanctorum] † Idem de iu-
47 re communi, etiam in die dominico, ita Aucharan. conſil.
123. num. 8. Iaſ. l. cui iuriſdictio, nu. 15. ad fin. ff. de iuriſd.
omn. iud. & d. l. vinum, nu. 3. 4. & 5. ff. ſi cert. pet. Rip. d. nu.
89. ampl. 3. Marſil. d. verbo, capti, nu. 28. & 42. verſic. an hoc
verum, Socin. reg. 111. debitor fugitiuus, in princ. idem So-
cin. ſen. conſ. 99 n. 6. vol 4. idem cauetur in lib. 4. cõmunium,
in verbo, debitor capi, verſic. & ſi iudex, Borg. deciſio. 1. nu.
48 41. † Non tamen poteſt recommendari his diebus, Marſ.
d. verbo, capti, nu. 22. Borg. ibi n. 42 vbi adducit rationem
49 differentiæ, quia ceſſat ſuſpicio fugæ. † Statutũ ſi loque-
retur de ferijs Apoſtolorum, intelligeretur etiam de ferijs
D. Mariæ, ita Gallin. tract. de verb. ſign. lib. 8. cap. 2. num. 3.

g Decretis, ordinibus mercatoribus] De quibus nouiſſi-
me cauetur in nouis conſtit. tit. de offic. Abb. mercat. c. qui-
cunque, vbi diſponitur, mercatores fugientes poſſe capi &
ſuſpendi furcis, declarando vt ibi.

h Et Ducalis cameræ] Diſponentibus, nõ ſolũ fugitiuos,
ſed etiã alios poſſe capi diebus feriatis pro debito fiſcali.

i Per creditorem] † Habet locũ etiã in creditore excõ-
50 municato, vt poſſit capere debitorem fugitiuũ, ita not. Ripa
51 d. c. 1. nu. 88 ampl. 11. de iudic. † Procedit etiã in hærede
creditoris intra tempus conficiendi inuentarium, idem Ri-
pa ibi, ampl. 9 & Rebuff d. tract de literis oblig. art. 6 gl. 3.

k Vel quemlibet alium de eius creditoris conſenſu] † Ve
52 luti ſi ſit eius Procurator, vt tradit Ripa d. loco, ampliatio.
2 Iaſon. d. §. ſupereſt, nu. 78 & Marſil. dicto verbo, capti, nu.
53 46. Caccialup. dicto tract. 2. quæſt. 2. principali. † Idem ſi
non ſit Procurator, ſed ſecuta ratificatio poſt capturam, ita
Alexand. conſil. 133 num. 8 volum 6.

l Etiam propria authoritate] † Idem not. Iaſ. d. §. ſu-
54 pereſt, nu. 71. cum ſeq. cum addit. ibi, & d. l. vinum, num. 3.
verſi. quarto illud, Ripa d. nu. 88. in princ. Marian. Soc. in c.
propoſuiſti, n 3 de for. compe. Marſi. tract. bannit. d. verbo,
capti, n. 42. Caccialup. d. loco, quæſt. 4. princ. num. 10.
cum ſeq. idem Marſi. ſing 243. Rebuff. d. tract. art. 6 glo. 3.
nu. 70. & tract. de priuil. ſcholar. priuil. 97. num. 5. Duen. re-
gu. 175 debitor fugitiuus, Menoch. tract. recuper. remed. 10.
nu. 53. idem in lib. 4. communium, in verbo, debitor capi,
55 verſi. ſed nota. † Quod quidem permittitur contra regu-
las iuris communis, ex quo eſt periculũ in mora, ita Gallin.
56 tract. de verbor. ſignif. lib. 10. cap. 29. num. 19. & 20. † alias
non licet priuato capere debitorem propria authoritate,
Bartol. in l. fin. num. 2. ff. ad leg. Iul. pecul. dempto hoc caſu.

† Debitor

Digitized by Google

57 † Debitor non poteſt capi à creditore propria authoritate,
etiam quod initium ſic fuerit pactum inter eos, quod pa-
ctum inane eſt, & ſuperfluum occupat membranas, vt not.
Ang. originaliter, in l. nemo poteſt, num. 1. ff. de leg. 1. Cot-
ta poſt alios, ſuis memor. in verbo, clauſula generalis, verſ.
& idem in clauſula, cum accumulatis ſupra, capitulo 167.
pro debito, in verſ. poſſit perſonaliter capi, vel in verbi no-
58 tatum. † Caſus nouemdecim, in quibus quis poteſt pro-
pria authoritate capere hominem, vel animal, & ius ſibi
dicere, not. Spec. tit. de actore, §. 1. col. 19. nu. 55. vſque ad
59 nume. 59. verſ. item quod vult. † Statutum ſi diſponeret
poſſe capi ſuſpectum de fuga, intelligeretur ſecundum iu-
ris communis diſpoſitionem, præcedente probatione ſuſpi-
cionis fugæ per iuramentum, vel aliter, ita not. Gallit. d.
lib. 8. cap. 9. num. 7.

m Cum licentia]. † Quando impetratur licentia à iudi-
60 ce, & ſic iudex adhibetur in probatione fugæ debitoris, non re-
quiritur citatio partis, ita not. Felin. ca. cum non ab homi-
ne, num. 12. verſic. limita tertio, de iudic. Iaſ. §. ſupereſt, nu.
89. Inſtit. de actio. Caccialup. d. tracta. de debitore ſuſpect.
61 quæſt. 5. num. 11. † Quod idem dicitur in proban-
da ſuſpicione fugæ, vt not. Scribentes locis allegatis, idem
Gabriel. communibus, titu. de ſuſp. concl. 1. num. 287. &
conſ. 442. & 444. Ratio in promptu poteſt allegari, ex quo
periculum eſt in mora, ideo non requiritur citatio, ita Ti-
62 raq. tract. res inter alios, nu. 9. verſ. tertio limita. † Suſpi-
cio autem fugæ probatur coniecturis arbitrio iudicis, tra-
dit Rom. conſ. 340. num. 3. Soc. ſen. conſ. 113. nume. 2. vol.
3. Caccial. late d. tract. de debitore ſuſpecto, q. 1. in princ.
63 num. 11. † Quæ coniecturæ, & quæ requiſita ſint neceſ-
ſaria, vt contra aliquem virum ſuſpectum de fuga poſſit con-
cedi captura, not. Octau. cap. quoniam contra, cap. 3. de re-
cuſat. num. 5. de probatio. Dec. conſil. 75. per totum, Ripa
lib. 1. reſpon. 13. num. 8. & 18. Marſil. tract. bannit. in verbo,
capti, nume. 49. vbi relatiue loquitur, idem late notat ſuo
ſingul. 282. Socin. tractatu de citation. art. 20. n. 62. vſque
ad numerum 71. Cotta ſuis memorab. in verbo, debitor nõ
poteſt, verſic. nunquid autem. Socin. ſen. conſil. 99. nume. 3.
volum. 4. Caccialup. d. tractatu de debitore ſuſpecto, quæſt.
6. principali, Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 87.
Borgnin. deciſio. 2. num. 38. Petr. Perch. tractatu de iure li-
ſten. & man. iniect. cap. 21. num. 2. volum. 1. diuerſorum aſ-
64 ſecurat. † Inter alia requiritur quod debitum ſit liqui-
dum, vt not. Octan. d. cap. quoniam contra, ex pre. de recu-
ſat. num. 5. de probatio. Dec. conſil. 75. num. 1. verſic. 5. Iaſ.
d. §. ſupereſt, num. 85. Inſtitut. de actionibus, Socin. ſen d.
conſil. 113. num. 3. volum. 3. idem Rolandus à Valle, con-
ſil. 65. num. 18. & 19. volumine 3. Secundo requiritur quod
ſuſpicio oriatur poſt debitum contractum, ſecus ſi tempo-
re contractus adeſſet, ita notat Iaſ. d. §. ſupereſt, numer. 82.
verſic. prædictam concluſionem, Inſtit. de action. Ripa d. c.
1. num. 88. limitatio 3. de iudic. Socin. reg. 121. debitor fu-
gitiuus, limit. 2. Marſil. d. tracta. bannit. in verbo, capti, nu.
47. Caccialup. d. tracta. ſuo, quæſt. 6. princip. num. 19. cum
ſequent. Mattæus ſingu. 291. Vrſill. ad Afflict. deciſio. 170.
num. 4. Menoch. tracta. arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 87. nu. 16.
65 Rolandus à Valle, conſil. 65. num. 8. 9. & 10. volum. 3. †
Et ſic requiritur deterioratio poſt contractum debitum,
ita notat late Borgnin. deciſio. 2. numer. 19. verſic. & etiam.
66 † Fallit vbi creditor ignoraſſet tunc temporis eius condi-
tionem, Borgni. ibi, num. 20. Faciunt tradita per Bald. cõſil.
67 338. volum 4. † Forenſis etiam poſſidens bona immobi-
lia in eius territorio, (licet hic non poſſideat) non poteſt dici
ſuſpectus hic, ita Dec. d. conſil. 75. colum. 3. verſic. 8. Borg.
deciſ. 2. num. 39. Rimin. iun. conſil. 402. nume. 4. & ſequent.
& num. 12. volum. 4. maxime ſi ſint ſub eodem Principe, vt
68 ibi per eum. † Sufficit tamen ſi tempore contractus cœ-
piſſet dilapidare debitor, vt tradit, declarando Iaſ. d. §. ſu-
69 pereſt, num. 87. † Suſpicio autem fugæ vtrum poſſit pro-
bari per iuramentum creditoris, vt captura concedatur in-
ter ſe ſcribentes ſunt diſſentientes, & vtrinque ſunt opinio-
nes communes, vt tradit Dec. conſil. 75. num. 1. verſi. 4. &
Iaſ. d. ſuo §. ſupereſt, num. 91. cum addit. ibi, not. Soc. tract.
de citat. art. 20. numer. 63. Io. de Arno. caut. 50. Cotta ſuis
memorab. in verbo, debitor non debet. Opiniones contra-
rias recitat Caccialup. d. tract. quæſt. 6. principali, num. 9.
cum ſequentibus, latius Duennas d. reg. 175. debitor fugi-
70 tiuus, ampliat. 3. † Primam autem opinionem, quod con-
cedatur cum dicto iuramento, vti communiorem & quæ ſer-
uatur per totum mundum, firmat Plot. ſuo indice, ad l. ſi
quando, in verſi. debitor qui alias ſit, & in l. ſi quando, nu.
867. C. vnde vi, ſequitur Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 1.
caſu 87. num. 3. Rol. à Valle, conſi. 65. num. 5. cum duobus
ſeq. licet nu. 10. verſ. tertio facit, cum ſeq. arguat in cõtra-
rium, vol. 3. modificando tamen eam primam opinionem,
vt per eum, num. 26. verſi. reſtat modo, cum tradit in ſuo lib.
4. communium, in verbo, debitor capi, ut ibi dicitur, hanc
ſequendam, cum celeritatem negotium poſtulet, ſaltem vt
caueatur per ipſum debitorem, de iudicio ſiſti, & ita etiam
71 Mediolani practicatur. † Item eundem creditor ſancta quatri-
duum, ſub pœna teneatur capturam notificare de ordine Se-
72 natus ſuper inde edito ad obuiandum fraudibus. † Et iu-
ramentum hoc debet à iudice deferri, alias non tenet, i-
ta Rol. à Valle, d. conſ. 65. num. 20. ad lib. & nu. 37. & volu. 3.
73 † Quicquid ſit autem, quod pro paruo debito qui non
poſſit allegari, vel iurari ſuſpectus de fuga, non. Hunc ſingu-
larem cum addit. ibi Tiraq. tract. de iudic. in exequ. verſic. 34.
74 † Creditor pariter habens pignus in manibus, pro tuitione
credito ſuo, non poteſt iurare debitorem ſuſpectum, ita
not. Cotta ſuis memorabil. in uerbo, creditor habens, &
verbo debitor non debet, in prin. † Sicut etiam eo caſu nõ
75 poteſt detinere debitorem fugitiuum, ut not. Duen. d. reg.
175. debitor fugitiuus, limit.

l Et ſine licentia] † Idem de iure communi, not. Abb.
76 in ca. 1. n. 33. verſ. item dic. cum addit. ibi de iudic. Soci. ſen.
77 conſ. 113. nu. 4. vol. 3. & conſ. 99. num. 4. & uol. 4. † Quod
tamen declarat Iaſ. d. § ſupereſt, nu. 74. Inſtit. de actio. pro-
cedere, ubi non poſſet haberi copia iudicis, quod idem fir-
mat Rip. d. ca. 1. n. 88. limitatio 3. de iudi. & ſic in hac parte ſta-
tutum hoc iudiſtincte loquens ampliaret diſpoſitionem iu-
ris communis prænarratam.

k Iudicis] † Quilibet iudex etiam incompetens poteſt
78 valide concedere hanc capturam contra debitorem fugi-
tiuum, & ſuſpectum de fuga, ita not. Iaſ. poſt alios, d. §. ſu-
pereſt, num. 95. Inſtit. de actio. idem not. l. cui iuriſdictio,
num. 15. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, Marſil. tractat.
bannit. in verbo, his pendet, num. 185. & num. 186. Boſſ. ſua
praxi criminal. titulo de confeſſis, num. 53. Mynſing. obſer-
uat. 65. cent. 2. late Caccialup. d. tracta. de debitore ſuſpecto
quæſtio. 4. princip. cauetur etiam in libro 6. communium,
in verbo, fuga ſuſpecto, communem dicit allegando Boſſ.
d. loco, Roland. à Valle, conſil. 65. num. 5. volum. 3. licet nu.
28. verſi. tertio non obſtat, eam vti falſiſſimam cauetur re-
probare ſaltem vbi non ſit periculum in mora, ſecus ſi aga-
tur contra ſolum ſuſpectum de fuga, vt ibi per eum, d. num.
28. verſic. ſecundo reſpondeo, vel quod ſaltem conſignã-
dus ſit iudici competenti, vt ibi per eum, verſic. vlterius di-
citur.

l Dummodo captus] Intelligi debet quando capiatur
per creditorem propria authoritate. Nam tunc debet cõ-
ſignari iudici, vt not. Marian. Soc. in tract. citat. art. 4. qu.
2. num. 8. Rolan. à Valle, d. conſi. 65. num. 28. verſ. vlterius
dicitur, vol. 3.

m Eodem die, vel ſequenti] † In hoc ampliatur diſpo-
79 ſitio iuris communis ex qua capiens tenetur conſignare ca-
ptum propria authoritate intra horas 20. alias pœnam pri-
uati carceris incurrit, Bar. in l. capite 6. num. 3. ff. ad l. Iul.
de adulter. Bal. in auth. ſiue, in prin. C. de act. & oblig.
Alex. conſ. 64. num. 5. & 6. vol. 3. Iaſ. §. ſupereſt, num. 30. In-
ſti. de act. Rip. cap. 1. numer. 98. limit. 1. & 2. de iud. Marſ.
tract. bannit. d. verb capti, num. 38. Caccialup. tract. de de-
bit. ſuſpect. quæſt. 22. Gigas tract. de crimi. læſæ maieſta-
80 tis, in prin. quæſt. 35. nume. 1. † vbi etiam dicit incurri
crimen læſæ maieſtatis, Paris de Puteo, tract. ſyndic. Char-
ta mihi 24. verſic. officialis deſtinati, Ioan. de Arno. com-
ment. 82. Clar. ſua praxi crim. §. fin. quæſtio. 68. verſi. pri-
uatum carcerem, vbi dicit eſſe pœnam mortis naturalis re-
tinenti vltra horas 20. Et dicitur incurrere crimen læſæ ma-
ieſtatis, vt ſupra dictum, & not. Conrad. Laudenſis, rub. de
81 priuato carcere, in princ. † In quam pœnam incurrunt
Rectores locorum, qui eam tolerant, nec inquirunt, ita Cõ-
82 rad. d. loco, ibi, hocque in rubrica de carcerat. n. 4. † Con-
cluſionem illam limitando non procedere in Cardinalibus,
83 not. Menoch. tract. recup. reme. 9. nume. 193. ad fi. † Hanc
concluſionem limit. Boer. deciſ. 175. in princ. Carer ſua
praxi crim. §. circa quartum, numer. 109. cum ſeq. Limitat
etiam octo modis Gigas, d. quæſt. 35. Inter alios tradit eũ,
84 † quando meretrix tenetur incluſa, & carcerata cauſa libi-
dinis, quia tunc non committitur pœna priuati carceris, quã
limitationem not. Barr. l. verum, in fi. ff. de fur. Barbat. conſ.
63. num 8. vol. 4. Affl. in conſt. regni, rub 10. de violent. me-
retri. num. 14. lib. 1. Marſil. l. vnica, num. 27. C. de rap. virg.
idem Carer d. ſua praxi. §. homicidium, il 2. num. 24 & d. §.
circa quartum, nume. 126. & 176. Neuiz. Sylua nupt. lib. 4.
num.

Digitized by Google

num. 46. verſi. quarto limitatur ibi, facit quia includens,
Boer. deciſ. 316. num. 11. verſic. quinimo, Menoch. tract. ar-
85 bitr. lib. 2. cent. 4. caſu 360. num. 62. † Dicitur etiam of-
fenſio in perſonam deterio in priuato carcere, Marſil. tract.
86 bannit. in verbo, ab offenſis nu. 9. † Poteſt etiam impune
detineri in carcere priuato bannitus, qui poteſt impune of-
fendi, ita Marſ. ibi, in verbo, carcerati, num. 62. verſi. carce-
87 ratus, Carer. d. §. circa quartum, nume. 119. † Ampliando
etiam quod non eſſet bannitus, ſi tamen credebat cum ban-
88 nitum, id eius iuramento atteſtans, Io. de Arno. cauc. 29. †
Idem in patre, & Domino detinente filium, vel ſeruũ, quia
dicitur cauſa carcerationis, idem Io. de Arno. comment.
89 176. † Idem dicendum in caſu huius ſtatuti, ſi capiens
excederet terminum hic limitatum ad conſignandum, quia
90 incurreret pœnas illas priuati carceris. † Priuatus quo-
que carcer inducitur per ſtatuta Mediolani criminalia, ſi
quis per triduum retineat per ſe captum abſq; conſignatio-
ne, ita cauetur in ſtatuto de homicid. rubr. de pęna tenentis,
91 incipit, tenens, ſeu exercens. † Non diceretur tamen tene-
re per triduum, ſi vno tempore teneat per vnum diem, &
alio tempore per duos, vt fiat cumulatio, cum ſimus in odio
92 ſis, Marſ. in tract. bannit. in verbo, armis, num. 10. † Priua-
tus etiam carcer dicitur qui exercetur per aliquem nullam
iuriſdictionem habentem, ita Conra. d. rub. de carcer. num.
4. verſ. priuatus vero.

n Conſignetur in fortijs] † Hoc quando fit per credito-
93 rem propria authoritate, vel cum licentia, vt not. Ro. à Val
le. d. conſi. 65. nume. 28. verſi. vlterius dicitur, volum. 3. idẽ
cauetur in lib. 4 communium, in verbo, debitor capi, verſ.
ſed nota.

o Alicuius iuſdicentis] † Etiam incompetentis, quando
94 fit ad euitandum periculum priuati carceris, vbi non poſ-
ſit tam cito conſignari iudici competenti. Nam et debet
tandem conſignari, vt not. Rolan. à Valle, d. conſil. 65. nu.
95 28. verſi. vlterius dicitur, vol. 3. † Et ſi captus eſt clericus
debet conſignari iudici Eccleſiaſtico, ita Menoch. tract. ar-
96 bitr. lib. 2. cent. 2. caſu 180. num. 22. & 23. † Detentus, vti
ſuſpectus de fuga relaxatur fideiuſſori de ſtando iuri, tunc
contra eum agitur ordinaria via, ita Borgn. deciſ. 1. numer.
97 19 verſi. & ſuprascripta. † Fideiuſſionem hanc non tene-
tur date de iudicatum ſoluendo, alias ſe grauaret pro ſi qui
iudicium coram iudice etiam incompetenti, ita no. Cępoll.
conſil. 19. num. 6 in ciuilibus, Rebuff. tract. de literis oblig.
art. 6. gloſſ. 3. num. 55. Rota Peruſ. deciſ. 41. num. 5. parte 1.
Joſeph. Ludou. Rota Lucana deciſ. 51. num. 3. & 5. Gaſpar.
Cabal. in milleloq. 643. Borg. deciſ. 1. num. 11. 12. & 39.
Petr. Pecul. tract. de iure ſiſtendi, cap. 13. nu. 6. vol. 1. diuer-
98 ſorum de aſſecurat. † Fallit, niſi tractaretur de executio-
ne ſententiæ, quia teneretur fideiubere de iudicato ſoluen-
do, Curt. ſen. tract. de ſequeſt. quæſt. 14. col. 2. Bero. conſ. 10.
numer. 2. & 3. vol. 3. Purpurat. conſi. 20. numer. 5. vol. 1.
Alexan. Sciatic. in praxi iudic. Bononien. capit. 11. num.
13. & ſeq.

De perſonis, & pignoribus indebite captis, relaxandis, ſine vlla expenſa. Cap. LXX.

1 SI contingat aliquem capi, vel pignori *a* indebite ro-
bari, vel nouitatem, aut exequutionem fieri *b* contra
formam ſtatutorum communis Mediolani, *c* ſtatim, *d*
ſine vlla expenſa relaxentur, aut reuocentur, *e* & ipſo iure
pro reuocatis habeantur, ſub pœna Iuſdicenti librarum vi
gintiquinque Imperialium, applicanda pro medietate cõ-
muni Mediolani, & pro altera indebite moleſtato, & ſub pę
na ſeruitori, & famulis librarum ſexdecim Imperialium,
applicanda, vt ſupra. Quæ pœnæ, *f* ipſo iure, & incon-
tinenti exigantur, *g* & durantibus officijs. Quam pœnã,
ſi ſeruitor, & famuli non ſoluerint, ponantur ad cathenam,
ubi ſtent per vnum diem. Si autem prædictis Iuſdicentri-
bus tantum contrafacientibus ex forma ſtatutorum appo-
ſita eſſe reperiatur maior, vel minor pœna pecuniaria, in il-
la mulctentur, & illa exigatur, vt ſupra. Et ipſis ſeruitori,
& famulis volentibus contrafacere, vel moleſtare cõtra for
mam, vt ſupra, *h* poſſit reſiſti de facto. Et vicarius pro-
uiſionum communis Mediolani ſit cognitor, & exequutor
huius ſtatuti, ita tamen, quod per hoc non derogetur iuriſ-
dictioni protectorum carceratorum Mediolani.

S V M M A R I V M.

1 Captura indebita quando dicatur, & quæ pœna ſit.
2 Captura minus rite conceſſa an poſſit nouo iure confirmari.
3 Captura contra formam ſtatuti eſt nulla.
4 Captura conceſſa de facto reuocatur, & an illi poſſit reſiſti, vſque ad num. 7.

a INdebite] † Captura indebita dicitur etiam quando
1 obtinetur a iudice incõpetente, & eo caſu creditor amit-
tit creditum, & tenetur etiam actione iniuriarum, ita Cotta
ſuis memorab. in verbo, creditor faciens, in princ. & late
Roland, à Valle, conſil. 65. numer. 26. ad finem, & 27. vo-
2 lum. 3. † Captura minus rite obtenta, & facta, an poſſit ex
bono iure iuſtificari, & confirmari, not. Cotta in d. verbo, cre
ditor faciens, verſi. tamen in contrarium, declarat Caccia-
lup. tract. de debitore ſuſpecto, qu. 14. prin. Menoch. tract.
adipiſc. remed 5. n. 67 cum accumulatis ſupra 1. vol. c. 242.
aliquis, in verbo, idem quod detentio indebite.

b Contra formam ſtatuti] † Idem de iure communi,
3 quod captura, & omnis actus factus contra formam ſtatuti
ſit irritus, Rol. à Vall. d. conſ. 65. num. 26. & notatam late in
præludijs, 1. vol.

c Statim] † De facto ſcilicet, & ſine partis etiam citatio-
4 ne, vbi indebite ſit conceſſa, ita in his terminis Rom. conſ.
320. nu. 4. ad fi. & nu. 5. Soc. tract. de citat. art. 20. num. 21.
verſic. poſtremo.

d Sine vlla expenſa] Idem cauetur ſupra in captis die-
bus feriatis, notatis ſupra in cap. 64 Nullus.

e Ipſo iure] Abſque ſententia ſcilicet iudicis condemna
toria, licet declaratoria requiratur, vt late notatur ſupra ca.
8. in verbo, ipſo facto, uol. 1.

f Ipſo iure] Abſque ſententia iudicis condemnatoria, ut
nuper dictum.

g Et incontinenti] Hoc caſu quod tempus detur per hoc
verbum, not. in his terminis Soc. ſen. conſi. 99. numero
12. & 13. uol. 4. Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 1. ca-
ſu 30.

h Etiam durantibus officijs] Ante ſcilicet ſyndicatum,
licet in alijs caſibus regulariter expectetur ſyndicatus, ut
notatum ſupra cap. 31. poſſit, in uerbo.

i Poſſit reſiſti de facto] † Idem de iure communi, ut
5 not. Iaſ. conſil. 20. colum. 2. uolum. 3. Caſſan. in commen-
tar. rubrica 1. § 7. in text. le amende de ſimples reſcouſſes,
num. 5. uerſic. & intellige, ubi dicit etiam numeris ſequent.
6 Iudici hoc caſu iniuſte exequenti poſſe de facto reſiſti. †
Quod tamen uerum ſi damnum ſit irreparabile, ut declarat
7 Menoch. conſ. 1. finarij, num. 54. uol. 1. † Et quod officiali-
bus iniuſte exequentibus poſſit de facto reſiſti, not. Piot. l. ſi
quando, nume. 71. C. unde ui, & notatum ſupra in 1. uol.
cap. 263.

RVBRICA GENERALIS, De Elemoſinis, Et Ratione Hoſpitalium.

De teſtamentis regiſtrandis pro eleemoſynis, vel relictis ad pias cauſas. Cap. LXXI.

QVia ſæpe contingit fieri legata in ultimis uoluntati-
bus, uel per aliam diſpoſitionẽ inter uiuos pro elee-
3 moſynis faciendis, uel ad pias cauſas, quæ exequutioni non
mandantur, in maximum damnum, & detrimentum anima-
rum taliter diſponentium, & eorum, in quos collata eſt ta-
lis diſpoſitio, ſtatuitur, quod omnes Notarij ciuitatis, &
Ducatus Mediolani, ac aliorum locorum, quę ſtatutis Me-
diolani ligantur, teneantur, & debeant, ac obligati ſint tales
diſpoſitiones, in quibus pro eleemoſyna, ſeu ad eleemoſy-
nam, quocunque modo, ſit aliquid relictum, ſeu diſpoſitum,
a uel aliter ad pias cauſas, de quibus per eos rogata fuerint
inſtrumenta, uidelicet, habitantes in ciuitate Mediolani,
uel eius ſuburbijs, intra menſem. In Ducatu uero, & alijs
locis, quæ ſtatutis Mediolani ligantur, intra duos menſes,
ut ſupra, *b* à die ſcientiæ mortis legantis, ſeu ordinantis,
in diſpoſitione uero inter uiuos, à die celebrati inſtrumen-
ti, pro eleemoſyna, uel ad pias cauſas, teneantur infra men-
ſem, uidelicet, habitantes in ciuitate, uel ſuburbijs, ut ſu-
pra. In Ducatu, uel alijs locis, ut ſupra, intra duos menſes
c notificare in ſcriptis, & dimittere *d* penes officium gu-
bernatoris ſtatutorum communis Mediolani, quod nuncu-
patur de Panigarolis, tales diſpoſitiones, quantum ad conue-
nentiam, ſiue effectum ipſius legati, uel diſpoſitionis, ut ſu-
pra, cum anno, menſe, & die rogationis cuiuslibet ipſius di-
ſpoſitio-

Digitized by Google

ſpoſitionis, cum nomine Notarij, & eius habitationis, & cum nominatione hæredis principalis, vel illius, qui erit obligatus ex tali diſpoſitione. Ita tamen, quod talis ſcriptura ſolum operetur effectum notitiæ, & fidem non faciat in iudicio, nec extra. Et prædicta non habeant locum, e ubi aliter per diſponentes, tam in ultima uoluntate, quam inter uiuos, ordinatum fuerit. Qui gubernator, ſine aliqua ſolutione, teneatur dictam continentiam, ſiue effectum, regiſtrare facere in vno libro ſui officij, de quo libro, teneantur Abbates collegij Notariorũ Mediolani, temporibus debitis ei prouidere. Et Dominus Vicarius prouiſionum communis Mediolani, & illi de collegio iudicum Mediolani, qui per tempora erunt præſidentes, officio prouiſionum, & quilibet eorum in ſolidum, ita, quod præoccupantis non ſit melior conditio, habeant facultatem, & poteſtatem ac baliam prouidendi, quod tales diſpoſitiones f per omnia efficaciora iuris remedia exequantur. Eodem modo fiat de relictis certis perſonis communi, capitulo, collegio, vel Vniuerſitati pro vſuris vel male ablatis, vel damnis datis reſtituẽdis. Et prædicti Notarij quicquam accipere non poſſint pro dicta præſentatione, & notificatione, vt ſupra. Notarij autem qui fuerint negligentes in prædictis exequendis, vel aliquo prædictorum, g ipſo iure & facto, incurrant pœnam librarum ſexdecim Imperialium pro qualibet diſpoſitione ſeparata, applicanda pro medietate communi Mediolani, & pro altera illi, vel illis, in quem collata fuerit talis diſpoſitio, & plus, & minus, arbitrio ipſorum vicarij, & iudicum ſupra memoratorum exigenda per ſupraſcriptos Dominum vicarium, & iudices h ſine vlla condemnatione, & ad aliam pœnam non teneantur reſpectu autem dotium, donationũ, & teſtamentorum, in quibus etiam non contineantur legata ad pias cauſas, vel pro eleemoſynis, Notarij prædicti teneantur rubricare ad officium gubernatorum ſtatutorum communis Mediolani, ſub pœna prædicta circumſcripta alia pęna in decreto contenta, edito die 28. Aprilis 1485. ſignato Philippus Comitis, & hoc, niſi per teſtatorem, uel diſponentem aliter diſpoſitum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Factum ad pias cauſas, quando dicatur.*
2 *Hoſpitalia & confraternitates an dicantur pia loca.*
3 *Ignorantia præſumitur.*

a VEl ad pias cauſas] Quando dicatur † quid factum
1 ad piam cauſam, notatum ſupra, 1. vol. cap. 141. ap-
2 pellari, in verbo, quæ debentur pietatis cauſa. † Hoſpitalia autem, & confraternitates an dicantur pia loca, late not. Gabr. in communibus, tit. de pia cauſa, concluſ. 1. & 2.

b A die ſcientiæ] † Quam probare debet eam allegans
3 contrariam, cum regulariter ignorantia præſumatur, Bart. l. ſi cui, §. 1. ff. de act. & in l. ſuper ſeruis, vbi Bar. C. qui milit. poſſ. lib. 12.

c Notificare in ſcriptis] Notarij ob conceſſam rubricationem ex canone concilij Prouincialis, in 3. par. ſub rubrica piorum locorum adminiſtratione, verſ. pœnam, propter omiſſam hanc denuntiationem, quæ fieri debet nunc Archiepiſcopo Mediolani, incurritur pœna excommunicationis, vt ibi cauetur.

d Penes officium gubernatoris ſtatutorum] Nunc fit Archiepiſcopo Mediolani ex concilio prænarrato Prouinciali.

e Vbi aliter per diſponentes] † Vbi hoc non fuiſſet ex-
1 preſſum, teſtator non potuiſſet ſecus diſponere, vt not. Bald. in l in ipſis, circa medium, C. vt in poſſeſſ. legat.

f Per omnia efficaciora iuris remedia] De quibus notatur per Boſſ. ſua praxi, tit. de mulctis, ad finem.

g Ipſo iure & facto] Abſque ſententia condemnatoria, licet declaratoria requiratur, vt ſupra cauetur, cap. 1. in verbo, Ipſo facto.

h Sine vlla condemnatione] Per hæc verba tollitur appellatio, Boſſ. ſua praxi, tit. de appellat. nu. 16.

De ſupplicatione facienda Domino Archiepiſcopo pro eleemoſynis perpetuis, & etiam temporalibus, quæ fieri debent per monaſteria & loca religioſa, vel pia. Cap. LXXII.

POteſtas Mediolani ſub debito Sacramenti, & ſub pœna librarum centum Imperialium ſui ſalarij, applicanda Communi Mediolani, teneatur primo menſe ſui regiminis ſupplicare Reuerendiſs. Domino Archiepiſcopo Mediolani, qui nunc eſt, & pro temporibus erit, quod dignetur cogere, & cogi facere, per ſe vel ſuos Vicarios, quoslibet Abbates, Præpoſitos, Priores, Archipresbyteros, Archidiaconos, & quoſcunque Rectores & Adminiſtratores, quorumcunque monaſteriorum, canonicarum, & aliarum Eccleſiarum ſecularium, & regularium, & alias quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, cuiuſcunque ſexus fuerint, ad dandum in ſcriptis per ſacramentum, & ſub pœna excommunicationis, & vltra, prout placuerit prælibato Archiepiſcopo, vel eius Vicario, omnes eleemoſynas perpetuas, & etiam temporales, quas facere teneantur, eidem Domino Archiepiſcopo, vel eius Vicario exprimendo, per quem, vel quos ordinatæ fuerint, & ſuper quibus poſſeſſionibus, vel redditibus, & quomodo, & qualiter fuerint ordinatæ, & per quos Notarios inſtrumenta ſint confecta, ſi exinde conſtant publica inſtrumenta, & quod ſic regiſtrentur in libris membranarum Cameræ Communis Mediolani, & ſecundũ quod fuerint regiſtratæ, omnibus modis, exequutioni mandentur. Et eodem modo teneatur Poteſtas ſupplicare, vt ſupra, quod præfatus Dominus Archiepiſcopus, qui nunc eſt, & pro temporibus erit, dignetur partes ſuas interponere, quæ prædicta, & quolibet prædictorum fiant, & exequutioni mandentur per exemptos. Præterea idem Dominus Poteſtas teneatur ſupplicare, vt ſupra, quod præfatus Dominus Archiepiſcopus, qui nunc eſt, & pro temporibus erit, dignetur taxare, & taxari facere eleemoſynas faciendas pauperibus & egenis perſonis, per quaslibet a domos religioſas, pro rata fortunarum, & facultatum cuiuslibet religioſæ domus, quæ eleemoſynæ ſint taxatæ, ſub pœna excommunicationis, & vltra, prout videbitur præfato Domino Archiepiſcopo, & fiant ipſæ eleemoſynæ temporibus quadrageſimæ, charitatis uel penurię, & aliis temporibus, quibus neceſſitas ſubueniendi pauperibus & egenis occurrerit. Et prædicta non habeant derogare authoritati & poteſtati, vel priuilegijs conceſſis b hoſpitali pietatis Mediolani.

TVeatur] Hoc capitulum non ſeruatur.

a Domos religioſas] Quis dicatur locus religioſus, notat Gabriel ſuis Communibus, tit. de pia cauſa, concluſ. 2. numer. 1. & 2.

b Hoſpitalis pietatis] Priuilegium eius eſt, quod erogat gratis pecunias pauperibus datis pignoribus, quæ quandoque poſſunt redimi.

De prædicationibus, & de eleemoſynis, quæ fieri debent ſingulis annis pro feſto ſancti Benedicti. Cap. LXXIII.

VIcarius prouiſionum, ſub pęna librarum centum Imperialium teneatur, quolibet anno, facere obſeruari, & exequutioni demandari ea; quæ fieri debent per Commune, & homines Mediolani de prædicationibus, & eleemoſynis ſancti Benedicti, iuxta tenorem & formam literarũ Apoſtolicarum, & de hoc fieri facere publica inſtrumenta, & facere regiſtrari ad Cameram Communis Mediolani, & ad officium Statutorum.

STatutum hoc non ſeruatur.

De illis, qui debent ire per ciuitatem, ad inquirendum pauperes & infirmos. Cap. LXXIIII.

PEr Vicarium officij prouiſionum, a eligantur ſex probi viri ciuitatis Mediolani, & potiſſime, ex aliquibus deputatis in locis pijs ciuitatis Mediolani, qui quotidie vadant per ciuitatem, & ſuburbia, & inquirant, & colligant pauperes infirmos, originarios ciuitatis, & Ducatus Mediolani, euntes, vel mendicantes, & aliter quam de eleemoſynis viuere non valentes, & prout videbitur prædictis viris, eos reducant ad hoſpitalia, vbi ſubueniatur eis de neceſſarijs in neceſſitatibus.

a ELigantur ſex probi] Hoc non ſeruatur, ſed ab officio ſanitatis eligitur vnus ad beneplacitum, qui huic numero incumbit, & etiam cogit inuitos ſaltem vt reducantur

cantur

Digitized by Google

cantur ad hoſpitale mendicantium nunc erectum per Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Archiepiſcopum Cardinalem Borromæum.

RVBRICA GENERALIS
De Seruitoribus Salariatis, & eorum Officijs.

De ſeruitoribus Domini Vicarij, & duodecim prouiſionum, & eorum ſalario. Cap. LXXV.

a SEruitores Dominorum Vicarij, & duodecim prouiſionum, b ſint quatuor, qui omnes habeant pro quolibet eorum, pro ſalario, c libras tres, & ſoldos quatuor Imperialium in menſe, ſoluẽdo de intratis Communis Mediolani, vltra honorantias, quas ſoliti ſunt habere ab eis Dominis Vicario, & duodecim ſingulo anno, & teneantur ipſi ſeruitores, & quicunque alij ſeruitores Communis Mediolani deferri ſchudazolum vnum, in quo ſit imago, diui Ambroſij, ad latus dextrum, qui ſchudazolus appareat ſub pœna ſoldorum quinque Imperialium, pro quolibet & qualibet vice, quæ pœna applicetur Communi Mediolani.

a Seruitores Domini Vicarij, & Duodecim] Hi à veſtitu appellantur Libianchi, & Ruſſi, ex veſtitu eorum.
b Sint quatuor] Maior numerus nunc eligitur.
c Libras ſex, & ſoldos quatuor] Auctum fuit hodie ſalarium hoc.

Quod liceat cuilibet mittere quemlibet ſeruitorem Communis Mediolani, etiam pro maleficijs. Cap. LXXVI.

LIceat cuilibet mittere a quemlibet ſeruitorem Communis Mediolani, vbi neceſſe fuerit, pro requirendo, & præſentando quaslibet inquiſitiones, & quælibet præcepta, & citationes, & alia quæcunque facienda in cauſis maleficiorum, de mandato tamen iudicis maleficiorum, ac etiã Capitanei Iuſtitiæ, & eius Vicarij, & quorumcunque aliorum iudicum exercentium iuriſdictionem circa cauſas criminales, nec poſſint prædicti Iuſdicentes exercentes cauſas criminales, vt ſupra, vti opera aliorum, b quam ſeruitorum Communis Mediolani, vt ſupra, ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium, cuilibet iudici, & totidem Notario contrafacienti, pro qualibet vice, applicandarum Communi Mediolani, & irremiſſibiliter exigenda, abſque alia condemnatione, per quemlibet Iuſdicentem Ciuitatis, & Diſtrictus Mediolani, in terris, ſiue locis, in quibus contra prædicta factum fuerit.

a QVemlibet ſeruitorem] Hodie Iudices & Notarii maleficiorum habent ſuos ſeruitores ſeparatim nũc officium exercentes.
b Quam ſeruitor Communis Mediolani] Quomodo eligãtur hi ſeruitores, notatur ſupra, cap. 201. Nullus.

De ſeruitoribus, qui exercentur circa actus criminales. Cap. LXXVII.

NOn poſſint Iudices, etiam delegati, iuriſdictionẽ exercentes circa maleficia, & circa damna data, & turbationes poſſeſſionum, nec etiam Notarij dictorum officiorũ, nec eorum coadiutores, vti opera aliorum ſeruitorum, quã Communis Mediolani, nec ipſi ſeruitores poſſint pro quibuſcunque inquiſitionibus, præceptis, & alijs quibuſcũque a plus accipere, nec ipſi Notarij, nec coadiutores, pro ſuprā ſcriptis, quam ſit eis b limitatum, ex forma Statutorum Cõmunis Mediolani, loquentium de remuneratione, & mercede ipſorum ſeruitorum ſub pœna librarum vigintiquinq; Imperialium, cuilibet eorum contrafacienti pro qualibet vice, applicanda, & exigenda, prout in proxime præcedenti Statuto continetur.

a PLus accipere] Etiam à ſponte dantibus, vt cauetur in nouis Conſtit. titu. de exequut. cap. Executores.
b Limitatum ex forma Statutorum] Cauetur ſupra 1. volum. cap. 176 Seruitores, cum ſeq. Quod hodie auctum fuit per nouos ordines.

RVBRICA GENERALIS
De Tubatoribus, & de eorum ordinibus, & ſolutionibus, & de pulſatoribus campanarum.

De tubatoribus. Cap. LXXVIII.

a SEx ſint tubatores Communis Mediolani, qui teneantur facere cridas ad ſchalas Palatii magni Broleti Communis Mediolani, & ad arengeriã, quæ eſt ſuper lobea de oſijs, in eo broleto, & ad carrubia portarum, videlicet, Orientalis, Romanæ, Ticinenſis, Vercellinæ, Cumanæ, & Nouæ Mediolani, & etiam alibi, prout requiritur ex forma Prouiſionum Statutorum, & decretorum, vel prout ſibi iniunctum fuerit per illum, de cuius mandato fient cridæ, & ibi, tubã, ſeu tubas, ſonare ad congregandum gentes, pro audiendis cridis, & ſub pœna librarum quatuor Imperialium, ſingula vice, applicendarum Communi Mediolani, pro quolibet inobediente. Et habeant pro ſuo ſalario id, quod taxatum fuerit in literis ſui officii, & etiam pro cridis & relationibus, b id, quod taxatum eſt in præſentibus Statutis, reſpectu expreſſorum in præſentibus Statutis.

a SEx ſint tubatores] Hi eliguntur per D. Vicarium, & Duodecim, & dein ſuccedunt eorum ſucceſſores, tamen electi per dictum D. Vicarium, & Duodecim.
b Id quod taxatum eſt in præſentibus Statutis] Cauetur infra, cap. 81. Statuitur, verſic. Item quod ipſi tubatores.

De tubis argenti in manutenendis per Commune Mediolani, & dandis tubatoribus. Cap. LXXIX.

MAnuteneantur per Commune Mediolani, a ſex tubæ argenti boni, & idonei, quæ tradantur & aſſignẽtur tubatoribus Communis Mediolani, pro vſu tantum officij ſui, ſecundum conſuetum, & recipiatur ab eis, per officium Prouiſionum Communis Mediolani, in actu traditionis dictæ tubæ, idonea ſatiſdatio, de eis gubernandis, ſaluandis, & reſtituendis Communi Mediolani, quotieſcunque requiſitum per officium Prouiſionum fuerit, & non vaſtandis, alienandis, nec pignorandis, nec quouiſmodo accommodandis, ſub pœna priuationis, perpetuo illius officii ſui, ac etiam ſub pœna librarum 25. Imperialium, qualibet vice, qua contrafactum fuerit, applicanda Communi Mediolani. Et quod nullus poſſit, nec debeat mutuare ſuper ipſis, nec eas emere, nec aliquam ipſarum, ſub pœna reſtitutionis dictarum librarum Communi Mediolani, abſque aliqua reſtitutione pecuniæ. Quæ ſatiſdatio ſcribatur ad officiũ prouiſionum.

c Sex tubæ argenti boni] His tantum vtuntur tubatores in temporibus, in quibus fiunt oblationes, & ſupplicationes ſolenniter.

De cridis dandis in ſcriptis tubatoribus. Cap. LXXX.

QVilibet Iuſdicens in Ciuitate Mediolani, teneatur, & debeat dare in ſcriptis tubatoribus Communis Mediolani, omnes cridas, quas voluerit debere fieri ad ſchalas Palatii, vel alibi, qui tubatores teneantur, & debeant dictas a cridas facere, & eis factis, teneantur eas ita ſcriptas dare, & conſignare incontinenti gubernatoribus Statutorum Communis Mediolani, qui eas ponant in quaterno iuxta conſuetum. Et ſi Iuſdicens, vel tubatores contrafecerint, condemnentur in libris centum Imperialium, applicandis, ſingula vice, qua contrafecerint, Communi Mediolani, & exigenda abſque aliquo proceſſu, per Vicarium, & Duodecim Prouiſionum.

a CRidas facere] † Euenit quandoque cõtrouerſia inter hos præcones Communis Mediolani, & alios
1 præcones priuatos, qui ad incautum pignora vendunt cum ſono tubę, ex quo hi pręcones Communis Mediolani pętendebant hoc officium ad eos ſolos ſpectare, & ſuper hoc factum fuit proclama mandato Domini Vicarij Iuſtitię de

menſe

menſe Ianuarij 1568. Quod deinde fuit reuocatum per contrariam ordinationem eiuſdem D. Vicarij inſtante D. Franciſco locato ſub die 6. Februarij eiuſdem, quæ eſt penes D. Ioſeph. Talliabolum eiuſdem officij D. Vicarij Coadiutorem.

De ordinibus ſeruandis per tubatores, & pro tubatoribus Communis Mediolani. Cap. LXXXI.

STatuitur, quod tubatores Communis Mediolani, qui ſunt, & per tempora erunt, teneantur inter ſeipſos communicare, quæcunque lucra, quæ per eos, & quemlibet eorum ex cauſa eorum officij fient, & pro quibuslibet cridis, & communiter inter ſe diuidant æqualiter. Item, quod tubatores ipſi, qui nunc ſunt, infra octo dies proxime ſequuturos, & ſucceſſores ſui in dicto officio, infra octo dies immediate ſequuturos, poſtquam electi fuerint, teneantur perſonaliter comparere coram Domino Vicario Prouiſionum Communis Mediolani, ad eius officium, & ibidem, in ſcriptis a iurare ad ſancta Dei Euangelia, corporaliter tactis ſcripturis, quod officium ſuum prædictum facient, & exercebunt fideliter, ac bona fide, & ſine fraude, ac horis debitis, & quod pro cridis per eos faciendis, eorumque relationibus, & andatis, quicquam non petent, nec accipient ultra limitationes factas per præſentia Statuta Communis Mediolani, & quod eis contenti remanebunt, & quod cridas, & proclamationes, per eos faciendas facient, & proclamabūt bene & diligenter, ac bona fide, & horis debitis in Broleto Communis Mediolani, & per Ciuitatem ac Ducatum Mediolani, debite referendo, ſecundum ordines ſuperinde editos, & copias earum, quæ dimitti debuerint, dimittent in partibus ſeu locis debitis, earumque relationes facient exinde, intra tempus debitum, & reliqua facient, quæ facienda erunt, ex forma ordinum. Nec officium prædictum facere poſſint elapſis dictis diebus octo, proxime ſequuturis, ſi non præſtiterint in eo termino Sacramentum prædictum. Et ſi ipſi tubatores, ſeu aliquis vel aliqui eorum contrafecerint, ſeu contrafacient iſtis ordinibus, vel alicui, vel aliquibus ex eis, priuentur d. officio. Quæ priuatio fiat, per ipſum Dominum Vicarium, ſeu de eius mandato, ſono tubæ. Et liber prouiſionum, ſuper quo annotabitur ipſum ſacramentum, habeatur pro producto, in qualibet cauſa, vbi vellet diſputari, quod tale ſacramentum præſtitum fuerit, vel ne. Item quod ipſi tubatores teneantur facere coram præfato Domino Vicario Prouiſionum Communis Mediolani, & ad officium Statutorum ipſius Communis Mediolani, relationes quarumlibet cridarū, quæ factæ fuerint, de & pro quibuslibet bonis, ad cridas ponendis & vendendis, ſecundum formam prouiſionis & ordinum ſuperinde editorum. Et hoc ſaltem, infra octo dies, immediate ſequuturos, poſt finem ipſarum cridarum, ſub pœna librarum decem Imperialium, qualibet vice, applicandarum ipſo iure Communi Mediolani. Et quod de qualibet crida facienda, & quæ fiat, non poſſint facere, vltra quinque relationes. Saluo ſi bona eſſent in pluribus partibus, in Ducatu Mediolani, eo caſu, poſſint fieri plures relationes, habito reſpectu ad numerum locorum, vbi ſituata eſſent bona. Item, quod ipſi tubatores, cridas faciendas pro bonis quibuslibet, ſecundum formam ordinum, ſuper eis teneantur publice, & alta voce, ſono tubæ præmiſſo, in locis, prout requiritur, ex forma prouiſionis ſuperinde editæ, de bonis vendendis ad cridas, & copias dimittere, ſecundum formam ipſius prouiſionis. Itē, quod ipſi tubatores, pro cridis & relationibus ipſarum cridarum faciendis, & quæ factę fuerint de bonis, vt ſupra, & computatis relationibus, & teſtibus, non poſſint accipere, niſi, prout infra, videlicet; Si vendere volens, ſeu ponens, ſeu volentes vendere, ſeu ponentes ad cridas, habitabit, ſeu habitabunt in ciuitate, vel burgis, vel corporibus ſanctis Mediolani, & bona vendenda ſita ſint in ea Ciuitate Mediolani, vel, vt ſupra, poſſint accipere libram vnam & ſoldos duodecim Imperialium tantum. Si vero bona ſita ſunt in Ducatu Mediolani, extra corpora ſanctorum, pro andata, & reditu, in totum habeant, vltra florenum, ad computum ſoldorum duorum Imperialium, pro quolibet miliari diſtantei à Ciuitate Mediolani, videlicet, ad computum ſoldi vnius, pro milliari, eundo, & totidem redeundo, vltra equum, aut vecturam equi; Sed ſi aliqua bona, quæ ponentur ad cridas, erunt in illis partibus, vel prope locum habitationis ponētis, ſiue ponentium, per milliaria ſex, vel erunt in itinere faciendo, occaſione dictarum cridarum ab ipſa terra, vel loco, verſus Mediolanum, quod à ſtrata recta, & conſueta, ſolum per milliaria ſex diſtent ipſa bona, nihil aliud habeant ipſi tubatores, pro ipſo itinere. Si vero ponens, vel ponentes, habitauerit, ſeu habitauerint in Ducatu Mediolani, vel terris Communibus, vel diuerſis, de quibus in Statutis Communis Mediolani fit mentio, taliter, quod cridę eſſent facięndę, ſex vicibus, ibi, & in contrata domus habitationis cuiuslibet ponentis, vel ponentiū, tunc habeant tubatores libras quatuor, ſoldos ſexdecim Imperialium in ſumma, vltra expenſas cibarias faciendas tubatori, & equo, & etiam vltra vecturam equi. Et ſi bona ponenda ad cridas, eſſent in loco habitationis ponentis, vel ponentium, vbi cridæ fierent ſex vicibus, vt ſupra, vel ibi prope, infra ſex milliaria, vel longe a ſtrata recta, vt ſupra, infra milliaria ſex, nihil aliud habeant. Saluo quod habeant tubatores ipſi, vecturam equi, vt ſupra. Et ſi fuerint plures ponentes ad cridas, eadem corpora bonorum, pro indiuiſo, vel, quod vnus ponat directum dominium, & alter vtile, & ipſi ponentes habitauerint in Ciuitate Mediolani, vel burgis, vel corporibus Sanctis, vel in Ducatu Mediolani, in eodem loco, burgo, vel caſſina, reputetur pro vna crida tantum, & pro vna crida fiat ſolutio ipſis, tubatori, vel tubatoribus Si vero habitauerint ipſi ponentes, vt ſupra, in diuerſis locis, tunc fiat ſolutio, ab inde ſupra, ad ratam itineris. Si vero fuerint plures ponētes diuerſa bona ad cridas, ſiue diuerſas cridas fieri facientes, loco, burgo, vel caſſina, aut ſuo territorio, in Ducatu Mediolani, vel vt ſupra, extra corpora Sanctorum, ſiue ibi habitent, ſiue non, & eodem tempore, poſſint cridæ fieri, tūc non poſſint accipere à ponentibus, ibi non habitantibus, pro itinere, niſi ad computum, vt ſupra, pro quolibet milliari, & vnica ſolutio moęcedis itineris, pro omnibus ſufficiat, vltra vecturam equi; Si vero ponentes ibi habitabūt, tunc non poſſint accipere, pro ipſis cridis, niſi libram vnam & ſoldos duodecim Imperialium, pro qualibet crida, licet fiat pluribus vicibus & diebus, & vltra, non poſſint accipere, niſi libras tres, & ſoldos quatuor Imperialium, ab ipſis omnibus ponentibus, habitantibus in eodem loco, vel, vt ſupra, vltra expenſas cibarias, dum ibi ſtabit, ipſa de cauſa, tubator, pro ipſis cridis, habeant tamen ipſi tubatores vecturam equi. Item, quod ipſi tubatores ſolummodo accipere poſſint, b pro qualibet reuocatione cuiuslibet procuræ, vel Mandati, ſeu mandatorum ſoldos nouem Imperialium, & non plus, & ſimiliter pro alijs cridis faciendis, ſolummodo ad ſcalas Palatij ſupraſcripti. Cridas vero faciendas, ex parte Abbatum Collegij Dominorum Iuriſperitorū Mediolani, vel Abbatum Collegij Notariorum Mediolani, quæ vt plurimum, concernunt bonum publicum, facere teneātur, ſine aliqua ſolutione, & ſimiliter nihil accipere poſſint, pro cridis faciendis, pro bono publico, & etiam pro Ducali Camera, ſed pro eis ſufficiat emolumentum, quod annuatim habent, à Ducali Camera, & etiam pro auantagiis datiorum. Item quod ipſi tubatores, ſine ſolutione, teneantur ire ad oblationes, quæ fieri contingent in Ciuitate Mediolani. Etiam quod ipſi tubatores, pro alijs cridis faciendis, cuiuſuis maneriei ſint ad inſtantiam priuatorum, & pro priuatis negotijs, ad ſchalas Palatii ſupraſcripti, ad arengeriam, & per Ciuitatem Mediolani, non poſſint accipere, niſi ſoldos viginti Imperialium, pro qualibet crida, intelligendo, quod ſit ſolummodo vna crida, licet fiat in pluribus partibus ſeu locis. Si vero cridæ fiant per Ducatum, ad inſtantiam priuatorum, tunc fiat ſolutio, pro itinere & pro expēſis, ac vectura equi, prout ſupra, in alijs caſibus dictum fuit. Poſſint tamen tubatores ipſi, ſi de iſtis ordinibus, ſenſerint ſe grauatos, renunciare dicto officio, & loco ſui fiet prouiſio. Item, quod ipſi tubatores teneantur incipere cridas, ad omnem requiſitionem, eas fieri facere, volentium, non expectato alio tempore, ſub pœna, vt ſupra. Item quod tubatores quando citantur abſentes, vel forenſes, ſono tubæ præmiſſo teneantur, & quilibet eorum teneatur ire cum ſeruitore, pro ipſa citatione faciēda, & præmittere ſonum tubæ, prout fieri ſolet, in quolibet trium locorum, ſcilicet ad ſchalas Palatij magni, & ad arengeriam in brolero Communis Mediolani, & ad fores Eccleſiæ maioris, & non poſſit accipere, vltra ſoldos nouem Imperialium, pro ipſis tribus locis.

a IVrare ad ſancta Dei Euangelia] Simile Iuramentū datur Domino Poteſtati, & officialibus, ſupra capitu. 10. Dominus Poteſtas, cum ſeq Agrimenſoribus, capitu. 169. Aeſtimatores, 1. volum.

b Pro qualibet reuocatione cuiuslibet procuræ, vel mandati] De quo ſupra, capitu. 65. Non reuocatur, ad finem, volum. 1.

De

Digitized by Google

De pulſatoribus campanarum Communis Mediolani. Cap. LXXXII.

ILlc, vel illi, qui fuerit vel fuerint deputati ad pulſandũ campanas broleti Communis Mediolani, habeant elaues turris, ſeu campanilis Communis, penes ſe, & teneãtur bene cuſtodire turrim, ſeu ipſum campanile, pro ipſo Communi, & pulſare campanas ipſas, ſingulis diebus, & de nocte, iuxta conſuetum, & etiam pulſare horas, quolibet die, tam feriato, quam non feriato, de die tantum, incipiendo primam horam poſt auroram, nec debeant pulſare campanas, ſiue campanam, *a* ad ſtramitam, *b* niſi caſu ignis, & habeant ſalaria, & præeminentias conſuetas à Communi Mediolani. Et teneantur idonee ſatiſdare ad officium prouiſionum, tempore, quo fuerint deputati ad dictum officium, de prædictis omnibus, & ſingulis attendendis, & obſeruandis, ſub pœna reſeruata arbitrio domini Vicarij, & Dominorum duodecim prouiſionum, applicanda Communi Mediolani.

a AD ſtramitam] Quod vulgo appellatur campana martello.

b Niſi caſu ignis] Cum ſcilicet incendium ortum ſit in aliquo ædificio.

RVBRICA GENERALIS, De Aduocatis, procuratoribus, & medicis pauperum, & miſerabilium perſonarum.

De Aduocatis pauperum, & miſerabilium perſonarum. Cap. LXXXIII.

DVo Aduocati de Collegio Iudicum Mediolani eligantur per dictum Collegium, de menſe Decembris, *a* tempore, quo fiet electio deputatorum, *b* ad electionem officialium fabricæ Eccleſiæ maioris Mediolani. Quorum officium duret per annum vnum, incipiendo in proximis Calendis Ianuarij. Qui debeant *c* gratis, & amore Dei, aduocare pro pauperibus, & inhabilibus perſonis, & hæc omnia bene & legaliter, more bonorum Aduocatorũ, & ſine ſpe alicuius remunerationis. Electi teneantur acceptare, & exercere officium, nec cogi poſſint ad dictum officium, niſi elapſis annis duobus.

SVMMARIVM.

2 *Aduocatis, & procuratoris debeat eligi per Iudices pro pauperibus.*

a DVo Aduocati] Hodie eliguntur plures, ex nouis Cõſtit. tit. de aduocat. miſer. perſonarum. Verum eorũ electio modicum inſeruit, cum ſine pecunia reddantur difficiles in præſtando patrocinium.

b Ad electionem Officialium fabricæ] Tres autem in numero eliguntur.

c Gratis, & amore Dei aduocare pro pauperibus] † Idẽ de iure communi, ita notat. Iaſ. §. Tripli, nu. 54. Inſt. de act. Tiraq. tract. Nobilit. cap. 29. nu. 39. idem notat Mynſing. obſeruat. 32. cent. 4. Roland a Valle, conſ. 87. num. 23. cum ſeq. † Si tamen aliquid receperint à ſponte dantibus non reperitur, Tiraquell. d. cap. 29. nu. 41. † Tamen quod peccent in foro conſcientiæ id recipiendo, notat. idem Rolãd. ibi nu. 28. cum ſequent. Et poſſunt cogi ad poſtulandum
2 gratis, vt num. 29. † Hi aduocati & Procuratores, ad iudices debent iure eligi pro pauperibus, vt gratis omnia faciãt etiam a Principibus, vt not. Roland. à Valle, conſil. 87. nu. 57. & 58. vol. 2. etiam de publicis expenſis, vti ibi per eum, nume. 59.

De Procuratoribus pauperum, & inhabilium perſonarum. Cap. LXXXIIII.

ILli, qui fuerint Abbates Collegij Notariorum Mediolani, finito officio ſuæ Abbatiæ intelligantur, *a* ipſo iure, electi pro Procuratoribus pauperum, & vt ſupra, pro anno proxime ſequenti, qui habeant in eorum officio, facere, *b* prout, facere tenentur Aduocati, vt ſupra.

a IPſo iure] Abſque ſcilicet aliqua declaratione, vt notatum ſupra, cap. 1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.

b Prout facere tenentur Aduocati] Vt notatum late, ca. præcedenti.

De electione, & officio Medici Phyſici pauperum, & miſerabilium perſonarum. Cap. LXXXV.

a DVo Medici Phyſici, per eorum Collegium eligantur ſingulo menſe Decembris, quorum officium duret per annum, incipiendo in proximis Calendis Ianuarij, qui habeant curare, ſuo poſſe, infirmos, pauperes & inhabiles, in ciuitate Mediolani, *b* gratis, & amore Dei, & ſine ſolutione, & ſine ſpe præmij temporalis. Idem ſeruetur in Chirurgis.

a DVo Medici Phyſici] Hoc non ſeruatur, ex eo præcipue quod adſit locus pius Sanctæ Coronæ, qui habet Medicos ad numerum ſeptem ſalariatos, qui curant ægros in ſingulis portis huius vrbis.

b Gratis, & amore Dei] † Idem de iure communi, quia debent egenos Medici gratis curare, ita notat gloſſ. ca. Prohibendum, 83. diſtinct. Afflict. in Conſtitut. regni, de probabili experientia, quia, n. 3. lib. 3. Summa Angelica, c. Medicus, num 5. & hoc eſt ſignum liberalitatis, cap. non ſatis, diſtinct. 86.

RVBRICA GENERALIS. De officialibus.

De iure reddendo in broleto. Cap. LXXXVI.

POteſtas, & eius Iudices, & omnes Iudices ordinarij, reddentes ius in ciuitate Mediolani, teneantur & debeant *a* ſedere in broleto Communis Mediolani, pro iure reddendo, & ibi, reddere ius, & non alibi, videlicet, Teneantur bancham tribunalium ſuorum *b* aſcendere, diebus & horis iuridicis, videlicet, in mane, pulſata hora ſexta, & hora veſperarum broleti prædicti, & ibidem ſtare debeant ad minus per ſpatium horæ vnius, ſub pœna contrafacienti, qualibet vice, librarum vigintiquinque Imperialium, applicanda, pro medietate, Communi Mediolani, & altera accuſatori, *c* & exigatur, ipſo iure, ſeu ſine mora, etiam durante officio, & quæ pœna exigatur per Vicarium, & duodecim Prouiſionum.

SVMMARIVM.

1 *Sedere pro Tribunali ſolis Magiſtratibus competit.*
2 *Tribunal quid ſit.*
3 *Iudices ſedere debent horis debitis num. 4. & quomodo probetur ſediſſe.*

a SEdere in broleto] † Vbi adſunt omnia fere tribunalia
1 Iusdicentium in ciuilibus. † Sedere autem pro tribu-
2 nali, ſolum Magiſtratibus conuenit, ita Burſat. conſil. 112.
3 nume. 1. vol. 1. † Et Tribunal dicitur vbi ſedent Iudices Ordinarij, ita Burſat. conſil. 152. nume. 10. & nume. 38. volum. 2.

b Aſcendere diebus, & horis Iuridicis] Quod Iudices ſederint horis debitis, debent hoc ipſi probare ex actis, vt not.
4 Bonacoſſ. q. crim. in verbo, Sedere, in princ. † Non tenentur pariter ſedere hora incongrua, & poſt horam determinatam, ita Bonacoſſ. d. verbo, Sedere, ad finem.

c Et exigatur ipſo iure] Id eſt, abſque mora, vt infra declarat Statutum met, & abſque condemnatione, vt notatum ſupra, cap. 1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.

De probationibus faciendis de idoneitate fideiuſſorum. Cap. LXXXVII.

SI contingat coram aliquo *a* Iusdicente, *b* vel delegato, *c* in Ciuitate, *d* vel Ducatu, aut Diſtrictu Mediolani,

Digitized by Google

diolani, præſtare quouiſmodo fideiuſſorem, vel *e* fideiuſſores, & opponatur non eſſe idoneos, ſufficiat, quod ſatiſdantes, circa idoneitatem fideiuſſorum, *f* probationes faciant coram ipſo Iuſdicente, vel delegato, *g* citatis aduerſarijs, vel eis præſentibus, vel eorum Procuratoribus, qui Iuſdicens, vel delegatus, habeat dicta ipſorum teſtium videre, & examinare, vtrum probent idoneitatem, vel ne, & ſuperinde *h* debitum ſuum faciat. Notarij autem Iuſdicentium, pro tali teſtium receptione, & eorum expletione, non poſſint accipere, pluſquam, accipere poſſunt, pro receptione, & expletione aliorum teſtium, *i* prout ex Statutis diſponitur, ſub pœna limitata per Statuta Communis Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis appellatione quid contineatur.*
2 *Fideiuſſor idoneus in dubio quilibet præſumitur.*
3 *Fideiuſſor idoneus calumnioſe recuſatus agit actione iniuriarum.*
4 *Idoneitas quomodo probetur.*

a IVſdicente] Iudex, & Iuſdicens ſunt ſynonyma in iure, nor. Alex. in l. 1. nu. 6. ff. de iuriſd. omn. iud.
b Vel delegato] Quis ſit delegatus, notandum ſupra, c. 19. Statuitur, in hoc verbo, volum. 1.
c In Ciuitate] † Ciuitatis appellatione continetur, quod
1 muris tantum cingitur, vt not. Hieron. de Monte tracta. fin. regund. cap. 5. in princ. Verum autem veniant ſuburbia, late notatum ſupra, cap. 38. Omnes, in verbo, Vel totra redefoſſa, & cap. 45. Si quis, in verbo, In ciuitate.
d Vel Ducatu, aut Diſtrictu] Quid veniat appellatione Ducatus, aut Diſtrictus, late notatum ſupra, cap. 130. Vbicunq;, in verbo, de Comitatu.
e Fideiuſſores non eſt idoneus] Quando quis dicatur idoneus, vel ne, notatum late ſupra, cap. 44. Si quis, in verbo,
2 Idonee. † Idoneus autem in dubio quis non præſumitur, vt
3 notat Alex. conſi. 32. num. 3. vol. 2. † Fideiuſſor ſi reſpuitur vti minus idoneus calumnioſe, poteſt agere iniuriarum, tex. eſt in l. ſi vero, §. pro eo, ff. qui ſatiſd. cogan.
f Probationes facere coram ipſo Iuſdicente] † Poteſt etiam
4 alio modo fieri probatio in probanda idoneitate hac eligendo arbitrium, qui ſe informet, & relationem faciat, iuxta text. l. arbitro, ff. Qui ſatiſd. cog.
g Citatis aduerſarijs] Secus eſt de iure communi, ita Tiraq. tract. Res inter alios acta. limitat 4 princ.
h Debitum ſuum faciat] In declarando, & terminando hanc controuerſiam.
i Prout ex Statutis diſponitur] De hoc cauetur ſupra, cap. 403. Si contingat, volum. 1.

Quod nullus compellatur dare campſorem pro Fideiuſſore, nec pignus. Cap. LXXXVIII.

NOn cogatur aliquis, qui alias *a* de iure poſſit cogi ad ſatiſdandum, *b* dare campſorem, pro Fideiuſſore, nec pignus, pro ſecuritate, dummodo ſatiſdet per alium Fideiuſſorem, ſuppoſitum iuriſdictioni Dom. Poteſtatis Mediolani, & eius Ducatus, ſiue Diſtrictus, vbi ſatiſdare continget, niſi alias per ius municipale reperiatur diſpoſitum, vel conuentum fuerit per partes.

SVMMARIVM.

1 *Campſor quis dicatur, & num. 2.*

a DE iure] Tam communi, quam ſtatutario, vt ſupra notatum, cap. 44. Si quis, in hoc verbo, volum. 1.
b Dare campſorem] † Dicitur campſor, qui monetam
1 auream, vel argenteam exercet, qui vulgo dicitur Banchero, notat Afflict. in Conſtitut. regni, Rubric. 49. de cudente falſam, ſi quis, numer. 1. libr. 3. Tiraquell. tractat. retract. li-
2 gnag. §. 30. gloſſ. 1. numer. 1. † Hi autem vocantur diuerſis vocabulis, vt notat Tiraquell. idem tractat. nobilit. cap. 34. num. 47.

De exactore Communis Mediolani. Cap. LXXXIX.

EXactor qui præerit exactioni pecuniæ Communis Mediolani, poſſit, & debeat exigere omnes condemnationes, & debita, & pœnas, quæ in Commune Mediolani ſolummodo, *a* vel in ipſum Commune, pro parte, & in alium, vel alios. & illam partem, quæ in alium, vel alios, peruenire deberet ei, vel illis, dari facere teneatur.

a VEl in ipſum Commune pro parte] † Fiſcus tamen
1 totum exigit, & partem ſuam dat priuato, vt not Boſſ. praxi crimin. tit. de ſenten. num. 41. Clarus praxi ſua criminali § finali, quæſt 95 ad finem. Tamen poteſt etiam tute parti ſolui eo caſu eius pars, vt nor. Boſſ. d. tit. de ſent. num. 42. & alibi notatum.

De licentia danda tribus de Burgo, & duobus de loco, ſtandi, & manutenendi in Ciuitate. Cap. XC.

POteſtas, & quilibet Iuſdicens, poſſint *a* & debeant dare licentiam tribus hominibus cuiuſlibet *b* Burgi, & duobus, *c* cuiuſlibet loci, quod ipſi poſſint, & debeant ſtare, & morari in Ciuitate Mediolani, pro negocijs, & cauſis burgorum, & locorum ſuorum, ita quod occaſione alicuius *d* debiti publici, vel priuati, de quo teneretur Commune burgi, vel loci ſui, non poſſint capi nec detineri, aliquo modo, *e* per aliquem Præſidentem alicui officio, nec per aliquam aliam perſonam, exercentem iuriſdictionem in Ciuitate Mediolani, & ſi contra hoc caperentur, Poteſtas, & quilibet Iuſdicens teneantur, & debeant, modis omnibus, *f* eos facere relaxari.

a ET debeant dare licentiam] Hoc non ſeruatur.
b Burgi] † Burgus eſt locus muratus, vt not. Rebuff.
2 in l. 2. verſic. 7. ff de verb. ſignific. Et qui habet domos continuas per viam rectam, vt not. Rebuff. l. Pupillus, §. oppidum, verſic. Pagas, ff de verb ſignific.
c Cuiuſlibet loci] Qui non ſit burgus, vel vicus.
d Debiti publici, vel priuati] Quid ſit debitum publicũ, & priuatum, notatum ſupra late, cap. 167 Pro debito in his verbis, volum. 1.
e Per aliquem Præſidentem alicui officio] Qui etiam habeat alios Iudices ſub ſe.
f Eos facere relaxari] Abſque impenſa, cum ſit captus contra diſpoſitionem Statuti, ſi tamen capi faciens ſciret eſſe ex illis perſonis, vt in ſimili capto diebus feriatis etiam notatur ſupra, cap. 64. Nullus cauetur.

Quod nullus compellatur ad ſolutionem pecuniæ, vel oneris pro altero, niſi in Statutis caueatur. Cap. XCI.

a NVllus Ciuitatis, *b* & Ducatus, ac Diſtrictus Mediolani, *c* compelli poſſit, ab aliquo Iuſdicente, ad ſolutionem alicuius pecuniæ, vel oneris, *d* pro altero, niſi reperiatur *e* contrarium iure. *f* vel Statuto, *g* vel ordinibus cameræ cautũ, & contra hoc non poſſit fieri *h* præpoſita, *i* vel reformatio, & ſi contrafieret, *k* ipſo iure nõ valeat, nec teneat, & Iuſdicens, ſeu officiales, qui contrafecerint, cõdemnentur in libris ducentum Imperialium qualibet vice. Et inſuper, Poteſtas, vel Iuſdicens, cõtra hoc præponens, ipſo iure, pro condemnato habeatur in libris quinquecentum Imperialium, & conſultor, in libris ducentum Imperialium, & Iudex, hoc facere debeat *l* præciſe, & debeat ſeruare. Et, quod non poſſit, huic Statuto in aliquo derogari, *m* per aliquod arbitrium conceſſum, vel concedendum alicui Poteſtati, vel Officiali, aut Iuſdicenti.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio quod quis teneatur pro alio, eſt contra ius naturale, & diuinum quando tamen quis teneatur.*

a NVllus Ciuitatis] Comprehendit omnem qualitatem perſonarum, cum Statutum generaliter, & indiſtincte loquatur.
b Et Ducatus, ac Diſtrictus] Quid veniat, ac comprehendatur appellatione Ducatus, & Diſtrictus, & quomodo differant inter ſe, notatum late ſupra cap. 130. Vbicunque, in verbo, de Comitatu.
c Compelli poſſit] Voluntarie autem quis poteſt ſoluere quod vult, & ſibi placet.
d Pro altero] † Quod quis teneatur pro alterius debito eſt
1 contra diſpoſitionem iuris naturalis, & diuini, prout in terminis his not. Imola conſil. 80. num. 3. Iaſ. §. Actiones, nu. 74. Inſtit. de actio. Alciat. in l. Filius, num. 3. C. de pact. Soc.

d conſil. 31.

Digitized by Google

conſ. 31. nu. 18. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 88. nu. 4. cum ſeq. & late notatum ſupra, ca. 416. Si filiusfamilias, in verbo, Et pater, vbi notatum vtrum Statutum hoc valeat, volum. 1.

e Contrarium iure] Communi ſcilicet, cum infra loquatur de iure Statutario. Quando autem quis teneatur pro debito alterius de iure communi, notant Scribentes, in l. quidam Filium. ff. de verb. oblig.

f Vel Statuto] Prout diſponitur ſupra d. cap. 416. Si filiusfamilias, & cap. 454. Si quis à modo, & ſupra ca. 37. Poteſtas, & infra cap. 357. Si de cætero.

g Vel ordinibus cameræ] Diſponentibus vt priuatus de communi poſſit derobari pro taleis, & oneribus communis, vel alterius particularis.

h Præpoſita] In congregatione ſcilicet, vel Concilio generali, licet non determinata.

i Vel reformatio] Quid ſit reformatio, & quid differat à Statuto, not. Iaſ. in l. omnes populi, nume. 6. ff. de iuſtit. & iur. Pariſ. conſil. 47 num. 26. vol. 3.

k Ipſo iure] Abſque ſententia ſcilicet reſciſſoria, licet declaratoria requiratur ſuper ipſo facto, vt late notatum ſupra cap. 1. in verbo, Ipſo facto, vol. 1.

l Præciſe] Cuius virtutis ſit hoc verbum notatũ ſupra in præludijs, & cap. 100. Statuitur, in verbo, hoc & alibi.

m Per aliquod arbitrium] Conceſſo Iudici arbitrio quid poſſit facere Iudex, late notatum ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, in verbo, ſine figura iudicij, volum. 1.

De regreſſu exigendi, & conſequendi, quem habet captus, vel robatus, vel coactus pro alio. Cap. XCII.

QVilibet, qui ſteterit, vel ſtabit captus, vel robatus, ſeu coactus, vel moleſtatus pro aliquo Cõi, Vniuerſitate, vel ſingulari perſona, a ad inſtantiam Ducalis Cameræ, b vel Cõmunis Mediolani, c vel habentis datum ab ea, vel ab eo, d ad inſtãtiam alicuius officialis ipſius Cameræ, vel Communis, poſſit omne, e & totum id quòd ſoluiſſe reperiatur, cum vel rationabiliter ſoluiſſe, & expendiſſe pro eo Cõi, Vniuerſitate, vel ſingulari perſona, f conſequi, & exigere, ac ſi eſſet habuere Ducalis Cameræ, vel Cõis Mediolani, & quod talẽ habeat actionẽ, g qualẽ habeat Duc. Cam. pro creditis ſuis, & tã pro capitali, quã expẽſis, & damnis.

S V M M A R I V M.

1 *Singularis perſona quando teneatur pro communi.*

a AD inſtantiam Ducalis Cameræ] Quæ quidẽ habet priuilegium, vt pro onerib. poſſit moleſtare quaſcunque perſonas etiam particulares pro debito Communis, & ſinguli eorum.

b Vel Communis Mediolani] Pro debitis ſimilibus onerũ.

c Vel habentis datum ab ea] Veluti ſunt conductores publicam, & alij exactores.

d Ad inſtantiam alicuius officialis] De his ſupra notatis.

e Totum id, quod ſoluiſſe reperiatur] Idem cauetur in ſimili ſupra cap. 240. Quilibet, volum. 1.

f Conſequi, & exigere] Si intra tamen anni tempus exegerint, vt cauetur d. ca. 240. Quilibet, & hoc quo ad obtinenda priuilegia Cameræ. Non autem quin poſſit conſequi creditum etiam lapſo illo tempore, vt ibi notatum, d.
1 c. 240. Quilibet, in vltimo verbo. † Exactio, & conſequutio hæc an poſſit fieri cõtra quẽlibet de communi late not. infra ca. 375. Si de cætero, in verbo, Teneatur, & debeant.

g Qualem habeat Ducalis Camera] Ex eo quod ſuccedit in eius ius.

Quod exactio alicuius condemnationis, non fiat per pronunciantem. Cap. XCIII.

NVlla exactio condemnationis, nec pecuniæ, quæ peruenire debeat in totum, vel pro parte, in Cam. Duc. nec in Cõmune Mediolani, exigatur per eũ Iudicẽ, uel officialẽ, qui eam fecerit, vel pronunciauerit, aliquo modo, a niſi ei demandaretur per habẽtẽ ad hoc poteſtatẽ, Quod nõ habeat locũ b in Magiſtris intratarũ, c nec in exequutionibus Cameræ, d nec in habentibus aliter facultatẽ à Ducali Camera, vel agentibus per eam, e nec in Iudice Stratarũ.

a Niſi ei demandaretur per habentẽ ad hoc poteſtatẽ] Veluti reſpectu Cam. Duc. à Principe, & Communis Mediolani à Domino Vicario & Duodecim Prouiſionum.

b In Magiſtris intratarũ] Imo hodie etiã in eis habet locũ diſpoſitio hæc, vt non poſſint ipſi exigere, cum omnes pecuniæ perueniant ad manus Theſaurarij generalis, de quo in nouis conſtit. tit. de offic. Theſaurarij generalis.

c Nec in executionibus Cameræ] Credo, quod dicere velit de executoribus Cameræ, de quibus nouis conſtit. qui & ipſi prohibentur nunc aliquam pecuniam recipere.

d Nec in habentibus facultatem à Ducali Camera] Veluti eius conductores, vel exactores.

e Nec in Iudice Stratarũ] Sic ſeruatur hodie, vt ipſi recipiant pecunias condẽnationũ, quas imputant in eorum ſalarium, reliquum erogat Theſaurario communitatis.

R V B R I C A G E N E R A L I S.

De iuriſdictione, & officio communium, Ducatus, & rectorum ſuorum.

Quod quilibet burgus, locus, & caſsina, poſsit facere, & habere Conſules, Syndicos, & Officiales. Cap. XCIIII.

a QVilibet burgus, b locus, c & caſsina d ſeparata, e poſſit facere, & habere ſuos Conſules, f Syndicos, & Officiales, qui ſint de ipſa Vniuerſitate, prout habere cõſueuerunt, & Aduocatos, et Syndicos ad cauſas, qui ſint de Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, dummodo prędicta non faciant, g in fraudem prælibati Domini, Domini Mediolani, nec Communitatis Mediolani, & poſſint exigere h ſuas taleas, et onera, et conſtituere interſe, i ſuos campanos, k caneparios, et Officiales, qui exerceant ſecundum, quod per prelibatum Dominum Mediolani conceſſum eſt. Et nullus alius poſſit aliquo modo in eis ſe exercere, vltra formam comprehenſam in Statutis Mediolani. Et quilibet Iuſdicens requiſitus, teneatur dare auxilium cum effectu ipſis Conſulibus, et Officialibus ad exigendum, ac regimẽ, & officium viriliter exercendum.

S V M M A R I V M.

1 *Burgus Vicus, & Caſſina quæ loca dicantur.*

2 *Ciuitas an poſſit cogi ad conſtituendum Syndicum.*

a QVilibet burgus] Quid ſit burgus, notatum ſupra ca. 90. Poteſtas.

b Locus] † Vicus ſcilicet, De quo not. Rebuff. l. Pupil-
1 lus, § Oppidum. ff. de verb. ſignific.

c Et Caſſina] Dicitur locus minimus, in quo pauca ſunt ædificia.

d Separata] Secus ſi dependeat ab alio loco, vel burgo, quia tunc regitur à Cõſulibus et Officialibus illius burgi.

e Poſſit facere, et habere] † An autem cogi poſſint de iu-
2 re Ciuitates ad conſtituendum eorum Syndicos, not. Marſil. tract. bannit. in verbo, Ciuitate num. 102.

f Syndicos] Qualiter autem hi conſtituantur, late diſcutit Speculat. tit. de Syndico.

g In fraudem prælibati Domini, Domini Mediolani] Vt aliquid moliantur contra eum, idem contra Communitatem Mediolani, vt ex verbis ſequent.

h Suas taleas, & onera] Quę debentur Ducali Camerę.

i Suos camparios] De quibus infra c. 367. Quodlibet.

k Caneparios] Qui exigunt taleas, et onera.

l Iuxta formam comprehenſam in Statutis Mediolani] De quibus infra cap. 218. Omnia, cum ſeq.

De Sacramento præſtando per Rectores Ducatus Mediolani antequam vadant ad regimina. Cap. XCV.

POteſtas Mediolani teneatur, et a debeat compellere b omnes Vicarios, et Iuſdicentes Ducatus, non habẽtes c merum, et mixtum Imperium, antequam vadant ad regimina, iurare ad ſancta Dei Euangelia, quod non tenebunt, nec tenerĩ permittent, via ordinaria, ad cauſas in iuriſdictionibus ſuis, vltra quantitates limitatas per præſentia Statuta, et ſi ſenſerint aliquem tenere cauſas de maiore quantitate contra formam huius Statuti, quod infra tertiam diem notificabunt ipſi Poteſtati. Et ſi nullius Iuſdicens, vt ſupra, poſſit ire, nec admittatur ad regimen, niſi prius præſtito dicto iuramento, quod redigatur in ſcriptis, pro qua redactione, et ipſius expletione, Notarius non poſſit accipere vltra ſoldos quatuor Imperialium in totum, etiam com-

Digitized by Google

computata ſcriptura. Contrafacientes autem, ipſo iure, incurrat pœnam librarum viginti Imperialium pro qualibet vice, applicandarum pro dimidia parte Communis Mediolani, & pro altera dimidia accuſatori, quæ pœna exigatur *d* abſque aliqua condemnatione.

a DEbeat compellere] Hoc ſtatutum non ſeruatur.
b Omnes Vicarios, & Iuſdicentes Ducatus] Hi nunc non eliguntur abſque ſaltem mixto imperio.
c Merum, & mixtum imperium] Quid ſit, late diſcuſſum ſupra cap. 19. Poteſtas, in verbis his.
d Abſque aliqua condemnatione] Tollitur ex his verbis appellatio, vt not. Boſſius ſua praxi crimin. tit. de appellatio. num. 16.

De iuriſdictione Iuſdicentium Ducatus Mediolani. Cap. XCVI.

IVſdicentes Ducatus Mediolani habeant iuriſdictiones in locis ſibi ſuppoſitis, prout infra. Burgus Variſi cum eius vicariatu, *a* habet merum, & mixtum imperium, *b* & omnimodam iuriſdictionem. *c* Capitaneus Marteſanę habet vſq; ad libras viginti Imperialium, *d* ex iuriſdictione ordinaria. *e* Vicarius Montis Brianzę habet vſq; ad libras decem Imperialium. Burgus Leuci habet merum, & mixtũ imperium, & omnimodam iuriſdictionem. Ripalta ſimiliter habet merum & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem. Burgus Canturij cum pertinentijs, habet merum, & mixtum imperium, ac omnimodam iuriſdictioné, ex priuilegio feudali. Mandellum habet merum, & mixtum imperium. Dernium ſimiliter. Varena ſimiliter. Angleria ſimiliter. Bellanum ſimiliter. Galleratum habet iuriſdictionem, vſq; ad libras duodecim, cum dimidia Imperialium, ex iuriſdictione ordinaria. Abbiatum craſſum habet merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem, ex priuilegio. Terra Binaſchi habet merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem. Carauagium habet merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictioné. Burgus Proletiæ habet merum, & mixtum imperium, ex priuilegio feudali. Melagnanum, in ipſa terra, & eius territorio tantũ, habet merum, & mixtum imperium, & nó in alios homines, nec habitantes extra dictam terram, & eius territorium, nó autem in plebibus ſancti Iuliani, ſancti Donati Locate, & Mezate, quæ plebes, ſunt ex forma decretorum Ducaliũ, de iuriſdictione Iuſdicentium in ciuitate Mediolani, in terris autem infeudatis, habeant *f* Iuriſdictionem ſibi tributam ex priuilegijs. Ita tamen, quod *g* ſeruetur decretũ de Maiore Magiſtratu, in caſibus in ipſo decreto comprehenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſtates ciuitatum an habeant merum, & mixtum imperium.*
2 *Quid de Villis.*
3 *Quid de locis inſignibus.*
4 *Iuriſdictio omnimoda, quæ ſit.*

a HAbet merum, & mixtum imperium] Quid ſit, notatũ
1 d. cap. 19. Poteſtas, in verbis his. † Poteſtates omnes ciuitatum habent merum, & mixtum imperium hodie, cum & ipſæ illud habeant, not. Marſil. tract. bannit. in verbo, Ci-
2 uitate, num. 45. & nu. 53. vbi late. † Villę an habeant, merum imperium, not. Bartol. in l. 1. col. 2. ff. de damno infecto, & in extrauag. ad reprimendum, in verbo, Lombardię, Mar-
3 ſil. d. tract. bannit. in verbo, Vellet, nu 18. † Locus dicitur inſignis quando habet forum meri, & mixti imperij, Ita Anton. Trigona ſing. 87. nu. 2. verſic. in quibus locis.
b Et omnimodam iuriſdictionem] † Quę ſit, not. Gl. in
4 clem. 1. in verbo, Omnimodam, de foro compet. Scribentes in l. Imperium ff. de iuriſd. omn. iud.
c Capitaneus Marteſanę vſq; ad libras duodecim] Hodie nulla, niſi ex cauſa bladorum, & cótrauenientium, ex decretis ſuper eis editis, ſic ſanciuit Senatus annis ſuperioribus, in controuerſia inter eum & eius Vicarium orta.
d Ex iuriſdictione ordinaria] Quę ſit, notant Scribentes, d. l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iud.
e Vicarius montis Brianzę vſque ad libras decem] Hodie habet merum, & mixtum imperium, & dicitur Vicarius Marteſanæ, vt ex nouis conſtit. titu. quod Capitaneus.
f Iuriſdictionem ſibi attributam ex priuilegijs] Quam autem habeant, & poſſint exercere, not. Curt. iun. conſil. 2 per totum.
g Seruetur decretum de maiori magiſtratu] De quo late in nouis conſtit. tit. de feudis, cap. Interdictum eſt.

De inquiſitione facienda contra Rectores, ſeu Iuſdicentes Ducatus Mediolani. Cap. XCVIII.

POteſtas Mediolani, & quilibet alius Iuſdicens in ciuitate Mediolani, & Vicarius prouiſionum, & quilibet eorum inſolidum, poſſit, & debeat inquirere contra Rectores, ſeu Iuſdicentes burgorum, locorum, vel aliarum Vniuerſitatem, Ducatus, Diſtrictus, iuriſdictionis, vel Diœceſis Mediolani, ſi in aliquo fecerit contra ordinamenta, decreta, & Statuta facta ſuper iuriſdictionibus Rectorum, & Vniuerſitatem, ac Iuſdicentium Ducatus, Diſtrictus, vel Diœceſis Mediolani, vel aliquod prædictorum. Et quod ſuper prædictis, habeat purum & merum arbitrium inquirendi, puniendi, & condemnandi contrafacientes. Et ſi aliquis proceſſus factus fuerit coram Rectore, vel Iuſdicente burgi, loci, caſſinæ, vel alicuius vniuerſitatis contra ordines, & decreta, vt ſupra, ipſo iure, ſit nullus, & non valeat, & nihilominus Rector, vel Iuſdicens burgi, vel vt ſupra, condemnetur in libris quinquaginta Imperialium, qualibet vice. Et Notarius, in libris quinque Imperialium, perpetua notetur infamia. Quæ pœnæ pecuniariæ applicentur Communi Mediolani.

Statuti huius diſpoſitio non ſeruatur.

De pœna petentis corã aliquo Iuſdicente Ducatus Mediolani, vltra Iuriſdictionem conceſſam ipſi Iuſdicenti, vel diuidentis creditum ſuum. Cap. XCVIII.

QVod *a* nullus poſſit petere *b* coram aliquo Iuſdicente *c* Ducatus Mediolani, *d* vel terrarum ſuppoſitarum Statutis Communis Mediolani, *e* vltra quantitatem, *f* pro qua, ei Iuſdicenti conceſſa eſt iuriſdictio, & ſi vltra petierit, *g* ipſo iure, cadat à iure ſuo, *h* reſpectu ſuperflui, pro quo ipſe Iuſdicens non habet iuriſdictioné. *i* Et ſi diuiſerit ius ſuum, petendo quotam, ſeu partem aliquam crediti ſui, coram ipſo Iuſdicente, vt ſupra, ipſo iure priuatus ſit toto credito ſuo reſpectu dicti ſuperflui, vt ſupra, vbi autem in Ciuitate Mediolani, *k* aliquis ſe prætendat creditorem alicuius, *l* ex vna, & eadem cauſa, *m* pro tempore maturo, & petierit agendo, aliquam partem dicti crediti coram vno tribunali, ſeu officiali, *n* quod durante ipſa inſtantia, non poſſit reſiduum, nec aliquam aliam partem dicti crediti maturi, *o* coram alio Iudice, vel officiali petere, & ſi contrafecerit, *p* ipſo iure, & facto, cadat à reſiduo dicti crediti ſui à quantitate primo petita ſupra. Si vero petatur exequutio alicuius partis crediti maturi, non poſſit exequutionem impetrare, pro reliquo, in toto nec in parte, infra ſex menſes, à die impetratæ primæ exequutionis *q* coram eodem Iudice, nec alio officialis. Et ſi contrafecerit, cadat vt ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Iuriſdictio competens pro cauſa certæ quantitatis nõ admittit cumulatum aliarum quantitatum ex alijs cauſſis.*
2 *Petens partem crediti non prohibetur petere reliquum.*
3 *Crediti diuiſio an poſſit admitti coram diuerſis Iudicibus, vſque ad num. 12.*

a NVllus] Comprehendit omnem quantitatem perſonarum.
b Coram aliquo Iuſdicente] Ordinario ſcilicet.
c Ducatus] Quid veniat appellatione Ducatus, late notatum ſupra volum. 1. capit. 130. Vbicunque, in verbo, de Comitatu.
d Vel terrarum ſuppoſitarum Communis Mediolani] In his comprehenduntur terræ Communes, vt notatum ſupra cap. 153. Statuitur, & infra c. 174. Statuta Ciuitatis.
e Vltra quantitatem] † Intellige ex vna cauſa, non au-
5 tem ſi ex pluribus, quia non coacernantur ad tollendam iuriſdictionem, & ad incurrendum pœnam, de qua infra, ita not. Tiraquell. tracta. retract. conuent. §. 2. Gl. 1. nu. 23. Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 171. ad finem, & late notatum ſupra, cap. 47. Dominus Poteſtas, circa fin. in verbo, Sed valore.

f Pro qua ei Iuſdicenti conceſſa eſt iuriſdictio] Non
coacerùantur tamen ſummæ, vt tollatur Iuriſdictio, vt nu-
per notatum.
g .Ipſo iure] Abſqoe ſententia Iudicis reſciſſoria, licet
declaratoria requiratur, vt notatum ſupra cap. 1. in verbo,
Ipſo facto, volum. 1.
h Reſpectu ſuperflui] †De iure communi ſecus eſt, quia
2 petens partem, & obtinens, poteſt dein etiam petere reli-
quum, ita Maſſa ſua praxi formæ oblig. cap. 3. parte princ.
verſicu. Poſt proceſſum incidentium, nume. 38. Verum hic
ſic diſpoſitum ex quo fit in fraudem, vt detur iuriſdictio
non habenti.
i Et ſi diuiſerit ius ſuum] † Idem de iure, quia non po
3 teſt diuidi petitio crediti eiuſdem partem petendo coram
vno Iudice & partem coram alio, etiam finito illo primo
iudicio, ita not. Matheſil ſing. 148. Soc. cap. prudentiam, nu.
33. de mutuis petit. Menoch. tract. arbit. lib. 2. cent. 4 caſu
4 371. num. 14. † Et in hoc ampliatur diſpoſitio iuris com
munis, vt non poſſit fieri in petendo tantum partem eorum
eodem Iudice, vt nuper notatum, quod idem firmat Me-
noch. in indiuidua ſumma, ne ſequatur dein diuerſa ſen-
tentia, in tract. arbitr. lib. 1. q. 40. num. 9. & 10.
k Et vna, & eadem cauſa] † Secus ſi ex diuerſa, vt late
5 notatum ſupra cap 8. Si quis, vbi late notatum, in uerbo,
Pro eadem cauſa, volu. 1. & notat Menoch. tract. arbitr. lib.
2. cent. 4. caſu 371. num. 15. ad finem.
l Alicuius] † Procedit autem hæc diſpoſitio etiã quã-
6 do adſunt duo rei obligati inſolidum, quia coram diuerſis
Iudicibus non poteſt partem crediti petere ab vno, & par-
tem ab alio, ita Boſſ. d. ſua praxi tit. de foro comp. nu. 112.
Declarando vt per eum, idem not. Socin. c. Prudentiam, nu.
31. de mut. petit. Contrarium tenet Bart. in l. ſi duobus, §.
Vbi duo, num. 5 vbi Caſtrenſ. nu. 4. & 5. ff. de duobus reis,
Idem Boſſ ſibi contrarius d. tit. de foro compet. nume. 116.
m Pro tempore maturato] † Secus ſi adhuc maturatum
7 non ſit, quia eo maturato poteſt peti coram alio Iudice, cũ
ſit caſus omiſſus à Statuto, & de iure communi permittitur,
vt not. Iaſ. conſil. 9. nume. 5. volum. 1. & conſ. 28. ad finem,
volu. 2. Menoch. tract. arbitr. d. lib. 2. cent. 4. caſu 371. num.
15. ad finem.
n Quod durante ipſa inſtantia] † Idem ſi lapſa ſit inſtã
8 tia, & finitum iudicium quo ad petendum reliquum, quia
non poterit peti coram alio Iudice, vt not. Matheſil. d. ſing.
148. Soc. cap. Prudentiam, nume. 33. de mutu. petit. & ſu-
pra notatum.
o Coram alio Iudice] † Coram autem eodem poteſt, vt
9 late notatum ſupra, cap. 8. Si quis, in hoc verbo, volum. 1.
Dum tamen non petat intra ſex menſes, vt infra cauetur,
10 verſic. ſequenti. † Cur autem non poſſit peti coram alio
Iudice rationem adducit, ne diuerſæ ſententiæ contrariæ
ſequantur Boſſ. d. ſua praxi tit. de foro competen. nu. 115.
Menoch. d. tract. arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 371. num. 14.
p Ipſo iure & facto] Abſque ſententia ſaltem reſciſſo-
ria, licet declaratoria requiratur, ita notatum ſupra d. cap.
1. in verbo, Ipſo facto.
q Coram eodem Iudice] † De iure communi poteſt fie
11 ri ſtatim coram illo Iudice, vt not. Maſſa d. ſua praxi form.
oblig. Camer. 3. par. princ. verſicu. Poſt proceſſum inciden-
tium, num. 38.
r Nec alio Officiali] † Hoc prohibetur etiam ſemper
12 de iure communi, vt ſupra notatum, & tradit Matheſil. d.
ſing. 148. Socin. d. c. Prudentiam, num. 33. De mutuis petit.

Quod petita commiſsione non currant tempora in certis caſibus. Cap. XCIX.

IN caſibus, in quibus, ex forma Statutorum, ſit facienda *a* aliqua commiſſio, ſi illa pars, quæ voluerit commiſſionem ipſam fieri, *b* citari fecerit alteram partem, pro ipſa commiſſione facienda, & per ipſam partem, quæ voluerit commiſſionem fieri, *c* non ſteterit, quominus ipſa commiſſio fiat, *d* tunc tempora *e* non currant, ſed in ſuſpenſo ſtent donec commiſſio facta fuerit, quæ tamen commiſſio, fieri poſſit, ſuſpenſione non attenta.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio quando fit an requiratur citatio partis vſque ad nu 4.*
5 *Confidentes pro commiſſione facienda ſint non minuendi.*
6 *Tempora quando non currunt agentibus.*
7 *Tempora inſtantiarum quando non currant, vſque ad nu. 12.*

a ALiqua commiſſio] † Statutum hoc generaliter lo-
1 quens habet locum tam in commiſſionibus in cauſis
principalibus, quam incidentibus, cum in iure etiam pari-
ficentur, ita Caſtr. conſ. 91. vol. 1. Alexan. conſ. 60. num. 17.
vol. 2. Anchar. conſ. 183. num. 3. Soc. ſen. conſ. 284. nume. 4.
2 vol. 2. † Hinc infertur quod appellans ab interlocutoria
debito tempore, ſi citet partem, & faciat depoſitum peten-
do commiſſionem ad formam Statuti infra cap. 196. Appel
lans, ſi alio pars non comparet, nec Iudex aliquid faciat,
quod comprehendatur in hac diſpoſitione, ita Abbates Col
legij D. Notariorum declarauerunt, in ordine edito anno
1545. 6. Iulij.
b Citari fecerat alteram partem] † Idem de iure cõmu-
3 ni requiritur hæc citatio, ita Corta ſuis memorab. in ver-
bo, Statuto Mediolani cautum eſt, quod appellans, verſicu.
Sed annotati.
c Non ſteterit] † Hoc autem caſu non ſufficit vnica in-
4 terpellatio, uel requiſitio facta Iudici, ſed debet fieri cũ eo
diligentia, & inſtantia, & peti ẽt Apoſtoli per text. in l. fin.
§. In ſumma, vbi Salic. n. 3. Cod. de tempo. appell. ita not.
Roman. conſil. 2. nu. 2. Ang. conſi. 140 num. 2. Alex. conſil.
19. nu 3. verſic. Tamen in cauſa appellationis, volu. 1. idem
conſ. 164. nu. 5. volu. 2. Dec. conſil. 677. nu. 3. cum duabus
ſequent. Grammat. deciſ. 13. nume. 5. Corta ſuis memorab.
in verbo, Statuto Mediolani cautum eſt, quod appellans.
Quando autem ſufficiat vnica vel plures proteſtationes
alijs in caſibus not. Aſin. ſua praxi §. 2. cap. 17. nume 8. & 9.
5 Requiritur etiãm vlterius productio, & exhibitio confiden
tium, vt not. Calcan. conſil. 122. per totum, maxime, nu. 2.
6 † Facta autem proteſtatione quod per eum non ſtat, non
currant tempora, per notata in ſimili per Baldum in l. pro-
perandum. §. Sin autem vtraque, nume. 2. ad finem, vbi dat
hanc cautelam, C. de Iudic. notat Natta conſil. 32. num. 15.
volum. 1.
d Tunc tempora] † Hoc habet locum de iure communi
7 etiam in inſtantia, ita notat Orian. in c. Quoniam contra,
cap. 10. de interlocut. nume. 93. Marſil. ſingul. 51. & ſingul.
423. numero ſecundo. Comprobat Aſin. ſua praxi iud.
8 § 1 cap. t. num. 7. † Quod quidem habet locum etiam in
inſtantia cauſæ principalis pendente compromiſſo per di-
ſpoſitionem Statuti ſupra ca. 40. Quod facto compromiſſo.
9 † Idem ſi petitum compromiſſum, & ſuper eo diſputetur,
10 ita Iaſ. conſ 31. nume. 2. volu. 2. † Extenditur etiam hæc
diſpoſitio, durante diſputatione ſuper admiſſione capitu-
11 lorum, vt not. Iaſ. conſ. 35. nu. 2. vol. 1. † Multi etiam alij
caſus, in quibus non currit, ſed ſuſpenditur inſtantia notan
tur ſupra cap. 21. Termini, in verbo, Non duret, nec durare
12 poſſit, volum. 1. † Statuti autem diſpoſitio hæc dum lo-
quitur de temporibus, ne currant petita commiſſione, intel
ligi debet etiam de fatalibus appellationum, ad quod facit,
quia ſi intelligeretur tantum de inſtantia cauſæ appella-
tionis, & de temporibus probatorijs eius, hoc Statutum ſu-
perfluum fuiſſet, ex quo ex alio Statuto ſupra, 1. volum. ca.
131. Lata, diſponitur inſtantiam cauſæ appellationis, &
terminos probatorios eius non currere, niſi poſt factã com-
miſſionem appellationis, adeo quod cum in caſu præſenti
Statuti huius non ſit adhuc facta commiſſio, neceſſario con
cludendum, Statutum hoc intelligendum de fatalibus, quod
non currerent, ſed ſtarent in ſuſpenſo.
e Non currunt] Tẽpora autem probatoria quando non
currant, ſed ſtent in ſuſpenſo, notatum ſupra cap. 40. Facta
in verbo, Nec terminorum probatoriorum.

RVBRICA GENERALIS De fabris, & aurificibus & de eorum ſchola, & arte.

SVMMARIVM.

1 *Artifex an quis poſſit eſſe ſub duabus matriculis.*

STatuta infraſcripta poſita ſub hac Rubrica generali, de
1 aurificibus nil notatu dignũ habent. † Artifex non põt
quis eſſe ſub duabus matriculis, & vbi deleatur ab vna, gau
det priuilegijs eorum, donec deſcribatur in alia. Ita Ro-
man. ſing. 219.

De electione Syndicorum. Cap. C.

STatuitur, quod in ſchola Sancti Eligij, & arte, ſeu Vniuerſitate aurificum, & fabrorum Ciuitatis Mediolani,

Digitized by Google

lani, per ſcholares dictæ ſcholæ, & artis, eligantur, & manuteneantur duodecim Syndici, qui quidem reuocari, & mutuari poſſint, qui Syndici, qui per tempora erunt electi, habeant illam poteſtatem, quæ eiſdem data, & attributa eſt, & dabitur, & attribuetur in futurum, per ipſam ſcholam, & ſcholares, & Vniuerſitatem dictæ artis aurificum, circa ipſos, de dicta arte, & circa res concernentes, & ſpectantes ad dictam artem, & ad ipſos, & inter ipſos aurifices, per publica inſtrumenta ſyndicatus confecta, & quæ conficientur, ſingula ſingulis, & congrua congruis, debite ſemper referendo. Et etiam, vltra prædicta, habeant poteſtatem, & bailiã, quæ, & prout, in ſequentibus Statutis declarabitur.

De Abbate, & Conſulibus eligendis, & eorum bailia. Cap. CI.

STatuitur, quod eligantur, per Vniuerſitatem fabrorum, & aurificum, quolibet anno, vnus Abbas, & tres Conſules, in dicta ſchola, ſeu arte, de ſcholaribus, ſeu aurificibus ipſis ſcholæ, ſeu artis, quorum officium duret per annum vnum, & non vltra. Qui Abbas, & Conſules, habeant bailiam, poteſtatem, & authoritatem procedendi contra quoſlibet de dicta ſchola, arte, ſeu Vniuerſitate, & laborantes, & laborari facientes, de, & in dicta arte, tam in ciuitate, quam in ſuburbijs, & Ducatus Mediolani, & eos puniendi, & condemnandi. Et hoc ſecundum formam, & tenorem infraſcriptorum Statutorum, & ordinum Quæ quidem electio prædictorum Abbatis, & Conſulum, fiat, & fieri debeat, ſingulo anno, per Abbatem, & Conſules præceſſores in dicto officio. Et facta ipſa electione, ante feſtum ſanctæ Catharinæ de menſe Nouembris, eorum officium incipiat in dicto feſto ſanctæ Catherinæ. Et qui Abbas, & Conſules, collaudentur, per Syndicos dictæ ſcholæ, artis, ſeu vniuerſitatis, antequam in publicum eligantur. Qui quidem, Abbas, & Conſules taliter, eligendi vt ſupra, ſingulo anno, tempore dictæ eorum electionis, aut, antequam intrent in eorum officium, iurare teneantur, & debeant, in manibus Abbatis, & Conſulum præceſſorum ſuorum, vel ſaltem maioris partis eorum, de faciendo, & exercendo eorum officium, bene, iuſte, & fideliter, ſecundum eorum conſcientiam bonam, & ſecundum formam ordinum dictæ ſcholæ, ſiue artis. Et quod de ipſa electione fiat publicum inſtrumentum. Et, qui Abbas, & Conſules noui, & ſucceſſores, vna cum præfatis Syndicis, ſiue maior pars eorum, poſſint, & debeant ſyndicare eorum proxime præceſſores, infra menſes duos, immediate ſequuturos finem, & tempus officij, & regiminis dictorum, Abbatis, & Conſulum veterum, vt ſupra, ſyndicandorum.

De iuriſdictione Abbatis & Conſulum. Cap. CII.

ABbates & Conſules, qui ſunt, & per tempora erunt, habeant *a* bailiam, & iuriſdictionem *b* cognoſcendi, declarandi, & terminandi omnes quæſtiones pertinentes, & ſpectantes ad dictam artem fabrorum, & aurificum, cuiuſcunque maneriei ſint, & inter artifices, fabros, & omnes exercentes officium, & laborantes, ſeu laborari facientes, de, & in dicta arte, tam in Ciuitate, quam in ſuburbijs, & Ducatu Mediolani, dummodo, tales quæſtiones ortæ ſint, & oriantur, occaſione ipſius artis fabrorum, & aurificum, vel negociationum pertinentium ad ipſam artem, & de omnibus mercantijs, & laborerijs, exercitijs, & trafficis factis, & faciendis, ac ortis, & oriendis, & quæ orientur occaſione dictæ artis, & dependentium abinde, ac etiam, exequendi, & exequutioni mandandi ipſas omnes differentias, ac quæſtiones, ac ſententias, & declarationes, quæ proinde fient, omnibus modis, & remedijs, in omnibus, & per omnia, ſecundum, quod eiſdem Abbati, & Conſulibus, ſeu maiori parti eorũ, melius videbitur expedire, etiam, abſque alio conſilio ſapientis, ſi eidem Abbati, & Conſulibus, aut maiori parti eorum videbitur. Saluo quod ſi talis differentia excederet ſummam ducatorum vigintiquinque auri, quod eo caſu teneantur ipſi Abbas, & Conſules, ad requiſitionem partium, vel alterius earum, aſſumere conſilium ſapientis, de Collegio Dominorum Iuriſperitorum Mediolani, Partium confidentis, vel alterius eorum, caſu quo altera Pars ſuos confidentes, dare recuſauerit, vel neglexerit, pro tali differentia terminanda & decidenda, ſecundum eius Conſilium, præfati Abbas, & Conſules, habeant pronunciare, & declarare, & facta præſentatione conſilij, habeatur pro declarata, & pronunciata. Et quæ præſentatio conſilij poſſit fieri coram Notario, ſiue ſcriba, ipſorum Abbatis, & Conſulum, & habeatur pro legitime facta. Et quod omnis ſententia, omniſq; declaratio, & omnia, & ſingula, quæ per eos Dominos Abbatem, & Conſules, ſeu, vt ſupra, in prædictis fient, ac per eos factum pronunciatum, ſententiatum, & declaratum fuerit, valeat, & teneat, & exequutioni mandetur, omnibus iuris remedijs, & realiter, & perſonaliter, & prout eis videbitur, aliquibus ſtatutis, decretis, & ordinibus, in contrarium diſponentibus non attentis. Poſſit, tamen à talibus ſententijs, & declarationibus appellari, dummodo tales appellationes cognoſcantur, terminentur, & decidantur, per Syndicos dictæ ſocietatis, ſcholæ, ſeu artis, vt ſupra, & non aliter. Qui Syndici teneantur aſſumere conſilium ſapientis, vt ſupra, ſi requiſitum fuerit, vt ſupra. Et caſu, quo prima ſententia, ſeu declaratio fuerit in cauſa appellationis cõfirmata, mittatur exequutioni in totum, ſeu pro illa parte, pro qua confirmata fuerit, nec de eius nullitate dici, nec ab ea appellari poſſit, & ſi appellatum fuerit, aut de nullitate dictum, non admittatur.

a BAiliam, & iuriſdictionem] Ex priuilegio, & decreto Senatus, anno 1554. die octauo edito, ampliata eſt iuriſdictio eorum etiam contra alios, qui non ſint de arte illa, modo ſint debitores cauſa artis, & etiam quod credatur eorum libris vſq; ad libras 50. Imper.

b Cognoſcendi, declarandi, & terminandi] Quid hæc verba releuent, & differant notatum late ſupra c. 47. Dominus poteſtas, in his verbis, vol. 1.

De electione Caneparij, & eius officio. Cap. CIII.

ELigatur vnus Canepariꝰ in dicta ſchola, arte, ſeu ſocietate, per Abbatem, Conſules & Syndicos, ſeu per maiorem partem eorum. Et qui Canepariꝰ eligendus, vt ſupra, ſit vir bonus, probus, & idoneus, & intrare teneatur in introitu ſui officij, qui introitus, ſit in dicto feſto ſanctæ Catherinæ, de exercendo, bene, & legaliter, officium ſibi cõmiſſum, & de ſaluando ea omnia, quæ ad eius manus peruenerint, de danarijs, bonis & rebus dictæ ſcholæ, & Societatis, & de reſtituendo, & reddendo dictis Abbati, Conſulibus, & Syndicis, toties quoties requiſitus fuerit, bonum cunctum & bonam rationem, & omne, totum id quod ad eius manus peruenerit, de bonis, & rebus pertinentibus, & ſpectantibus dictæ ſcholæ, ſeu ſocietati, & qui recipere debeat omnes intratas, condemnationes, & inuentiones dictæ ſcholæ, & ſocietatis, & de eis rationem facere, & reddere teneatur, & debeat, vt ſupra. Et eius officium duret per annum vnum tantum, & teneatur dictus Canepariꝰ, tempore introitus ſui officij, accipere conſignationem in ſcriptis per inſtrumentum publicum, de bonis, & rebus dictæ ſcholæ, quæ ſibi conſignabuntur, & de eis reddere bonam rationem, vt ſupra & vt ſupra poſſintq; dicti Abbas, Conſules, & Syndici, ſiue maior pars eorum, facere quamlibet neceſſariam liberationem, & confeſſationem dicto Canepario.

Quod nullus, poſsit eſſe Abbas, & Conſul, niſi de quatuor annis, ſemel. Cap. CIIII.

NVllus de dicta ſocietate, poſſit eſſe Abbas, neq; Conſul, niſi elapſis quatuor annis continuis, poſt finitum ipſum officium.

De illis, qui ſe robori permittere valeant, & de eorum pœna. Cap. CV.

SI aliquis, de dicta ſocietate, deberet, vel teneretur, aut in futurum tenebitur aliquid dare dictæ ſocietati, vel etiam, alicui fabro, & de dicta arte, ſocietate, ſeu ſchola, occaſione alicuius condemnationis, vel taleæ ſibi factæ, vel aliqua occaſione, & non daret, vel vetaret dare pignus præfatis Abbati, & Cõſulibus, vel eorum ſeruitoribus, nuncijs, & officialibus, vel alicui eorum, condemnetur, & pro condemnato habeatur ille talis, in ſoldi viginti Imperialium, qualibet vice, qua vetauerit ipſe, vel eius familia, vel pignus non dederit, vt ſupra, & non admittatur ad aliquam defenſionem faciendam, niſi prius dederit pignus, quæ pœna

perueniat in dictam ſcholam, & ſi indebite pignoratus fuerit, eidem reſtituatur pignus abſque vlla ſolutione pecuniæ, & expenſa.

Quod Abbas, & Conſules poſsint robari facere quemlibet, de dicta ſocietate ſchola, & arte. Cap. CVI.

ABbas, & Conſules huius ſocietatis, ſcholæ, ſeu artis, & quilibet eorum habeant Baliam, & poſſint, & debeãt robare, & robari facere tute, & impune, per ſe, & ſeruitores, & nuncios ſuos quemlibet de ipſa ſchola, arte ſeu ſocietate, & laborantes de ipſa arte aurificum, ſiue fabrorum, qualibet occaſione, ſpectante, & pertinente ad ipſam artem, vel connexa ipſi arti, & dependenti ab eadem arte, & pro tali exequutione facienda, poſſint, & valeant accipere, de familia Domini Poteſtatis Mediolani, expenſis, derobandi. Et præfatus Dominus Poteſtas, & omnes de familia ſua, ſi & prout requiſiti fuerint, per ipſos Abbatem, & Conſules, teneantur, & debeant præſtare ipſis auxilium, iuuamen, & fauorem, pro tali exequutione reali, & perſonali facienda.

De laboratoribus, debitoribus ſui magiſtri, laborantibus ad mercedem diei, euntibus ad laborandum cum alijs magiſtris. Cap. CVII.

QVoniam, ſæpe contingit magiſtros dictæ artis aurificum, & fabrorum, accipere laboratores ad mercedem diei, & eiſdem dare mutuo pecunias in adiutorium, & præſtantiam, quos poſtea, compenſare conueniunt in corũ mercedibus, aut reſtituere. Statuitur, quod nullus magiſter poſſit, nec valeat, de cætero accipere, nec tenere, vltra tres dies continuos, aliquos laboratores laborantes, & ſeu qui laborauerint cum alijs magiſtris debitores, vtſupra, niſi prius fuerit tali primo magiſtro ſatisfactum de eo, quod habere debuerit, à dicto tali laboratore, & quod talis magiſter teneatur infra tres dies proxime futuros, poſt factã ſibi denunciam, per primum magiſtrum creditorem talis laboratoris, expellere ipſum laboratorem, aut debitum prædicti laboratoris, pro eo ſoluere, alioquin, elapſo dicto termino, dictus ſecundus magiſter, teneatur ad ſolutionem dicti debiti principaliter, & inſolidum cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, quæ per talem magiſtrum, paſſus fuerit, & ad ipſum ſoluendum cogi poſſit omni exceptione remota.

De familiaribus, & domicellis, & alijs laboratoribus ad ſalarium menſuale, & annuale, vel vltra, & de alijs ſtantibus cum magiſtris, ad aliquod tempus ad addiſcendum, & laborandum. Cap. CVIII.

NVllus magiſter poſſit, nec valeat accipere aliquem laboratorem, domicellum, vel familiarem, garzonũ, nec puerum, ad aliquod tempus vltra quam, ad mercedem diei, niſi prius aut ſaltem, infra vnum menſem, poſt illum acceperit, illum ſcribi fecerit ad Banchum præfatorum Dominorum Abbatis, & Conſulum, ac ſcholæ prædictæ, ſub pœna librarum decem Imperialium, & teneatur dictus puer, vel eius magiſter, pro eo, ſi dictus puer fuerit inhabilis, & non ſoluerit, pro intrata, libras duas Imperialium, tempore quo eum ſcribi fecerit. Et, quod nullus magiſter, aliquem famulum, domicellum, garzonum, puerum, vel laboratorem, qui cum alio magiſtro accordatus fuerit ad tempus, vtſupra, accipere poſſit, nec valeat illum, vltra dies tres, vtſupra, poſtquam facta fuerit ſibi per talem primum magiſtrum, debita notitia, de tali concordio ſuo, & requiſitum fuerit, quod illum excumiet. Alioquin, elapſo ipſo termino trium dierum, vt ſupra, teneatur ipſe ſecundus magiſter, ſi non excumiauerit realiter, & cum effectu, vt ſupra, ſoluere totum debitum, quod talis famulus, laborator, & vtſupra, habuerit cum eo primo magiſtro, occaſione bonorum denariorum, & rerum datarum per ipſum magiſtrum tali laboratori, famulo, & vtſupra. Item teneatur ſoluere pœnam appoſitam in inſtrumento accordi facti inter magiſtrum ipſum primum, & laboratorem, & vtſupra, & de ipſa pœna, credatur inſtrumento prædicto. Quodque etiam, teneatur ſoluere, dare & reſtituere ipſi magiſtro dictum debitum, vna cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, quæ proinde ipſi primus magiſter dederit & fecerit, ac paſſus fuerit. De quibus expenſis, damnis, & intereſſe, ſtetur declarationi & deciſioni præfatorum Dominorum Abbatum, & Conſulum, aut maioris partis eorum. Et vlterius ipſe ſecundus magiſter cadat in pœnam librarum decem Imperialium, quæ in totum perueniant in ipſam ſcholam.

Quod Abbas, & Conſules, & alij officiales, teneantur officium ſibi commiſſum aſſumere, & illud exercere. Cap. CIX.

SI aliquis huius ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis, electus fuerit in Abbatem, Conſulem, Syndicum, vel ad aliud officiũ, vel aliter pro vtilitate dictę ſcholæ, deputatus, & ordinatus fuerit, teneatur ipſam Abbatiam, & illud officium ſibi commiſſum, & vtſupra, acceptare, ſub pœna librarum decem Imperialium, applicanda ſcholæ prædictæ. Et vlterius teneatur etiam officium prædictum Abbatiæ, vel aliud quodcunque officium ſibi commiſſum, & vtſupra, acceptare, & illud exercere bene, rite, & fideliter ac ſollicite, iuſto impedimento, iuſtaque cauſa excuſationis, & defenſionis ceſſantibus, ſub eadem pœna, de quibus cauſa, & impedimento, vtſupra ſtetur declarationi, & cognitioni Abbatis, & aliorum officialium dictę ſcholæ, artis, & ſocietatis; aut maioris partis eorum.

De inquiſitionibus faciendis contra furantes aurum, & argentum, & alia pertinentia ad dictam artem, & ſcholam. Cap. CX.

ABbas, & Conſules dictę ſcholæ, poſſint, ac teneantur, & debeant inquirere, & procedere, & inquiſitionem facere, & fieri, & procedi facere contra omnes, & ſingulos de dicta arte furantes, vel aliter baratantes aurum, vel argentum, vel Zoias, vel aliud metallum, vel aliquam aliam rem pertinentem ad negotiationem dictę artis, & etiam cõtra receptatores de dicta arte, & ſchola, ſcientes talium furtorum, bonorum, & rerum furatarum, vel baratatarum, & eos punire, & condemnare, ſi culpabiles reperti fuerint arbitrio prędfatorum officialium, vel maioris partis eorum, & deinde tales condemnationes exigere, ſecundum quod eiſdem Abbati, & Conſulibus ac Syndicis ipſius ſcholę, aut maiori parti eorum videbitur, quę pœna, perueniat in prędfatam ſcholam. Et quod ſi talis culpabilis, & receptator, vtſupra, non ſoluerit pœnam, & condemnationem ſibi factam, ac damna, & intereſſe, illi cui furatum, vel vtſupra fuerit, & prout per eos, Abbatem, & vtſupra, pronũciatum fuerit, priuetur, & priuatus ſit ipſo iure, & facto, dicta arte, nec poſſit vlterius artem prędictam exercere, & tamen teneatur ad ſatiſdationem rei, vtſupra, baratatæ, vel furatę, & condemnationis vtſupra.

Quod quilibet, ad cuius manus peruenerit aurum, argentum, & ſimilia furata, teneatur illa notificare. Cap. CXI.

QVilibet de dicta ſchola, ſocietate, & arte Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, vtſupra, ad cuius manus peruenerit aliqua quantitas auri, argenti, zoię, vel alterius metalli, vel rei pertinentis ad dictam artem quam ſciuerit, vel crediderit fuiſſe furatam, teneatur & debeat, infra triduum ſub vinculo iuramenti, illam notificare Abbati, & Conſulibus dictę ſcholę, artis, & vtſupra, vel alicui eorum, & perſonam, à qua, talem rem habuerit, & etiam ſub pœna valoris rei, quam, vtſupra, non notificauerit, & librarum trium Imperialium qualibet vice dictę ſcholę applicanda, & ipſa, aurum, & argentum, & res furatę, vtſupra, reddantur illi, & illis, cuius, & quorum erunt. Et ſi non reperiretur ille, cuius bona ipſa eſſent, perueniant in dictam ſcholam.

Quod

Digitized by Google

Quod quilibet teneatur ire ad conſilium, & ad corpus, ſiue exequitas. Cap. CXII.

QVilibet dictæ ſocietatis, ſcholæ, ſeu artis, ſiue officialis, ſiue non teneatur venire ad conſilium, ad eorum oblationes, & ad exequias cadaueris cuiuslibet magiſtri apothecæ, & etiam aliorum, de eorum familia, ſi & prout requiſitum fuerit, & ad ea omnia, ad quæ fuerit requiſitus, per Abbatem, Conſules, aut ſeruitores dictæ ſcholæ, ſeu artis, vel per aliquem alium nuncium, vel per aliquem ipſorum, ſub pœna, qualibet vice, ſoldorũ duorum Imperialium, & cuilibet officiali dictæ ſcholæ, ſoldorum trium, pro qualibet vice, quam pœnam, Abbas, & Cõſules teneantur ſtatim exigere, ſub eadem pœna, de ſuo proprio ære danda, & ſoluenda in continenti, ſine vllo remedio, quę pęnæ perueniant in præfatam ſcholam.

Quod quilibet, de dicta ſchola, arte, ſeu ſocietate, teneantur obſeruare præcepta Abbatis, & Conſulum. Cap. CXIII.

QVilibet, de dicta ſchola, arte ſeu ſocietate, teneantur obſeruare, & exequutioni mandare omnia præcepta Abbatis, & Cõſulum, ac Syndicorum, & ſuorum nũciorum, & ſeruitorum, de ſpectantibus & pertinentibus ad ipſam artem. Et qui contrafecerit, componat dictæ ſcholæ, arti, ſeu ſocietati pœnam ſibi iniunctam, de qua imponetur, quæ non ſit maior ſoldis decem Imperialium, incontinenti, dummodo tale præceptum fiat occaſione dictę ſcholæ, ſeu artis, & dependentium abinde, & de eo facta ſit relatio, ſiue oretenus, ſiue in ſcriptis per ſeruitorem, ſiue nũciũ dictæ artis, quam quidem pœnam, Abbas, & Conſules prædicti poſſint impune exigere, etiam per pignorum derobationem, ita tamen, quod per præſens ſtatutum, & ordinamẽtum, non fiat, nec factum ſit aliquod præiudicium ſtatutis prædictis, & contentis in eis, imo ipſa in robore ſuo permaneant.

De fide adhibenda Abbati, & Conſulibus. Cap. CXIV.

FIdes adhibeatur Abbati, & Conſulibus, & Syndicis, & cuilibet eorum nuncio, vel ſeruitori, & eorum, aut alicuius eorum relationi, & credatur cum iuramento de omni eo, quod dixerint vidiſſe, inueniſſe de die, ac nocte factum fuiſſe, per aliquem dictæ ſocietatis, contra ſtatuta, & ordinamenta dictæ ſocietatis, ſine aliqua probatione teſtium, item credatur relationi ſeruitoris, vel Nuncij dictæ artis, & ſcholæ, quorumcunq; præceptorum citationum oretenus, & in ſcriptis factarum, & aliorum omnium quæ fient de mãdato præfatorum Dominorum, Abbatis, Conſulum, & Syndicorum, abſq; alia probatione.

Quod Abbas, & Conſules exigant condemnationes ante exitum eorum officij. Cap. CXV.

ABbas, & Conſules dictæ ſcholæ, ſocietatis, ſeu artis antequam exeant de ſuo regimine, ſeu officio, debent facere, atque feciſſe, omnes condemnationes, ac eas exigere, & exigi facere, quæ per eos fient, dum tamen ſint exigibiles, & quæ perueniant in ſcholam prædictam.

Quod ſi aliquis receperit iniuriam, pro negocijs dictæ artis, debeat per ſcholam reſtaurari. Cap. CXVI.

SI aliquis, vel aliqui dictæ ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis ſuſtinuerit aliquod damnum, vel iniuriam contra ius faciendo, vel gerendo negocia dictæ ſocietatis, artis, ſeu ſcholæ, quod dicta ſocietas, ars ſeu ſchola, teneatur de ære dictę ſocietatis dare ipſi ſuſtinenti, vel ſuſtinentibus damnum, vel iniuriam, completam reſtitutionem laboris, & impedimenti, per eum, vel eos paſſi.

Quod aliquis non poſsit pro eo, aliquem alium mittere ad conſilium. Cap. CXVII.

ALiquis dictæ ſocietatis, artis, ſeu ſcholæ, ſi fuerit requiſitus ad conſilium ipſius ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis, vt ſupra, non poſſit mittere aliquem pro eo, ad illud cõſilium, niſi fuerit frater, vel filius, vel nepos legitimus, & idoneus, vel ſocius, ad gerendum dictam artem cum eo, & niſi ille talis, qui venerit ad dictum conſilium, ſit maior annis viginti, ſub pœna ſoldorum decem Imperialium cuilibet contrafacienti, qualibet vice, quæ perueniat in dictam ſcholam.

De verbis iniurioſis. Cap. CXVIII.

SI aliqua perſona dictæ ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis dixerit aliquod verbum iniurioſum Abbati, Conſulibus, Syndicis, Canepario, & Notario dictæ ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis, vel alicui eorum in exercendo eorum officium, cõdemnetur per ipſos Abbatem, & Conſules, & pro condemnato habeatur ille talis, in libris tribus Imperialium, pro qualibet vice. Si vero ſeruitori eorum, in libra vna Imperialium, & ſi quis inſultum fecerit, contra eos, vel aliquem eorum abſque armis in libris quinque Imperialium, & ſi cum armis, in libris decem Imperialium, & ad prædictas condemnationes ſoluendum compellantur, ſine aliqua commiſſione facienda, quæ pecuniæ perueniant in præfatam ſcholam, vt ſupra. Et vlterius ille, vel illi, qui dixerint, fecerint, vel commiſerint prædictas iniurias, & inſultus, vt ſupra, vel aliquam earum, puniantur per poteſtatem Mediolani, & eius Iudices, ſecundum formam præſentium ſtatutorum, & etiam ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum Communis Mediolani, & illi, qui paſſi fuerint, pro prædictis, vel aliquo prædictorum ſuſtineantur, per dictam ſcholam, artem, ſeu ſocietatem, de ęre ipſius ſcholę, ſeu ſocietatis.

De penſis, Balancijs, & marchis inquirendis, per officium, & ſeruitores. Cap. CXIX.

QVoniam, per retroacta tempora, officiales, & ſeruitores dictę ſcholę artis, ſeu ſocietatis, conſueti ſunt inquirere, & inquiri facere, per ipſam artem, & alia loca, quoſcunque contrafacientes, & artem prædictam, aurum, argentum, & alia pertinentia ad ipſam artem, falſificantes, aut in minori bonitate, quam eſſe debeat, facientes, & excludendo fraudes, & inſidias malarum perſonarũ, ſtatuitur, quod pręfati Abbas, Conſules, Syndici, & alij officiales, dictę ſcholę, artis, ſeu vt ſupra, ac ſeruitores, & Nũcij eorum poſſint, & valeant etiam ſecundum eorum conſuetudines, & vſus conſuetos, & propria authoritate, & impune, quęlibet locum, & quamlibet domum, cuiuslibet, de dicta arte, intrare, ad inquirendum tales contrafacientes, & falſificantes, vt ſupra, & vt ſupra, & quęlibet, aurum, argentum, & alia quęlibet, ad prędictam artem ſpectantia, tochare, ſagiare, ponderare, & marchos, balancias, & alia pondera, videre, & aiuſtare, & quod ſi repertus fuerit aliquis de dicta ſchola, ſeu arte, contrafaciens, & fraudans dictam artem, tam in vendendo vnam rem, pro alia, & aurum, & argentum de vna liga, & vna bonitate, pro vna alia, vel aliud metallum minus bonum, pro vno alio metallo meliori, & etiam vtens aliquibus Balancijs, ponderibus, & alijs inſtrumentis, in dicta arte minus veris, & iuſtis, & non ſigillatis, ſeu bullatis, per ipſos Abbatem, & Conſules, & ſeu de ſigillo, bullo, vel ſtampo dictę ſcholę, & artis, ſeu vt ſupra, condemnetur, per ipſos Dominos Abbatem, & Conſules, in ſoldis viginti Imperialium, pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, a dictis ſoldis viginti infra, attenta rei, & negocij qualitate, & plus, attenta qualitate rei, & conditione perſonarum, arbitrio ipſorum Abbatis, ac Syndicorum, vel maioris partis eorum. Et quod aliquis Iudex, & officialis, de cętero non poſſit, nec valeat, ſeu aliqualiter intromittere de prędictis, nec ipſi de dicta ſchola, arte, ſeu ſocietate, pręſentes, & futuri, teneantur, nec obligati ſint, eorum tales Balancias, marchos, pondera, nec aliqua alia eorum inſtrumenta, ad dictam artem pertinentia, bullari, nec ſignari facere,

Digitized by Google

facere, per aliquem Iudicem, vel officialem præſentem, nec futurum, niſi prout temporibus retroactis, obſeruatum eſt, circa præmiſſa. Cui obſeruationi, per præſens ſtatutum, nullo modo intelligatur eſſe derogatum, ſed ipſi Abbas, & Conſules ſoli in prædictis ſint Iudices, & officiales, quibus merito, tale negotium tangit, & tangere debet, tanquam in ipſo melius expertis, cum ſit ars diſſimilis ab alijs, & eorum pondera ſint ab alijs diſſimilia, & hæc omnia non obſtantibus aliquibus ſtatutis, decretis datis, & reformationibus factis. Et quod aliqui alij officiale, Ciuitatis, & Ducatus Mediolani præſentes, & futuri, non poſſint, nec valeant de prædictis ſe intromittere, ſicuti per retroacta tempora, etiã conſuetum fuit, & hoc tamen, tantum reſpectu rei ciuilis.

De præceptis & proceſsibus. Cap. CXX.

OMnia præcepta, omniſque proceſſus, & omne ordinamentum factum, & faciendum, & omnes condemnationes ſcribantur in libro dictæ ſcholæ, ſocietatis, ſeu artis.

Quod Abbas, & Conſules, habeant bailiam puniendi. Cap. CXXI.

ABbas, Conſules, ac Syndici dictæ ſocietatis præſentes, & futuri, habeant poteſtatem, & bailiam prouidẽdi, ordinandi, examinandi, & declarandi omnia, & ſingula ea, quæ voluerint, & eidem videbuntur fore vtilia, & neceſſaria dictæ ſocietati antiquæ, dummodo ſint circa artẽ prædictam, & inter ipſos, de dicta arte, vtſupra, ac etiam condemnandi, & puniendi. Et quod quicquid per eos Abbatem, & Conſules, ac Syndicos, vel maiorem partem eorũ, in prædictis, prouiſum, ordinatum, & declaratum fuerit, ac condemnatum, & punitum valeat, & teneat, & obſeruari debeat & exequutioni mandetur, per quoſcunque dictæ ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis, in omnibus, & per omnia, prout ſi ... abatur, ac ſi per totam ſcholam, artem ſeu ſocietatem, & vniuerſitatem aurificum, & fabrorum ordinatum, & prouiſum eſſet. Et ac ſi prouiſiones, ordinationes condemnationes que quę per eos, vtſupra, fient, eſſent comprehenſę in volumine pręſentium ſtatutorum.

De robatione. Cap. XXII.

SI contigerit aliquem dictę ſocietatis derobari, occaſione alicuius condemnationis, vel taleę, vel aliqua alia occaſione, nomine dictę ſcholę, artis, ſocietatis, vel ad petitionem Abbatis, & Conſulum, teneatur, & debeat ille taliter derobatus, exigere, & recuperare, res ſibi derobatas, vtſupra, infra menſem vnum, proxime futurum, poſtquam derobatę fuerint. Alioquin elapſo termino dicta pignora, ſeu res, vendi poſſint per ipſos Abbatem, & Conſules, vel eorum officiales, nomine dictę ſcholę, artis, ſeu ſocietatia abſque aliqua denuncia, ſibi de robato facienda, nec eo caſu teneatur ad reſtitutionem dictorum pignorum, & rerum. Saluo quod teneantur ſuperfluum precij talium rerum, deducto eo, cuius occaſione derobatum fuerit, vt ſupra, & deductis expenſis proinde factis, reſtituere tali derobato, cuius talis res, & tale pignus erat. Et hęc omnia, aliquibus in contrarium non obſtantibus.

Quod nullus audeat conqueri. Cap. CXXIII.

NVllus de dicta arte audeat, nec pręſumat conqueri, nec querelam facere, vel portare coram aliquo iudice, vel Vicario, Pretore, Conſule, Officiali, vel Iuſdicente in Ciuitate Mediolani, vel alibi. Saluo coram pręlibato Domino, Domino Mediolani noſtro, de aliquo, vel aliquibus pręceptis, condemnationibus, mulctis exequutionibus, & robationibus factis, & in futurum faciendis de aliqua re, vel aliqua occaſione, dum facta fuerint ſecundum formam ſtatutorum dictę ſcholę, artis, ſeu ſocietatis, ſub pœna conquerenti, ſeu querelam mouenti, & facienti, ſolidorum ſexaginta Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, ſoluendorum Canepario dictę ſcholę, artis, ſeu ſocietatis, et ſcholę prędictę.

Quod Abbas, Conſules, & Officiales poſſint intrare domos, &c. Cap. CXXIV.

ABbas, Conſules, & Syndici, præſentes, & futuri, poſſint & valeant ire, & intrare, ac mittere eorum officialem in quacunq; domo, habitatione, hoſpitijs, & in loco hominum, & perſonarum exiſtentium de dicta arte, pro inquirendo contrafacientes & falſificantes aurum, & argentum, & de vendentibus, & vendere facientibus aurum, & argentum falſum, ſeu minus bonum, & de vna liga, pro vna alia, & non vnum pro vno vel aliter fraudantibus, ſeu fraudare nitentibus perſonas in vendendo, & fabricando aurum, & argentum nouum, vt infra, atque puniendi, & condemnandi quoſcunque contrafacientes, & falſificantes, prout in præſentibus ſtatutis continetur. Saluo, quod ſi ille, qui repertus fuerit habere, vel tenere, aut vendere, vel aliter vti quouis modo, auro, & argento falſo ſeu minus bono, vt ſupra, & vt ſupra, nominauerit, & conſignauerit perſonam, a qua talea, aurum, & argentum habuerit, quod eo caſu, ſit ipſe liberatus, & contra eum aliqualiter procedi non poſſit, ſed eo caſu procedatur contra talem conſignatum, & puniatur, vt ſupra, niſi docuerit iuſtam cauſam defenſionis, & hoc tamen niſi & ipſe criminis, aut doli particeps fuerit, & vlterius poſſint & valeant, ipſa aurum, & argentum accipere, & exportare, & de eo diſpenſare, prout eiſdem placuerit. Et hæc omnia, tute, libere, & impune, aliquibus in contrarium facientibus, non attentis. Et prædicta locum habeant in auro, & argento, de nouo fabricato, & in nouis laborarijs poſito, & non aliter.

Quod ſi quis, aliquid commiſerit contra ſtatuta, illa quæſtio cognoſcatur per Abbatem, & Conſules dictæ ſcholæ. Cap. CXXV.

SI aliqua perſona de dicta arte, ſeu ſchola accuſaretur commiſiſſe contra ea, quæ ſcripta ſunt in præſentibus ſtatutis, vel aliquo, vel aliquibus eorum, quod illa quæſtio debeat cognoſci, examinari, & terminari, ſeruata tamen forma, præſentium ſtatutorum, per Abbatem, & Conſules dictæ artis, ſcholæ, ſeu ſocietatis, aut per maiorem partem eorum, qui Abbas, & vt ſupra, poſſint, & valeant procedere, cognoſcere, & terminare talem cauſam, & quæſtionem, ſeu cauſas, & quęſtiones, & etiam pronunciare, & condemnare quemlibet contrafacientem, & talem condemnationẽ exigere, & perueniat, vt in præcedenti ſtatuto continetur, & hoc tute libere, & impune, vt ſupra.

Qnod nullus Abbas, Conſul, nec Caneparius audeat facere aliquam expenſam. Cap. CXXVI.

NVllus Abbas, Conſul, nec Caneparius audeat, nec præſumat facere aliquam expenſam, nec promiſſionem ſine conſenſu Abbatis, Conſulum, Syndicorum, & Caneparij dictę ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis, vel maioris partis eorum, niſi circa ea, quę pertinent ad altare ſancti Elegij, & ad ſacerdotes ipſius altaris, nec non ad annualia, & Eleemoſynas obligati, & obligata, quæ fieri poſſint per Syndicos, & per Canepariam dictæ ſcholę artis, ſeu ſocietatis.

Quod nullus poſsit habere in libro, niſi vnũ ſignum. Cap. CXXVII.

NVllus de dicta arte audeat tenere in libro ſignorũ dictę artis, nec in apotheca, vltra vnum ſignum, neque ponere in libro, nec in apotheca, aliquod ſignum, contrafaciens ſigno alicuius alterius perſonæ, ſub pœna librarum viginti Imperialium, cuilibet contrafacienti, applicanda, vt ſupra, nec tenere aliquod ſignum, niſi ſit in libro.

Quod Vniuerſitas ſcholæ poſsit remittere pœnas. Cap. CXXVIII.

VNiuerſitas dictæ ſcholæ, artis, ſeu ſocietatis, aut maior pars eorum, poſſit, & valeat remittere omnes pœnas,

Digitized by Google

nas, & condemnationes, ac libere abſoluere quemlibet, & quælibet bona, à qualibet pœna, ac condemnatione, factis, per Abbatẽ, & Conſules dictę ſcholę artis, & vt ſupra.

De pęnis applicandis ſcholæ prædictæ tantũ. Cap. CXXIX.

OMnes pœnę perueniant in præfatam ſcholam, quia ex omnibus inrratis dictæ ſcholæ fiunt quotidie duæ miſſę ad altare ſancti Eligij, & reſiduum diſpenſetur pauperibus Chriſti deductis tamen expenſis, quę contingent fieri, occaſione, & pro vtilitate dictę ſocietatis.

Quod vnus faber cum vno Conſule, & vno Syndico, poſsint inquirere domos officialium contrafacientium dictæ artis. Cap. CXXX.

SI aliquis ex officialibus dictę ſcholę, artis, ſeu ſocietatis contrafecerit, ſeu tentauerit contrafacere in tenendo, vendendo, & ſeu faciendo, vel fieri faciendo aurum, & argentum. quod quilibet magiſter dictę ſcholę, ſeu artis, poſſit, & valeat cum vno conſule, & vno Syndico inquirere & inquiri facere contra ipſum talem officialem contrafacientem, ſeu de quo eſſet ſuſpectus contrafaciendi, vt ſupra, & intrare domum & apothecam talis officialis, vt ſupra, & quod ſi repertus fuerit in aliqua falſitate, & dolo, eo caſu, poſſit, & valeat condemnari, & puniri, prout in ſtatuto incipiente, item quoniam per retroacta tempora, continetur per Abbatem, & Conſules, ſeu per maiorem partem eorum.

De pęna ponentis vitrum, aut lapidem, vel aliquid aliud contrafactum in aliquo auro. Cap. CXXXI.

VItrum cryſtallum, dupla, nec lapis contrafactus alligetur in auro ſub pœna librarum, quinquaginta Imperialium, & plurium, & pauciorum, arbitrio Abbatis, Cõſulum, & Syndicorum dictę artis, ſeu ſcholę, inſpecta qualitate facti, & perſonarũ, qualibet vice, quod quidem non intelligatur in annulis, vel alijs operibus argenti, & quod ſi aliquis contrafecerit, tribus vicibus, in prędictis, quod eo caſu priuetur, & cancelletur dicta arte, & ſchola, & de cętero non poſſit laborare, nec laborari facere in dicta arte aurificum, & fabrorum, & vltra, ſi repertus fuerit in & de dicta arte laborare, quod eo caſu puniatur, qualibet vice, in libris 50. Imper. & vlterius amittat opus. Et quod nullus magiſter poſſit dare ſibi ad laborandum, nec ipſum receptare in aliqua apotheca, & loco, ſub pœna totidem librarum 50 Imper. qualibet vice, nec affictare aliquam partem apothecę.

Quod nullus poſsit facere annulum, niſi habeat lapidem in eo apponendum, & illum apponat. Cap. CXXXII.

NVllus de dicta arte, ſeu ſchola poſſit, nec valeat facere aliquem annulum auri, pro apponendo in eo aliquo lapide cuiuslibet maneriei, & formę, niſi talis magiſter eo tunc habeat talem lapidem apponendum in eo, & eum lapidem ipſemet magiſter in eo alliget, ſub pæna librarum quinquaginta Imperialium, qualibet vice, & plurium, & pauciorum, ut ſupra, & ſi repertus fuerit per aliquem de dicta arte fuiſſe, quouiſmodo, & titulo, datus, factus, uel uendius aliquis annulus, ut ſupra, ſine lapide in eo alligato quod cadat, et cecidiſſe intelligatur in pęnam prędictam.

DE EODEM. Cap. CXXXIII.

ARamen, Aurichalchum, nec aliquod opus araminis, & aurichalchi, non poſſint deaurari, nec argentari, niſi à parte inferiori, et ſeu de aduerſo appareat, et demonſtretur, ac cognoſcatur ipſum opus eſſe, quod eſt, nec ſuper eis apponi aliquod ſmaltizolum argenti ſmaltati, et amellati, ſub pœna librarum trium Imperialium, & plurium, & pauciorum, arbitrio Abbatis, & Cõſulum, vt ſupra, ſaluo quod poſſint deaurari, & inargentari tremolantes ab vtraque parte, dummodo magieta, ſuper qua erit alligatus tremolans, non ſit deaurata, nec argentata, ſub pęna, vt ſupra.

De pęna vendentis, vel pignorantis opus Araminis, vel aurichalchi, pro opere auri, vel argenti. Cap. CXXXIIII.

SI quis aliquod opus araminis, vel aurichalchi deauratum, vel deargentatum vendiderit, vel pignorauerit, vel nominauerit, vel appreciauerit pro volendo vendere vel pignorare, pro opere auri vel argenti, condemnetur in libris ducentum Imperialium, & plurium, & pauciorum arbitrio, vt ſupra. Et vlterius priuetur dicta arte, nec ea vti vlterius poſſit, ſub pęna contenta in ſtatuto incipiente, item ſtatuerunt, quod vitrum Cryſtallum, dupla, nec lapis contrafactus, &c.

DE EODEM. Cap. CXXXV.

ITem, quod nullus faber, nec aliqua alia perſona cuiuſcũque ſtatus, & conditionis ſit, poſſit, nec valeat aliquam monetam argenti, aurichalchi, nec araminis, cum foramine, nec ſine ſub pęna ducati vnius auri, & in auro, pro qualibet petia, qualibet vice, applicanda dictę ſcholę, & vlterius incidantur.

Quod nullus poſsit plantare apothecam. Cap. CXXXVI.

NVllus poſſit, nec valeat de cætero plantare, nec facere aliquam apothecam à magiſtro, in & pro dicta arte, niſi prius practicauerit per annos octo, ante plantationem ipſius apothecæ, & ipſam artem continue & vt ſupra, per dictum tempus exercuerit. Et quod tempore quo, & quando ipſam apothecã pro ſe fecerit, vt ſupra, teneatur ſoluere florenos decem auri, valoris ſoldorum triginta duorum Imperialium pro floreno, dictę ſcholæ, & antequam ponat banchum, vel apothecam, habeat licentiam, in ſcriptis à ſupraſcriptis officialibus.

Quod fures, & vſurarij poſsint priuari arte aurificum, & fabrorum. Cap. CXXXVII.

DOminus Abbas, Syndici, & Conſules de dicta vniuerſitate, arte, & ſchola, & ſeu maior pars eorum poſſint, & valeant priuare quoſcunque de dicta vniuerſitate, arte, & ſchola, fures, & vſurarios, ipſa arte, & ſchola, ac beneficijs eorum, ita, & tali modo, quod de cætero vti non poſſint arte ipſa, nec in ea ſe exercere, nec operari, nec beneficijs prærogatiuis, & priuilegijs dictæ artis gaudere, nec vti, & ad eã quomodolibet pertinentibus, & vltra, etiam ſub pœna, quę eiſdem Domino Abbati, Syndicis, & Conſulibus, & vt ſupra placuerit, & videbitur, in quam incurrant, & incurriſſe intelligantur quotieſcunque reperti fuerint ſe aliqualiter de ipſa arte intromittere, poſtquam priuati fuerint arte prædicta, vt ſupra aliquibus in contrarium facientibus, nõ obſtantibus.

Quod falſificantes ferra, & ſtampos dictæ artis, & eis ſcienter vtentes poſsint priuari dicta arte, & proinde puniri. Cap. CXXXVIII.

ABbas, Syndici, & Conſules de dicta Vniuerſitate, arte, & ſchola, ſeu maior pars eorum, poſſint, & valeant procedere, & procedi facere contra quoſcunque falſificantes, & facientes falſificari aliqua inſtrumenta ſtampos, vel ferros dictæ artis aurificum, & fabrorum, & ad ipſum pertinentia, & ſpectantia, & etiam contra quoſcunque vtẽtes, & vti facientes talibus inſtrumentis, ſtampis, & ferris, & eos omnes, tam facientes, & falſificantes, & vt ſupra, quam

etiam

Digitized by Google

etiam vtentes, & vt ſupra priuare, ipſa arte, atque beneficijs, commoditatę, prærogatiuis ipſius artis, & ad ipſam ſpectantibus, & eos etiam proinde punire, & condemnare, illis modo, & forma, ac pœnis, & condemnationibus, quibus eiſdem Domino Abbati, Syndicis, & Conſulibus, & ſeu vt ſupra, placuerit, & alia omnia in præmiſſis, & circa præmiſſa expedientia, & ab eis dependentia facere quæ eiſdem Domino Abbati, Syndicis, & Conſulibus, & vt ſupra, placuerit, & videbitur. Et hæc omnia, tute, libere, & impune ſtatutis, decretis, & ordinamentis in contrarium facientibus non attentis.

Quod nulla perſona dictæ artis præſumat alligare lapillos vitreos, vel cryſtallinos. Cap. CXXXIX.

NVlla perſona dictæ artis in ciuitate, vel Ducatu Mediolani, audeat vel præſumat lapillos vitreos, & cryſtallinos, vel aliquos alios lapillos adulterinos in auro alligare, ſub pœna librarum centum Imperialium, pro qualibet vice, cuilibet contrafacienti, cuius pœnę tertia pars applicetur, ipſo iure, accuſatori contrafacientium, vbi contrafacientes reperti fuerint in ciuitate Mediolani, vel eius Ducatu, & alię duæ partes applicentur ſcholæ aurificum Mediolani, quæ duæ partes erogentur pauperibus, per Abbatem, & Syndicos ipſius ſcholæ, & ſi reperti fuerint contrafacientes in alijs ciuitatibus, vel locis extra Ducatum Mediolani, ſeruentur conceſſiones Ducales.

DE EODEM. Cap. CXL.

SI inueniantur aliquæ ligaturæ in auro contrafactæ, & adulterinę penes aliquem dictæ artis, vel penes mercatorem iocalium, poſſint ipſæ ligaturæ tolli per ipſum Abbatem, & vlterius poſſit, & valeat ipſe Abbas, ipſos ex dicta arte, & ipſos mercatores condemnare, eo modo ac ſi ipſi cōtrafeciſſent tales ligaturas, & etiam, vbi penes ipſos, vel aliquem ex ipſis inueniretur aliquis lapillus falſificatus alligatus auro, poſſit ipſe Abbas, eos tollere, & frangere, ac mulctare, & condemnare illos, penes quos reperti fuerint ipſi lapilli falſi, in pœna prædicta applicanda, prout in præcedenti ſtatuto continetur.

DE EODEM. Cap. CXLI.

SI aliqua iocalia falſa inueniantur ligata in auro, tam in dicta arte, quam ad domum, & apothecam fœneratorum, & quamlibet aliam perſonam, ea tenendo, & vendendo, ipſi tales, in eandem pœnam, de qua in pręcedenti ſtatuto ſit mentio, cadant, modo tales perſonæ fœneratores, & paterij ſint, qui veriſimiliter cognoſcere potuerint qualitatem dictorum iocaliũ, & quando aliquæ ex prędictis perſonis eſſent, quæ cognitionem ipſorum iocalium non haberent, teneantur tamen, omni caſu, omnes penes quos reperta fuerint aliqua iocalia falſa venialia, ligata in auro, propalare à quibus ea habuerint, aliter cadant in pœnam, de qua ſupra, applicandam, vt ſupra, etiam ſi peritiam de his non haberent, vt ipſi, qui ea iocalia falſa vendenda tradiderint, eadem pœna, de qua ſupra, applicanda, vt ſupra, ac ſi cognitionem de ipſis iocalibus haberent, vt ſupra, incurrant.

DE EODEM. Cap. CXLII.

SI penes aliquem nobilem, & ciuem, & aliam perſonã, exceptis illis, quę ſunt conditionis, in pręcedentibus ſtatutis memoratæ, inueniantur aliqua iocalia, in auro contrafacta, & adulterina, poſſint à prædictis Abbate, Conſulibus, & Syndicis frangi, & ipſi nobiles, & perſonæ prędictæ, amittant ipſum aurum vbi alligati fuerint ipſi lapilli adulterini. Et medietas dicti auri applicetur accuſatori, & altera medietas dictæ scholę, & hoc caſu, quo cognoſcent vitium dictorum iocalium illi, qui ea penes ſe habuerint, teneantur tamen, etiam ſi bona fide penes ſe ea habuerint, indicare a quibus eis data fuerint, vt pœna plecti poſſint, de qua ſupra, ſi in dolo fuerint, aliter, ſi non indicauerint, cadant in pœnam, de qua ſupra, applicandam pro tertia parte accuſatori, & pro alijs duabus partibus dictę ſcholę.

De transfilatoribus argenti aureati. Cap. CXLIII.

NVllus Transfilator argenti aureati poſſit, nec debeat transfilare, nec dare aliquo modo alicui argentum aureatum tantę groſſitudinis, ex quo poſſint fieri cathenę, vel aliud opus fraudulosum. Et ſi contingeret & neceſſarium fuiſſet transfilare, & dare alicui, hoc poſſint, dummodo fiat cum licentia officialium ſcholę, et artis aurificum, et pro qua licentia, nil ſoluatur dictis officialibus, aut ſcholę, et qui contrafecerit, cadat in pœnam ducati vnius auri, et in auro ipſo facto, qualibet vice, qua contrafactum fuerit, quæ pœna applicetur pro medietate dictæ ſcholæ, et alia medietas communi Mediolani, et accuſatori æqualiter.

De Aſſagiatoribus, & bullatoribus. Cap. CXLIV.

NOn poſſint aſſagiatores ciuitatis, et Ducatus Mediolani, habere duo officia, videlicet, aſſagiandi, et bullandi bullo ſancti Ambroſii, ad hoc ne poſſit committi aliqua fraus, et quod officialis deputatus per Syndicos ſcholæ, ſiue artis aurificum ad bullandum dicto bullo ſancti Ambroſii, teneat cunctum argenti bullati, et Bullandi, et iuret in manibus Abbatis, et Conſulum, ſiue maioris partis, eorum officium bullandi, fideliter, et iuſte exercere, et nullus alius poſſit bullare bullo ſancti Ambroſii, niſi duntaxat ille, qui erit deputatus per Syndicos, aut maiorem partẽ eorum, vt ſupra.

DE EODEM. Cap. CXLV.

ASſagiatores ſint ſub iuriſdictione dictæ ſcholę, et artis, reſpectu duntaxat aſſagiorum, et in hoc non comprehendantur Aſſagiatores monetę, ſeu zechę Ducalis, reſpectu Aſſagiorum ipſius monetę, ſeu zechę tantum.

DE EODEM. Cap. CXLVI.

NVllus de dicta ſchola, ſeu arte, poſſit, nec debeat bullare bullo ſuę apothecę, aliquod opus ataminis, aurichalchi, uel alterius operis contrafacti, ſub pœna ducatorum vigintiquinq; auri, et in auro, applicandorum pro medietate ſcholę, ſeu arti, vt ſupra, et pro alia medietate communi Mediolani, et accuſatori ęqualiter.

De vendentibus argentum ad minorem bonitatem Aſſagiorum. Cap. CXLVII.

VEndentes argentum ad Aſſagium, teneantur manu tenere argentum, eius bonitatis, qua factum fuit, et Aſſagium, et ſi contrafactum fuerit, tales vendentes, teneantur ſtare correctioni Syndicorum ipſius artis, ſiue maioris partis ipſorum.

DE EODEM. Cap. CXLVIII.

ABbas, Conſules, et Syndici dictę artis habeant poteſtatem, et bailiam inquirendi, procedendi, condemnandi, et mulctandi contra omnes, et ſingulos contrafacientes, ac etiam exequendi, et exequutiones reales, et perſonales fieri faciendi, pro omnibus, et ſingulis, de quibus in ſuprascriptis ſtatutis ipſius artis continetur.

De

Digitized by Google

DE EODEM.
Cap. CXLIX.

OMnes inſidicentes in ciuitate, et Ducatu Mediolani, teneātur, et obligati ſint, quodlibet auxiliū, iuuamē, et fauorē ipſis Abbati, Cōſulibus, et Syndicis pro pertinētibus ad eorum artem, ſecundum formam ſtatutorum fabrorum, et aurificum ciuitatis, et Ducatus Mediolani, prout, et ſicut per eos requiſitum fuerit, dare, et præſtare.

RVBRICA GENERALIS.

De officio, & poteſtate Dominorum Protectorum, ſeu defenſorum carceratorum Mediolani, & de carcerum cuſtodibus, & de ſatiſdatione ſuperſtitum carcerum.
Caput CL.

ET quorum Dominorum Protectorum nomina ſunt hęc videlicet.

VENERABILIS VIRI DOMINI

Presbyter Ioānes de Lignacijs.
Presbyter Mattheus de Boneſiis.

MAG. DOCTORES DOMINI

Alexander Archintus.
Ludouicus Moreſinus.
Io. Baptiſta Panigarola.
Hieronymus Montius.
Io. Baptiſta Pechius primus in ordine.

PROCVRATORES.

Io. Philippus Carpanus.
Hieronymus Terzagus.
Marcus Beaqua.
Io. Stephanus Villa.
Franciſcus Vergus.

CIVES MEDIOLANI.

Io. Angelus Porrus.
Marcus Craſſus.
Aluyſius Cittadinus.
Ludouicus de Comite.
Baldeſſar Capra.

a ET quorum Protectorum nomina ſunt hęc] Protectores hi olim munus habebant perpetuum, nunc autem biennale, quorum duo Clerici hi eligantur à Curia Archiepiſcopali, ſed hos nunquam vidi in congregatione quinq; Doctores eligantur à Vener. Collegio noſtro, ſed alter is annis vt ſemper aliqui ſuperſint informati quinque cauſidici à Collegio Dominorum Notariorum, quinque autem nobiles à Domino vicario, & duodecim prouiſionum, qui omnes à Senatu approbantur, vt late cauetur ex ordine Senatus anni 1534. die 30. Nouembris.

De electione Dominorum Protectorum.
Cap. CLI.

STatuitur, quod ſi contingat aliquem, vel aliquos ex dictis Dominis protectoribus a deficere, b vel ſe ab officio abſentare, vel ex alia cauſa, nolle vel non poſſe officium exercere, præfati Domini Protectores, vel maior pars eorum, & qui per tempora erunt, debeant c nominare ſacro Senatui Mediolani alium, vel alios ſubrogandos, loco deficientis, ſeu deficientium, prout eis dominis protectoribus melius videbitur. Et qui eligendi & vt ſupra, habeant eandem poteſtatem, prout habent alij protectores. Et tales poſtquam deputati & electi fuerint, d deſcribantur ad officium ſtatutorum, & intelligantur deputati, & electi, eo ipſo, quod reperiantur deſcripti in libris, ad dictum officium ſtatutorum.

a Deficere] Etiam per obitum, hodie durante biennio.
b Vel ſe ab officio abſentare] Diu ab futuris.
c Nominare] Hęc nominatio ſeu potius electio fit per ſuffragia ſecreta conuocata congregatione pluribus nominatis, & is dicitur electus, qui præualet ſuffragijs.
d Deſcribantur ad officium ſtatutorum] Hoc non ſeruatur hodie, ſed approbatio Senatus remanet in manibus Cācellarij memoratorum Dominorum protectorum.

De viſitatione carceratorum.
Cap. CLII.

PRæfati Domini Protectores, vel ſaltem duo ex eis ſaltem a ſemel omni hebdomadæ, debeant viſitare carceres, & carceratos Ciuitatis Mediolani, & eorum carceratorum b habeant protectionem, & defenſionem, & intelligant cauſas detentionum, ipſorum carceratorum. Et ſi cognoſcent, vel reperient aliquos c ex dictis carceratis fuiſſe d minus legitime detentos, vel non poſſe retineri, e eos relaxari faciant, ac ordines, & ſtatuta concernentia fauorē ipſorum carceratorum ſeruari faciant, & ſi quis aliquem f indebite, vel iniuſte, detineri fecerit, cogatur ad ſolutionem omnium expenſarum, g ipſo facto, h & ſine proceſſu, i ad arbitrium ipſorum Dominorum protectorum.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati pro debiti an ſint infames.*
2 *Rititudo, & rectitudo capturæ, quæ ſit & ad quos pertineat cognoſcere. ſuper eis nu. 3. & 4.*
5 *Cuſtos Carcerum non poſſit relaxare detentum ſine licentia Iudicis*
6 *Mandatum inquiritur imputantur relaxari carceratum pro debito.*
7 *Captura nulliter conceſſa an poſſit confirmari.*
8 *Capiens vel capum faciens debitorem in loco in quo non ſortiebatur forum an ammittat cauſam, & patiatur actionem iniuriarum.*
9 *Clauſula & ſine proceſſu tollit appellationem.*
10 *Clauſula, ad Arbitrium talis an tollat appellationem.*

a SEmel omni hebdomadę] Hodie quotidie viſitantur, diſtributis prouincijs inter eos Dominos protectores, ſed ſemel in hebdomadę die veneris fit viſitatio generalis, & congregatio inter eos in dicto loco malæ manſionis, pro multis peragendis.

b Habeant protectionem] Ad hunc etiam effectum anno 1546 die vltimo Ianuarij ſtatuit Senatus per literas patentes, inſtrumenta, quæ fiunt per carceratos, nulla adſint duo protectores, & ſint rogata per Notarium Cancellarium ipſorum Dominorum protectorum, niſi altera pars recuſet

c Ex dictis carceratis] Pro debito ſcilicet priuato, non autem pro delicto, nec etiam debito fiſcali cum in his non habeant iuriſdictionem, ita declarauit Senatus anno 1554. die 29 Ianuarij, & anno 1572. 28. Decembris in caſu cuiuſ-
1 dam Todeſchini. † Carcerati autem pro debito ſunt infames, ita Borg. deciſ. 1. num. 23.

d Minus legitime] † Ideſt minus ſolenniter, nam rititu-
2 do reſpicit ſolennitatem, & rectitudo iuſtitiā, ita not. Aſin. ſua praxi iud. §. 25. cap. 27. Cummia in ritibus magnæ cu-
3 riæ in præludijs, nume. 3. † Verum quandoque hæc verba confunduntur, vt idem ſignificent, not. Scala tractat. de conſ. ſapientis, cap. 27. lib. 3. Tamen Domini protectores habent tantum cognitionem rititudinis per ordines Senatus ſupra notatos, & infra dicetur.

e Eos relaxari faciant] † Cognoſcendo circa rititudi-
4 nem tantum, vt idem cauetur in nouis conſtit. tit. de officio
5 protectorum carceratorum.] Captus non ſeruata forma iuris, vel ſtatutorum, licet ſit relaxandus, tamen cuſtos non poteſt hoc facere ſine iudicis licentia, ita Marſ. d. § opportu-
6 ne, num. 59. † Petens relaxari carceratum debet habere mandatum ſpeciale, ita not. Alex. conſ. 138. num. 11. volu. 6. Marſ tract. bannit. in verbo, capti, nu. 49. tamen hoc non
7 ſeruatur, & infra dicetur ca. 154. † Captura nulliter conceſſa vtrum ex bono iure poſſit de nouo confirmari, quod ſic, not. Iaſ. l. à Diuo Pio, § in venditione, nume. 20. ff. de re Iudic. Gozad. conſil. 21. volum. 6. num. 29. & 30. Vant. trac. nullitat. tit. quibus modis nullit. reparari poſſit, nume. 131. diſtinguit Caccialup. tractat. de debitore ſuſpecto, Aſin. notat ſua praxi iud. § 21. cap. 6 num. 2. Berous conſil. 161. nu. 15. volum 3. Crauet. conſil. 46. num. 7. dec. Peruſ. 40. parte 1. Borgnin. dec. 5. nu. 11. declarando, vt per eum ibi, & dec. 1. num. 45. cum allegatis ſupra, cap. 142. aliquis in verbo,
8 Idem, indebite detento, volum 1. † Capi faciens debitorē in loco, in quo non ſortiebatur forum, amittit cauſam, & tenetur actione iniuriarum, ita Borgnin. dec. 1. nume. 4. & numero 14.

f Indebite vel iniuſte] Quoad caput rititudinis tantū, cum illi ſint tantum cognitores, vt ſupra notatum.

g Ipſo facto] Abſque ſententia condemnatoria, licet declaratoria requiratur, vt per hæc verba notatum ſupra ca. 1. in verbo, ipſo facto, volum 1.

h Et ſine proceſſu] † Tollitur per hæc verba appellatio,
9 ita not. Boſſ. ſua praxi tit. de appellat. nu. 16. tollitur etiam ſententia, vt per hæc verba notatum ſupra cap. 8. ſi quis, in verbo, abſque aliqua condemnatione.

Ad

f Ad arbitrium ipſorum Dominorum Protectorum] †
10 Per hæc verba tollitur appellatio regulariter, vt not. Felin. in cap. exceptionem, nume. 3. de except. idem in l. ſuper his, num. 7. cum ſeq. Maranta ſuo Specul. 6. parte princ. ſecundo actu Iudic. num. 353. late diſcutit Menoch. tract. arbitr. lib. 1. q. 70. per totum.

De intratis, & eleemoſynis carceratorum. Cap. CLIII.

PRotectores & defenſores carcerum, & carceratorum, prouideant, quod deſignatæ intratæ, & eleemoſynæ, legata, & alia, quæ tendunt ad vtilitatem ipſorum carceratorum, & eorum ſuſtentationem fideliter, & recte *a* exigantur, *b* & diſtribuantur, prout ipſis Dominis protectoribus melius videbitur, & placuerit, & quod cuſtodes, vel incantatores ipſorum carcerum; nec aliquis de eorum familia, vel ad dictos carceres deputatus per ipſos cuſtodes, vel incantatores, aliquo modo, ſe intromittat de dictis eleemoſynis, quæ eroganrur ipſis carceratis, & ſi ipſi cuſtodes, vel incantatores, vel aliquis deputatus, vt ſupra, contrafecerint puniantur illis pœnis, prout ordinatum fuerit per præfatos Dominos Protectores.

a EXigantur] Adeſt Theſaurarius, qui eligitur per tempora per ipſos Dominos Protectores.

b Et diſtribuantur] Eligitur vnus ex dictis nobilibus Protectoribus, qui præeſt quotidie dictis diſtributionibus faciendis, ne fraus committatur.

De obedientia præſtanda Dominis protectoribus. Cap. CLIV.

STatuitur, quod Iuſdicentes Mediolani, & Dominus Capitaneus Iuſtitiæ, & Dominus Vicarius, & Duodecim Prouiſionum Mediolani, ac quicunque exactores, ac executores, tam Ducales, quam aliter, conestabiles, portarij, & officiales Mediolani, & alij tenentes Carceratos, quomodocunque nuncupentur, *a* teneantur, & debeant omnes quoscunque captiuos, ſiue captos *b* pro debitis pecuniarijs *c* priuatis tranſmittere ad ipſos carceres maleſtallæ, vt ſuffragium, tam eleemoſynarum, quam protectionum, vel aliter habere poſſint, præfatiſque protectoribus, & agentibus pro eis credant, auxiliumque iuuamen, & fauorem, ac brachium præſtent *d* pro quibuſcunque ordinationibus, quæ contingent fieri per præfatos Dominos protectores, vel ſaltem per quinque eorum, & inter quos adſint ad minus duo Doctores, poſſintque ipſi Domini protectores accipere *e* quaſcunque ſatiſdationes, prout eis videbitur, pendente cognitione detentionis, ſeu detentionum de ſoluendo debitum, pro quo facta fuit detentio, aut de ſe conſignando, & prout eis videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Satiſdatio præſtanda per debitorem detentum qualis eſſe debeat, vſque ad num. 7.*
8 *Mandatum pro petenda relaxatione carcerati debitoris ſufficit, quod ſit ſpeciale licet non ſit in indiuiduo.*
9 *Relaxatio debitoris carcerati poteſt peti etiam die feriato.*
10 *Satiſdatio pro carcerato debet dari die feriato.*
11 *Captus per Iudicem incompetentem qualiter poſſit ſatiſdare, & nume. 12.*
13 *Fideiuſſio pro condemnato, qualis eſſe debeat, & qualis pro non condemnato, nume. 14.*

a TEneantur, & debeant] Si tamen ad hoc fuerint requiſiti niſi ſint pauperes, quia ibi de directo tranſmittuntur.

b Pro debitis pauperum] Tranſmittuntur etiam pro delictis, vbi ſint pauperes inſtantibus Dominis protectoribus.

c Priuatis] Quid ſit debitum priuatum, late not. ſupra c. 167. pro debito, in hoc verbo, 1. vol.

d Pro quibuſcunque ordinationibus] Pro relaxatione eorum in dictis cauſis pecuniarijs in caſu rititudinis, de quo ſupra cap. præcedenti 152. vel quod relaxetur fideiuſſori, de quo infra.

e Quaſcunque ſatiſdationes] † Hæc ſatiſdationes præ-
1 ſtantur quotidie, iuxta hanc formam, de ſoluendo, vel de redeundo termino viginti dierū, qui terminus deinde prorogatur, vt interim in cauſa non decidatur ſuper rititudine. Hæc autem prouiſio eſt contra diſpoſitionem iuris cōmunis, ex qua debitor detentus pro debito non debet fideiuſſori relaxari, iuxta gloſſam ſingularem in l. fin. ff. ſi certpetat. notat Tiraq. tract. lignag. §. 3. gloſſ. 3. num. 17. Rebuff. tract. de literis oblig. tit. 11. gloſſ. 3. num. 10. facit quod not. Boſſ. ſua praxi crim. titul. de carce. fideiuſſ. num. 28. Ota-
2 ſcus deciſ. 18. nume. 5. † Niſi ſit captus ob fugæ ſuſpicionem vt not. Follet. in conſtitut. regni Rub. de offi. præfect. ſeu Inſtitut. quod iuſtitiarij, Rebuff. dict. tit. 11. gloſſ. 3. nu. 12. idem cauetur in lib. 4. commun. in verbo, debitor capi,
3 Borgnin deciſ. 1. num. 19. verſ. ſupradicta. † Quę quidem fideiuſſio præſtatur ſolum de iudicio ſiſti, non iudicato ſoluendo, ad hoc, ne dicatur conſentire in Iudicem incompetentem, vt ſignanter docet Borgnin. dec. 1. nume. 11. & 12.
4 † Si autem tractaretur de exequutione datur etiam de iudicato ſoluendo, ita declarat ibi Borgn. nume. 39. & quod coacte detentus vel ſuſpectus non tenetur præſtare fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, ſed tantum de ſtando iuri coram Iudice competenti, not. etiam Rebuff. tract. de literis oblig. art. 6. gl. 3. nume. 95. dec. Peruſin 41. nume. 5. parte 1. Rota Ianuenſis, dec. 51. num. 3. & 5. Gaſpar. Caball. in mille-
5 loq. 634. † Quo quidem caſu tenetur capi faciens intra terminum inſtantiæ agere coram Iudice fori rei, probando eius intentionem, vt not. Dec. conſ. 75. num. 1. verſ. 2. idem Io. de Anania, de Bologn. conſ. 55. num. 5. 6. & 9. Grammat.
6 conſil. 27. num. 11. Borgnin. deciſ. 1. nu. 12. † Hæc autem prouiſio inducta fuit per hoc ſtatutum, donec diſcutiatur de rititudine capturæ ad parcendum expenſis, ne interim
7 in carceribus remaneat. † Carceratus ſi dederit fideiuſſorem de ſoluendo quicquid remanſerit debitor factis calculis, liberatur fideiuſſor ſi interim pendentibus calculis his
8 moriatur, ita Marſi. ſing. 304. † Relaxatio carcerati poteſt peti etiam medio Procuratoris ſpeciale mandatum habentis, non in indiuiduo, ita Rom. conſ. 241. Spectabile, nu. 12. & 13. ſequitur Alex. conſ. 133. num. 11. vol. 6. tollendo obiecta, Martil. relatiue tract. bannit. in verbo, cap. nu. 49.
9 Borg. nouiſſime dec. 1. nume. 12. † Quæ etiam poteſt peti die feriato, vt cauetur ſupra, 1. vol. cap. 257. carceratis, vbi
10 idem not. eſſe de iure commun. † Satiſdatio tamen debet dari die iuridico, ita Borg. dec. 1. num. 12. & num. fin. ad fin.
11 † Captus autem à Iudice incompetente ſi ſimpliciter fideiubeat de ſtando & parendo iuri, & de iudicatum ſoluendo, vt videtur conſentire in Iudicem, & violentiam ſpoliatiuam commutaſſe in compulſiuam, ita Pet. Pecchius tit. de iure ſiſtendi, cap. 13. tract. de Aſſecurat. volu. 1. Borgn. deciſ. 1. num. 1. Marius August. conſ. 44. num. 11. & nu. 12. Ceph.
12 conſ. 9. nume. 6. † Limitando niſi nullo modo poſſet eſſe competens, quia non poſſet iuriſdictio eius prorogari. Felin. conſil. 7. nume. 3. ad finem, & nume. 4. & 5. Petr. Gerard.
13 ſing. 50. Borg. dec. 1. nu. 18. & dec. 11. nu. 4. † Fideiuſſor, quando pro condemnato fideiubet, debet promittere de ſoluendo ſtatim, vel intra tempus ſtatutum, & ſic de iudicato ſoluendo, & non de ſtando iuri, ita Borgn. dec. 1. num. 39.
14 † Secus vero, quando fideiubet pro capto non condemnato quia debet fideiubere de ſtando, & parendo iuri tantū, ita Bolog. in addit. ad Franciſcum Ananiam, conſil. 55. nu. 5. ad fin. Berous conſ. 10. numer. 2. & 3. vol. 3. Curt. ſen. tract. de ſequeſt. quæſt. 14. volum. 2. Purpurat. conſ. 50. nu. 5. volum. 1. Alex. Stati. ſua praxi iudic. cap. 10. nu. 13. cum ſequent.

De ſatiſdatione ſuperſtitum carcerum, ſiue incantatorum, & eorum officio. Cap. CLV.

SVperſtites, ſeu incantatores carcerum Maleſtallę, qui ſunt, & per tempora erunt, *a* teneantur idoneæ ſatiſdare coram Dominis Magiſtris intratarum extraordinariarū, de cuſtodiendo bene, & legaliter omnes carceratos, qui cōſignati fuerint in eorum cuſtodiam in dictis carceribus Maleſtallæ. Et de prædictis carceratis, in fine officij ſui conſignandis Iuſdicenti, de cuius mandato detenti fuerint, ſiue ſucceſſori in dicto officio ad cuſtodiendum carceratos illi, qui fuerit conſtitutus nouiter per incantum, & ſiue qui de nouo incantauerit, & ſeu ipſis Dominis protectoribus, & de ſoluendo Camerę Ducali, & ſeu illi, cui donata, ſeu data fuerit intrata dicti incantus debite referendo, & cōgruis temporibus limitatis. Et hoc antequam ſe intromittat de dicto carcere, ſeu eius incantu. Et non accipiendo à carceratis, vel ab alijs, occaſione carceratorum, *b* vltrà conceſſa per ſtatuta, aliquid directe, nec per indirectum.

Et

Digitized by Google

Et hoc ſub pena florenorum centum valoris ad computum ſoldorum triginta duorum Imperialium pro floreno, Ducali Cameræ applicandorum, & vlterius ad reſtitutionem dupli eius quod acceperit, & dandi, & ſoluendi carcerato ſeu carceratis, vel qui pro carceratis ſoluerit, & de qua quidem ſubtractione credatur ipſi carcerato, cum vno teſte idoneo, & admittatur etiam alius carceratus, ſeu alij carcerati pro teſte.

a TEneatur idonee ſatiſdare] Hoc hodie ſeruatur.
b Vltra conceſſa per ſtatuta] De quibus in cap. ſeq.
c Vel per indirectum] Veluti ſi detur vxori, vel familiæ eius, vt in ſimili notatum ſupra, cap. 9. Poteſtas.

De mercede cuſtodum carcerum. Cap. CLVI.

NVllus officialis, nec cuſtos carcerum, nec alius pro eis deputatus poſſit, nec valeat accipere, conſequi, nec habere directe, nec per indirectum ab aliquo carcerato pro introitu, exitu, conſignatura, clauibus, compeditura, ceppo, ligatura, lecto, vel aliter qualitercunque præter expenſas cibi, & potus, a niſi tantummodo ſoldos quatuor Imperialium. Et pro cuſtodia cuiuslibet diei denarios ſex Imperialium. Et non intelligatur dies, quo ibidem conſignatus fuerit, pro quo die aliquid habere non poſſit, ſaluo, quod cuſtodes carcerum Domini Capitanei Iuſtitiæ Mediolani, & eorum deputati pro prædictis introitu, & exitu poſſint habere duplum dictæ quantitatis, & pro cuſtodia cuiuslibet diei denarios ſex Imperialium tantum, & non vltra. Et hoc ſub pœna florenorum decem, Ducali Cameræ applicandorum, pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, de cuius contrafactione credatur ipſi carcerato cum vno teſte idoneo, & exequutio contra prædictos poſſit fieri per quemlibet Iuſdicentem Mediolani, & qui Iuſdicens teneatur facere, ſeu fieri facere exequutionem, ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium, eiſdem irremiſſibiliter auferendarum, durante eius officio, & communi Mediolani applicandarum.

a NIſi tantummodo ſoldos quatuor Imperialium] Auctum hodie hoc per nouos ordines.

DE EODEM. Cap. CLVII.

DIcti Caneparij, ſiue Caneparius Domini Capitanei Iuſtitiæ, & Poteſtatis Mediolani, & coneſtabiles, vel alij, qui haberent in cuſtodiam aliquem carceratum, ſeu aliquos carceratos, pro temporibus, quibus contingat habere ipſos carceratos, & ſeu diebus, quibus retenti fuerint dicti carcerati in carceribus non habeant, nec accipere poſſint, nec valeant ab aliquibus carceratis pro cibo, & potu dandis ipſis carceratis, niſi tantummodo a ad computum ſoldorum quatuor Imperialium b in die, & nocte, nec aliquis qui detentus fuerit pro aliqua particulari perſona, vel pro aliquo communi, vel vniuerſitate, occaſione alicuius debiti, vel fideiuſſionis poſſit nec valeat cogere, nec compellere talem vniuerſitatem, commune vel ſingularem perſonam ad expenſas cibi, & potus in carceribus factas & ſoluendas, niſi ad computum ſoldorum quatuor Imperialiũ in die, & nocte, & hoc vltra expenſas carceris introitus, & exitus.

a AD computum ſoldorum quatuor Imperialium.] Auctum hodie hoc per nouos ordines.
b In die & nocte] Pro die ſcilicet naturali.

De pœna cuſtodum, ſeu ſuperſtitum carceratorum, qui relaxauerint extra carceres ſine relaſſo. Cap. LVIII.

CVſtodes, ſeu ſuperſtites carceratorum, & eorum deputati non poſſint aliquo modo relaxare extra ipſos carceres aliquem captum, ſeu detentum in dictis carceribus ex præcepto alicuius Iuſdicentis, vel Domini Capitanei Iuſtitiæ, ſi non habuerit relaxum ſignatum per Iudicem, ſiue Iuſdicentem, a de cuius mandato talis detentus fuerit, & b ſeu per eius ſucceſſorem, c vel locumtenentem, d vel mandato præfatorum Dominorum Protectorum, & ſiue, niſi fuerit conſenſu creditoris, tunc teneatur relaxare, ſine aliquo relaxo. Et ſi contrafactum fuerit per ipſos cuſtodes, & vt ſupra, teneantur dicti cuſtodes, ſeu ſuperſtites, etiam pro deputatis per eos, vt infra, videlicet, ſi fuerit captus pro debito e cogatur ipſo iure, f vltra ipſum debitum, pro quo detentus fuit, in quarta parte talis debiti, applicanda pro medietate creditori, & pro alia, dictis Dominis Protectoribus, diſtribuenda pro redemptione carceratorum, g & abſque alio proceſſu. Si vero fuerit captus ex cauſa maleficij, teneatur h ad illud ſupplicium, ad quod tenebatur taliter relaxatus.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus non poteſt relaxari ab alio Iudice, quam ab eo qui capturam pro debito conceſſit.*
2 *An poſſit per Cuſtodem relaxari ſine licentia.*
3 *Quid ſi oſtium fuerit apertum.*
4 *Quid ſi creditoris conſenſus interuenerit.*
5 *Carceratus ſi culpa cuſtodes carceres euaſerit cum quid tenetur. num. 6. & 7.*

1 a DE cuius mandato] † Non poteſt igitur carceratus re-
laxari de mandato alterius Iudicis, quam eius, cuius
mandato fuit detentus, quod idem de iure communi eſſe te-
ſtatur, Brun. iun. tract. de ceſſ. bonorum quæſtio. 4. princip.
2 quæſt. 11. num. 3. † Imò etiam minus rite detentus non po-
teſt relaxari per cuſtodem carcerum abſque licentia Iudicis
qui eum detineri fecit. Ita Marſil. ſua praxi. § Opportu-
3 ne, numer. 19 † Vlterius licet debitor captus, qui ſoluerit
debitum, pro quo fuit captus, & reperto carceris oſtio aper
4 to libertati ſe dare poſſit propria authoritate, † tamen tu-
tius eſt, quod faciat Iudicis authoritate, nec ſufficit credito-
rum conſenſus, & in hoc debent bene cuſtodes aduertere, vt
ſignanter docet Boer. deciſ. 217. num. 24.

b Seu eius ſucceſſorem] Cuius idem tribunale ſit, & perſonam præceſſoris repræſentet.

c Vel locum tenentem] Ab ipſo ſcilicet Iudice conſtitutum in eius abſentiam, vel impedimentum.

d Vel mandato præfatorum Dominorum Protectorum] Pro debitis priuatis ſcilicet, & pro rititudine, cum aliam cognitionem non habeant in alijs caſibus, vt cauetur ſupra c. 152. Præfati Domini.

e Cogatur ipſo iure] abſque ſcilicet condemnatoria ſententia, vt late notatum ſupra cap. 1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.

f Vltra ipſum debitum] † De iure communi, ſi detentus
5 euadat carceres culpa cuſtodis, tenetur verſus creditorem,
non ſolum pro debito, pro quo fuit debitor detentus, vt not.
Bald. conſ. 172. ad fin. vol. 2. Anchar. conſil. 340 ad finem.
Anania conſil. 53. numero quarto. Corn. conſil. 93. nume-
6 ro primo, volumine primo. † Sed etiam pro alio quod fue-
rit expreſſum per creditorem, ita not. Plot. in l. ſi quando,
7 nu. 586. C. vnde vi. † Tenetur tamen tantum ad intereſſe,
quando relaxat cuſtos carceratum antequam deuenerit ad
ceſſionem, cum habeat reſcriptum, quod facta ceſſione re-
laxetur, Ita Brun iun. tracta. de ceſſ. bonorum, quæſt. deci-
ma princ. num. 3. Quod ſignandum ad limitationem huius
Statuti

g Abſque aliquo proceſſu] Tollitur per hæc verba ſententia condemnatoria, & appellatio, vt notatum in ſimilibus verbis, ſupra cap. 152. Præfati Domini.

h Ad illud ſupplicium] Idem cauetur de iure communi, not. Ancharan. conſ. 340 ad finem, Verum non ſeruatur in praxi, ſed punitur pœna extraordinaria.

DE EODEM. Cap. CLIX.

SI contingat aliquos ex carceratis a fugam facere à carceribus, b teneantur, & obligati ſint cuſtos, & ſuperſtites, & hinc deputati ab eis, puniri poſſint, & condemnari, in perſona, vel in rebus, c ſecundum qualitatem facti, & perſonarum, & prout in præcedenti proxime Statuto cauetur, & cuſtos, & ſuperſtites teneantur d pro deputatis per eos, ad cuſtodiam carceratorum, vel carcerum.

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

1 *Carceratus qui aufugit præſumitur aufugiſſe culpa Cuſtodis.*
2 *Carceratus fugiens è carceribus an habeatur pro confeſſo.*
3 *Cuſtos carcerum, quando non teneatur pro fuga detentorum, vſque ad num. 6.*

a
1 FVgam facere] † Carceratus in dubio præſumitur fugam facere culpa cuſtodis, Ita Aret. conſil. 38. nu. 1. & 2. Cuman. conſil. 106. nu. 2. Iaſ. conſil. 27. vol. 3. Affli&. in conſtit. regni, Rubr. 88. Caſtella. in not. 4. & 5. num. 6. cum
2 ſeq. lib. 1. Caſſan. ſuis comment. Rubr. 2. §. 1. nu. 33. † Fugiens à carceribus vtrum habeatur pro confeſſo diſtinguũt Scribentes vtrum fugiat oſtio aperto, & tunc non habetur pro confeſſo, alias ſic, ſecundum Iaſ. in l. admonendi, 2. lectura, n. 160 & 161 ff. de iureiur. late notatum in nouis conſtit. tit. de pœnis, ca. Euadens carceres.

b Teneantur, & obligati ſint] † Excuſantur tamen à cul-
3 pa cuſtodes, ſi fuerint diligentes, iuxta conſuetudinem, vt in his terminis, not. Aret d. conſil. 38. col. 2. verſi. Nam ſicut faciunt quę in ſimili, not. Crauet. conſil. 28. nu. 5. & conſil.
4 44. ad finem. † Non tenetur pariter cuſtos, ſi carceratus fugiens, fuiſſet indebite, & iniuſte detentus, cum & ipſe poſſit impune fugere, Ita not. Alex in l. Sed eximendi §. Itẽ ſi quis, nu. 4. quę legitur in l. Hoc edictum ff. Ne quis eũ qui in ius vocat. facit quod not. idem Alex. conſil. 144. nu. 6. vo-
5 lum. 2. † Quod idem eſt, ſi quis irrumpat, vel tranſgrediatur confinia ſibi iniuſte aſſignata, quia non incurrit pęnam. Ita Bald. in l. 1. nu. 4. C. de Monopol.

c Secundum qualitatem facti] † Quid ſit de iure cõmu-
6 ni, notatur in l. Milites, ff. de cuſtod. reorum ad idem l. ad Commentarienſes, C. eodem tit. late Pariſ. de Puteo, tract. Syndic. in verbo, Hos plures, & duobus verſiculis ſequentibus.

d Pro deputatis per eos] Cum ab eis dependeant, quod idem dicitur in familia Poteſtatis, ſupra ca. 37. Poteſtas.

De oneribus ſuſtinendis per ſuperſtites, ſeu incantatores carcerum. Cap. CLX.

INncantatores, ſeu ſuperſtites carcerum teneantur, & debeant, ac obligati ſint *a* ad omnes expenſas, quas occaſione cuſtodiæ ipſorum carcerum, & carceratorum, fieri cõtigerit, & etiam tenere ipſos carceres liberos, & nitidos à putredine, nec poſſint aliquo modo *b* tenere aliquid, pro vſu ſuo, nec etiam permittere, maxime in nocte, quod fęminę cõmiſceantur cum maſculis, ſed fœminas tenere in loco ſeparato, & clauſo cum clauibus, ſub pœna florenorum decem applicandorum ipſis Dominis Protectoribus, pro erogãdo ad vtilitatem ipſorum carceratorum. Et de prædictis, & quolibet prędictorum, ſtetur ſacramento duorum, vel triũ, ex ipſis carceratis, & pro qua pœna poſſit fieri exequutio, mandato præfatorum Dominorum protectorum. Et caſu quo aliquis ex dictis carceratis decederet, quod ille, qui fecerit illum detineri, *c* teneatur ad expenſas funeris. Et poſſit cogi mandato præfatorum Dominorum Protectorũ, etiam *d* pro quantitate expenſarum ſtetur *e* arbitrio prę fatorum Dominorum Protectorum. Et quod propter aliquem incautum, non intelligatur eſſe derogatum huic Statuto, niſi expreſſe fuerit facta mentio in incantu, de derogatione pręſentis Statuti.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium Iudicum quomodo debeat regulari.*

a AD omnes expenſas] Circa familiam, & alia opportuna pro cuſtodia.

b Tenere aliquid pro vſu ſuo] In carceribus ſcilicet, ſed extra carceres in eorum domibus bene tenere poſſunt.

c Teneatur ad expenſas funeris] Sicut etiam tenetur ad alimenta cibi, & potus, vbi debitor ſit pauper, iuxta diſpoſitionem cap. ſupra 244. Si quis, vbi notatum eſt de iure cõmuni, vol. 1.

d In quantitate expenſarum] Funeris ſcilicet eius debitoris.

e Arbitrio pręfatorum Dominorum Protectorum] †
1 Qualiter arbitrium Iudicum debeat regulari, not. Menoch. tract. arbitr. lib. 1. quæſt. 11. num. 4. cum ſeq.

De pęna auferentis aliquid, alicui capto, vel incarcerato, vel ei inferentis aliquam iniuriam, vel grauamen pro pecunia extorquenda. Cap. CLXI.

NVllus cuſtos, vel ſuperſtes carcerum Mediolani, nec aliquis deputatus per ipſos cuſtodes, ſeu ſuperſtites, *a* inferat, *b* nec inferri permittat aliqua grauamina illicita, vel iniurias, nec alias nouitates, tam circa perſonam, quam bona carceratorum, aliquibus carceratis detentis, occaſione debiti pecuniarij. Et hoc niſi aliter demandatum fuiſſet, vel ordinatum per Iudicentem, qui eum detineri fecerit, vel per præfatos Dominos Protectores. Et hoc ſub pœna florenorum decem, & plurium arbitrio præfatorum Dominorum Protectorum, applicandorum, *c* ipſo iure, *d* & abſque aliqua declaratione, in erogationem ipſorum carceratorum, & eorum commoditatem. Et quod per præfatos Dominos Protectores poſſit inquiri, procedi, & condẽnari & exequutioni demandari, prout eis Dominis Protectoribus *e* melius videbitur, & placuerit.

a INferat] Per ſe.

b Nec inferri permittat] Per alios eius conſenſu, & culpa, alias ipſe cuſtos non debet teneri, ſi iniuria, vel vt ſupra, inferretur, non eius culpa.

c Ipſo iure] Abſque ſententia condemnatoria, prout notatum per hoc verbum ſupra capit. 1. in verbo, ipſo facto, volum. 1.

d Et abſque aliqua declaratione] Sententia ſcilicet declaratoria, ſed fiat executio abſque ſententia.

e Melius videbitur & placuerit] Per hęc verba quid facere poſſit Iudex, notatum ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, in verbo, Sine figura iudicij, vol. 1.

De his qui non poſſunt incantare carceres nec habere partem in datio, nec eſſe fideiuſſores. Cap. CLXII.

SI quis captus, *a* ſeu ſcriptus fuerit ad carceres, pro capto, non poſſit, nec valeat carceres incantare nec incantari facere, nec eſſe cuſtos, nec datium carcerum habere, *b* nec etiam poſſit eſſe fideiuſſor ſuperſtitis, ſeu cuſtodis, vel incantatoris carcerum, ſub pœna librarum octuaginta Imperialium, Ducali Cameræ applicandarum. Et vlterius, talis incantus, vel fideiuſſio non valeat, nec teneat, *c* & hoc Statutum ſit præciſum, *d* nec eidem poſſit renunciari, & renunciatio exinde facta, ſit ipſo iure nulla.

a SEu ſcriptus fuerit ad carceres] Veluti quod contra eũ ſit conceſſa captura.

b Nec etiam poſſit eſſe fideiuſſor] Vt tollatur omnis occaſio ſuſpitionis, nec cuſtos cum eo colludat.

c Et hoc Statutum ſit præciſum] Verbum hoc præciſum quid ſignificet, late notatum in Præludijs, & alibi ſæpe.

d Nec eidem poſſit renunciari] Vti introducto fauore publico, cui partes non poſſunt renunciare, vt ſupra notatum in Præludijs.

Quod coneſtabiles portarum non recipiant aliquos carceratos pro debitis priuatis. Cap. CLXIII.

NVllus Coneſtabilis alicuius portæ, ſiue puſterlæ, audeat, nec præſumat, nec debeat acceptare, *a* nec retinere aliquem captum pro debito priuato, in carceribus dictæ portæ, ſeu puſterlæ, & vt ſupra. Et hoc ſub pęna priuationis eius officij, & vlterius, ſub pęna librarum centum ſexaginta Imperialium, Ducali Cameræ applicandarum. Et hoc niſi habuerit licentiam, ſeu mandatum Ducale, ſpecialiter ad hoc, vel ab aliquo alio Magiſtratu. Et ſi contingeret aliquos detineri, vel retineri in carceribus dictarum portarum, ſiue dictis portis, vel puſterlis, abſque mandato, vt ſupra, præfati Domini Protectores poſſint eos relaxari facere, ſine aliqua expenſa.

a
1 NEc retinere aliquem captum pro debito priuato] † Coneſtabilis officium hodie ſublatum, & eorum locus alienatus per Regẽ diuerſis priuatis, & conſequenter carceres ſublati excepto carcere Rochetæ portæ Romanæ.

De

Digitized by Google

De pane malecocto, vel aliter reprobato. Cap. CLXIIII.

DOminus Vicarius, & Duodecim Prouiſionum, *a* Iudex datiorum, *b* vel Iudex Victualium, qui ſunt, & per tempora erunt teneantur, & debeant, *c* omni exceptione remota, mittere, & conſignari facere præfatis Dominis Protectoribus, vel eorum deputatis *d* panem malecoctum, *e* vel aliter reprobatum, pro erogando, & diſtribuẽdo carceratis Mediolani. *f* Et hoc ſub pœna librarũ quinquaginta Imperialium, applicandarum pro medietate Ducali Cameræ, & pro alia medietate dictis carceratis, & diſtribuenda, & eroganda prout videbitur præfatis Dominis Protectoribus ad commodum dictorum carceratorum, ſiue carcerum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus pro debito, an poſſit retineri pro expenſis.*

a IVdex datiorum] Hodie eius non eſt officium hoc.
b Vel Iudex Victualium] Officium hoc proprie eius eſt hodie.
c Omni exceptione remota] Remota exceptione, quæ exceptiones non remoueantur, notatum late ſupra cap. 42. Si quis in hoc verbo, volum. 1.
d Panem malecoctum] A piſtoribus ſcilicet per officiales dicti officii, qui faciunt inuentiones eorum.
e Vel aliter reprobatum] Adulteratum ſcilicet.
f Et hoc ſub pœna] Eiſdem Iudicibus infligenda, quod tamen non ſeruatur.

Quod nullus, qui habuerit aliquem in carceribus, poſsit eum retinere pro expenſis. Cap. CLXV.

a NVllus Iuſdicens, *b* commiſſarius, *c* vel delegatus, *d* Vicarius generalis, *e* Capitaneus, *f* conestabilis, vel *g* Caſtellanus, vel alius, in cuius forzijs captus exiſtit, poſſit, nec valeat aliquem, qui fuerit captus ſeu detentus, pro debito publico, vel priuato, vel delicto, vbi etiam ingereretur, ſiue ingeri poſſet pœna ſanguinis, ſiue corporis afflictiua, ſiue pecuniaria, ſiue quomodocunque, *h* retinere in dictis carceribus, pro expenſis in dictis carceribus factis. Sed poſtquam fuerit liberatus, vel habuerit gratiam, vel remiſſionem, ita quod poſſit à carceribus exire, ſeu relaxari pro eo, pro quo detentus fuerit, mittatur ad carceres Maleſtallæ Mediolani, vbi poſtea moretur, donec prouiſio pro dictis expenſis facta fuerit. Et ſi quis contrafecerit, incurrat pœnam librarum octuaginta Imperialium, pro medietate Ducali Cameræ, & pro alia medietate carceratis Maleſtallæ Communis Mediolani applicanda, & quæ medietas applicanda carceratis diſpenſetur per præfatos Dominos Protectores ad vtilitatem dictorum carcerum, & carceratorum. Et intelligatur dictus retinens nolle remittere ad carceres, ſi poſtquam liberatus fuerit, vt ſupra mittere noluerit infra ſex dies.

a NVllus Iuſdicens] Ordinarius ſcilicet.
b Commiſſarius] Ad formam Statuti ſupra capitu. 27. Deinde, & capitu. 157. In qualibet, & capitu. 131. Lata volum. 1.
c Vel Delegatus] Qui ſint notatum ſupra 19. Statuitur, in hoc verbo, volum. 1.
d Vicarius Generalis] De quibus ſupra ca. 30. Poteſtas, & in nouis conſtit. tit. de offic. Vicar. general.
e Capitaneus] Marteſanæ Seprij, de quibus ſupra cap. 96. Iuſdicentes.
f Coneſtabiles] Portarum ſcilicet, de quibus ſupra, cap. 163. Nullus.
g Caſtellanus] Caſtrorum ſcilicet.
h Retinere in carceribus pro expenſis] † Idem de iure
1 communi, licet poſſint agere contra eos poſt relaxationem, vt not. Guido Papa quæſtio. 446. Papo ſuis comment. titu. de reſponſ. §. 167. Ex nouis etiam ordinibus hoc latius confirmatur.

De cuſtodibus carcerum, quod teneantur relaxare debitores carceratos, quando habent licentiam ſeu relaxum à creditore. Cap. CLXVI.

ITem ſtatuitur, quod quicunque cuſtos, vel deputatus ad cuſtodiam carcerum, teneatur, & debeat relaxare quemcunque carceratum, ſeu detentum *a* ad inſtantiam alicuius creditoris, & hoc ſine relaxo aliquo, in ſcriptis concedendo per Officialem, qui eum detineri fecerit, ſeu per Notarium banchi eiuſdem Officialis, vbi & quando proceſſerit de voluntate dicti creditoris ſui, *b* vel oretenus, vel in ſcriptis, ſub pœna floreni vnius applicanda carceratis Maleſtallæ, diſtribuenda per Dominos Protectores, ad commodum carceratorum.

a AD inſtantiam alicuius creditoris pro debito eiuſdem creditoris] Fallit ſi fuiſſet ad inſtantiam aliorũ creditorum ſequeſtratus, quia tunc omnium debet haberi conſenſus.
b Vel oretenus] Tamen tutius eſt id habere in ſcriptis, ne aliquando hoc dein denegetur à creditore in præiudicium ipſius cuſtodis, qui teneretur dein id probare.

Quod pro pauca ſumma, non poſſit fieri captio. Cap. CLXVII.

NVllus *a* poſſit capi, detineri *b* nec retineri, pro aliquo *c* debito publico, vel priuato, *d* quod ſit minoris quantitatis librarum ſex Imperialium. Et hoc ſaluo, & præterquam à condemnationibus, quæ contingerent fieri per Dominum Vicarium, & Duodecim Prouiſionum, & Iudicẽ Victualium, ac Iudicem Stratarum. Et contrafaciens incurrat pœnam, ipſo facto, arbitrio præfatorum Dominorum Protectorum, & captio ſit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Minimum quod eſt in omni diſpoſitione attenditur, declara vt nu. 2 & 3.*

COmprehendit omnes qualitates perſonarum, etiam fugitiuarum, & ſuſpectarum de fuga, quia pro medio debito non poſſunt capi, vt ſupra notatum cap. 69. Quilibet, in verbo, Pro debito.
a Poſſit capi detineri] In caſibus præmiſsis intelligi debet de quibus ſupra cap. 167 Pro debito, cum pro aliis non poſſit capi ex diſpoſitione memorati Statuti, & nouarũ conſtit. tit. de prohib. & conceſſ. execut. in princ.
b Nec retineri] Quando autem detentus ex vna cauſa poſſit ſequeſtrari ex alia notatum ſupra cap. 241. Aliquis, in verbo, Conteſtari, & verbo ſequenti, vol. 1.
c Debito publico, uel priuato] Quid ſit debitum publicum, & priuatum, late notatum ſupra, capit. 167. Pro debito, in verbo hoc, volum. 1.
d Quod ſit minoris quantitatis librarum ſex Imperialiũ]
1 † In omni iuris diſpoſitione quod minimum eſt non habetur in conſideratione, Ita not. Caccialup. in tract. de debitore ſuſpecto, quæſtio. 3. princ. nume. 2. late Brun. tractat. Statut. fœm. exclud. articu. 9 quæſt. 12. notatum ſupra, cap.
2 328. in alienationibus, in verbo, Et obligationibus. † Procedit etiam hæc diſpoſitio, ſi ſumma fuiſſet maior, & pars fuiſſet ſoluta ſimpliciter, & acceptata ſine aliqua reſeruatione, per notata per Scribentes in l. Lucius, ff. ad Trebell.
3 † Secus ſi fuiſſet facta reſeruatio, ita not. Cummia diſtinguendo, in ritibus cap 30. num. 16.

De exequutionibus faciendis contra debitores carcerum, ſeu carceratorum. Cap. CLXVIII.

PRæfati Domini Protectores poſſint, & valeant, fieri facere quaslibet exequutiones expedientes, *a* reales, *b* & perſonales, *c* etiam permiſſionem in poſſeſſionem, per eorum ſeruitorem, ſiue nuncium, & cum famulis Domini Poteſtatis Mediolani, & aliorum Iuſdicentium, & exequutorum, contra quoslibet debitores, ſiue obligatos dictis carceratis, uel carceribus, & eorum occaſione, & quod poſſint vti *d* beneficio conceſſo locis pijs circa exequutiones.

e 2 a Rea-

Digitized by Google

a Reales in bonis ſcilicet.
b Et perſonales] Per capturam ſci licet in caſibus permiſſis, ſupra cap. 167. Pro debito.
c Et permiſſionem in poſſeſſionem] De quibus ſupra cap. 154. Non debeat, cum capitulis ſequentibus.
d Beneficio locis pijs] De quibus infra ca. 493. Ad hoc, Cum carceratorum cauſa dicatur pia & ſummaria Marſil. tract. bannit. in verbo, Carcerati, nume. 40. & ſua praxi. §.
1 Attingam, num. 75. † Et relictum dicitur ad pias cauſas, ibi, nume. 76.

De brachio, & auxilio concedendo per Officiales. Cap. CLXIX.

1 QVilibet Magiſtratus, Iuſdicentes, Capitaneus Iuſtitiæ, Officiales, exequutores, milites, & coneſtabiles, & quilibet eorum etiam inſolidum, teneantur, & debeant auxilium iuuamen, & fauorem, & brachium præſtare præfatis Dominis Protectoribus, pro quibuſcunque per eos, vel eorum Nuncium, & deputatum, requirendis a in pertinentibus an eorum officium. Et hoc reſpectu b cauſarum pecuniariarum, c & condemnationum, quæ per eos fieri contingerit, ac omnimodum auxilium, & fauorem præſtent, pro prædictis exequendis, & pro Statutis ipſorũ carceratorum obſeruandis. Et hoc ſub pœna ducatorum centum auri Ducali Cameræ applicandorum, ſi per aliquẽ ex ipſis contrafactum fuerit.

a IN pertinentibus ad eorum officium] Circa ordinationes, & relaxationes carceratorum, tam fideiuſſoriè quam aliter, vt ſupra cauetur cap. 152. Præfati & cap. 154. Statuitur.
b Cauſarum pecuniariarum] De quibus ſupra d. ca. 152. & 154.
c Et condemnationum] Quæ fient per eos occaſione cõtrauenientium Statutis præcedentibus, & cauetur ſupra c. 160. Nullus cuſtos, & cap. 165. Nullus.

Quod protectores carceratorum ſint etiam executores Statutorum. Cap. CLXX.

PRotectores carceratorum, qui ſunt, & per tempora erũt intelligantur electi, etiam ad obſeruationem Statutorum, a & ac obſeruari faciendum ipſa Statuta Communis Mediolani, etiam b ſub pœnis, quæ eis videbuntur.

a AD obſeruari faciendum ipſa Statuta] A Iudicibus, & alijs Officialibus. Verum hoc non ſeruatur.
b Sub pœnis, quæ videbuntur] Pœnæ quando ſunt alicui arbitrariæ, qualiter imponi poſſint, & extendi earum arbitrium, notat late Menoc. tract. arbitr. lib. 1. quæſtio. 9. cum ſequen.

RVBRICA GENERALIS.

De legibus.

De obſeruatione Statutorum. Cap. CLXXI.

POteſtas Mediolani, a & eius Iudices, b & milites, c & Notarij, & omnesq; alij d iuriſdictionem exercẽtes, in Ciuitate, e & Ducatu Mediolani, f & in locis ſuppoſitis Statutis Communis Mediolani, & quilibet eorum teneantur, & debeant obſeruare omnia Statuta Communis
1 Mediolani, & quicunque ex prædictis neglexerit, vel nõ obſeruauerit, vel omiſerit, ipſo iure, & facto cadat in pęnam librarum centũ Imperialiũ, pro qualibet vice, applicandarũ pro medietate Cõi Mediolani, & pro alia medietate accuſatori, ſaluis alijs maioribus pęnis, quæ in Statutis continentur, quæ pęna poſſit exigi etiam durante officio, g & poſſit cogi per quemlibet Iuſdicentem ad ſatisfactionem.

a ET eius Iudices] Qui per Statutum ſupra capitu. 6. Poteſtas, per eum eliguntur, licet nunc eligantur à Principe.
b Et milites] Nunc hos non habet, vt not. d. cap. 6. & ſeq.
c Et Notarij] Actuarij ſcilicet.
d Iuriſdictionem exercentes] Officiales comprehenduntur omnes.
e Et Ducatu] Quid ſit, notatum late ſupra ca. 130. Vbicunque, in verbo, De Comitatu.
f Et in locis ſuppoſitis] Comprehenduntur terræ, & loca infeudata, licet habeãt iuriſdictionem ſeparatam, ſi ſint de Ducatu, Ita not. Cephal. conſil. 169. nume. 6. volum. 2.
1 † Terræ quoque communes comprehenduntur in his, vt notatum ſupra cap. 153. Statuitur, & infra dicetur, cap. 175. Statuta.
g Et poſſit cogi per quemlibet Iuſdicentem] Qui habeat tamen iuriſdictionem ad dictam ſummam.

De pœna opponentis, quod non ſit ſtandum Statutis, & ordinibus Communis Mediolani. Cap. CLXXII.

NVlla a perſona Commune, conſortium, Collegium, vel vniuerſitas b poſſit, nec valeat c opponere, d nec allegare, e quod non ſit ſtandum Statutis, f & ordinibus Communis Mediolani, g vel æquipollens, h prętextu alicuius iuris in contrarium loquentis, i nec aliter, & qui contrafecerit, ſit & eſſe intelligatur, k ipſo iure & facto, l extra protectionem Domini, & Communis Mediolani, videlicet, m quod non poſſit vti, & gaudere beneficio Statutorum, & ordinum decretorum, & priuilegiorũ Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & terrarum ſuppoſitarum Statutis Communis Mediolani, & ſi opponens fuerit actor, etiã n repellatur ab agendo, & ſi reus fuerit o à defendendo repellatur, & aduocatus allegans vt ſupra, cadat in pęnam, p ipſo, iure, librarum centum Imperialium, & Procurator in libris quinquaginta Imperialium. Et nihilominus talis oppoſitio & allegatio nullius ſit momenti, & Iuſdicens, & cõſultor, ſeu aſſumptus admittens talem allegationem, ſeu oppoſitionem, cadat in pœnam librarum ducentum Imperialium, & quæ pœnæ applicentur pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate accuſatori.

SVMMARIVM.

1 *Statutorum validitas, & inualiditas an poſſit proponi vſque ad num. 4. & 6.*
5 *Statuentes contrarium peccant.*
7 *Clauſula ipſo iure, & facto quid importet.*
8 *Iudex quid debeat facere quando actio tollitur ipſo iure, & num. 10. & 11.*
12 *Statutum tollens defenſionem ſine cauſa non valet.*
13 *Nullitas ex defectu Iuriſdictionis an tollatur vbi remanet ſublata defenſio declara num. 14.*
15 *Officium Iudicis an tollatur ſublata defenſione*
16 *Defenſio naturalis nunquam cenſetur ſublata.*
17 *Defenſione ſublata Reus erit abſoluendus vbi actor nihil praeſtiterit, & nume. 18.*

a NVlla perſona] Comprehendit Statutum hoc omnẽ qualitatem perſonarum, ſiue ſit ſubdita, ſiue forenſis hic iudicium agens, vel conueniens.
b Poſſit] Negatiua præpoſita verbo, Poſſit, tollit omnem potentiam, & facultatem, & inducit formam, cui non poteſt per partes renunciari, ita notatum late ſupra cap. 21. Termini. in verbo, Non duret, nec durari poſſit, volum. 1. & alibi ſæpe.
c Opponere] In ſcriptis, & oretenus.
d Nec allegare] Oretenus, & viua voce.
e Quod non ſit ſtandum Statutis] † dicendo ea nulla,
1 vel inualida. Florentini quoque nolunt quod diſputatur de validitate, & inualiditate eorum Statutorum, vt notat. Roman. conſilio 392. numero 6. & 7. Felin. capitu. Quæ in
2 Eccleſiarum, nume. 13. de conſtitut. † De validitate autem Statutorum quod non ſit hæſitandum, not. Dec. conſil. 331. in princ. maxime ſi adſit Statutum, quod ea obſeruentur, vt hic cauetur, ita not. Calcan. conſil. 3. numero 3. † Paria ſunt autem in iure, quod non poſſit opponi de inualiditate Statutorum vel quod Statuta valeant, notat.
3 Caſtren. conſilio 194. ad finem, volum. 1. † Cum Statuta inualida ſufficiat obſeruari de facto, vt notat Menoch.
4 conſilio 196. numero 33. verſiculo non eſt, volumine 2. † Peccant tamen ſtatuẽtes facientes Statuta repugnantia iuri
6 diuino, vt not. Menoch. d. conſi. 196. nu. 36. volum. 2. † Per
diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitionem Statuti huius ſublata eſt pariter facultas etiã
reddendi ius Eccleſiaſticis perſonis contra formam horum
Statutorum, declarando, vt per Bartol. conſi. 177. num. 2. ad
finem, Abb. cap. Eccleſiã S. Mariæ, num. 51. de conſtitut. Iaſ.
in l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, num. 77. & 78. verſi. mori,
ff. de liber. & poſthum.

f Et ordinibus Communis Mediolani] Non inſertis in Sta
tutis, ſed poſt factis.

g Vel æquipollens] Veluti, quod ſint inualida.

h Prætextu alicuius iuris † † Communis ſcilicet, ciuilis,
7 vel canonici, veluti quando diſponitur, vt mortui ciuiliter
non poſſint ſuccedere, vt cauetur ſupra cap. 284. Illa perſo-
na, & vbi annullatur iuramentum, vt cauetur ſupra c. 453.
Auth Sacramenta, vol. 1.

i Nec aliter] Veluti quod ſi nimis rigoroſum, vel contra
ius naturale, prout diſponitur, quod pater teneatur pro
debito filij, vt cauetur ſupra cap. 416. Si filiusfam. verſic.
Et pater.

k Ipſo iure, & facto] Abſque ſententia ſcilicet Iudicis
condemnatoria, licet requiratur declaratoria ſuper ipſo fa-
cto, vt late notatum ſupra cap. 1. in verbo, ipſo facto, 1. vol.
Statutorum.

l Extra protectionem Domini etiam Communis Medio-
8 lani.] † Actio ex quo tollitur ipſo iure, Iudex ex officio
poteſt & debet repellere agentem, & abſoluere reum eu non
petente, Ita Tiraquell. in l. Si vnquam, in verbo, Reuertatur.
9 nu. 345. C. de reuoc. donat. † Remotus à protectione Com-
munis Mediolani non poteſt ſuccedere, Ita not. Boſſ. ſua
praxi crimin. tit. bannit. quid amittant, num. 14. verſic. Non
autem ſi, & ad finem. Sublata eſt pariter defenſio eis, vt
not. d. loco, & notatur ex verbis ſequentibus huius Statuti.
10 † Nec eis ius reddi debet, Ita Alexand. conſil. 75. num. 9.
volum. 1.

m Quod non poſſit vti beneficio Statutorum, & ordinum]
Et ſic habet pro foreſe iuxta diſpoſitionem cap. infra 180.
in fauorem.

n Repellatur ab agendo] Prohibitus agere ſimpliciter, nõ
prohibetur officium Iudicis implorare, Ita Guido Papa
ſingul. 382. verſic. Verum, Clarus ſua praxi crimin. §. finali,
quæſt. 14. in princ. verſic. Item quærto nunquid accuſato.
11 † Vtrum autem prohibeatur eo caſu ipſo iure, vel ope ex-
ceptionis, not. Tiraquell. l. Si vnquam, in verbo, Reuertatur,
num. 214. C. de reuocand. donat. & notatum ſupra, cap. 10.
Si quis, in verbo, Non audiatur, volum. 1. Quod ſuperfluum
eſt indagare in terminis huius Statuti per verba præceden-
tia, ipſo iure.

o A defendendo repellatur] † Statutum non valeret ſim-
12 pliciter tollens defenſionem ſine cauſa, Ita Marſil. tractat.
13 bannit. in verbo, Nullitas, num. 3. † Sublata defenſione ex-
cluditur pariter nullitas ex defectu iuriſdictionis, Ita not.
Gabr. tract. Communium, tit. de Statutis concluſ. 4 nu. 22.
14 † Non tamen cenſetur ſublata defenſio quæ ipſo iure peri-
mit actionem. Ita Tiraquel. in l. Si vnquam, in verbo, Reuer-
15 tatur, num. 410. C. de reuocand. donat. † Tollitur pariter
per hæc verba officium Iudicis, Ita Practic in forma agendi
contra plures reus debendi, in verbo probationibus, & de-
fenſionibus, in princip. cum additio. ibi, Orian. cap. Quoniã
contra, capit. 4 de exceptio. num. 12. verſic. Sed ſi Statutum,
de probatio. Cammia in ritibus magnæ curiæ, cap. 16. n. 71.
& 72. Lancellot. tract. de attentat. 3. parte principali, c. 32.
16 De actore, & quis poſſit, nu. 60. † Defenſione ſublata non
cenſetur ſublata naturalis defenſio, Ita notat Bonacoſſa in
17 quæſt. crimin. in verbo, Defenſio. † Defenſio etiam quod
tollatur alicui, tamen actore non probante reus abſoluitur.
18 Ita Oſaſcus deciſione 144. num. 15. † Et in hoc debet be-
ne aduertere Iudex, an probationes actoris bene cõcludant,
quia vbi non concluderent tenetur abſoluere reum etiam in
terminis denegatæ defenſionis, ita firmat Bonacoſſa d. quæſt.
criminalibus, in verbo, Defenſio, verſic. Statutum licet.

p Ipſo iure] Abſque ſententia condemnatoria, licet de-
claratoria requiratur, vt ſupra notatum cap. 1. in verbo, ip-
ſo facto.

Quod Rubricæ non diſponant. Cap CLXXIII.

a RVbricæ Statutorum Communis Mediolani b non diſ-
ponant.

SVMMARIVM.

1 *Rubricarum materia vbi tractatur.*
2 *Proœmium multum operatur, & recitantur effectus, vſque ad num. 20.*

a RVbricæ] † De materia Rubricarum, late notat
1 Brun. tracta ſuper conſtitut. in verbo, Rubrica, de
proœmio, not. Napod. in conſuetud. Neapol. in princ. cum
addit. ibi.

b Non diſponunt] † De iure communi proœmium mul-
2 tum operatur, vt not. Bonacoſſa in quæſt. crimin. in verbo,
3 Proœmium. † Et cauſa præſumitur finalis, ſi ex proœmio
ſumatur, ita not. Tiraquell. tract. Ceſſante cauſa, in limita-
4 tionibus, num. 64 † Et ex proœmio mens colligitur ſtatuen-
tium, vt ibi per eum, numer. 65. Idem Cephal. conſil. 246.
num. 39. volum. 1. Burſat. conſil. 212. num. 17. volum. 2. Vir-
5 gin. Boccat. in conſtit. Marchiæ, Gl. 1. num. 1. † Et quando
eſt generalis excludit omnem hæſitationem, vt ibi per eum,
6 num. 2. † Et ſtatuta ex verbis latioribus proœmij recipiunt
extenſionem, Ita not. Camillus Gallin. tract. de verb. ſignif.
7 lib. 5. cap. 14. num. 10. † Et leges, & Statuta omnia ſunt in-
telligenda ſecundum naturam tituli, & Rubricæ, ſub qui-
bus ſunt ſituata, Ita not. Anchar. in ſuis quæſt. in quæſt. 4.
8 num. 4. libr. 1. † Imo præfationes debent eſſe pro ratione
Statuti, Ita Bocc. d. Gl. 1. num 5. Imo cauſæ expreſſe in præ-
fationibus ſunt finales, vt omnes caſus qui colliguntur, ex
ea decidantur, Ita not. Iaſ. conſil. 1. num. 7. volum. 1. Idem
9 notantur, d. Gl. 1. num. 6 † Ab eiſque declarantur, & poſ-
ſunt allegari ad deciſionem cauſæ, declarando, vt per Iaſ.
in Rubr. de actio. numer. 9. & 10. in Inſtit. cum addit. ibi &
conſil. 51. colum. 3. verſic. Sed ego credo, & verſic. ad hoc,
volum 1. Bonacoſſa in quæſt. crimin. in verbo, Rubrica, Bur-
ſatus conſil. 164. num. 11. volum. 2. & conſil. 212. numer. 8.
10 volum. 2. † Quando quidem procedit de iure communi.
Et ſi Statutum ſit ſpecialius in nigro Rubricę, quod quidem
debet eſſe, vt not. Boccat. d. conſtit. Marchię, Gl 6 num. 130.
Tamen Rubrica poterit allegari ad deciſionẽ cauſæ, ita not.
Michael Graſſus, ſuis communibus, in verbo, Statutum, q 2.
lib. 1. Exemplificando, vt ibi per eum, & per Rolan. a Valle
11 tract. de lucro dotis, quæſt. 3. † cum in dubio nigrum decla-
retur à Rubrica, & ab ea interpretationem ſumat, Ita Bur-
12 ſat. conſ. 212. num 9. volum. 2. † Tamen ſi nigrum ſit gene-
ralius Rubro non reſtringitur per Rubrum ſpecialius, Ita
not. Iaſ. d. Rubrica de actionib. num. 18. Bonacoſſa in quæſt.
13 crimin. in verbo, Nigrum Statuti. † Quod ſi rubrum ſit ge-
neralius nigro, vtrum tũc reſtringatur rubrum per nigrum,
14 not. Iaſ. d. Rubrica, nume. 17. † Et quod non reſtringatur
per nigrum ſpeciale, notat Cotta ſuis memorab. in verbo,
Rubr. poſſunt, verſiculo Et ideo ſingulariter, Et verſiculo,
15 Proinde dicit Corneus ſe vidiſſe, vbi exemplificat, † Maxi-
me ſi habet orationem perfectam rubeum, Ita Iaſ. conſi. 52.
16 numer. 1. colum. 2. verſicu. Ex qua Rubrica, volum. 1. † Sed
quod reſtringatur rubrum, & narratio generalis per nigrum
17 ſpeciale, notat Burſat. conſil 76 num. 31. volum. 1. † Si autẽ
rubrum cõtrariatur nigro, quod attendatur nigrum, vel po-
18 ſterius, not. Iaſ. d. Rub. de actionibus, num. 20. † Rubricæ de
iure communi ſi habent orationem perfectam, diſponunt, &
ab eis poteſt argui, Ita Orian. cap. Quoniã contra, in princ.
numer. 2. cum addit. ibi de probatio. Alexand. conſil. 6 num.
2. volum. 7. Iaſ. conſil. 205. numer. 4. volum. 2. Petr. Geraldi,
Sing. 113. Cotta ſuis memorab. in verbo, Rubr. poſſunt in
principio, Ioan. Crottus conſil. 16. num. 21 volum. 2. Brun.
tract. Statuto. fœmin. excludent. artic. 6 4. caſu q 2. numer 2.
Menoch. conſil. 3. numer. 13. volum. 1. Michael Graſſus ſuis
19 communibus, libr. 1. in verbo, Statutum, quæſt. 1. † Stan-
tem Rubricæ ſunt imperfectæ, quod tamen liceat ab eis ar-
guere in aliquibus caſibus, notat Iaſon. d. Rubr. numer. 14.
Quicquid ſit, in caſibus tamen in quibus non diſponunt, vt
hic etiam cauetur, tamen declarant, & arguunt mentem Le-
giſlatorum, & Statuentium, Ita Alexand. conſil. 7. nume. 3.
volum. 2. Deci. conſil. 11. colum. 2. verſic. Quia Statutum,
20 Idem conſ. 65. num. 4. & 5. conſ. 301. num. 4. † Quod idem
eſt in proœmio, ita Napod. in proœmio conſuetud. Neapol.
in princ. cum addit. ibi, Idem Brun. tract. Statut. fœm. exclud.
art. 8. q. 20 Rebuff. tract. de Scriptura priuata, art. 1 gloſ. 1 ad
finem, Boccat. d. tract. de conſtit. Marchiæ, gl. 1. nu. 16. & no-
tatum late ſupra in Præludijs, 1. vol.

Digitized by Google

Quod iura municipalia ſeruentur ad literam. Cap. CLXXIIII.

a VErba Statutorum Communis Mediolani b ſeruen-
tur, vt iacet c litera.

SVMMARIVM.

1 *Statuta fere totius Italiæ intelligenda ſunt ad litteram.*
2 *Statuta quæ preciſè ſeruanda ſunt, an debeant intelligi per inter pretationes, num 3. & 4.*
5 *Littera, quæ dicatur, & quis litteralis intellectus, vſque ad num 10.*
11 *Interpretatio expoſitiua quæ ſit, & quæ coniecturata reſtrictiua, & extenſiua num. 12.*
13 *Interpretatio in ſtatutis, quæ non prohibeatur, & plures enarran tur interpretationes vſque ad num. 58.*
59 *Maſculinum in ſtatutis, quando non concipiat fœmininum.*
60 *Statutum quod debet intelligi ad litteram quas interpretationes admittit vſque ad num. 91.*

a VErba Statutorum] † Simile Statutum, vel per ver-
1 ba ſimilia, vel æquipollentia habetur per totam fere
Italiam, Ita not Cotta ſuis memorab. in verbo, Statuto cau
tum eſt fere, in prin. Picus in Auth. Præterea, nume. 41. C.
Vnde vir & vxor.
b Seruentur vt iacet] † Statutum ſi diceret, quod Statu-
2 ta ſeruarentur præciſe, tunc etiam haberent interpretatio-
nes de quibus infra, vt not. Alexand conſ. 80. num. 5. volu.
1. ſignanter Iaſon. in l. Omnes populi, nume. 60. verſicu.
Item quod Bartol. & colum. ſequent. ff. de iuſtit. & iure, Brũ.
relatiue tracta. Statut. fœmin. exclud. artic. 5. quæſtio. 23.
3 nume. 23. ad finem, & articulo 8. quæſtione 8. ad finem. †
Statutum ſi tolleret interpretationem legis ciuilis, & quem-
libet aliam, non tolleretur tamen interpretatio per punctũ
rationis, vel ex communi vſu loquendi, vel ex obſeruãtia,
4 Ita Corn. conſ. 331. num. 9. verſ. Item ex alio, vol. 1. † Sta-
tutum dictans quod intelligatur nullo extraneo ſubaudito
munibus, lib. 2. opinione 257. Solitum, Lauren. Kirchouius,
cent. 5. concluſ. 2. Verbum.

e Niſi quatenus reperiatur in ſcriptis iure municipali cau-
tum] Quod attendatur, & probari poſſit conſuetudo ali-
qua.

f Ex poſſeſſione] † Statutum loquens de poſſeſſione ſe-
64 cundum multos habet locum in quaſi poſſeſſione, vt not. Ti-
raq. tract. ll. connub. gloſſ 5 En pouit de ſon mary, nu. 130.
65 † Ex detentione autem, quod præſumatur poſſeſſio, not. Bal.
in l. 1. nume. 23. C. de ſeruis fugitiuis, Alex. in l. à Diuo Pio,
66 §. ſi ſuper rebus, numer. 13. cum ſequent. ff. de re iud. † Ex
eo autem, quod quis ſoluit taleas alicuius rei, non probatur
eum poſſeſſorem illius rei, Ita not. Orian. in d. cap. Quo-
niam contra, cap. 8. de teſtium depoſit. nume. 90. ad fin. verſ.
Et ideo.

g Tam de præterito] † An ex poſſeſſione de præterito
67 præſumatur præſens, & vſque ad aliud tempus de præteri-
to, vel ad tempus mortis, veluti ſi ageretur petitione hære-
ditatis, declarat ſignanter Alcia. tract. præſump. 2. reg. 2.
68 præſump. 21. † Et olim poſſidens præſumitur hodie poſ-
ſidere, ſi allegetur poſſeſſio, Couar. in cap. Rayuutius, §. 11.
nu. 2. de teſtam.

h Etiam de præſenti] † Et hoc in caſibus tantum expreſ-
69 ſis de iure communi, de quibus notatur per Bart. in l. pen.
70 ff. de condit. inſtit. † Ex poſſeſſione de præſenti licet regu-
lariter non præſumatur dominium in iudicio ordinario, etiã
per viam contradictionis moto, veluti ſi quis intentet Pu-
blicianam, & probet requiſita, cum enim illa actio non de-
tur contra Dominum, non potuit reus contradicendo ex
poſſeſſione ſola dominium fundare, prout not. ſcribentes,
in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iud. & in l. Præſes,
C. de probat. Tamen non procedit hoc, quando dominium
incidenter in iudicio ſummario deducitur per viam contra-
dictionis, vt notant Doctores d. §. ſi ſuper rebus, Hyppol. Ri-
71 min. conſil. 91. num. 4. volum. 1. † Non etiam militat, ſi de-
ducatur per viam petitionis incidenter, veluti agendo con-
feſſoria, vel communi diuidendo, vel familiæ erciſcundæ, ſe-
cus ſi principaliter, per l. 1. §. tum hæres, & l. ſicut, § ſi quæra-
tur, ff. ſi ſeruit. vendic. ita diſtinguit Orian. d. cap. Quoniam
contra, c. 8. de teſtium depoſit. nu. 92. Iaſ. in §. ſic itaque, nu.
28. & 29 Inſtit. de actio.

i Præſumatur dominium] † Nam tenens, & poſſidens
72 præſumitur Dominus, not. Caſtr. conſil. 334. num. 2. vol. 2.
idem Rebuff. tracta. de liter. oblig. art. 6. gloſſ. 3. nume. 52.
73 † Quando autem ex poſſeſſione præſumatur dominium,
not. Iaſ. §. Sic itaque, nume. 26. cum ſequent. Inſtit. de actio.
74 † In omnem caſum non præſumitur niſi allegetur, Iaſ. §.
75 Item Seruiana, num. 98 verſ. Ergo iſtud. Inſtit. de act. † Do-
minium etiam per inditium probatur, vt notatur, in l. Indi-
tia vbi ſcribentes, C. de rei vendic. not. Soc. iun. conſil. 135.
num. 14. volum. 2. & etiam per famam in antiquis, ita Alba
76 conſil. 60. num. 6. † Ex inſtrumento locationis regulariter
non probatur poſſeſſio locãtis, & in eius perſonam, ita Vin-
centius Carocius tract. locati, & conducti, verſ. Acquirenda
vel retinenda poſſeſſione, numer. 1. limitatur quinque mo-
77 dis, numeris ſequentibus, & num. 13. & 14. † Non proba-
tur pariter ex inſtrumento locationis dominium etiam con-
tra conductores, Ita Carocius d. verſ. Acquirenda vel reti-
78 nenda, num. 12. † Inſtrumenta tamen antiqua locationem
etiam ad præiudicium tertij probant dominium, & poſſeſ-
ſionem plene, alio non poſſidente tunc temporis, licet alias
in præiudicium tertij poſſidentis non concurrente antiqui-
79 tate cum eis, plenam non facerent probationem, † Maxi-
me hoc habet locum concurrente aliqua penſionis ſolutio-
ne, Ita Berous conſ. 114 num. 35 vol. 1. Burſ. conſ. 191. n. 10.
vol 1 & conſ. 402. nu. 10 vol. 2. Borg. dec. 33. num 29. & de-
80 ciſ. 45. in addit nume. 24 † Statuti huius diſpoſitio, quid
operetur vltra ius commune, ſi inferre vellemus illud ope-
rari vt præſumatur dominium, in caſibus in quibus de iure
communi non præſumitur, eſſet maxima iniquitas, quod
Publiciana nemini prodeſſet, & ſic probans poſſeſſionem ſe
habuiſſe in iudicio rei vendicationis obtineret, iuxta nota-
ta per Pract. in forma libelli c. actoris, ver. Pro ſua, nume. 3.
81 † Et ſic eſſet magna ampliatio, & propterea ego credo, quod
Statutum hoc debeat intelligi ſecundum iuris communis
diſpoſitionem in hoc tantum ampliando illud, quia ex iure
communi in caſibus, in quibus præſumitur dominium in-
telligitur de poſſeſſione de præſenti, non autem de præteri-
to, vt not. Bald. in l. 1. num. 22. & 23. C. de ſeru. fugit. Oria.
d. c. Quoniam contra, cap. 8. de teſtium depoſit. num. 92. ad
fin. de prob. Ripa l. Rem qua nobis, num. 51. ff. de acquiren.
poſſeſſ. Brun. in conſtit in verbo, Poſſeſſio, Hinc dicitur tan-
tum præſcriptum quantum poſſeſſum, l. 1. § ſi quis hoc in-
terdictu, vbi Bar. num. 1. ff. de itine. actuque priuato, & ſic
Statu-

Statutum hoc tantum ampliat in hoc ius commune, vt in illis caſibus præſumatur Dominium etiam ex poſſeſſione de præterito, non tantum de præſenti, non in alijs, & hoc ſatis eſſe debet, vt aliquid operetur, ne vlterius lædat iuris com-
82 munis diſpoſitionem. † Qua interpretatione ſtante dubito multum de opinione Lambert. in ſuo tracta. ad Statutum de alienat. mulier. gl. 1 num. 101. dum vult per diſpoſitioné huius Statuti ex contractu mulieris abſque ſolennitate Statutorum non transferri poſſeſſionem, vt præſumatur dominium, ex quo non præſumitur dominium ex poſſeſſione de præterito, vt ſupra notatum.

k Niſi contra præſumptionem probetur] † Nam domi-
83 nium præſumptum non nocet vero Domino, Ita Practic. de forma libelli capitulorum actoris, verſ. Pro ſua, & tanquam ſua, num. 3.

l Obſeruentur etiam conſuetudines generales] † Conſue-
84 tudinum autem generalium aliquæ notatæ, in gloſſis, de quibus infra dicetur, in verbo ſequenti. Aliquæ autem per Doctores, veluti dicitur de amiſſis in ludo, quod licet de iure communi poſſit repeti vſque ad annos quinquaginta, tamen de conſuetudine, ſaltem in Italia, non repetuntur, vt late fuit notatum ſupra in 1. volum. c. 428. Si per tres, in ver-
85 bo, Alicuius ludi reprobari. † Secundo poteſt exemplificari in conſuetudine, de qua atteſtatur Cœpol. tract. ſeruit. vrbanorum prędiorum, c. 40. De pariete, & muro, nu. 30. Quod ſcilicet ſocius volens vti muro ſuperædificato per ſocium expenſis eiuſdem ſocij proprijs teneretur ad erogationem dimidiæ illius expenſæ, quod expreſſe infra cauetur, c. 335.
86 Si contingat. † Conſuetudines etiam generales inducunt bonam fidem, teſte Cotta ſuis memorab. in verbo, Conſue-
87 tudo, verſ. Secundo alibi. † Conſuetudines autem generales, & notoriæ non indigent probatione, ita Rimin. iun. conſ. 35. num. 21. vol. 1.

m In Gloſſis iuris ciuilis] † Exemplificari poteſt primo
88 in conſuetudine Bulgari, quod relicto ſimpliciter vſufructu vxori per maritum, ſtantibus filijs reſtringitur ad alimenta, de qua per glo. in Auth. Hoc locum, in verbo, Derogari C. de ſecund. nupt. De qua per Bal. in l. Titia, §. Titia cum nu-
89 beret, vbi Scribentes, & maxime Picus late, ff. de leg. 2. † Secundo poteſt exemplificari de conſuetudine, de qua in l. ſi locus, §. cum viam publicam, ff. quemadmod. ſeruit. amittatur, quod ſcilicet deſtructa via publica fieri debeat ſuper fundo vicino, ſoluto pretio per Fiſcum, licet hoc de conſuetudine, non ſeruetur, vt not. gl. d. loco, & firmat Natta conſil. 534. nume. 25. volum. 3. & infra notatum 348. Item
90 quod nullus, in verbo, ad refectionem ipſam. † Tertio poteſt exemplificari in conſuetudine, de qua per Cœpol. in tract. ſeruit. vrban. prædiorum, cap. 61. numer. 3. quod l. Meniana. C. de ædific. priuat. ſit correcta, vt atteſtatur ibi Gl. finalis, Quod idem dicitur in diſpoſitione l. fi. ff. finium regund. cum ex conſuetudine generali non ſeruetur, vt firmat Bald. in conſi. 348. num. 5. volum. 2. de mente gl. d. l. Meniana in gl. fin. Alias Conſuetudines generales ſi quæ ſunt per te collige.

De commiſſionibus faciendis Doctoribus de Collegio Iudicum Mediolani, de cauſis forenſibus. Cap. CLXXVII.

VBi contingat *a* per Iuſdicentes, *b* commiſſiones debere fieri *c* Iuriſperitis, *d* in terris communibus inter Mediolanum, & Papiam, vel Mediolanum, & Laudem, *e* vel etiam in terris infeudatis, vel alijs *f* habentibus iuriſdictionem ſeparatam, ſiue limitatam, ſiue non, *g* de aliquibus cauſis, appellationum, *h* vel de cauſis reuiſionum arbitramentorum, *i* & grauaminum, *k* vel alijs cauſis, *l* vel articulis committendis, *m* ſiue ad decidendũ, *n* ſiue ad conſulendum, fiant tales commiſſiones Doctoribus de Collegio Iuriſperitorum Mediolani, videlicet vni de Collegio *o* pro ſingula commiſſione *p* Confidenti partium, vel vnius partis in alterius contumaciam, aliter commiſſio, quæ in contrariam fieret, & ſententia inde ſequuta, non valeant ipſo iure.

a PEr Iuſdicentes] Ordinarios ſcilicet ad formam Statuti ſupra cap. 131. Lata ſententia, verſic. Quod poſt appellationem, vol. 1.

b Commiſſionibus] De omnibus cauſis, vt infra ex verbis ſequentibus colligitur.

c Iuriſperitis] Et hoc iuxta formam Statuti ſupra, capit. 27. Deinde, & c. 57. In quolibet, Et c. 131. Lata, verſ. Quod commiſſionem, vol. 1.

d In terris communibus] Quæ comprehenduntur in his ſtatutis in omni diſpoſitione, vt ſupra cauetur c. 153. Statuitur, ad finem, vbi late diſcuſſum.

e Vel etiam in terris infeudatis] Nam omnes cauſæ terrarum etiam infeudatarum, committuntur conſilio ſapientis in Ciuitate Mediolani, etiam in cauſis principalibus, vt cauetur ſupra c. 27. Deinde, Quod quidem Statutum ſic diſponens valet, ita Boſſ. ſua praxi crim. tit. de Principe, & eius priuileg. num. 238.

f Habentium iuriſdictionem ſeparatam, vel limitatam]
1 † Idem de iure communi etiam in ciuitatibus ſeparatis vbi non habeant collegium, Cuman. conſ. 145. nu. 4.

g De aliquibus cauſis appellationum] Ad formam Statuti ſupra capitulo 131. Lata ſententia, verſic. Qoud Commiſſionem.

h Vel cauſis reuiſionum] Iuxta diſpoſitionem Statuti ſupra c. 116. Petito, & ſequenti.

i Et grauaminum] Iuxta Statutum infra c. 146. Si quis, ver. Et niſi fiat, & infra c. 196. Appellans.

k Vel alijs cauſis principalibus] Secundum diſpoſitionem c. 27 Deinde, & c. 57. In qualibet.

l Vel articulis] Vt cauetur ſupra cap. 58. In quibuſcunque.

m Siue ad decidendum] Quando non agitur de primis, & principalibus cauſis, iuxta diſpoſitionem c. 27. Deinde, quia tunc extra cauſas principales dantur ad decidendum, non conſulendum.

n Siue ad conſulendum] Hoc eſt in cauſis principalibus iuxta diſpoſitionem dicti cap. 27. Deinde, & cap. 57 In qualibet.

o Pro ſingula commiſſione] Idem cauetur ſupra cap. 27. Deinde, & alijs ſupra allegatis.

p Confidenti] Expone hoc verbum cum ſequentibus, prout late ſupra c. 27. Deinde cum ſeq.

RVBRICA GENERALIS, De extraordinarijs iuriſdictionum.

Quod ducentes victualia, & negotiationes nõ impediantur. Cap. CLXXVIII.

a QVælibet perſona, *b* exceptis bannitis *c* maleficij, *d* & inimicis prælibati Domini Mediolani, *e* & etiam infectis peſtilentia, ſeu morbo tute poſſit ducere, *f* veniendo *g* ad, *h* ſeu verſus ciuitatem Mediolani blada, vinum, liguamina, ligna, & quęlibet alia victualia, carbones, azarium, ferrum, graſſas, fœnum, palleam, calcinam, & cæteras negotiationes abſque eo, *i* quod poſſit, nec debeat capi, *k* detineri, *l* nec moleſtari, *m* nec impediri, in perſona, *n* nec in rebus, nec beſtijs *o* modo aliquo, pro aliquo debito *p* publico, nec priuato, *q* nec conceſſione, nec aliqua *r* alia de cauſa veniendo, *ſ* morãdo, & rediundo, pro prædictis, & quod non ſit aliquis Iudex, qui debeat ipſos impedire, modo aliquo, ſed cum nouerit ipſam perſonã, prædictas res, vel aliquam earum, duxiſſe, vel portaſſe, ad, ſeu verſus ciuitatem Mediolani, *s* incontinenti, omni mora poſtpoſita, faciat ipſam perſonam relaxari, *u* ſine aliquibus impenſis, ſub pœna Iuſdicenti librarum quinquaginta Imperialium, applicandarum pro dimidia parte Cõmuni Mediolani, & pro altera moleſtato, ad quam compelli poſſit, & debeat etiam durante officio, & ille, ad cuius petitionem detentio, ſeu moleſtatio facta fuerit, ſi ipſam moleſtiam, *x* ſcienter indebite, vt ſupra, fieri fecerit, *aa* vel aliter contradixerit, quin reſtitutio, vel relaxatio fiat, condemnetur in libris viginti quinque Imperialium, & ſeruitor, & famuli, qui ſcienter ipſam moleſtiam fecerint, in libris decẽ Imperialium, pro quolibet eorum applicandis, vt ſupra. *bb* Et nullum datum fiat contra prædicta, nec aliquod prędictorum, & ſi contrafieret, *cc* ipſo iure, nullum, & irritũ ſit. Et hoc Statutum *dd* ſit præciſum, & præciſe ſeruetur, ipſo dato non obſtantis ſaluis tamen Statutis, & ordinibus Mercatorum Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Banniti regulariter non veniant in diſpoſitione.*
2 *Saluus conductus datus pro eundo intelligitur etiam pro redeundo.*

3 *Modo*

3 *Modo aliquo, hæc verba quid ſignificent.*
4 *Clauſula incontinenti omni mora poſtpoſita quid ſignificet.*

a QValibet perſona] Comprehendit omnem qualitatem perſonarũ etiam forenſium, maxime ſtante exceptione caſuum de quibus infra, quę firmant regulam, in cæteris, late notatũ ſupra c.107. Temporibus, in uerbo, Saluo, uol. 1.

b Exceptis bannitis] † Hi quidem non comprehenderen-
1 tur, etiam quod non fuiſſet facta exceptio, ita Cotta in ſuis memorab. in uerbo, Nundinæ, uerſ. Similiter.

c Maleficij] Secus ſi ſint banniti ex contumacia, uel de fideiuſſoria, Iuxta diſpoſitionem c.10. Si quis, & c.413. Ad petitionem, uolu 1.

d Et inimicis Domini] Intellige de hoſtibus Principis.

e Et infectis peſtilentia, ſeu morbo] Hi enim omni caſu ſunt à longe mittendi.

f Veniendo] † Saluus autem conductus datus pro ueniendo
2 habet locũ etiam pro redeundo, Ita Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 336. nu. 16.

g Ad] Quando reperti in ingreſſu ciuitatis.

h Seu uerſus] Reperti ſcilicet in itinere tantum.

i Quod poſſit nec debeat] Hæc diſpoſitio ſufficit pro aſſidatione ita Bal. in l. 1. nu. 1. C. de Nundin.

k Capi detineri] In caſibus ſcilicet in quibus eſt permiſſa, per Statutum ſupra c.167. Pro debito, & in nouis Conſt. tit. de prohib. & conceſſ. execut. in prin. Cum in alijs prohibeatur captura.

l Nec aliter moleſtari] In rebus ſcilicet, ut infra declaratur.

m Nec impediri in perſonam] Per detentionem ſcilicet.

n Nec in rebus] Per executionem realem.

o Modo aliquo] Comprehendit omnem qualitatem moleſtationis, ita Anchar. iun. q.39. nu. 10. lib. 1.

p Publico, uel priuato] Quæ ſint ſingula, late notatum d. c.167. Pro debito, his uerbis, uol. 1.

q Nec conceſſione] Executionis, ſcilicet.

r Alia de cauſa] Ciuili ſcilicet non criminali, ut ſupra expreſſum.

ſ Morando, & redeundo] Hoc ſub intelligeretur etiam nõ expreſſum, ut ſupra fuit notatum.

t Incontinenti omni mora poſtpoſita] † Hæc uerba gemi-
4 nata demonſtrant omnimodam celeritatem, uulgata l. Baliſta. ff. ad Trebell.

u Sine aliquibus expenſis] Ex quo captus fuit cõtra diſpoſitionem Statuti, idem cauetur ſupra in ſimili c.64. Nullus.

x Scienter] Nam abſq; ſcientia non poteſt induci culpa.

aa Vel aliter contradixerit] Poſt factam ſcilicet executionem, uel capturam.

bb Et nullum datum] Conceſſio ſcilicet executionis contra formam huius Statuti.

cc Ipſo Iure] Abſque ſententia reſciſſiua, licet declaratoria requiratur, ut ſupra notatum, c. 1. in uerbo, ipſo facto, uol. 1.

dd Sit præciſum, & præciſe obſeruetur] Verbum hoc, Præciſe, qui operetur, late notatum ſupra, in Præludijs, & c.100. Statuitur, in uerbo, Præciſe, & alibi, uol. 1.

De iure reddendo non ſubdito iuriſdictioni Iuſdicentium Mediolani, & eius Ducatus. Cap. CLXXIX.

a IN omnibus præparatorijs iudiciorum, b & in omnibus deciſorijs, & generaliter c in quibuſcunque proceſſibus, d ſiue procedatur ciuiliter, ſiue criminaliter, e ſiue ordinarie, ſiue extraordinarie, f ſiue ex officio, ſiue non, & generaliter quacunq; uia procedatur, g tale ius reddatur & reddi debeat unicuique, h cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, i non ſubdito k iuriſdictioni Iuſdicentiũ Mediolani l & eius Ducatus, m uel qui nõ tenetur ſubire forum Iuſdicentium Mediolani, & eius Ducatus, n quale redderetur ſuppoſito iuriſdictioni Iuſdicentis Mediolani, o ſi litigaret in iuriſdictione Iuſdicentium ipſius non ſuppoſiti, ſi ibi eſſet p controuerſia, lis, cauſa, contentio, uel quæſtio, Et ſi dubium emerſerit, qualiter, & quale ius reddatur ſubditis iuriſdictionibus, ut ſupra, in alijs ciuitatibus, locis, & terris, credatur, & ſtetur uerbo, ſeu dicto duorum Abbatum ſtratæ Mercatorũ Mediolani, uel aliorũ duorũ bonorum virorum, r qui Stratis utantur. Et ſi fides per dictam formã facta non fuerit, habeatur pro conſtanti, quod in alijs locis, & ciuitatibus, ac foris, ſ ius cõmune ſeruetur. Et ſi contra prædicta, uel aliquod prædictorũ fieret, ſit caſſum, & irritũ, & nullius ſit ualoris, & momenti. Et ad prædicta obſeruanda, & quolibet eorũ, teneatur quilibet Iuſdicens, ſub pœna librarum quinquecentum Imperialium, ſoluenda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera accuſatori, t incontinenti, u & non expectato ſyndicatu exigenda, per quemlibet Iuſdicentem, & ultra hoc teneatur talis Iuſdicens, qui prædicta nõ obſeruauerit, ad reſtitutionem omnium damnorum, & intereſſe in duplum damnum paſſo.

SVMMARIVM.

1 *Præparatoria iudicij quæ dicantur.*
2 *Iudex præparantis eſt Iudex cauſæ præparatæ.*
3 *Iudex abſolutionis à iuramento eſt Iudex totius cauſæ.*
4 *Proceſſus quando quid eſſe dicatur.*
5 *Criminaliter quando dicatur procedi, & quando ciuiliter.*
6 *Ordinarie, & extraordinarie quando dicatur quid agi.*
7 *Officium Iudicis quid ſit, & quotuplex.*
8 *Statutum quod tale ius reddatur quomodo ſit intelligẽdũ, & n. 9.*
10 *Clauſula cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis quid importet.*
11 *Subditus, & nõ ſubditus quis proprie dicatur, n. 12. & 13. & n. 18.*
14 *Forenſis quibus caſibus forum ſortiatur, & nu. 16 & 17.*

a IN omnibus præparatorijs] † Præparatoria iudicia di-
1 cuntur ea, quæ fiunt ante litem conteſtatam, ita Aſin.
2 ſua praxi iud. § 14. cap. 3. nu. 15. † Iudex præparantis dicitur quoque Iudex præparati, ita Cotta ſuis memorab. in
3 uerbo, Iudex præparatis. † Ideo Iudex abſolutionis à iuramento eſt Iudex totius cauſæ, Boſſ. tit. de foro comp.

b Et in omnibus deciſorijs] Quæ autem reſpiciant deciſoria cauſæ notatum late ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, in verbo, Reſpicientibus ordinem procedendi, vol. 1.

c In quibuſcunque proceſſibus] † Dicitur de proceſſu,
4 quod ſit poſt oblatum libellum, Aſin. ſua praxi iudic. § 6. cap. 12. num. 2.

d Siue procedatur criminaliter, ſiue ciuiliter] † Quando au-
5 tem dicatur procedi criminaliter, & quando ciuiliter, not. Aſin. ſua praxi iudic. in princ. c. 5. nu. 11. & § 1. c. 4. num. 4. cum ſeq. late notatum ſupra in Rubrica generali, 1. in verbo, In ciuilibus, vol. 1.

e Siue ordinarie, ſiue extraordinarie] † Siue ſcilicet agatur
6 via ordinaria, ſiue extraordinaria, ſiue ſummaria, de quibus iudicijs notatur per Scribentes, in l. ait Prætor. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud.

f Siue ex officio] † Officium Iudicis quid ſit, & quotuplex,
7 late notatum in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Aſin. ſua praxi iud. in prin. c. 3. nu. 50. cum ſeq.

g Tale ius reddatur] † Statutum ſi tamen prohiberet reddi
8 ius aliter, poterit tamen ſe defendere, non tamen proponere exceptionem per quam agat, ita not. Bald. in l. Quoniam,
9 nume. 7. C. ad l. Iuliam, de adult. † Diſpoſitio huius ſtatuti quod multum operetur, notat explicando Borgn. deciſ. 27. nu. 38. Decian. conſ. 11. nu. 191.

h Cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat] † Comprehẽ-
10 dit omnem qualitatem perſonarum, vt per hæc verba, in ſimilitudine, Anchar. iun. ſua q. 39. nu. 10. & 11. lib. 1.

i Non Subdito] † Quis autem proprie dicatur non ſubdi-
11 tus, not. gloſſ. in Clem. 1. § Eiſdem, in verbo, Subditos, de foro compet. Bald. l. Omnes. §. Verum ſi apparen. C. de Epiſc. & Cler. Alex. ad Bart. in l. Aſſumptio, in verbo, Filius, in li-
12 tera B & litera C. in verbo, Item in eo. ff. ad municip. † Proprie autem dicitur ſubditus ratione domicilii, non originis, ita Boſſ. poſt alios, notatos ſupra c 44. Si quis, in verbo, Non ſuppoſitus, volum. 1. notat ſua praxi crim. tit. de crimine læſæ Maieſtatis, num. 95. Idem tit. de pœnis, num. 47. verſic.
13 Et circa dictum † Si autem Statutum loqueretur negatiuè, tunc etiam originarius comprehenditur, vt not. d. num. 4. verſic. Et ad hoc.

k Iuriſdictioni Iuſdicentium Mediolani] Quatenus ſe extendat eorum iuriſdictio, notatum ſup. ca. 27. Omnes.

l Et eius Ducatus] De quibus ſupra cap. 95. Poteſtas, & cap. ſequenti.

m Vel qui non tenetur ſubire forum] † Forenſis vbicunque
14 ſortitur forum ratione contractus, vel collatæ ſolutionis, vel aliter, tunc attenditur Statutum loci contractus, vel ſo-
15 lutionis, vel moræ contractus. † Quia paria ſunt ſortiri forum, vel Statutis ligari, ſecundum gloſſam, & Canoniſtas, in cap. Quod Clericus, de foro compet. Bald. in l. Cunctos populos, num. 20. cum ſeq. C. de ſumma Trinit. Soc. conſil. 14.
16 nu. 5. & 6. vol. 4 Et notatum in Præludijs. † Nec in his caſibus Statutum loquitur, quia in eis caſibus forenſis dicitur ſubditus iuriſdictioni, vbi forum ſortitur, ita Bart. tract. Re-
17 preſſal. in 5. par. princ. q. 5. numer. 12. & 13. † Forum autem quibuſmodis quis dicatur ſortiri, notat Caſtrenſ. in l.
18 fin. C. de in rem act. † Promittens autem ſoluere in aliquo loco, etiam quod ibi non reperiatur, quando poſſit ibi conueniri, not. ſex Concluſiones Foller. in Rubric. De

Digitized by Google

Magiſtratu iuſticiario Capitaneorum, nume. 126. cum ſeq. late notatum ſupra cap. 3. Item, in verbo, Qui conueniri poſſit, vol. 1.

n Quale redderetur ſuppoſito] † Suppoſitus, vel ſubditus
18 iuriſdictioni dicitur, non qui ratione originis paternæ, ſed domicilij, & habitationis eſt ſupppoſitus, ita Zabarel. conſ. 131. Fel. cap. 1. nu. 32. De ſponſalib. & notatum ſupra c. 44. Si quis non ſuppoſitus, vol. 1.

o Si litigaret in iuriſdictione] Aliena ſcilicet illius non ſuppoſiti.

p Controuerſia, lis, cauſa, contentio] Licet inter ſe hæc verba differant, de iure communi tamen idem importanr, per Statutum ſupra cap. 123. Hæc verba, vbi notatum, volum. 1.

q Et ſtetur verbo, ſeu dicto] Cum iuramento tamen, quia ſimplici dicto alicuius non debet credi, iuxta notata in Statuto ſupra cap. 51. Si debitor, in verbo, Abſque ſacramento, volum. 1.

r Qui ſtratis vtuntur] De quibus in nouis Conſtit. tit. de off. Abbat. Mercatorum.

ſ Quod ius commune ſeruetur] Idem not. Caſt. conſ. 156. nu. 2. uol. 2. Soc. ſen. conſ. 120. nu. 20. ver. 6. uol. 1.

t Incontinenti] Quid dicatur incontinenti executum hoc caſu, not. Menoch. tract. arbit. lib. 1. cent. 1. caſu 30.

u Et non expectato ſyndicatu] Nam alias regulariter officialis non moleſtatur ante ſyndicatum, vt late notatum ſupra c. 31. Poſſit, in verbo, Et debeat ſyndicari, uol. 1.

De his, qui non obediunt Statutis, quod habeantur extorres ab eis. Cap. CLXXX.

a IN fauorem ſubditorum Dominorum Iuſdicentium Mediolani, & eius Ducatus tantum, ſtatuitur, quod b qui Statutis Cōmunis Mediolani non obediunt, ab eis habeantur extorres.

S V M M A R I V M.

1 *Statuta fiunt regulariter fauore ſubditorum.*
2 *Forenſes non ligantur ſtatutis.*
3 *Statutis ligari, vel forum ſortiri paria ſunt.*
4 *Forenſes non vtuntur beneficio ſtatuti.*
5 *Clerici an vtuntur beneficio ſtatutorum, & nu. 6. & quare, nu. 7. & à nu. 18. vſq; ad nu. 23.*
8 *Suppoſiti ſtatutis qui dicantur.*
9 *Subditus mutans domicilium non deſinit eſſe ſubditus.*
10 *Subditus ratione domicilij an ſit vere ſubditus, & nu. 11. & 12.*
13 *Mulier nupta extra territorium, an poſſit gaudere beneficio ſtatutorum patriæ.*
14 *Subditus in dubio quis præſumitur vbi habitat, declara numer. 15. & 16*
17 *Forenſis dicitur, qui non eſt natus in eo loco.*
24 *Ciuis alicuius caſtri exempti ab aliqua ciuitate non ligatur ſtatutis illius ciuitatis.*
25 *Extorres qui dicantur.*
26 *Forenſes, & non ſubditi non gaudent beneficio ſtatutorum, declara vſq; ad num. 30. & 32.*
31 *Ciuis ex priuilegio an poſſit gaudere beneficio ſtatutorum.*

a IN fauorem ſubditorum] † Statuta enim fiunt in fauo-
1 rem regulariter ſubditorum, non autem forenſium, ita not. Grat. conſ. 52. nu. 13. vol. 2. Gallia in conſuetud. Alexandriæ in præfat. 8. nu. 44.

b Qui Statutis Mediolani non obediunt] † Hi ſunt fo-
2 renſes, qui non ligantur Statutis l. Cunctos populos, vbi Scribentes omnes, C. de ſumma Trinit. Alciat. conſ. 63. nu. 1. & notatum in Præludiis, Ideo non debent eorum beneficio gaudere, ita Borgni. dec. 10. num. 37. & dec. 42. num. 43.
3 † A pari autem procedunt ligari Statutis, vel ſubijci iuriſ-
4 dictioni, not. Alexand. conſi. 13. num. 20 volum. 7. † Quo fit, vt non poſſint gaudere beneficio Statutorum, tanto magis cum non ſuſtineant onera in hoc Ducatu, ita not. Alex. conſil. 41. num. 1. & 2. volum. 7. Idem Dec. conſi. 114. colu. 2. verſ. Et licet in effectu, Idem in conſi. 150. num. 8. Soc. ſen. conſi. 120. num. 12. volum. 1. Rui. conſi. 169. ad finem, volu. 1. Marſi Sing. 519. cum allegatis per Tiraq. tracta. primogen.
5 quæſt. 44. numer. 4. † Fallit tamen in Clericis huius Ducatus, qui dicuntur nō ſuppoſiti, nec ſubeunt onera ex priuilegio eorum, & à pari procedunt cum forenſibus, vt notat
6 Burſat. conſil. 59. nume. 36. volum. 1. † Licet non dicantur forenſes, ſed quaſi ſubditi, ita Boſſ. de foro competen. num. 111. verſ. Et ideo Clerici, Et dicuntur etiam ſub protectione Domini temporalis, vt notat Boſſ. tit. De crimine læſæ Maieſtatis, num. 87. & 88. Tamen vtuntur beneficijs Statutorum, ita Alexan. conſil. 41. num. 5. volum. 7. Plot. l. Si quando, nume. 854. verſi. Clerici tamen, C. Vnde vi, vt
7 infra dicetur. † Subeunt tamen onera ſpiritualia, vt notat
8 Burſatus conſil. 59. numer. 32. volum. 7. † Statutis dicuntur ſuppoſiti, qui in territorio eorum poſſunt conueniri
9 Cephal. conſi. 146. numer. 11. volum. 2. † Subditus ratione originis propriæ, vel paternæ, licet mutet Domicilium, tamen non deſinit eſſe ſubditus, vt not. ſignanter Abb. cap.
10 Propoſuiſti, num. 7. De foro compet. † Secus ſi ſit ſubditus ratione domicilij tantum, quia eo tranſlato alibi deſinit eſſe ſubditus, vt ibi per eum, ſed originarius, qui alibi transfert domicilium, prout in muliere nupta alibi, quæ dicatur proprie non ſubdita, notat in terminis his Caſtr. conſ. 89. nu. 2.
11 ad finem, vol. 2. † cum proprie ſubditus dicatur quis ratione domicilij, vt not. Alciat. tract. Præſump. reg. 1. præſump. 37. ad finem late Tiraq. tract. retract. lignag. §. 9 gl. 1. n. 22.
12 & notatum ſupra, in hoc verbo. † Et originarius qui deſijt habitare alibi transferendo domicilium, deſinit eſſe ciuis in
13 loco originis, Rui. conſi. 120. nu. 5. vol. 4. † Mulier tamen nupta extra territorium in fauorabilibus, & commoditatibus ſuis gaudet beneficio Statuti ſuæ patriæ, & originis, non autem in odioſis, quia non ligatur illo Statuto, ita Ang. de Gambiglio conſil. 75. nu..... Soc. iun. conſi 37. num. 9. & 10. vol. 1. Franc. Veg. conſi. 10. nu. 8. & ſeq. Rimmal. iun conſi.
14 353. & 354. vbi late Borg deciſ. 42. num. 46. & ſeq. † Subditus quod quis ſit alicuius loci, vel ne, in dubio præſumitur ſubditus illius loci, vbi habet domicilium habitationis, vt not. Roland. à Valle tract. de lucro dotis, quæſt. 12. nu. 32.
15 † Et ſecundum quid dicitur ſubditus quis in loco bonorū, cum illorum reſpectu conueniatur, & grauetur oneribus
16 realibus, & mixtis, ita Burſat. conſi. 16. num. 2. vol. 1. † Et gaudet Statutis illius loci, ita Burſat. conſ. 198. nu. 50. vol. 2.
17 † Forenſis dicitur, qui in aliquo loco non eſt natus, Caſt. conſi. 89. num. 3. volum. 2. nec ibi habet originem, vel do-
18 micilium, vel incolatum, Dec. conſi. 661. num. 5. † Clerici & ſi non ſubditi, & non ſubeuntes onera ex priuilegio non comprehenduntur in hac diſpoſitione, vt arceantur à beneficio hoc Statutorum, ita not. contra Matheſil. Singula. 110. in addit. ibi late Caſtren. conſi. 157. in princ. volum. 2. Fel. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nume. 70. De conſtit. Alex. lib. 4. num. 3. & 4. ff. de acq. hæred. idem conſ. 41. nū. 5. vol. 1. Ancharan. conſ. 61. num. 2. Dec. conſ. 114. colum. 2. verſ. 2. etiam Roch. Curt. in tract. conſuetud. num. 68. cum ſequ. Alcia. l. Inter claras, num. 17. C. de ſum. Trinit. & fide Cath. & conſ. 62. nume. 14. Boſſius ſua praxi crimin. tit. de pœnis, num. 43. verſic. Sed ſi ſimpliciter, Marſil. Singulari 453. nu. 2. Cotta ſuis memorab. in verbo, Clerici ligantur, verſic. Et præterea, Soc. ſen. conſ. 241. col. 3. ver. Circa ſecundum, cum ſeq. vol. 2. Tiraq. d. tract. primogen. quæſt. 44. nume. 4. cum ſeq. Affl. in conſtit. regni, Rub. 17. De defenſor. nu. 14. lib. 1. Alba. conſ. 8. nu. 9. Plott. l. ſi quando, n. 854. verſ. Clerici tamen, C. vnde vi, Capra ſuis cōmunibus, in verbo, Eccleſia
19 ſicut, declarādo, vt ſupra notatum in Præludijs, † Quicquid in contrarium tenuerit, Marſ. tract. bannit. in verbo, villis, num. 3. & Alciat. conſ. 534. num. 6. ſibi contrarius, quem referendo, ſequitur Gallia. in Conſuet. Alexandriæ, in verbo,
20 Maritus, quæſt. 4. num. 15. † Quod adeo procedit, vt ſecundum multos non poſſint ſtatuentes denegare beneficiū Statutorum etiam expreſſe, & præcipue Clericis, Ita not. Abb. C. Quod clericis, col. 7. nu. 38. de foro compet. Anchar. conſi. 61. nu. 3. Dec. conſ. 114. colum. 2. ver. Et licet in effectu, Socin. ſen. conſ. 122. num. 6. verſi. 1. & conſi. 241. colu. 3. verſi. circa ſecundum cum ſeq. volum. 2. & conſi. 292. nu. 5. vol. 2. Idem Soc. in l. 2. num. 3. ff. de his quæ pœnæ nomine, Cotta in memorab. in verbo, Clerici ligantur, verſi. Et ideo, Marſi. tract. bannit. in verbo, Bona, num. 81. Boſſ. ſua praxi criminal. tit. De pœnis, nu. 43. verſ. Sed ſi ſimpliciter, Tiraq. multa notat tract. Primog. quæſtione 44. num. 10. cum ſeq. Contrariam autem opinionem, quod expreſſe clerici poſſint arceri à beneficio Statutorū per Statuentes, notat Bald. conſi. 270. licet Statuto, volum. 3. Idem Bal. in l. Si quis curialis, §. Statuimus, num. 4. C. de epiſc. & cler. & hoc quia dicuntur non ſuſtinere onera ex priuilegio, idem notat Alex. conſ. 209. colum. 3. num. 11. verſi. Tamen & alia, volum. 2. & conſi. 41. num. 5. vol. 7. Abb. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 24. verſi. Item facit ad quæſtionem, & ibi Felin. quæſt. 8. num. 81. verſi. ad hunc punctum contra, vbi etiam Dec. num. 47. De conſtit. Dec. idem conſi. 62. ad finem, & conſi. 83. nu. 4. in finalibus verbis, & conſ. 275. num. 9. Iaſ. l. de quibus, num. 12.

Digitized by Google

numer. 12. verſic. Sed pulchrum, & nume. 13. C. de legibus,
Cotta d. memorab. in verbo, Clerici ligantur, verſ. Et ideo,
Alciat. conſ. 92. numer. 6. Marſil. ſing. 453. & 519. Soci. ſen.
ſibi contrarius, conſ. 97. colum. fin. nume. 84. & conſil. 122.
num. 6. verſic. Et ad illud, volum. 1. Calcan. conſ. 7. colum. 7.
circa med. num. 16. Tiraq. late confirmat retract. lignag. §.
1. glol. 8. num. 42. Curt. tract. conſuetud. nume. 678. in 2. de-
claratione, & numeris ſequent. vſque ad numerum 697. vbi
ponit plures declarationes, in quibus clerici etiam tacite li
gantur Statutis, & conſuetudinibus laicorum, idem not. no-
21 uiſſime Ploti. in l. ſi quando, n. 854. circa finem, C. vnde vi. †
Facit pro hac opinione, quia licet Statutum non poſſet tol-
lere ius commune Clericis, tamen poteſt eos arcere à bene-
ficijs, & priuilegijs Statutorum, Ita not. Bal. in ſuo tract. Sta-
tutorum in verbo, Clericis, num. 7. in verſ. Statutum, Dec.
conſ. 275. num. 3. Cotta d. memorab in verbo Clerici ligan-
22 tur, verſ. Et ideo, idem not. Alciat. conſ. 708. nu. 1. † Tamen
in Statuto hoc noſtro videntur arceri expreſſe, ex quo pro-
23 hibet non obedientes vti Statutis his noſtris. † Vbi autem
clerici poſſint vti beneficio horum Statutorum, vbi nõ ſint
expreſſe prohibiti, tamen debent vti cum eorum qualitati-
bus, & etiam pati eorum cenſuram in alijs particulis eis vtẽ
tes, Ita Dec. conſ. 532. num. 8. Iaſ. l. de quibus, num. 12. ff. de
legibus, & in l. Contra. §. 1. num. 12. ff. de pact. Soc. ſen. conſ.
120. num. 20. volum. 1. Ripa cap. 8. num 2. libr. 1. Reſpon-
ſorum, Boer deciſio. 231. ad finem, Tiraqu. tract. lignag. §. 1.
gloſſ. 13. num. 7. Alciat. in Auth. Caſſa, num. 15. C. de Sacr.
Eccleſ. Curt. d. tract. Conſuetud. num. 678. & 690. Maranta
ſua diſputat. 8. num. 14. Sayrana ad Matheſil. Sing. 110. nu.
20. Alba. conſ. 50. num. 9. cum ſequent. Camillus Salernus
in proœmio Caroli Regis, verſic. Præfatis, in litera C. Vr-
ſill. ad Afflict. deciſ. 310. nume. 13. Borgn. deciſ. 21. num. 24.
Borſat conſ. 59. num. 30. ad finem, & conſil. 93. nu. 29. & 30.
24 volum. 1. & late notatum in Præludijs ſupra, 1. volu. † Ciuis
quoque alicuius caſtri exempti, & ſeparati ab aliqua ciui-
tate non ligatur, nec poteſt vti commodo Statutorum illius
primæ ciuitatis, vt not. Burſatus conſil. 189. num. 13. & 14.
volum. 2.

e Habeantur extorres] † Extranei ſcilicet, & priuati eorum
25 commodo. Ita hoc verbum declaratur, in l. fin. in verbo, Ex-
torres, C. de cuſtod. reorum, Alciat. in l. Inter claras, nu. 15.
C. de ſumma Trin. & fide Cath. cũ notatis per Dec. d. conſ.
26 114. col. 2. ad finem, verſic. Secundo etiam. † Quod idem eſt
de iure communi vt forenſes, & non ſubditi non gaudeant
beneficijs Statutorum, ex quo non ſuſtinent onera in territo
rio Statuentium, & ſic non poſſunt ab eis etiam ligari, ita
Alex. conſ. 100. num. 2. vol. 3. Boſſ. ſua praxi crimin. titu. de
captura, num. 52. Marſil. Sing. 253. Alciat. conſ. 427 num. 3.
verſic. confirmatur iterum, Socin. iun. ſuis communibus, in
verbo, forenſis, Roland. à Valle de lucro dotis, quæſt. 36. nu.
12. & 16. Anchar. iun. quæſt. 63. num. 3 libr. 2. Idem notat
Plott. conſil. 18. num. 18. Idem Bonacoſſa in quæſt. crim. in
27 verbo, Forenſis, verſ. è conuerſo. † Nam ſi Statuta eis no-
cerent, & illis prodeſſe poſſent, Ita Bald. conſ. 460. num. 2.
volum. 1. quod idem notat Burſat. conſ. 59. num. 38. volu. 1.
28 † Sed quod Statuta generaliter, & indiſtincte loquentia,
poſſint prodeſſe forenſibus, licet non poſſint eis ligari, not.
29 Alex. conſ. 111. num. 6. vol. 7. † Fallit tamen ſi Statutum
etiam loquens in perſonam concerneret effectum rei, & hoc
reſpectu bonorum in territorio Statuentium ſitorum, velu-
ti in ſucceſſionum modo, vt notat ſignanter Alba. conſ. 50.
nu. 5. cum ſeq. Cephal. conſ. 309. nu. 6. cum ſeq maxime nu.
30 71. vol. 5. idem Burſ. conſ. 198. nu. 42. & 43. volu. 2. † Tolli
autem videbatur per hanc Statuti diſpoſitionem, ne foren-
ſis, & non ſuppoſitus poſſit vti beneficio Statuti dante exe-
quutionem paratam, de qua ſupra capit. 42. Si quis, & infra
cap. 201. Statuitur, ex quo reſpicere videntur deciſoria cau
ſæ, ſecundum opinionem Socin. ſen. conſ. 120. num. 12. cum
ſeq. volum. 1. Contrarium in his terminis cenſet Alciat. in l.
Inter Clarius, num. 15. C. de ſumma Trinit. & Anchar. iun.
quæſt. 63. nu. 3. lib. 2. & ſupra notatum d. cap. 42. Si quis, in
31 verbo, Et vti volens, vol. 1. † Ciuis quoque ex priuilegio po
teſt vti beneficio Statutorum horum, cum poſſit dici ſubie-
ctus Statutis, Alexand. conſ. 117. colum. 3. num. 13. volu. 2.
Dec. conſ. 275. In t. dubio, Marſil. Singu. 519. declarando, vt
per Boſſ. titu. De Principe, & eius priuileg. nu. 361. & 362.
32 † Forenſis quoque poteſt gaudere beneficio Statutorum in
materia iuriſdictionis voluntariæ, Ita Alciat. conſ. 63. ad fi-
nem, Soc. ſen. conſ. 120. num. 13. volum. 1.

De expedita ratione in certis caſibus reddenda Mercatoribus, & tranſeuntibus per iſtas partes. Cap. CLXXXI.

a MErcatoribus, b & tranſeuntibus per iſtas partes, c fiat bonum, d & expeditum ius, vt noſtratibus, tam pro ſe, quam contra ſe, e tam ſuper robarijs, captionibus, & reſtitutionibus, quam etiam ſuper contractibus, vltimis voluntatibus, & iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Mercator an quis dicatur ex vnico actu.*
2 *Forenſes quando ſtatutum liget.*
3 *Ius bonum quod dicatur.*
4 *Statutum loquens de mercatoribus quando comprehendat alios.*

a MErcatoribus] † Ex vnico autem actu quis non di-
1 citur Mercator, Ita Bart. l. legatis, numer. 3. ff. de
leg. 3. Iaſ. l. de Pupillo § ſi quis ipſi pretium, numer. 8. ff. de
oper. nou. nunt. Gabr. iuris communibus tit. Locati, conclu-
ſio. 1. & notatum ſupra cap 416. Si filiusfam. in verbo, Mer-
cator, volum. 1.
b Et tranſeuntibus per iſtas partes] † Et ſic comprehendit
2 forenſes hic tranſeuntes.
c Fiat bonum] † Bonum ius quod dicatur Gl. explicat in
3 l. 1. in verbo, Curia, vbi Ang. l. Quãdo & quibus quarta par-
te, libr. 10.
d Et expeditum] Ius expeditum dicitur, quando celeriter
expeditur.
e Tam ſuper robarijs] † Per hæc verba, & ſequentia ap-
4 paret non comprehendi ſolum cauſam mercatorum. In du-
bio autem ſi loqueretur de cauſis mercatorum, ſimpliciter
intelligeretur de prouenientibus ex mercatura, Ita Alexan.
conſil. 113. num. 3. volum. 7. Dec. conſi. 40. numer. 3. colum.
penult. & fin.

Additio, & correctio ad certa Statuta. Cap. CLXXXII.

SVper Statuto ſub rubrica generali de iudicijs, & ſub rubrica ſpeciali de exequutione inſtrumenti, vbi legitur, Et ſi contingat, ibi, ab ipſis arbitramentis, intelligantur addita, poſt illud verbum, arbitramentis, iſta verba, videlicet peti, & concedi reuiſionem arbitramentorum, ſuper ſtatuto poſito ſub rubrica generali de ferijs, & quod incipit, ad hoc vt nullum dubium, tollit feſtum ſanctorum Fœlicis, & Fortunati, quod eſt die vigeſimoſexto Februarij, & loco ipſius ponitur feſtum ſancti Ioſephi ſub die vigeſimo Martij. Super Statuto, quod incipit, oblationes, poſito ſub Rubrica generali de celebratione, & veneratione ſanctorũ, & ſub Rubrica ſpeciali, de oblationibus, pro feſtiuitatibus, &c. adduntur Prior, & fratres ſancti Ambroſij ad nemus, pro feſto ſuo, quod eſt die primo Iouis, poſt feſtum Paſchæ Reſurrectionis, & hoc pro quantitate librarum 75. Imperialiũ omni anno, iuxta formam literarum Illuſtriſſ. q. Ducis Philippi Mariæ, regiſtratarum, ad officium prouiſionum Communis Mediolani, ſuper ſtatuto poſito ſub Rubrica generali de arbitris, arbitramentis, & compromiſſis, & ſub Rubrica ſpeciali, quod arbitramenta a non poſſint dici iniqua, ſtatuitur, firma sẽper manente diſpoſitione ipſius Statuti, quod vbi petatur, & concedatur reuiſio aliquorum arbitramentorum, quæ ex forma dicti Statuti non poſſunt dici iniqua, & ſimpliciter concedatur, non facta aliqua mentione, de infraſcriptis ordinibus, nec limitatione reſpectu contentorum in ipſis ordinibus, tunc ipſe petens reuiſionem talium arbitramentorum, teneatur ſoluere, & numerare alteri Parti totum id, in quo condemnatus fuerit in ipſis arbitramentis, occaſione expenſarum litis, & pro ſalario. Item teneatur, & debeat deponere penes idoneam perſonam Partium confidentem, vel vnius in contumaciam alterius omnes expenſas faciendas, pro ipſa reuiſione, taxandas per commiſſarium, ſi Commiſſarius datus ſit per literas. Aliter per delegatum, cui emanabuntur literæ, pro ipſa reuiſione facienda, vel committenda, Non obſtantibus infraſcriptis ordinibus, ita tamẽ, quod ſi ipſe petens reuiſionem, obtinuerit, pro maiori parte in cauſa dictæ reuiſionis, eo caſu, tale depoſitum reſtituatur ipſi, qui depoſuerit. Si vero ſuccubuerit, detur, parti, contra quam petita erit reuiſio,

ſi in tanta parte condemnabitur. Et nihilominus, condemnatio ſi pro expenſis fuerit maior, teneatur etiam ad reſiduum ille petens reuiſionem. Item quod per ipſum petentem reuiſionem talium arbitramentorum, deponatur illa quantitas denariorum, occaſione pœnæ appoſitæ in compromiſſo, & expenſarum in cauſa reuiſionis faciendarũ de quibus inſpecta quantitate ipſius pœnæ, & perſonarum, ac rei qualitate, quæ videbitur ipſi delegato, vel ei, cui facta fuerit commiſſio reuiſionis per literas. Et prædictæ ſolutiones, & depoſitiones fiant, antequam fiat ipſa commiſsio, per delegatum, vel per eum, cui per literas facta fuerit commiſſio, antequam ſe intromittat de cognitione ipſius cauſæ, à qua taxatione facienda, non poſsit appellari, querelari, nec aliter reclamari, nec de nullitate dici. In reliquis autem, & ſaluis præmiſsis, ſeruentur infraſcripti ordines. Si vero literæ concedantur aliter, vel cum derogationibus infraſcriptorum ordinum literæ ipſæ obſeruentur ad literam, quorum ordinum tenor talis eſt, videlicet, circa requiſitiones, quæ fiunt, de reuiſione arbitramentorum, quæ ex forma Statutorum non poſſunt dici iniqua, deliberatione vtriuſque conſilij ordinatum eſt, vt infra, videlicet, quod petens reuiſionem talium arbitramentorum, ſi reuiſio concedenda videbitur, primo, & ante omnia *b* teneatur, & debeat ſoluere, & numerare alteri parti *c* totum id, in quo condemnatus fuerit in ipſis arbitramentis, *d* occaſione expenſarum litis, ac pro ſalario. Item, quod petens, vt ſupra, teneatur, *e* & debeat deponere *f* penes *g* perſonam idoneam partium confidentem *h* omnes expenſas faciendas pro ipſa reuiſione per dominos de conſilio eligendam, vſque ad illam denariorum quantitatem, de qua ipſis Dominis de conſilio videbitur. Et pro expenſis veriſimiliter fiendis in tali cauſa reuiſionis, ita tamen, quod ſi petens reuiſionem obtinuerit pro maiori parte in cauſa dictæ reuiſionis, eo caſu, tale depoſitum reſtituatur ipſi, qui depoſuerit. Si vero ſuccubuerit, detur parti, contra quam petita erit reuiſio, ſi in tanta condemnabitur. Et nihilominus, ſi condemnatio pro expenſis fuerit maior, teneatur etiam ad reſiduum ille petens reuiſionem. Item, quod per ipſum petentem reuiſionem talium arbitramentorum, deponatur illa quantitas, *i* occaſione pœnæ appoſitæ in cõpromiſſo, de qua, inſpecta quantitate ipſius pœnæ, & perſonarum, ac rei qualitate, illis videbitur, quibus pro ſupraſcripta reuiſione ſupplicabitur. Item quod commiſſarius, qui dabitur, teneatur ad inſtantiã eius, contra quem petita erit reuiſio, *l* non attenta eius emologatione *m* tacita, *n* vel expreſſa, cognoſcere, & moderari, ſi contra eum læſionem contineant ipſa arbitramenta. Item, quod commiſſarius, qui dabitur, ipſa arbitramenta non moderetur, reperiendo etiam læſionẽ, quando non excedat ſextam partem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitria, & arbitramenta neceſſaria, an poſsint dici iniqua.*
2 *Satiſdatio datis expromiſſoribus, vel pignoribus quando non ſufficiat.*
3 *Solutio quando debeat fieri etiam quod non ſit petita. numero 4. & 5.*
6 *Appellatio prohibita niſi ſolutis decem intelligitur de ſententia valida. & num 9. & 10.*
7 *Item fallit ob paupertatem. declara num 8.*
11 *Sententia à qua non poteſt appellari, niſi ſolutis decem non annullatur ſi quis de facto fuerit admiſſus ad reuiſionem.*
12 *Senatus Excellentiſsimus Mediolani diſpenſat ad fideiubendum loco depoſiti.*
13 *Solutio realis, vel impropria, quæ ſit.*
14 *Fideiuſsio de ſoluendis expenſis, quando admittatur vbi alias deſideratur vera ſolutio, vſque ad num. 17.*
18 *Expenſæ litis debitæ ante reuiſionem, quo tempore poſsint peti.*
19 *Emologatio facta ante laudum, an valeat.*
20 *Promiſſio ſeu reductio laudi quando poſſit peti.*

a NOn poſsint dici iniqua] † Hæc autem ſicut arbitra-
1 menta ex compromiſsis neceſſarijs, de quibus ſupra,
cap. 116. Petito, volum. 1.
b Teneantur ſoluere] † Quo caſu non ſufficit ſatiſdatio
2 datis expromiſſoribus, vel pignoribus, ita Oſaſc. deciſ. 18.
3 num. 5. † Hæc ſolutio, & depoſitio alias non tenetur pars
facere, vbi non eſſet petita, vt in his terminis notat Iohan-
4 nes de Arnono, Commentario 104. † Tamen cum ſit ad
actionem conſequendam, eſt fiendum tempore reuiſionis, de
bet fieri etiam non petita, ita notatum capitulo 38. Omnes,
in verbo, Tenentur, & capit. 131. Lata, in verbo, Satiſdare,
5 volumine primo. † Expenſas has pariter quis tenetur ſol-
uere, quando prohibetur appellare ſub pœna, & expenſis,
6 ita Borgnin. deciſ. 11. numero 25. & ſequent. † Statutum,
ſi diſponeret, quod contra ſententiam quis non audiretur,
niſi ſolutis decem, vel expenſis, haberet locum, vbi ſenten-
tia eſſet valida, & iniuſta, non nulla ipſo iure, veluti con-
tra formam Statuti, quia tunc audiretur abſque hac ſolu-
tione, Ita Borgn. deciſ. 5. num. 26. & 30. deciſ. 10. numero 4.
& 23. & deciſ. 11. num. 25. facit, quod notat Alexand. conſ.
145. ad finem, volum. 5. Roman. conſilio 42. numer. 3. ad fi-
nem, Decius conſil. 8. numer. 7. Cephal. conſ. 708. num. 5.
& ſequen. volum. 5. Riminald. iun. conſil. 48. nume. 58. &
ſequen. volum. 1. & conſ. 403 nume. 17. cum ſeq. volum. 4.
7 † Excuſatur tamẽ ab hac ſolutione, & depoſitione, vbi quis
condemnatus ob paupertatem, non poteſt ſoluere, nec de-
ponere, vt not. Bald in l. 2. §. Si quis in iudicio, num. 4. ff. Si
quis caut. Matheſil. Sing. Vltimo, cum addit. ibi Franc. Cre-
menſ. Sing. 112. cum addit. ibi Cotta ſuis memorab. in ver-
8 bo, Paupertas excuſat. † Fallit hoc, ſi quis deueniſſet ad
paupertatem ob eius malos mores, vt notat Cotta d. verbo,
Paupertas excuſat, verſic. Et illa intelligitur. Idem Vrſillus
9 ad Affl. deciſ. 323. nume. 4. † Non tenetur ad hanc ſolu-
tionem, vbi ſententia eſſet ipſo iure nulla, ita Borgni. deciſ.
11 num. 58. † nec de ea fienda eſt mentio, ſicut nec de reſcri-
pto nullo, ita Fel. cap. ex tenore, nume. 2 de reſcript Hiero.
11 Gigas de penſion. quæſt. 29. num. 6. cum ſequen. † Non an-
nullatur pariter ſententia, ſi quis de facto fuit admiſſus ad
reuiſionem abſque ſolutione, & depoſitione hic tradita, ita
Cummia in ritibus magnæ curiæ, cap. 93. numero 31. cum
12 ſequen. † Senatus tamen quotidie diſpenſat, quod ſufficiat
fideiuſſio ex cauſa depoſiti loco ſolutionis ſic ſanciuit per li
teras datas Domino Iudici Galli Prætorio ad fauorem do-
mini Ioannis Pauli, & fratris de Buzijs anno 1569. 26. Apri-
lis, Idem in cauſa reuiſionis arbitramentorum petita per
Illuſtr. D. Claram Deidamiam Collam Carcanam contra
Illuſtr. Comitiſſam Ludouicam Septalam Sfortiam affines
meas, anno 1580. die 23. Martij, Dominis Conſulibus Iu-
ſtitiæ Mediolani.
c Totum id] Itaque non deficiat in minimo obolo, alias
reuiſio nulla eſſet, ita not. Tiraq. tract. de exiguis, verſic. 36.
Idem Borgn. deciſ. 11. nume. 23. vbi dicit etiam proceſſum
ſuper ea talium irritari.
d Occaſione expenſarum litis] † Expenſarum autem ha-
13 rum ſolutio requiritur realis, non autem impropria, veluti
pro ſatiſdatione, ita Oſaſc. deciſ. 18. nu. 5. niſi Creditor con
tentetur recipere pignus, vel depoſitum, vt not. Cummia in
14 ritibus magnæ curiæ, c. 93. nu 17. & 18. † Sufficit tamen de-
poſitum, & fideiuſsio, vbi pars recuſet eas accipere, ita Cum-
15 mia d. c. 93. nu. 19. † Sufficit etiam fideiuſsio, vbi expenſæ
16 ſint illiquidæ, vt ibi per Cummiam, num. 20. † Poteſt etiam
opponere compenſationem de aliis iam liquidatis in alio
17 iudicio, vt per eum, ibi nu. 21. † Expenſarum harum, & ſala-
rij ſolutio, licet non fuerit facta ante petitam reuiſionem, ſi
tamen fiat ante ſententiam obtentam, reconualidantur actua
18 retrofacti, vbi nulli eſſent, ita Cummia d. c. 93. nu. 38. † Ex-
penſæ hæ licet non petitæ ante reuiſionem petitam, tamen
poſſunt peti vſque ad ſententiam reuiſionis, alias eis per ta-
citum conſenſum cenſetur renunciatum, ita Cummia d. cap.
93. num. 36. & 37.
e Et debeat deponere] Solet Senatus diſpenſare, quod loco
depoſiti præſtetur fideiuſsio.
f Penes idoneam] Quis dicatur idoneus, late notatum ſu-
pra c. 44 Si quis, in verbo, Idonee, Nec requiritur, quod ſit
Camptor, ſupra c. 88. Non cogatur.
g Perſonam] Solet fieri in manibus actuarij abſque Iudi-
cis præſentia, vbi non impetratur diſpenſatio à Senatu, de
qua ſupra.
h Omnes expenſas faciendas] Facta earum liquidatione
prius modo quo Statutum declarat.
i Occaſione pœnæ] Hoc non fit, ex quo Senatus ſolet tol-
lere pœnam hanc in conceſſione reuiſionis ad preces partis
eam petentis.
k Non poſſit appellari] Quid remoueatur per hanc clau-
ſulam, & ſequentes late diſcuſſum ſupra, cap. 116. Petito, in
his Verbis.
l Non attenta eius emologatione] † Facta ante arbitramen
19 ta lata, iuxta tradita per Gabriel. ſuis Communibus, tit. De
arbit. concluſ. 3 Ampliat. 14. num. 25. cum ſeq.
m Tacita] Per lapſum plurium annorum, vt not. Dec. conſ.
39 num. 7. circa finem.
n Vel expreſſa] Expreſſe tamen emologando, vt ſupra no-
tatum.
o Quando non excedat ſextam partem] † Idem ſi ſit læſio
in

Digitized by Google

20 in ſexta parte, tantum quia debet concedi reuiſio, ita Dec. conſ. 39 ad finem.

De prorogationibus, & ſuſpenſionibus. Cap. CLXXXIII.

SI contingat *a* aliquam cauſam, *b* vel inſtantiam alicuius cauſæ, *c* ſiue cauſæ principalis, *d* ſiue cauſæ appellationis, vel appellationum, vel alterius maneriei, *e* prorogari, vel ſuſpendi, *f* non appoſito aliquo termino in ipſa prorogatione, vel ſuſpenſione, vel etiam, appoſito termino, & durante tempore talis prorogationis, vel ſuſpenſionis *g* labatur tempus limitatum ex forma Statutorum Communis Mediolani, vel decretorum, aut iuris ad proſequendam ipſam cauſam, quod *h* intelligatur tale tempus prorogatum, vel ſuſpenſum, vſque ad tempus ipſius prorogationis, vel ſuſpenſionis, ſeu tantum, quantum durabit ipſa prorogatio, uel ſuſpenſio. Et dictio, Ad, poſita in prorogationibus, uel ſuſpenſionibus intelligatur incluſiue, niſi aliter ex earum tenore appareat. Et prædicta in præſenti Statuto comprehenſa ſimiliter locum habeant in cauſis, *i* tam pendentibus, quam futuris.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio data ſine termino an valeat, & num. 2.*

a A Aliquam cauſam] Quid dicatur cauſa, an ante litem conteſtatam, uel poſt, notatum ſupra cap. 1. in uerbo, cauſa, 1. uolum.

b Vel inſtantiam alicuius cauſæ] Inſtantia cauſæ quæ ſit, cumulate ſupra dictum d. 1. uolum. cap. 21. Termini, in uerbo, Quod inſtantia.

c Siue cauſæ principalis] Quę ſit, & quantum tempus duret, notatum ſupra d. 1. vol. c. 21. Termini.

d Siue cauſæ appellationis] De qua c. 131. Lata, 1. uol.

e Prorogari, uel ſuſpendi] Noua forma datur in prorogationibus, & ſuſpenſionibus fiendis in nouis Conſtit. tit. De iudiciis, c. Et quia.

f Non appoſito aliquo termino] Veluti ſi ſit facta ad tem-
1 pus quoad.

g Labatur tempus limitatum] Ad terminandam cauſam, de quo d. c. 21. Termini, & c. 131. Lata ſententia.

h Intelligatur incluſiue] † Quid importet de iure poſt
2 longam diſcuſſionem idem importare; quod dictum poſt not. Tiraq. in tract. lignag. §. 1. gl. 11. nu. 67.

i Tam pendentes] Regulariter Statutum non trahitur ad cauſas pendentes, niſi hoc expreſſum, ut late notatum, in c. 6. 1. uol.

De noua productione iurium. Cap. CLXXXIIII.

SI contingat fieri aliquam productionem capitulorũ, uel quorumcunque aliorum iurium in aliqua cauſa principali, uel appellationis, ſeu appellationum, ſiue cauſa fuerit ſummaria, ſiue ordinaria, in ultimo termino à Statutis Cõmunis Mediolani limitato ad faciendas probationes, uel iurium productiones, quod talis productio fieri nõ poſſit, nec admittatur, niſi fiat *a* ſaltem per tres dies utiles ante finem dicti ultimi termini. Et ſi contingat fieri nouam productionem ante dictos tres dies utiles, illo caſu, uel caſibus, pars, contra quã facta fuerit talis productio, habeat, *b* ipſo iure, totum reſiduum temporis termini limitati ex diſpoſitione ipſorum Statutorum à die factæ dictæ productionis ad probandum, opponẽdum, & reſiſtendum, ac infringendum, & ad faciendum quicquid vult contra ipſam productionem, & eius effectũ. Poſſit etiam producens, vt ſupra, in reſiduo dicti termini ſuam productionem coadiuuare, & corroborare *c* per legitimas probationes. Et prædicta non habeant locum *d* in cauſis contradictionum & cridarum, quæ verterentur coram Vicario prouiſionum Communis Mediolani, *e* nec in cauſis compromiſſorum, *f* nec reuiſionis arbitramentorum.

a SAltem per tres dies vtiles ante] Hoc diſpoſitum, vt poſſit pars etiã ipſa in reliquo vltimo termino facere ſuas probationes pro eius defenſione, vt infra cauetur, Idem diſponitur in nominatione teſtium examinandorum extra iuriſdictionem, ſupra c. 66. Si in aliqua circa finem. Idem in committenda cauſa appellationis ante viginti vtiles finis fatalis, vt ea terminari poſſit, cauetur capit. 131. lata ſententia.

b Ipſo iure] Abſque ſcilicet aliquo Iudicis miniſterio, vt cauetur ſupra capit. 22. Termini, verſicu. Statim Statui ſit.

c Per legitimas probationes] Probatio autem per iuramẽtum non dicitur legitima probatio, notatum ſupra c. 43. in caſibus, in verbo, Habeatur pro plena, vol. 1.

d In cauſis contradictionum] De quibus cauetur ſupra cap. 464. Et quia, & in nouis Conſti. titu. De bonis ad cridas ponendis.

e Nec in cauſis compromiſſorum] De quibus ſupra c. 115. Si de cætero.

f Nec reuiſionis arbitramentorum] De quibus cap. 116. Petito, & ſeq.

Declaratio Statuti poſiti ſub Rubrica generali, in quos, & quas res, & perſonas prohibentur fieri exequutiones, & ſub Rubrica ſpeciali de beſtijs aratorijs, & vtenſilibus, &c. Quod Statutum incipit, Nullæ beſtię ruſticorum. Cap. CLXXXV.

DEclaratur dictum Statutum vbi habetur mentio de beſtijs Ruſticorum, *a* vt intelligatur tantummodo de beſtijs aratorijs.

a VT Intelligatur de beſtijs aratorijs] Quid ſit de iure cõmuni, notatum d. c. 251. Nullæ beſtiæ.

De inquiſitione facienda contra illos, qui tenent aliquid pertinens Communi Mediolani. Cap. CLXXXVI.

POteſtas Mediolani, *a* amodo, *b* teneatur inquirere prout melius, & ſubtilius, & velocius poterit omnes homines, & ſingulares perſonas Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & Communia burgorum, locorum, & caſſinarũ, ac molendinorum, qui, vel quæ habent, vel habebunt, tenent, vel tenebunt aliquid pertinens Communi Mediolani, & qui, vel quæ dare, vel tenere, vel facere aliquid debent, vel debebunt Communi Mediolani, & tenentur, vel tenebuntur, aliqua occaſione, & ipſas ſingulares perſonas, vel Communia, vel Vniuerſitates compellere, *c* omnibus iuris remedijs, ad dimittendum, & dandum, & ſoluendum ipſi Communi, omne, & totum id, quod ipſi Communi dimittere, & reſtituere, dare, & facere tenentur, & tenebuntur, & etiam omnes perſonas, & homines vbicunque ſint dictorum burgorum, locorũ, & caſſinarum, & molendinorum, & Vniuerſitatũ, qui, *d* & quæ tunc temporis, quando debitum fuit ſcriptum habitabant in eo burgo, caſſina, vel molendino, & *e* capere *f* & robare, & captos detinere, *g* donec ſatisfecerint partem ſibi contingentem, & paruerint ipſi Poteſtati, & Communi. Et hoc ſub pœna librarum centum Imperialium, applicandarum Communi Mediolani.

a A Modo] In futurum ſcilicet, vt idem cauetur ſupra c. 454 Si quis à modo, vol. 1.

b Teneatur inquirere] Huius Statuti diſpoſitio non ſeruatur, ſed hanc indagationem facit D. Vicarius, & duodecim prouiſionum ex diſpoſitione nouarum Conſti. tit. de offic. Vicar. Prouiſionum, cap. Vicarius Prouiſionum.

c Omnibus iuris remedijs] Quæ ſint, notat Boſſ. ſua praxi Crim. tit. de mulctis, ad finem.

d Et quæ tunc temporis quando debitum fuit ſcriptum] Nam venientes de nouo habitatum in communi non tenentur pro debito præterito. ita Rom. Sing. 590.

e Capere] Per perſonalem detentionem, Antiani tamen non poſſunt capi pro debito Vicinię, vt ſupra cauetur c. 188. Eligantur.

f Et robare] In bonis ſcilicet.

g Donec ſatisfecerint partem ſibi contingentem] Quod autem poſſint retineri per partem alterius Cameræ debito, ſic ſeruatur in Dueribus. Succurritur autem derobato, vt poſſit ipſe ſoluta eius portione, vt poſſit eius pignus releuare, aliud faciendo alteri debitori Cameræ ipſi.

Digitized by Google

Quod debitor, & creditor Communis Mediolani poſsit compenſare. Cap. CLXXXVII.

SI aliquis fuerit debitor, & creditor Communis Mediolani *a* poſſit compenſare, *b* & ipſo iure, compenſatio facta ſit vſque ad concurrentem quantitatem, ac ſi oppoſita eſſet ab homine. Et hoc non obſtante, quod in condemnatione ſit dictum, quod ipſa condemnatio non poſſit compenſari, & non poſſit moleſtari, aliqua occaſione, vſque ad illam quantitatem, quam habere debuerit, per aliquem Iuſdicentem, vel Officialem, *c* nec per aliquem alium, qui haberet cauſam à Communi Mediolani. Et, quod Vicarius Prouiſionum exequutioni mandare teneantur, quod Statutum non habeat locum *d* in creditore ex iure ſibi ceſſo.

a POſſit compenſare] Idem in debitore fiſci, vt notat late Oſaſc dec. 92. num. 28.

b Et ipſo iure] Abſque Iudicis ſententia, vel oppoſitione hominis per l. Conſtat. C. de compenſat.

c Nec per aliquem alium; qui habet cauſam] Cum non poſſit habere maius ius quam commune cuius iure nititur.

d In creditore ex iure ceſſo] Qua tunc prohibetur compenſatio, quia tunc præſumitur obtentam ceſſionē ad hunc effectum, vt fiat compenſatio, niſi ea forte obtineretur ex cauſa neceſſaria, veluti pro ſanatione debiti alicuius, quia tunc omnis ſuſpitio ceſſaret.

De Antianis parrochiarum. Cap. CLXXXVIII.

a ELigantur vnus, vel duo Antiani Parrochiarum Ciuitatis Mediolani, & ſuburbiorum per parrochianos, ſeu illos de parrochia, ſecundum exigentiam neceſsitatis ipſius parrochiæ, ſeu vicinantiæ, ſeu parrochiæ, & facta, de eis electione, teneantur ſcribi facere ad officium Prouiſionum Communis Mediolani, & ad officium Statutorum ſine aliqua ſolutione. Et teneantur dicti Antiani taliter electi, vt ſupra, indicare Iudici, & eius familiæ debentes, & eorum bona in eorum parrochia conſiſtentia, & facere in omnibus, & per omnia ſingulariter, & debite referendo, prout facere tenentur Conſules locorum, Burgorum, & terrarum Ducatus Mediolani ex forma Statutorum Ciuilium. Nec poſsint Antiani capi pro aliquo debito vicinantiæ ſuæ.

a ELigantur] Hi eliguntur ad vota per Vicinos.

b Indicare Iudici debentes] Tenentur etiam denunciare Iudicibus omnia maleficia, vt cauetur in nouis Conſt. tit. de accuſat. in prin.

c Capi pro aliquo delicto vicinæ ſuæ] Iuxta diſpoſitionē c. ſupra 86. Poteſtas.

Quod fideiubens, vel obligatus ad fideiubendum teneatur ſe obligare inſolidum. Cap. CLXXXIX.

a FIdeiubens pro alio, *b* vel obligatus pro alio ad fideiubendum, ſiue talis fideiuſſio præſtetur *c* ex diſpoſitione iuris municipalis, *d* vel ex contractu, vel quaſi, *e* vel ex vltima voluntate, *f* vel aliter *g* teneatur ſe inſolidum, *h* & omnia bona ſua, *i* & tanquam principalem *k* obligare, *l* Item, quod *m* beneficium excuſsionis in ciuitate, & Ducatu Mediolani, & in alijs locis ſuppoſitis Statutis Cōmunis Mediolani locum *n* non habeat.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio an poſſit fieri inter abſentes.*
2 *Creditor habens plures obligatos inſolidum, ſi receperit ſolutionem partis, vel confiteatur ſe contentum pro parte illius, ſibi præiudicat, & diuiſionem inducit, amplia num. 3.*
4 *Fideiuſſores duo inſolidum obligati, ſi fuerint quando poſſint vti exceptione decuſſionis.*
5 *Excuſſionis beneficium quando ceſſet, & nu. 6.*
7 *Principalis debitor quis proprie dicatur.*
8 *Fideiuſſor an poſſit in plus obligari, quam principalis.*
9 *Fideiuſſor non obligatur vltra caſum expreſſum.*
10 *Fideiuſſor pro ſorte an poſſit conuenire pro pœna.*
11 *Quid in fideiuſſore de iudicio ſiſti.*
12 *Fideiuſſor an liberatur mutata obligatione cum principali debitore.*
13 *Quid vbi mutatum fuerit iudicium.*
14 *Quid vbi prorogatus fuerit terminus à creditore, & nu. 15.*
16 *Fideiuſſor vtitur omnibus exceptionibus competentibus principali, declara vſq; ad num. 28.*
24 *Fideiuſſor an poſſit compellere principalem ad ſuſcipiendum iudicium.*
25 *Fideiuſſoris obligatio an corruat, ubi obligatio principalis nulla eſt, vſq; ad num. 27.*
28 *Fideiuſſor non conuenitur quando creditor fuit negligens.*
29 *Fideiuſſor conuentus à creditore, qui liberauerit principalem, an poſſit eum repellere ratione cedendarum actionum.*
30 *Fideiuſſor ſoluens pro debitore, quam actionem habeat.*
31 *Fideiuſſor antequā ſoluat creditori, quando poſſit conuenire principalem debitorem, & num. 32.*
33 *Fideiuſſor ſimpliciter ſe obligans quomodo teneatur.*
34 *Item dictio hæc quid importet, & num. 35.*
36 *Excuſſionis beneficium an ſit fauorabile.*
37 *Et an ſit de apicibus iuris.*
38 *Et an omiſſio ipſius vitiet proceſſum.*
39 *Et an eſſet incognitum de iure digeſtorum.*
40 *Et quibus competat. num 41. 42. 43. 44. & vſque ad num. 61.*
62 *Excuſſio qualiter ſit fienda, & quomodo, vſq; ad num. 68.*
69 *Appellatio an admittatur à ſententia lata ſuper excuſsione.*
70 *Sententia ſuper excuſſione an fiat in ſcriptis.*
71 *Sententia probans excuſſionem an grauet fideiuſſorem.*
72 *Excuſſio quando dicatur legitime facta.*
73 *Bona alia non adeſſe qualiter probetur.*
74 *Excuſſione iudicio pendente quid ſit agendum, vbi opulenta hæreditas adueniat.*
75 *Excuſſionis quando ſit opponenda, & num. 76.*
77 *Excuſſione pendente Iudex nihil agit.*
78 *Excuſſio quando ceſſet contra extraneum.*
79 *Excuſſio facta ad inſtantiam vnius creditoris an proſit alijs.*
80 *Excuſſio an detur vbi plures poſſeſſores bonorum conueniuntur hypothecaria.*
81 *Statutum tollens excuſsionem an ſit odioſum.*
82 *Excuſsionis beneficium quotupliciter in iure conſideretur, & quomodo intelligatur Statutum remouens eum, nume. 83. 84. & 85.*
86 *Excuſſio quando dicatur ceſſare, & quando obſtare, & num 91. vſq; ad num 95.*
87 *Principalis quando prius ſit excutiendus, num. 88. & 89.*
90 *Compenſatio quando poſsit opponi.*
96 *Terræ communes, & infeudatæ quando comprehendatur ſub Statuto.*

a FIdeiubens] Quis dicatur proprie fideiuſſor notatum ſupra 1. volum. cap. 413. Ad petitionem, in hoc verbo, volum. 1. † Fideiuſsio non poteſt fieri inter abſentes de iure Communi, nec per epiſtolam, cum requiratur ſtipulatio, ita Bal. conſil. 180. num. 1. volum. 5. Vrſillus ad Affli. dec. 39. nom. 1. 1

b Vel obligatus pro alio ad fideiubendum] Siue voluntarie, ſiue ex neceſsitate ſit obligatus ad præſtandam hanc fideiuſsionem.

c Ex diſpoſitione iuris municipalis] Veluti ex diſpoſitione Statuti ſupra, cap. 44. Si quis in ſequenti, & c. 64. Mulier quæ habet, vol. 1.

d Vel ex contractu, vel quaſi] Quis ſit contractus, vel quaſi, late notatum ſupra c. 318. in alteoationibus, his verbis, volum. 1.

e Vel ex vltima voluntate] De qua ſupra c. 319. Si quis, cum ſeq.

f Vel aliter] Veluti in iudicijs, De iuditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, de quibus late ſupra dict. c. 44. Si quis, & ſequenti.

g Teneatur ſe inſolidum] Quid releuet & obligatio inſolidatis, & hoc verbum inſolidum, not. Specul. tit. de empt.
2 & vend §. 1. Sciendum, num 58. ver. Hoc tamen nota. † Creditor habens plures debitores obligatos inſolidum, ſi receperit ſolutionem partis integræ vnius, & confiteatur ſe cōtentum pro parte illius, ſibi præiudicat, & debiti diuiſionem dicitur induxiſſe, ita not. Cotta in verbo, Creditor ha-
3 bens. † Idem ſi recipiat partem ſine reſeruatione ſolidi,
4 Ita Io. Arno. cant 81. † Fideiuſſores ſi adſunt duo inſolidum obligati, & debitor dederit vni eorum pecuniam ſoluendam creditori, ſi creditor contra eum qui habuit pecu-

niam

Digitized by Google

nilam agat, poterit repelli exceptione, quod prius conue-
niat eum, qui habuit pecuniam : ita Amanellus de Claris,
Sing. 227.

h Et omnia bona ſua] Per hoc conſtituitur hypotheca
5 in bonis. † Quo caſu ceſſat beneficium excuſſionis, ita not.
6 Anchar. iun. q. 32. num. 11. lib. 1. † Non ſic ſi tantum inſo-
lidum ſe obligaret, vt declarat Borg. dec. 31. nu. 22. & infra
dicetur, in verbo, Excuſſionis.

i Et tanquam principalem] † Principalis tamen dicitur
7 proprie ad quem negocium principaliter ſpectat, ita An-
8 char. iun. q. 45. num. 1. declarando, nu. 6. & 7. lib. 1. † Non
poterit tamen fideiuſſor in plus obligari, quam principalis,
ita Cremenſ. Sing. 42. Iaſ. l. Fideiuſſor, §. In fideiuſſorem,
nu. 6. ff. qui ſatiſd. cog. & acceptus in plus non tenet fideiuſ-
ſio eius, ita Soarez ſuis Communibus, in verbo, Fideiuſſor
9 in maiori. † Non etiam obligatur vltra caſum expreſſum,
10 ita not. Alex. conſ. 352. num. 2. † Fideiubens pro Sorte, an
poſſit conueniri pro pœna, quam debitor incurrit ex non
ſolutione facta in termino Statuto, diſtinguitur. Quod aut
promiſſio fuit facta ſimpliciter, & non tenetur, ſecus ſi fa-
cta in omnem caſum, ita diſtinguit Practic. in forma libelli
contra plures reos debendi, verſ. ſolutionem, num. 1. ad fin.
11 † Non tenetur tamen fideiuſſor de iudicio ſiſti ad augumé-
tum pœnæ prouenienɑ ex contumacia, vel negatione princi-
palis, ita Iaſ. l. fideiuſſor, § In fideiuſſorem, num. 15. ff. Qui
ſatiſd. cogan. Idem in §. Quadrupli, num. 9. Inſtit. de actio.
late notatum ſupra, cap. 45 Si quis, in verbo, de iudicio ſiſti.
12 Fideiuſſor non liberatur mutata obligatione ex conuentio-
ne cum principali debitore diſtinguendo, vt per Boſſ. tit. De
carcerat. Fideiuſſ. num. 63. citra conſenſum ipſius fideiuſſo-
ris, ita Viuius ſuis Communibus, libr. 2 opin. 110. Fideiuſſor
eius, declarando, vt per Vincentium Carocium, tract. Loca-
13 ti 3 par. verſ. Fideiuſſoribus, num 2 verſi. Declaratur. † An
autem liberetur mutato iudicio, declarat Vrſill. ad Affl. dec.
14 182. num. 3. cum ſequent. † Prorogato termino à credito-
re debitori, an fideiuſſor liberetur à fideiuſsione, diſtinguit
Practic. in forma libelli, contra plures reos debendi d. verſi.
Solutionem, num. 2. & 3. cum addit. Manſuerij, ibi in verbo,
Conſenſerit, not. Boer. ſuis cómentar. libro, des Couſtumes
de touraett. 1. art. 24. verbo, Parlans, verſi. 18. Didac in rela-
tione, 1. parte, in initio, num. 6 verſic. Quarto apparet, Boſſ.
15 ſua praxi tit. De carcerat. fideiuſſ numer. 56. † Et quod ex
prorogatione termini liberetur fideiuſſor, not. Anchar iun.
quæſt. 67. num. 3. lib. 1. late declarando, Vincent. Carocius
dict. tractat. Locati, & conduct. 3. par. uerſi. Fideiuſſoribus.
16 † Fideiuſſor regulariter poteſt vti omnibus exceptionibus,
& defenſionibus quæ competunt principali, Rom. ſing. 321.
Cremenſ. Sing. 22. Practic. in forma libelli reſponſionis rei
conuenti, verſi. Saluis exceptionibus, nu. 14. Brun iun. tract.
de ceſsion. bonorum, quæſt. 9. prin. num. 3. Vrſill. ad Afflict.
17 deciſi. 201. nu. 3. † Non tamen poteſt vti exceptione vſu-
rarum, quę competit principali, ita not. Caſſ ſuis Commen-
18 tar. rubr. 5. §. 2. ad finem eius. † Non etiam poteſt oppone-
re declinatoriam fori, quam poterat opponere principalis,
veluti ſi fuerit fideiuſſor Clerici, ita not. Roman. Singu. 633.
Guido Papa Singu. 449. verſi. Vtrum, Ioannes de Arnono,
19 problemate 79 Vrſillus ad Afflict. deciſ. 206. num. 1. † Non
etiam gaudet fideiuſſor priuilegio principalium, qui non
poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, ita not.
Ioannes de Arnono caut. 32. vbi dat Cautelam, Brun. iun. d.
tract. de ceſsione bonorum, 4. parte princ. quæſt. 25. num. 1.
20 3 & 4. † Reſtitutio autem in integrum quę competit prin-
cipali, an iuuet fideiuſſorem, vt poſsit ea vti, diſtinguit
Afflict. in Conſtit. regni, rubr. 40. De in integrum reſti. mi-
21 norum, num. 25. lib. 2. † Et quod non tranſeat ad fideiuſſo-
res, & in hoc dicitur beneficium perſonale, licet tranſeat ad
hæredes, & in hoc dicitur reale, not. Brun. iun. d. tract. Ceſſ.
bonorum 4 parte princ. quæſt. 6. numer. 10. declarando, &
ſignanter per Lancellot. tracta. Attentat. 2. parte capit de at-
22 tent. poſt inhibit. limit. 6. nume. 15. & 16. † Nec etiam re-
ſtitutio obtenta per minorem iuuat fideiuſſorem regulari-
ter, ita Duen. Regul. 330. fideiuſſori minoris, limitando, vt
per eum, Cuius contrarium tenet deciſio Peruſ. 27. nume. 4.
23 parte 1. † Non etiam prodeſt principali inhibitio facta
per Epiſcopum, ne aliquid innouetur contra fideiuſſorem,
ita Lancell. tract. de attentat. 1. parte princ. cap. 4. de atten-
24 tatis à tertio, num. 150. † Fideiuſſor vt euitet hanc inſoli-
ditatem, vt conueniatur, ſi ante principalem poteſt operari,
quod principalis debitor ſuſcipiat iudicium, vt in his termi
nis cautelam hanc notat Brun. iun. tracta. de ceſsion. bono.
25 parte 4. principali, quęſtio. 25. num. 5. † Obligatio fideiuſ-
ſoria corruit, vbi nó teneat obligatio principalis debitoris,
26 ita not. Iaſ. §. in perſonam, num. 42. Inſtit. de action. † Ta-
men in vno caſu non liberatur obligatio fideiuſſoris, etiam
quod obligatio principalis corruat quando conſtat de eni-
xa voluntate fideiuſſoris, quod voluerit ſe obligare, ita no-
tat deciſio Peruſina 27. num. 1. parte 1. & late notatum in ſi-
mili Statuto, in cap. 416 Si filiusfamilias, in verſi. & fideiuſ-
27 ſores in verbo, Non tamen, † idem eſt vt obligetur, licet
principalis non ſit obligatus, quando fideiuſſor permittit
vti principalia, vel propria bona obligat, vel pignori dat
cum iuramento, ita not. Anchar. iun. quæſt. 25. num. 7. cum
ſeq. libr. 1. Borg deciſi. 31. num. 20. 21. & 23. & num. 27. Hip-
pol. in Rubr. de fideiuſſ. num. 2. libr. 1. Diuerſorum, de Aſſi-
curat. Decian. conſil. 72. numer. 5. & ſequent. volum 2 Fran-
ciſcus Herculanus, tract. de caut. de nó offend. cap. 36 n. 11.
28 † Fideiuſſor non conuenitur, cum creditor fuerit negligens
erga Debitorem, ita Burſarus conſil. 224. num. 27. volum. 1.
29 † Fideiuſſor ſi conueniatur à creditore, qui liberauit reum
principalem, vel confideiuſſorem, poteſt repelli ratione
cedendarum actionum, Ita ſignanter Alciat. conſil. 761.
30 † Fideiuſſor ſoluens pro debitore principali, habet contra
eum regulariter actionem mandati, Duennas regul. 337 Fi-
31 deiuſſor ſoluens, declarando, vt per eum. † Fideiuſſor an-
tequam ſoluat creditori, quando & quibus caſibus poſsit
conuenire debitorem principalem, not. Caſſan. ſuis cómen-
tar. Rubr. 5. §. 2. nu. 26 verſic. Sed iterum. Inter quos ille ſit
obligatus in forma Camerali, ita Maſſa ſua praxi obligatio.
formæ cameralis. 3. parte principali, verſic. de perſona pe-
32 tenti. executionem, n. 5. † Inter alios poteſt conuenire prin-
cipalem debitorem, vbi ſit de proximo condemnandus, ita
Iohan. de Arnono Sing. 81.

k Obligare] † Si autem hoc non fuerit factum, ſed fi-
33 deiuſſerit ſimpliciter, non cenſetur per hoc facta obligatio,
ſecundum diſpoſitionem huius Statuti, ita argui poteſt ex
textu l. Emptori, la prima, in princ. iuncta l. Quod ſi nolit, §.
quia aſsidua, ff. de ædilit. edict. & ita iudicari audiui poſt
longam diſcuſsionem.

l Item] † Dictio hæc ſi apponatur ſine verbo principa-
34 li ſuppletur ex clauſula præcedenti, Ita Iaſ. §. æque, nu. 45.
35 cum addit. ibi Inſtit. de actio. † In dubio autem cenſetur
poſita ampliatiue, non repetitiue, ita Alex. conſ. 117. nu. 2.
circa finem, vol. 1 glo. Pariſ. §. 37. glo. 1. per totum, † Dictio
vlterius hæc, ſi apponatur orationi perfectæ inducit conti-
nuationem, ſi autem in ordinationibus diuerſis inducit ordi
nem non copulam, ita not. Gallia in conſuetud. Alexand. in
verbo, Item quia, num. 4. & 5.

m Beneficium excuſsionis] † Beneficium hoc excuſsionis
36 de iure communi eſt fauorabile, cum habeat æquitatem in
ſe, vt not. Alciat. conſi. 710. num. 3. Oſaſc. deciſio. 2. num. 21.
37 † Quod tamen ſit de apicibus iuris, notat poſt alios Oſaſc.
deciſio. 2. nu. 7. Tamen quod non ſit mere de apicibus iuris,
38 vt notat ibi numer 11. † Et quod per hoc omiſsio eius non
39 vitiet proceſſum ipſo iure, notat num. 8. † Quod tamen de
iure ff. erat incognitum, ita Burſat. conſi. 203. num. 6. volu. 2.
40 † Excuſsionis beneficium regulariter de iure communi có-
petit fideiuſſoribus omnibus, & tertijs poſſeſſoribus, ita not.
Practic. in forma reſponſionis rei in actione hypothecaria,
verſic. Exceptione, nume. 5. cum ſequent. declarando vt per
eum, cum addit. Manſuerij ibi, Iaſ. in §. Item ſi quis, il primo,
num. 68. cum ſequent. Inſtit. de actionibus, Antonius de Fa-
no tract. Pignorum, 8. parte princip. 1. membro, numer. 15.
cum ſeq. Mynſing. obſeruatio. 15. cent. 2. Marſi. Sing. 210. nu.
1. & 2. Ponit hanc regulam cum aliquibus declarationibus,
Socin. reg. 177. Excuſsio antequam latius Duennas reg. 335.
Fideiuſsio regulariter, ampliando, & limitando vt per eum,
Gabriel nouiſsime ſuis communibus, titu. de fideiuſſor. con-
41 cluſ. 1. † Ampliatur inter alia, vt habeat locum etiam in
Fideiuſsione in cauſa dotis, cũ tractetur de præiudicio ter-
tij, non autem de ordine iudicij tantum, ita not. Alciat. con-
ſil. 285. num 8. ad finem, & 9. Burſat conſil. 112. numer. 33.
42 volum. 1. † Ampliatur ſecundo, vt poſsit opponi, etiam
quod ei ſit renuntiatum ex communi & eadem opponitur
expenſis excipientis, etiam quod ordinis beneficium ceſſa-
ret, ita Burſat. conſ 112. num. 21. volum. 1. Inter alias au-
43 tem limitationes hæ traduntur paſsim per Scribétes. † Pri-
mo vt non procedat in fideiuſſore, qui iurauit in contractu
de ſoluendo pecuniam, vt notat Tiraq. in l. Si vnquam, in
procemio, num. 137. C. de reuocand. donatio. Soc. d. reg. 177.
Excuſsio, Limitat. 1. Duenn. d. reg. 335. Fideiuſſor, regula 6.
limitat. 20. Didac. Couarr. in 1. relat. §. quartus, num. 4. An-
char. iun. quæſt. 45. numer. 8. libr. 1. & quæſt. 32. numer. 12.
44 libr. eodem. † Secundo non habet locum in fideiuſſore obli-
gato ex inſtrumento guarentiato, ita notat Menoch. tracta.

adipiſcen.

Digitized by Google

45 adipiſcen. remed. 5. num. 144. Cum nec eo caſu habeat beneficium diuiſionis, not. Caſtr. in l. ſi dubitet. §. ita demum, 46 nume. 3. ff. de fideiuſſ. † Tertio ceſſat beneficium hoc fideiuſſori, qui negauit ſe fideiuſſorem, ita not. Duen. reg. 335. limit. 14. Idem Mantua ſing. 591. quando conuincitur de mendacio, idem tenet Mar. in tract. bannit. in verbo, Negantur, num 16. & in Rub. ff. de fideiuſſor. num. 379. cum ſequent. Limitando quatuor modis, num. 394 cum ſequent.
47 † Quarto non habet locum in cauſis, in quibus proceditur de bono, & æquo, ita Duennas d. reg. 335. limit. 3. Menoch.
48 tract. arbitr. lib 1. quæſt. 51. num. 9. † Vbi dicit hoc non habere locum in curia Mercatorum, vbi ſic proceditur, ita deciſ. Peruſ. 45. num. 12. parte 1. & deciſ. 64. numer 20. par. 2. licet contrarium teneat Alciat. conſ. 258. ad finem, de mente Bartoli ibi per eum allegati. † Silet quinto excuſſionis be-
49 neficium in caſibus, in quibus proceditur ſola veritate facti inſpecta, cum hæc exceptio ſit de apicibus iuris, ſecundum tradita per Dec. conſil. 27. column. penult. num. 8 Idem Fanus tracta. pignor. 8. parte principali, 1. Membro, nu. 28. declarando, vt per eum, num 31. verſic. Et ideo, Menoch. tract. arbitr. lib. 1. quæſt. 51. num. 6. vſque ad finem, Contrarium tenet Crauetta conſ. 263. per totum, veriorem hanc ſecundam dicit, Oſaſc. deciſ. 2. num. 10. verſic. Contrariam opinionem, quam & communem dicit deciſio Peruſina 45.
48 num. 8. Menoch. d. quæſt. 51. nume. 8. † Sexto principaliter ceſſat beneficium excuſſionis, quando debitor eſt notorie non ſoluendo, Ita Anchar. 317. num. 3. licet contrarium teneat conſ. 322. num. 1. circa finem, idem tenet Dec. conſ. 27. num. 8. verſic. 3. reſpondetur, Fanus d. 1. memb. nu. 28. Capitius deciſio. 54. vbi plura accumulat, numer. 2. Soc. d. regula 177. limit. 5. Duennas d. reg 335. limit. 17. Burſ. conſ.
49 48. num. 10. & 11. volum. 1. † Quæ limitatio procedit, dum tamen ſequatur ſententia declaratoria Iudicis ſuper notorietate, declarando, vt ibi per Duennam d. limit. 17. & de-
50 ciſio. Peruſ. 45. num. 11. & 15 parta 2 † quæ tamen non requiritur, quod fiat in ſcriptis, vt per Burſat. conſil. 203. nu. 7. vol. 2. Quando autem dicatur quis notorie nõ ſoluendo, diſcutit deciſ. Peruſ. 45. num. 16. & 17. parte 1. Menoch. tra-
51 cta. arbitr. lib 2. cent. 2. caſu 166. † Septimo ceſſat excuſſio quando fuit facta fideiuſſio animo nouandi, ita not. Alexã. conſ. 19 num. 30 ad finem, vol. 7. Duennas. d. reg. 335. limit.
52 5. Curt. ſen. conſ. 6. n. 3. vſque ad finem. † Octauo non procedit regula hæc quando in inſtrumento fideiuſſionis, vel obligationis adſit conſtitutum, ita not. Tiraq tract. conſtitut. ampliat. 1. num. 54. declarando, vt ibi per eum, nu. 61. 63. & 67. Idem Socin. d. regula 177. limit. 4. Duennas d. reg.
53 335. limit. 16. deciſio Peruſina 45. num. 14. parte 1. † Nono hæc regula limitatur non habere locum, quando agitur Saluiano interdicto, quod remedium eſt vtilius hypothecaria, ita not. Rol. à Valle conſ. 9. nu. 19. cum ſeq. vol. 1. Menoch.
54 tract. adipiſc. poſſeſſ. remed 3. num. 119. † Decimo remedium, & beneficium hoc excuſſionis non procedit, quando agitur, tam ex diſpoſitione iuris communis, quam ſtatutarij, vt liceat ingredi vigore pactorum exequutiuorum, etiã ſi agatur hypothecaria, vbi adſint talia pacta, ſecundum tradita per Capic. deciſ. 54 nume. 28. idem cauetur ſupra cap.
55 173. Pacta creditorum, verſic Et ſi illud, vol. 1. † Vndecimo hæc excuſſio non habet locum in fideiuſſore Principis, ita
56 Cotta ſuis memorab. in verbo, fideiuſſores Principũ. † Duodecimo non procedit in campſoribus, & mercatoribus fideiuſſoribus, vt not. Duen. d. reg. 335. limit. 3. Gabriel ſuis communibus, tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. num. 88. Soarez ſuis communibus, in verbo, fideiuſſor, mercator, deciſ. Peruſ. 64 nu. 26. parte 2. Decimotertio non habet locum, ſi ſiat alienatio in tertium pendente lite contra debitorem, vt not. Gabr. d.
57 tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. num. 45. † Decimoquarto ſilet hæc excuſſio, quando agitur hypothecaria contra nomen debitoris, vt tradit Dec. Peruſ. 45. num. 13. par. 2 idem Cummunia
58 in ritibus magnæ curiæ. cap. 26. num. 2 † Decimoquinto excuſſio contra alienantem bona ceſſat, vbi emptores ſciebãt fideicommiſſi ſubſtantiam ex communi, ita Burſ. conſil. 48.
59 num. 9. vol. 1. † Decimoſexto ceſſat excuſſio, vbi debitor nõ eſt, vel hæredem non habet, ſi tamen fiſcus ſit illius loco, contra eum ſit excuſſio, ita Burſ. conſ. 48. num. 12. volum. 1.
60 † Decimoſeptimo ceſſat beneficium excuſſionis, quãdo quis obligatur inſolidum, & principaliter, ita not. Ancha. tun. cj.
61 32. num. 11. lib. 1. † Limitando non procedere, vbi tantum inſolidum, non principaliter eſſet obligatus, quia tunc habet locum beneficium excuſſionis, & diuiſionis, Borgn. dec. 31. num. 22 Math VVeſemb. conſ. 10. numer. 17. cum ſeq. & num. 42. Rota Genuenſ. deciſ. 65. num 1. 2. & 3. deciſ. 66.
62 † Alias licet videre penes Soc. d. reg. 177. & Duennas d. reg.

63 335. † Excuſſio iſta qualiter ſit fienda, not. Pract. in forma libelli reſponſ. rei in actione hypothecaria, ver. Exceptione, n. 17 Iaſ. d. §. Item Si quis, in princ. n. 86 Inſti. de act. Vrſill.
64 ad Affl. deciſio. 318. num. 6. † Nec ſit de bonis extra territorium, vt not. Fanus d. 8. parte 1. membro, num. 42. cum ſeq. Alciat. conſil. 285. numer. 10. verſic. Nec minus, Socin. dict.
65 reg. 127. limitat. 8. declarando, vt ibi per eos. † Quando autem dicatur facta legitime, not. Burſat. conſi. 48. num. 13. volum. 1. Fienda eſt autem prius perſonarum, quam bono-
66 rum, vt not. Pract. d. verſic. Exceptione, num. 16. † In hac excuſſione autem an ſit citandus poſſeſſor rei obligatæ di-
67 ſtinguitur. † Quod aut mota eſt lis, & iudicium pendet contra poſſeſſorem in actione hypothecaria, & tũc eſt citandus, alias ſufficit eum, & alios prætendentes citare per proclama, ita not. Pract. d. verſ. Exceptione, num. 18. Idem not.
68 Iaſ. d. §. Item ſi quis, il primo, num. 18. † Ferenda eſt pariter ſententia Iudicis ſuper hac excuſſione, ita not. Pract. d. verſ. Exceptione, nu. 19. & 20. Iaſ. d. §. Item ſi quis, il primo, nu. 83. Inſtit. de actio. Fanus d. tract. pignor. 8 parte, 1. memb. nu. 11. verſic. Ita autem regula, vbi dicit hanc communem de mente Iaſonis, vt per eum, deciſio. Peruſ. 45. numer. 2.
69 parte 1. † An autem liceat appellare à ſententia lata ſuper excuſſione, notat Practic. d. verſi. Exceptione, num. 21. & 22.
70 Fanus d. 1. membro numer 39. verſicu. 4. quæritur. † Quæ tamen ſententia non requiritur in ſcriptis, ſi ſiat ſuper notorio, quod quis non ſit ſoluendo, ita Burſat conſi. 203. nu. 7.
71 volum. 2. † Et ſententia licet probet excuſſionem eſſe factam, non tamen probat, vt fideiuſſor grauetur; ita Burſat. d.
72 loco, nume. 11. † Excuſſio dicitur facta legitime, ſi detur terminus tertijs poſſeſſoribus ad probandum, quod adſint alia bona debitoris, & id non fuit probatum, not. Rolan. à
73 Valle conſi. 9. num. 30. uolum. 1. † Qualiter autem probetur, quod non adſint alia bona, notat Iaſ d. §. Item ſi quis, il
74 1. num. 51. Inſtitut. de actio † Pendente iudicio ſuper excuſſione, ſi ſuperueniat opulenta hæreditas debitori, an ceſſabit diſcuſſio, diſtinguit, an ante latam ſententiam ſuper excuſſione, vel poſt, Practic. dict. verſic. Exceptione, numer. 26. Et quod poſſit eam opponere fideiuſſor, notat Marſil. tracta. bannit. in verbo, Lis pendet, numer. 51. Si autem ſuperueniat iam lite intentata contra tertium poſſeſſorem, an poſſit opponi per tertium, quod non, not. Bart. vnam opinionem, tracta. de excuſſion num. 13. & Iacob. de Arena d. tracta. ſimili, numer. 23. Contrarium eorum omnium, notat Fanus d. primo membro, numer. 41. vbi tenet poſſe excipere.
75 † Exceptio excuſſionis quando ſit opponenda, diſtinguit Practic. d. uerſicu. Exceptione, num. 23. Latius Fan. d. primo membro, num. 34 cum ſeq. vbi dicit debere opponi ſpecifice, & in prima inſtantia. Alias quod opponi non poſſit in
76 cauſa appellationis. † Et debet opponi ante litis conteſtationem, cum ſit dilatoria, Ita not. Burſ. conſil. 48. numer. 14.
77 volum. 1. † Exceptione excuſſionis oppoſita ligatæ erunt manus Iudicis, vt non poſſit procedere ad vlteriora in cauſa, donec fuerit diſcuſſum ſuper excuſſione, not. Practic. dict.
78 uerſic. Exceptione, numer. 3. cum addit. ibi in litera A. † Excuſſio ceſſabit cõtra extraneum etiam in hypothecaria pro ea parte, qua debitor eſt ſoluendo, Ita not. Practic. d. ver. Exceptione, num. 32. † Et dicitur ſoluendo in ea parte bonorum, quæ poſſint debitor, etiam quod ſint litigioſa, vt ibi
79 per Practic. num. 31. † Excuſſio autem facta ad inſtantiam vnius creditoris, quod non proſit alijs, ſicut etiam excuſſio facta contra unum poſſeſſorem alicuius rei obligatæ, non nocet alijs poſſeſſoribus non citatis, nec generaliter, nec ſpecialiter, ita not. Practic. d. uer. Exceptione, num. 24. & 25. Contrarium autem tenet, ut noceat, & proſit alijs creditoribus, Iaſ. d. §. Item ſi quis, il primo, numer. 82. Fanus d. 8. parte principal, 1. membro, num. 38. Soc. d. reg. 177. Excuſſio, in
80 limitat. 11. † Plures poſſeſſores bonorum, conuenti hypothecaria nõ habent beneficium diuiſionis, prout nec fideiuſſores, Ita Pract. d. forma reſponſ. rei in hypothec. uerſ. Exceptione, nu. 27. & 28.

n Non habeat locum] † Statuti huius diſpoſitio uti con-
81 traria iuri communi, eſt odioſa, Ita Alciat. conſ. 710. nu. 3. Tanto magis, quia extabat antiquitus decretũ, quod prius excuteretur principalis debitor, antequam deueniretur ad fideiuſſorem. Ita audio cautum in conſtitutionibus antiquis editis anno 1346. 16. Nouembris, quibus paſſim renunciabatur in inſtrumentis tunc fiendis, quod quidem Decretum abolitum per hoc Statutũ, & nouas conſt. in proœmio,
82 ad finem, cum contrarietur huic diſpoſitioni. † Excuſſionis beneficium dupliciter in iure conſiderari poteſt. Altero ſcilicet modo reſpectu ordinis iudiciarij Altero uero reſpectu intereſſe partis, ut explicat Fan. d. trac. Pignor. 8. part. princ. 1. membr.

Digitized by Google

83 1. membro, n. 31. † Verum autem Statuti huius diſpoſitio re-
mouecat exceptionem excuſſionis quo ad vtrunque caput,
videretur dicendum, quod non, vt quanto minus ſit poſſibi-
le, lædat ius commune, vt in ſimili not. Fan. d. 1. memb. n. 31.
84 † Statuti pariter huius diſpoſitio videtur tantum habere
locum in proprio fideiuſſore, qui ſe inſolidum obligauit, &
principaliter, prout in principio huius Statuti cauetur. Se-
cus ſi ſit promiſſor indẽnitatis, prout in eo, qui dixit, prout
ſæpe contingit, in fideiuſſionibus, quæ oretenus fiunt, quod
ipſi ſoluent, vbi principalis debitor nõ ſoluat, quia tunc de-
bet prius conueniri principalis, etiam quod deficiat ſoluere
intermino limitato, & conuento, Ita Caſtr. conſ. 239. nu. 1.
& 2. volum. 1. Roma. conſi. 211. num. 2. & conſ. 241. num. 5.
ver. & ſi dicatur, Alex. conſi. 29 num. 3. volu. 7. Cott. in me-
morab. in verbo, fideiuſſor indemnitatis, Soc. d. reg. 177. Ex-
cuſsio, ampliat 2. Caſſ. ſuis comment. Rub. 11. §. 6. In textu
85 contra le tenens, ver. limit. nu. 16. † Quod procedit etiam
ſi fideiuſſor talis iuraſſet in eius cõtractu, niſi feciſſet ſe prin-
cipalem, Ita Oſale. deciſi. 2. num. 14. verſ. Ego Vero, Vrſil.
deciſi. 318. num. 1. & 2. Soarez ſuis communibus, in verbo,
86 Fideiuſſor indemnitatis. † Ceſſare pariter videtur hæc di-
ſpoſitio quando ageretur contra tertium poſſeſſorem, quia
non videtur poſſe de directo contra eum agi, niſi prius facta
excuſſione principalis debitoris, iuxta etiam diſpoſitionem
iuris, cum ſufficiat huc Statutum intelligi in fide iuſſore, ne
87 tanta correctio inducatur. † Quod autem de iure commu-
ni prius ſit debitor principalis, & ipſe executiendus, quam
tertius poſſeſſor, not. Alcia. conſi. 285. num. 8. Niſi in caſu
quo in contractu adeſſet hypotheca cum conſtituto, vt not.
Lanfr. Balb. ſuis communibus, cent. 1. concl. 83. Ita hanc di-
ſpoſitionem Statuti huius ſic interpretandam, not. Rom.
conſ. 211. colum. 2. num. 2. & Cæpol. caut. 31. Verum in pra-
xi contrarium ſeruatur. Et quod hæc diſpoſitio habeat lo-
cum etiam contra tertium poſſeſſorem, etiam non excuſſo
prius principali debitore, videtur facere arg. de fideiuſ. ad
bono. poſſeſ. iuxta gl. in Auth. Hoc ſi debitor, C. de pig. Prout
ita arguit Rom. conſil. 96. num. 6. circa finem. Et quod ſic
obſeruetur hoc Statutum, atteſtatur Alcia. conſi. 382. ver.
88 Fortius dico, † licet in eo caſu ipſe ibi teneat contrarium,
cum reus conuentus eſſet fideiuſſor forenſis, quo quidem ca-
89 ſu ceſſat diſpoſitio huius Statuti, vt infra dicetur. † Hæc
tamen concluſio non procederet contra tertium, etiam ſtan-
te praxi præallegata pro bonis ſitis extra territoriũ, ita Ale.
d. conſ. 382. num. 5. ver. Fortius, & conſ. 711. nu. 3. ſecundum
impreſſione Lugdu. & ſecundum Venetam ſunt conſ. 36. n. 3.
90 lib. 2. tomo 1. & conſ. 33. lib. 6. tomo 2. † Sublatum pari-
ter non eſt per hanc diſpoſitionem quin tertius poſſeſſor, &
fideiuſſor etiam poſſint opponere exceptionem compenſa-
tionis, quam poterat opponere principalis, ita not. Aleiat.
91 conſ. 285. nu. 8. ad fin. † Ceſſat etiam diſpoſitio huius Sta-
tuti remouentis excuſſionem, ſi cauſa ventiletur corã Prin-
cipe, & eius ſupremo conſilio, quia tunc non attenduntur
Statuta reſpicientia ordinaria litis Iudicum inferiorum, Ita
not. Guido Papa deciſi. 198. in fine Affl. deciſ. 361. num. 13.
corrupte tamen allegati per Aleiat. d. conſil. 285. numer. 5.
verſi. Nec etiam me mouet, Niſi obſtaret opinio ſupra al-
legata tenentium non habere locum excuſſionem, quando
proceditur ſola veritate facti inſpecta, quæ tamen reproba-
92 tur à communiori, vt ſupra notatum. † Silet tamen hæc
concluſio contra Principem, vel habentem cauſam ab eo,
quia non ligatur à Statutis inferiorum, nec ea cenſetur con-
firmaſſe contra ſe, Roman. conſi. 444. ad finem, Felyn. cap. 1.
num. 25. de conſtit. Socin. ſen. conſi. 302. num. 6. volum. 2. Ita
in his terminis Aleiat. conſi. 382. num. 2. & melius numer. 6.
verſi. aut ius non obſtat, idem notatum ſupra cap. 175. Statu-
93 ta ad finem. † Non videtur pariter ſublata excuſſio vbi fi-
deiuſſor, & correus inſolidum obligat, oſtendat, & probet
pecuniam ad alium correum perueniſſe, inſtans, quod eius
periculo, & expenſis contra eum agatur, Iuxta tradita per
Bart. in l. in duobus, §. vbi duo, quæſt. 7. num. 11. ff de duob.
reis. Idem not. in Auth. Hoc ita, quæſt. 2. principali, quæſt.
94 7. C. eod. tit. † Verum de hac declaratione hæſito multum
ſtante diſpoſitione clara huius Statuti, tollentis excuſſionẽ
non ſolum in correis, ſed etiam in fideiuſſoribus, corrobora-
tur hæc opinio, quia etiam ſi fideiuſſor, vel correus cõuentus
à creditore ei diceret, recurre ad principalem debitorem,
quia eſt paratus tibi ſoluere, tamen de iure ſtricto non tene-
tur obtemperare huic dicto, & allegationi fideiuſſoris, &
correi, prout in his terminis, notat. Alberic. tracta. Statut.
2. parte, quæſt. 103. Tanto minus vt agat Iudicialiter, debet
95 poſſe cogi. † Non videtur pariter procedere hæc diſpoſi-
tio, ſi principalis Debitor ſit ſimul conuentus cum fideiuſ-
ſore, quia tunc ipſe ſolus, non fideiuſſor venit condemnan-
dus, ſecundum tradita per Alciat. conſi. 710. nume. 3. Quod
eſt ſecundum impreſſionem Venetam, conſi. 36. nu. 5. verſi.
tertio, lib. 2. tomo. 1.

a Et Ducatu Mediolani] Quid veniat appellatione Duca-
tus, late notatum ſupra c. 130. Vbicunque, vol. 1. Vbi diſcuſ-
ſum, in verbo, De Comitatu.

b Et in alijs locis ſuppoſitis] Veniunt in his terræ Com-
munes, vt fuit notatum ſupra, cap. 153. Statuitur, ad finem,
96 volum. 1. & ſupra cap. 175. Statuta. † Et etiam terræ in-
feudatæ, quia licet ſint ſeparatæ, tamen dicuntur de Duca-
tu, & ſubiacent eius Statutis, vt not. Cephal. conſi. 169. nu. 6.
volum. 2.

De peremptorio ad audiendam ſententiam. Cap. CXC.

STatuitur, volens emanare peremptorium *a* principali, *b* vel eius Procuratori *c* abſenti, vel abſentibus, *d* qui ex forma Statutorum Mediolani poſſit in ciuitate, & Ducatu Mediolani conueniri, quod ipſo volente, tranſmittere peremptoriũ, vel eius Procuratores ad cauſas, iurante ſe ignorare *e* vbi moram trahant, peremptorie citandus, vel citandi, quod tunc, etiam eo caſu, ſufficiat tranſmittere ipſum peremptorium *f* ſecundum formam Statuti ſecundi, Rubricæ generalis de citationibus, & alijs &c. quod incipit. Quod quilibet Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & ſeruata forma illius Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Citatio perentoria intimanda eſt principali, & quando Procurator fieri poſſit, & ad domum habitationis, nu. 2. & 3.*

a PRincipa'i] † Principali enim perſonæ ſemper emanare
1 debet peremptorium, cum ſit grauis præiudicij, & hoc
tam de iure cõmuni, vt notat Soc. ſuo tract. de citationibus,
art. 17. nu. 31. ver. Aduerte tamen; quam ſtatuti, ſupra cap. 5.
Licet lis, verſ. Præſentanda principali.

b Vel eius Procuratori] † Quod habet locum ſolum quan-
2 do quis ſe abſentauit extra dominium relicta in totum ha-
bitatione, alias ſi intra dominium debet ibi citari per lite-
ras ſubſidiales, ſi ſit ſuper territorio alieno eiuſdem Princi-
pis, ita notatur ſupra cap. 3. Item quod, iuncto cap. 5. Licet
lis, circa finem.

c Abſenti] Nam tunc poteſt intimari modo quo cauetur,
d. c. 3. Item quod.

d Qui ex forma Statutorum] De quibus ſupra c. 3. Item
quod.

e Vbi moram trahant] Tranſmittendo illud etiam per li-
teras ſubſidiales, vt cauetur d. c. 5. Licet lis, circa finem.

f Secundum formam Statutorum] † Ad domum ſcilicet
3 habitationis, ſic etiam ſit de iure data ignorantia, ita Soc. d.
tract. Citat. art. 17. nu. 31. verſ. Et aduerte.

De inſtantia cauſæ literarum Ducalium. Cap. CXCI.

a INſtantia cauſæ *b* literarum Ducalium incipiat *c* à die *d* legitimæ *e* præſentationis ipſarum literarum Ducalium coram ordinario, delegato, vel ſubdelegato, & deinde ſequantur *f* termini limitati ex forma Statutorum.

SVMMARIVM.

1 *A die dictiones hæ quomodo intelligantur, & num. 2.*

3 *Tempus data, vel præſentationis quando ſit attendendum, & num. 4.*

a INſtantia] Quæ ſit inſtantia, notatum late ſupra cap. 21.
Termini.

b Literarum Ducalium] Quæ quotidie impetrantur,
cum clauſulis ſummarijs, vt notatum ſupra cap. 25. Cauſæ,
volum. 1.

c A Die] † Dictio hæc ſtat ſtat excluſiue, ita Alexand.
1 conſil. 114. colum. 1. ad fin. volum. 5. glo. Pariſ. § 44. nume. 6.
2 Tiraq. tracta. retract. lignag. § 1. glo. 11. num 41. † Quo ſit,
vt inſtantia cœpta aliquo die menſis, ſi duret per menſem
comprehendat totum diem illum menſis ſequentis, etiam
quod ſit dierum 31. ita Alex. dict. conſ. 114. col. 3. num. 11.
volum. 5.

d Legitime] Vocatis vocandis.

e Præ-

e Præſentationis] † Non igitur incipit à die datæ, quod
3 idem de iure communi not. Caſt. conſi. 303. num. 2. volum. 1.
4 Peruſ. cap. ſuper eo, il ſecundo, numer. 6. De appellatio. in
6. Declarando, vt per Marantam ſuo Spec. 5. parte principa-
li, num. 17.
f Termini limitati ex forma Statutorum] De quibus ſu-
pra c. 21. Termini cum ſeq. vol. 1.

De relationibus faciendis per ſeruitores. Cap. CXCII.

RElationes faciendæ per ſeruitores, tam de citationibus, quam aliter, etiam de peremptorijs, fieri poſſint, & valeant *a* infra dies quinque poſt terminum comparendi, vbi adſit terminus, vel oſtendi ad cauſam, quæ tamen relationes poſſint, & valeant poni ante, vel in termino comparendi, vel aliud faciendi. Relationes vero eorum, quæ non habebunt terminum comparendi, nec aliud faciendi, coram Iudice, fiant infra triduum, reſpectu eorum, quæ fiunt in ciuitate, vel intra corpora ſanctorũ Mediolani, & infra quinq; dies, reſpectu eorum, quæ fiunt in Ducatu Mediolani, vel in terris ſuppoſitis.

a INfra dies quinque] Ad inſtantiam autem citati, ſeu contra quem fit citatio, ſeu præceptum tranſmittitur, poteſt fieri intra menſes ſex, vt cauetur infra cap. 209. Relationes.

De vigilijs beatæ Virginis Mariæ. Cap. CXCIII.

IN vigilijs beatæ Virginis Mariæ *a* ius non reddatur, non habito reſpectu ad numerum dierum appoſitum in Statuto de ferijs.

a IVs non reddatur] Ita cauetur in rotulo, quod fit ſingulo biennio dierum vtilium in Statuto de ferijs, ſupra c. 110. Ad hoc, vol. 1.

De publicatione teſtium in cauſis ſummarijs. Cap. CXCIIII.

TEſtes, & proceſſus recipiendi, & faciendi *a* in cauſis ſummarijs, *b* ipſo iure, *c* ſint publicati finitis dilationibus datis, vel pro datis habitis, *d* ex forma Statutorũ, *e* vel à Iudice datis, vel abbreuiatis.

a IN cauſa ſummarijs] De quibus cauetur ſupra in cap. 25. Cauſæ, vbi late diſcuſſum, vol. 1.
b Ipſo iure] Abſque ſcilicet Iudicis ſententia. Ita hoc verbum importat, vt late notatum ſupra cap. 1. in verbo, Ipſo facto, in 1. vol.
c Sint publicati] Publicatio vtrum ſit neceſſaria in cauſis ſummarijs, & in alijs, late notatum in cap. 22. Termini, in verbo, Ipſo iure publicata, volum. 1.
d Ex forma Statutorum] Vt cauetur dict. cap. 25. Cauſæ, volum. 1.
e Vel à Iudice datis, vel abbreuiatis] Iuata diſpoſitionem cap. 26. Poſſit, vbi late diſcuſſum, volum. 1.

De pœna negantis propriam ſcripturam. Cap. CXCV.

a SI quis *b* in iudicio *c* interrogatus, *d* an ſcripſerit, vel ſubſcripſerit, *e* vel ſcribi, vel ſubſcribi fecerit *f* aliquam ſcripturam, *g* & negauerit, *h* & contrarium probatum, *i* vel oſtenſum fuerit, *k* ipſo iure *l* cadat in pœnam dupli *m* quantitatis, *n* vel æſtimationis rei, *o* vel iuris, in dicta ſcriptura comprehenſi, *p* ſub pœna Iudici, qui prædicta non obſeruauerit librarũ vigintiquinque Imperialium, quæ pœna *q* in totum applicetur parti, contra quam negata fuerit dicta ſcriptura. Et vbi interrogatus *r* ad terminum ſtatutum per Iudicem non *ſ* reſponderit clare, *t* habeatur ipſo iure, *u* pro confeſſo in eo, quod erit in maius præiudicium non reſpondentis, vel obſcure reſpondentis. Idem habeat locum, *x* vt habeatur pro confeſſo, & pronuntiato, vt ſupra *aa* in alijs interrogationibus, *bb* in quibus, de iure interrogatus *cc* reſpondere tenetur, *dd* niſi aliter reperiatur prouiſum per Statuta; vel Decreta.

SVMMARIVM.

1 *Negans extraiudicialiter ſcripturam an puniatur, & numer. 2. 3. & 4.*
5 *Quid ſi partem negauerit.*
6 *Quid in negante propriam ſcripturam, in qua confeſſus fuerit recepiſſe certam ſummam. num. 7.*
8 *Quid vbi negantem pœniteat, & num. 9.*
10 *Negans propriam ſcripturam an poſſit compelli ad ſcribendum.*
11 *Negans ſcripturam, & deinde cum iuramento affirmans an mittet pœnam.*
12 *Clauſula ipſo iure, an requirat ſententiam declaratoriam facti, & num. 13.*
14 *Pœna negantis propriam ſcripturam, quæ ſit.*
15 *Negans contractum ſi conuincatur, quam pœnam ſuſtineat, & num. 16.*
17 *Pœna negantis quando ceſſet, vſq; ad num. 20.*
21 *Pœna negantis cui applicetur.*
22 *Clauſula habeatur ipſo iure cuius ſit virtutis, & num. 23.*
24 *Confeſſus an habendus ſit quilibet non reſpondens.*
25 *Confeſſio facta cui præiudicet, vſq; ad nu 29.*
30 *Clauſula habeatur pro confeſſo quomodo ſit intelligenda.*
31 *Facta confeſſio quomodo poſſit tolli, & nu 32.*

a SI quis] Hoc verbum comprehendit tam maſculum, quam fœminam, cum ſit de materia vtrique ſexui congruenti, vt cauetur ſupra cap. 126. In Ciuitate, vbi late notatum, volum. 1.
b In iudicio] † Secus ſi extraiudicialiter negauerit in-
1 terrogatus, quia tũc ceſſat diſpoſitio huius Statuti, & Auth. Contra qui propriam, C. de non nume. pecu. quæ idem diſponit.
c Interrogatus] Nam interrogatio hæc poteſt fieri, vt ſupra cauetur c. 75 Interrogatus in ſcriptis.
d Alia manu factam] † Idem de iure communi, not. Cotta
2 ſuis memorab. in verbo, Subſcripta, verſi. Et ideo.
e Vel ſcribi, vel ſubſcribi fecerit] Qui enim per aliũ facit, per ſe ipſum facere videtur, iuribus vulgaribus.
f Aliquam ſcripturam] † Priuatam ſcilicet non publi-
3 cam, quod idem de iure communi, vt not. Bald. d. Auth. Cõ-
4 tra qui propriam, num. 4. C. de non nume. pecu. † Diſpoſitio huius Statuti vtrum procedat tam in ſcriptura confecta ad probationem, quam etiam ad obligationem, notat diſcurrendo Caſtrenſ. d. Auth. Contra qui propriam, num. 8, C. de non nume. pecu.
g Et negauerit] † Quid ſi partem negauerit, pro parte ne-
5 gata condemnatur, ita not. Affl. in conſtit. regni, Rubr. 65. de
6 pœna negantis, num. 4. ad fin. volum. 1. † Negans propriam ſcripturam, in qua fuerit confeſſus quis ſe recepiſſe certam pecuniæ ſummam, an habeat beneficium datum à ſtatuto ſupra cap. 50. Si confeſſus, 1. volum. Quod teneatur iurare, vt
8 ibi, † quod ſic propter eius mendacium, cum etiam habeat beneficium de non numerata pecunia, vt not. Gabr. ſuis cõmunibus tit. de acqui. poſſeſſ. conclu. 5. num. 11. Contrarium tamen determinat in pœna inducenda Bald. d. Auth. contra
8 qui propriam, num. 6. C. de non nume. pecun. † Poſt negationem antequam quis conuincatur de mendacio, & contrarium probetur, ſi negans fateatur, quod euitet pœnam hanc, notat Caſtr. d. Auth. contra qui propriam, nume. 3 diſputat Boer. in ſuis commentar. ad conſuetud. Rubr. 2. §. 22. in ver-
9 bo, Item & ſi. † Et quod euitet hanc pœnam, notat Tiraq. tract retract conuent. § 1. glo. 5. num. 2. Aſin. ſua praxi iud. § 19 cap. 10. nu. 1. cum ſeq.
h Et contrarium probatum fuerit] Per teſtes, vel inſtrumẽ-
10 ta, cum hic non diſtinguat qualitatem probationis. † Negans autem propriam ſcripturam, poteſt cogi ad ſcribendũ, vt fiat comparatio literarum, ita not. Marl. ſuo tract. bannit. in verbo, Negantur, nu. 13.
i Vel oſtenſum fuerit] † Intellige per veras probationes.
11 Non autem haberet locum hæc pœna, ſi poſt negationem factam ſcribens, vel ſubſcribens, ad dilationem iuramenti confiteretur, vel haberetur pro confitente, per iuramentum habitum pro relato, quia tunc non incurreretur per negantem pœna, prout nec incurritur in caſu d. Auth. contra qui propriam, C. de non nume. pecu. Ita cauetur in l. Eum qui, in prin. ff. de iureiur. facit vlterius quia cũ non dicitur propria, & legitima probatio, quæ fit mentio iuramenti, vt notatum late ſupra cap. 43. In caſibus in verbo, Habentur pro legitima probatione.

k Ipſo

Digitized by Google

k Ipſo iure] †Requiritur tamen ſententia declaratoria ſu-
12 per facto, licet non requiratur condemnatoria, vt late no-
13 tatum ſupra cap. 1. in verbo, ipſo facto. † Et ſic ex hoc ceſ-
ſat diſputatio, & diſtinctio notata per Caſtr. d. Auth. con-
tra qui propriam, num. 9. Vtrum requiratur in hoc iudicio
libellus, de quo etiam per Afflict. in conſtit. regni, Rube. 65.
de pęna negantis, num. 3. lib. 1.
l Cadat in pœnam dupli] † Idem de iure communi ca-
14 uetur d. Auth. contra qui propriam, C. de non nume. pecu.
Idem notat Marſil. tract. bannit. in verbo, Negantur, nu. 12.
15 †Negans etiam contractum fuiſſe factum, ſi conuincatur de
veritate in odium ipſius præſumitur ſolennitas extrinſeca
interueniſſe, quæ alias non præſumeretur, ita Marſil. tract.
16 bannit. in verbo, Negantur numer. 54. † Non euitat pœnam
hanc, ſi negans poſt negationem, & contrariam probatio-
nem, vbi ſit conuictus de mendacio, velit probare ſolutio-
nem illius ſcripturæ, niſi ad extinctionem partis illius pœ-
næ, ſimpli ſcilicet quod continetur in duplo, ita not. gloſſa
& ſcribentes d. Authét. contra qui propriam, vbi præcipue
17 Caſtr. num. 5. C. de non nume. pecun. † Ceſſat tamen hæc
pœna in negante quando libellus per partem porrectus, vel
non ſit ſolennis, ita not. Cotta ſuis memorab. in verbo, Men
dax, verſic. Hoc dictum, idem not. Afflict. in conſtit. regni, d.
Rubr. 65. de pœna negantis, numer. 3. verſic. ſecundo fallit,
18 libr. 1. †Secundo limitatur iſta concluſio, vt non procedat
ſi abſit dolus in negante, ita Affl. d. Rubr. 65. num. 2. verſic.
19 Hoc verum, † Tertio limitatur, vbi negatio procedat ex
errore iuſto, ita Affl. dicto loco, num. 3. verſic. Tertio fallit.
20 † Poſſet forte & quarto limitari non procedere diſpoſitio-
nem, & pœnam huius Statuti, quando tractatur de ſcriptu-
ra infra biēnium facta in caſibus, in quibus competeret reo
conuento exceptio non numeratæ pecuniæ, niſi etiam con-
uinceretur de manutentione, ſecundum Bald. d. Auth. con-
tra qui propriam, num. 6. C. de non nume. pecun.
m Quantitatis] vbi ſcilicet ſcriptura conſiſtat in quanti-
tate.
n Vel æſtimationis rei] Vbi conſiſtat in ſpecie vel iure.
o Vel iuris] Vbi tractatur de iure.
p Sub pœna iudici] In hoc ampliatur diſpoſitio iuris, ex
quo non imponitur pęna Iudici aliquo.
q In totum applicetur parti] †Si applicaretur fiſco, ſi tran
21 ſactum fuerit inter actorem, & reum ante litem conteſtatā
euitatur pœna, alias non, vt not. Afflict. in conſtitut. regni,
Rub. 65. de pœna negantis, num 7. lib. 1.
r Ad terminū Statutum per Iudicem] Terminus is ſemel
Statutus & datus, an poſſit per eundem Iudicem prorogari,
late diſcuſſum ſupra cap. 83. Quælibet, in verbo, ad termi-
num, volum. 1.
ſ Reſponderit clare] Quando dicatur clare reſponſum, &
quomodo, late diſcuſſum ſupra cap. 76. Teneatur quilibet,
in verbo, Clare, vol. 1.
t Habeatur ipſo iure] † Stantibus his verbis videtur non
22 requiri aliquam interlocutoriam Iudicis, ita not. Caſtrenſ.
d. Auth. contra qui propriam, ad fin. Marſ. ſua praxi crim.
§. Aggredior, num. 106. Tiraq. l. Si vnquam, in verbo, Reuer
23 tatur, num. 143. cum ſequ. C. de reuoc. donat. † Secus vbi
non adeſſent hæc verba, quia requireretur Iudicis pronun-
tiatio, ita Bar. d. l. eius qui delatorem, in princ. num. 2. ff. de
iure fiſci, Bald. l. 1. num. 34. C. de confeſſ. & in l. conſtit. num.
3. C. de pęna iudic. qui male iudicauit, idem Bald. in feud.
tit. Si de feu. fuerit contentio. §. Vaſallus feudum, num. 2.
Capic. deciſ. 120. nu. 24 Curt. in l. 2. §. Quod obſeruari, nu.
61. C. de iuram. propter calumn. & late notatum ſupra ca.
1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.
u Pro confeſſo] †De iure cōmuni non ſemper non reſpon-
24 dens habetur pro confeſſo, vt not. Curt. declarando d. l. 2. §.
25 Quod obſeruari, nu. 71. & 72. C. de non nume. pecun. † Hæc
confeſſio ficta non præiudicat in alijs cauſis, vt not. Bart. in
d. l. Eius qui delatorem, num. 5. ad finem principij. ff. de iure
26 fiſci, cum addit. ibi. † Non præiudicat etiam alijs perſonis,
vt not. Bar. d. l. eius qui delatorem, in princ. nu. 1. ff. de iure
fiſci, cum addit. ibi, Roman. conſ. 329. col. 2. num. 10. verſic.
27 Eſt enim hoc. † Non etiam nocet eius hæredi, in cuius præ-
iudicium ſit habitus pro confeſſo, ſi ipſe principalis moria
tur ante ſententiam latam, Bar. d. l. Eum qui delatorem, in
princ. num. 1. cum addit. ibi. ff. de iure fiſci, Idem not. Caſtr.
l. 2. §. Quod ſi actor, nume. 2. C. de iuram. propter calumn.
28 Marſ. ſing. 625. num. 1. † Non habebitur pariter pro con-
feſſo in præiudicium non reſpondentis, vbi actio intentata
ſit nulla, ita not. Marſil. Singu. 625. num. 2. de mente Baldi,
29 & Oriani ibi per eum allegat. † Pro confeſſato etiam non
habebitur, vbi qualitas cauſæ hoc non patiatur, ita not.
Curt. d. l. 2. §. Quod ſi actor, num. 75. cum ſeq. C. de iur. pro
pter calumn. Plot. conſ. 52. num. 29.
x Vt habeatur pro confeſſo, & pronuntiatio vt ſupra] Niſi
adeſſet hæc clauſula, vt ſupra, quæ refertur iuxta præcedē-
tia ſcilicet, ipſo iure, requireretur Iudicis interlocutoria
30 per Sententiam, vt ſupra notatum. †Pronuntiatio hęc debet
fieri, vel haberi pro facta ad maius præiudicium contuma-
cis, ſecundum tradita per Bar. in l. conſilio. §. ſi. ad finem. ff.
de Curat. furioſ. idem Bar. l. Quamdiu, la 5. numero 5. ff. de
acq. hæred. Fely. cap. Nonne, col. 3. verſ. Tertio fallit num. 9.
de præſumpt. Fallit tamen in caſu de quo ſupra cap. 76. Te-
neatur quilibet, vbi habetur pro non volente vti, cum ibi
tractetur de pœna corporali incurrenda, vt ibi notatum in
31 verbo, Alioquin habeatur, quod non velit vti. † Contra
hanc pronuntiationem factam vel habitam pro facta pote-
rit probari contrarium, vt late notatum ſupra cap. 83. Qui-
32 libet, in verbo, Ipſas poſitiones pronuntiare, volu. 1. † Sena-
tus etiam quotidie admittit de nouo contumacem ad re-
ſpondendum contra hanc fictam confeſſionem re integra
exiſtente, refectis tamē expenſis contumaciæ ex forma Can
cellariæ. Vidi etiam ſemel diſpenſatum in publica audien-
tia, quod quis etiam re non integra admitteretur ad reſpon-
dendum verum poſſideret quædam bona, cum iam pars ob-
tinuiſſet pręceptum ingrediendi ex pronuntia facta ſuper
contumacia, attamen aliqua dubia reſultabant ex actitatis
in illo iudicio, & proceſſu contra interrogantem.
aa In alijs interrogationibus] De quibus ſupra cap. 78. In-
terrogatus, cum c. ſeq.
bb In quibus de iure] Tam de iure communi, quam ſtatuta-
rio, & conſuetudinario, vt late notatum ſupra c. 44. Si quis,
in verbo, De Iure.
cc Reſpondere tenetur] Sunt enim caſus aliqui, in quibus
interrogationibus quis reſpondere non tenetur, vt notatum
infra c. 208. Ad declarationem, vbi notatum.
dd Niſi aliter reperiatur prouiſum per ſtatuta] Prout ſupra
reperitur cautum in non reſpondente, verum quis velit vti
inſtrumento, vel teſtibus, & ſupra cap. 76. Teneatur quili-
bet, volum. 1. quia habetur pro nolente vti. Ratio ibi no-
tatur, Ex quo tractatur ibi de pœna corporali, vt ſupra no-
tatum.

De appellatione ab interlocutoria. Cap. CXCVI.

a APpellans b à mera c interloquutoria, d à qua de iu-
re, e vel ex forma Statutorum Communis Mediola-
ni poſſit appellari, f teneatur infra quatuor dies g proxi-
me ſequuturos, poſt ipſam interloquutoriam, h ipſam ap-
pellationem interponere, i & infra duos dies vtiles proxi-
me ſequuturos k poſt ipſos quatuor dies, teneatur ipſam
appellationem l committi facere partium m confidenti,
vel vnius in contumaciam alterius, n per aliquem Iuſdi-
centem o videndam, p & decidendam q infra dies vigin-
ti, r à die commiſſionis excluſiue, ſ facto prius depoſito,
ante ipſam commiſſionem de libris ſex Imperialium t pe-
nes campſorem, u quę cedant lucro aduerſarij, x in caſu,
quo appellans ſuccubuerit in cauſa dictæ appellationis, &
vbi prędicta non obſeruauerit, appellās, aa intelligatur re-
nunciaſſe dictę appellationi, & vbi dicta interloquutoria la-
ta fuerit in aliqua cauſa, bb inſtantia ipſius cauſæ, & tem-
pora probatoria, ſtent in ſuſpenſo.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab interlocutoria, quando & quibus caſibus eximatur à iuriſdictione Iudicis à quo, vſq; ad num. 8.*
9 *Appellans ſimpliciter, an poſſit deinde nullitatum dicere.*
10 *Merum quid dicatur.*
11 *Interlocutoria mera qualiter differat ab habente vim diffinitiuæ, & num. 12.*
13 *Appellatio interpoſita à proceſſu Iudicis recuſati, an conſideretur, vti ab interlocutoria, vel nè.*
14 *Nullitas intra quod tempus dici poſſit, num. 15. & 16.*
17 *Tempus interponendæ appellationis quando currere incipiat, & num. 18.*
19 *Interlocutoria ſententia alia eſt expreſſa alia vero tacita, quales autem ſint, vbi diſcutitur.*
20 *Appellatio à grauamine tacito, quando poſſit interponi, & numer. 21.*
22 *Grauamen illatum per ſententiam interlocutoriam, an poſſit tolli, in iudicio appellationis à ſententia diffinitiua, vbi non fuerit appellatum ab interlocutoria, & num. 23.*

24 *Appel-*

Digitized by Google

24 Appellatio vbi non fuerit admiſſa, an remaneat deſerta, ſi non fuerit appellatum à reiectione.
25 Appellatio ab interlocutoria quomodo differat ab appellatione à diffinitiua, vſq; ad nu. 45.
46 Poſt dictio quid ſignificet.
47 Terminus ad appellandum ſi fuerit plurium dierum, & in principio termini fuerit appellati, an currat ad committendum cauſſam.
48 Terminus ad committi faciendum cauſam appellationir quando nõ currat.
49 Appellatio ab interlocutoria, an remaneat totum negotium à primo Iudice.
50 Appellationi tacite, & expreſſe quis poteſt renunciare.
51 Iudex appellationis an poſſit remittere appellatum iniuſte ad Iudicem primum, qui abdicauerit à ſe iuriſdictionem.
52 Appellatus an poſſit petere quod Iudex appellationis omiſſio articula cognoſcat de principali cauſſa, vſq; ad nu. 55.
56 Cauſſa appellationis ab interlocutoria, quando poſſit in principali negotio cognoſci, vſq; ad num. 59.
60 Libellus an requiratur in appellatione ab interlocutoria.
61 Cauſſa interlocutoriæ ſuæ quibus actis terminetur.
62 Succumbere quando quis dicatur in cauſſa.
63 Appellatio ab interlocutoria, non admittenda tenet admiſſa.

a A Ppellans] † Appellans rite & recte ab interloqu-
1 toria eximitur à iuriſdictione Iudicis à quo, ita quod
non valet dein ſententia lata per Iudicem à quo, nec confir-
matur per deſertionem appellationis illius ex poſt, ſecus ſi
ante eam deſerat, ita Matheſil. Sing. 29. nume. 1. & 2. decla-
2 rando, vt per eum, in addit. † Quod tamen, vbi Iudex à quo
dederit Apoſtolos appellanti, ſecus ſi eos non dederit: quia
non erunt ligatæ manus Iudicis à quo, quin poſſit proce-
dere in appellatione conceſſa à diffinitiua ſemper erunt li-
gatæ manus Iudicis à quo, quod nõ poſſit procedere, ita no-
tat Practic. in forma appellationis ab interlocutoria, verſic.
Cauſis, num. 5. Oſaſc. deciſio. 131. num. 10. Michael Graſſus
ſuis Communibus, libro 2. verbo, Appellatio, quæſt. 8. Lan-
cello. tract. Attentat. 2. parte princip. cap. 17. de attentat.
Appellat. penden. limit. 1. nume. 66. & 67. ampliando eam
concluſionem decem modis, vt ibi per eum numeris ſequẽ-
tibus, vſque ad num. 81. Limitando tamen decem modis, vt
3 per eum, num. 81. vſque ad finem. † Inter alias autem li-
mitationes, etiam ea afferunt per aliquos, vt non habeat lo-
cum, ſi Iudex à quo tollit grauamen per eum illatum, quod
poteſt fieri, cum interlocutoria poſſit regulariter per eun-
dem Iudicem reuocari, iuxta l. quod iuſſit, ff. de re iudic. &
notatum ſupra late, cap. 149. Si quis dicere, in 1. volum. Ita
not. Lanfranc. Balb. ſuis Communib. cent. 5. concluſ. 459. de-
clarando, vt ibi per eum, niſi ſit inhibitum ei per Iudicem
4 ad quem. † Sed quando Iudex à quo detulit appellationi,
quod non poſſit recuperare cauſam, etiam quod grauamen
recuperaret, not. Paril. conſi. 106. num. 25. volum. 4. Lancell.
tract. Attentat. 2. parte princ. cap. 12. de attentat. appell.
5 penden. limit. 1. nume. 68. † Poteſt vlterius procedere Iu-
dex à quo etiam pendente appellatione, vel grauamine ni-
hilominus ad alia in iudicio facienda non citato appellan-
6 te, ita Ant. Trigona, Sing. 13. numer. 1. † Tollitur autem vt
Iudex à quo non poſſit procedere in cauſa principali, etiam
ſi Apoſtolos non dederit, ſi requiſitus eos dare noluerit, ita
not. Lanfran. Balb. ſuis Communib. cent. 5. concluſ. 448. idẽ
Lancell. tract. de attentat. 2. part. cap. 12. de attentat. appell.
7 penden. limit. 1. num. 60. † Et ideo antequam dederit Apo-
ſtolos, Iudex à quo appellatio ab interlocutoria nõ ſuſpen-
dit iudicatũ, niſi accedat Iudicis ad quem inhibitio, ita Lan-
cellot. tract. attent. 2. parte, cap. 12. de attent. appell. penden.
8 limit. 1. num. 1. † Qua etiam facta, ſi ſit dubium, an dicta
appellatio, ſi ſit rite interpoſita, tunc etiam inhibitio non
tenet, nec impedit Iudicem à quo, ſi autem ſit certum, cau-
ſam deuolutam eſſe ad iudicem ad quem, ſed tamen dubita-
tur, vtrum cauſa expreſſa ſit vera, vel ne, tunc etiam non te-
net inhibitio, niſi ſit cœptum agi coram Iudice ad quẽ per
tranſmiſſam citationem, ita not. Orian. d. c. Quoniam con-
tra, cap. 10. de interlocut. nu. 77. verſ. Primum, de probatio.
9 † Appellans ab interlocutoria ſimpliciter non poteſt dein
dicere de nullitate corã ipſo iudice appellationis, ita Guid.
Pap. Sing. 382. verſ. Appellans à ſimplici, & Sing. 614. verſ.
Appellans à ſimplici.

b A mera] † Merum dicitur abſtractum ab omni ſubſtantia
10 entis, ita not. Alexan. in l. 5. in princ. nu. 5. ff. de verb. oblig.
late Marſil. tractat. bannit. in verbo, Sententia, num. 23. cum
11 tribus ſeq. † Quæ autem dicatur mera interlocutoria, &
quomodo dignoſcatur ab interlocutoria habente vim diffi-
nitiuæ, & qualiter differant inter ſe, not. Dec. cap. cum ceſ-
ſante, num. 13. de appell. Marſil. d. verb. Sententia, num. 21.
Qui autem effectus reſultent ab hac diſtinctione, notatum
late ſupra, cap. 41. Commiſſio interlocutoriæ, vbi late, vo-
lumine primo.

c Interlocutoria] † Statuti huius diſpoſitio videtur pro-
12 cedere, & habere locum non ſolum in appellatione à mera
interlocutoria, ſed etiam in appellatione, & ab interlocu-
toria habente vim diffinitiuæ, veluti in pronuntia de exe-
quendo inſtrumentum, & alijs notatis ſupra, cap. 41. com-
miſſio interlocutoriæ. Quæ opinio ſuadetur ex eo, quod
de his interlocutorijs habentibus vim diffinitiuæ nullum
Statutum loquitur, nec ſuper eis aliquid diſponitur; Nam
Statutum ſupra, 1. vol. capit. 131. Lata ſententia, cum ſeq.
loquitur de appellationibus à diffinitiuis; Statutum autem
139. Item quod omnes, ad finem d. 1. volum. declarat Statu-
ta præcedentia non habere locum in appellationibus ab in-
terlocutorijs, niſi quo ad tempus quatuor dierum ad appel-
landum; propterea cenſendum videtur in his interlocuto-
rijs ſeruandam praxim huius Statuti, quo ad modum pro-
cedendi. Quæ opinio confirmatur ex notatis per Anchar.
conſ. 342. num. 2. vt ibi per eum. Verum contra conſil. An-
char. faciunt tradita per Rom. conſil. 41. in princ. Dec. cap.
vt debitus, col. 8. verſic. Septimo quæritur, de appellatio-
nib. Maranta ſuo Specul. 6. par. 2. actu, de appellat. nu. 142.
Et vbi hæc non ſeruaretur, eſſet ſeruanda forma tradita, in
cap. Cordi, de appellat. in 6. Ita not. Lancell. tract. attentat.
2. parte princip. cap. 12. de attent. appellat. pendent. limit.
13 1. num. 54. † In appellatione pariter interpoſita à proceſ-
ſu iudicis, qui procedit non obſtante recuſatione eius, pro-
ceditur, vt ab interlocutoria, licet quo ad effectus habeat
vim diffinitiuæ, ita Oſaſc. deciſ. 84. num. 10. cum ſeq. ma-
xime, num. 13.

d A qua de iure communi] Scilicet cum infra loquatur
Statutum de ſtatutario alias vtrunque comprehenderet,
vt ſupra notatum, capit. 44. Si quis, in verbo, De iure,
volum. 1.

e Vel ex forma Statutorum poſſit appellari] Qui ſint ca-
ſus in quibus de iure communi, vel ex forma Statutorum
liceat appellare ab interlocutorijs meris, late notatum
ſupra, cap. 150. A ſententijs, in verbo, Non poſſit appel-
lari, volum. 1.

f Teneantur infra quatuor dies] † Hoc tempus non ex-
14 primitur per Statutum hoc, ſi quis voluerit dicere de nulli-
litate interlocutoriæ, prout exprimitur in nullitatibus à
15 diffinitiuis interponendis ſupra, cap. 131. in princ. † Ideo di-
ci poteſt poſſe dici perpetuo de nullitate à ſententia interlo-
cutoria, ita Caſtrenſ. conſi. 183. vol. 1. Alex. conſ. 82. nu. 12.
16 & 13. vol. 3. † Poſt tempus hoc quatuor dierum ad appel-
landum, licet non poſſit appellari ab interlocutoria, poterit
tamen officium iudicis implorari, ita Boer. Sing. Sententia,
num. 21.

g Proxime futuros] † Intellige tamen à die ſcientiæ, vt
17 late not. Plot. in l. Si quando, numer. 526. verſic. Et ideo, C.
vnde vi, Quod idem tempus datur in appellationibus inter-
ponendis à diffinitiuis, vt ſupra cauetur, cap. 131. Lata ſen-
tentia. Idem in nouis Conſtit. tit. de appellat. in princip.
18 † Quod tempus de iure communi erat decendij, vt cauetur
in Authentica, Hodie, C. de appellat. Peruſ. in cap. cum ceſ-
19 ſante, num. 34. de appellatio. † Interlocutoriarum aliquæ
ſunt expreſſæ, veluti ſi pronunciatur ſuper eis expreſſe, ali-
quæ autem tacitæ, veluti ſi procedatur in cauſa non obſtan-
te exceptione oppoſita quo fit, vt cenſeatur pronunciatum
ſuper ea: Tempus autem appellãdi ab expreſſis incipit à die
latæ ſententiæ interlocutoriæ, vt hic cauetur, tacitæ autem
interlocutoriæ incipit tẽpus à die illati grauaminis, ita not.
20 Caſtr. conſil. 334. num. 3. & 4. volu. 1. † Sed quod à graua-
mine tacito in omittendo poſſit appellari etiam poſt tem-
pus datum ad appellandum, ita contra Imolam firmat Pe-
21 ruſ. d. cap. cum ceſſante, num. 34. de appell. † In grauamine
etiam tacito per proceſſum ad vlteriora, quod poſſit appel-
lari etiam poſt hoc tempus in duobus caſibus, de quibus per
Lancell. tract. attent. 2. parte, cap. de attent. appell. penden.
limit. 50. num. 66. vſq; ad num. 22. exemplificando & decla-
rando, vt ibi per eum, & num. 120.

h Ipſam appellationem interponere] † Appellatione non
22 interpoſita à ſentẽtia interlocutoria lata in cauſa principa-
li, vbi poſſit appellari ſi illa parat præiudicium in negocio
principali, poteſt de ea cognoſci in cauſa appellationis à ſẽ-
tentia diffinitiua, ita not. Practic. in forma ſententiæ interlo-
cut. ſuper incompeten. in princ. num. 14. vbi ampliat etiam
in ea interlocutoria à qua non licet per Statutum appellari,
vt ibi

Digitized by Google

vt ibi per eum. Idem notat Afflict. in Conſtit. regni, Rubr. 18. de except. delatoris, num. 13. lib. 2 Lanfranc. Balb. ſuis
23 Communib cent. 2. concluſ. 132. † Secus ſi non parat præiu dicium in cauſa principali, vt not. Alex. in l. Quod iuſſit, n.
24 26. verſ. Item facit. ff. de re iudic. † Appellatione non admiſſa ab interlocutoria à qua licet appellari, ſi non appelletur a non admiſſione, appellatio remanet deſerta, nec grauamen poterit reparari in appellatione à diffinitiua, ita firmat Maranta ſuo Speculo 6. parte princ. vltima parte iudicii 2. actu, num. 410. Mynſing. ſua obſeruat. 9. cent. 2. Cummia ſuis ritibus in praxi ſua in forma libelli appellato-
25 rij. † Inter appellationem ab interlocutoria, & diffinitiua quatuor principales differentias notat Orian. d. c. Quoniã contra, c. 10 de interlocut. num. 9. 69. 70. 71. & num. 79. cum
26 ſequ. vſque ad nu. 203. † Prima illa eſt, quod per appellationem ab interlocutoria non ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis à quo non reuocantur attentata ante inhibitionem Iudicis prædictam. Ita not. Orian. d. cap. 10. de interlocut. n. 79. Idem Marſ. tract. bannit. in verbo, Lis poteſt, num. 168. declarando, vt per Rebuff. tract. de appellat. Art. vltim. gloſ. vnic. num. 15. & 16. & num. 20. & 21. Idem not. Cummia d. ritibus magne curię, c. 76. num. 161. & 166. Vel iuſtificata appellatione per probationem cauſę, vt not. late Michael Graſſus ſuis Communib. lib. 2. in verb. Appellatio, q. 23. &
27 24. verſ. Limito prędictam. † Secunda principalis differentia illa eſt, quia in appellatione ab interlocutoria exprimi debet cauſa cur appelletur, nec ex non expreſſa poteſt iuſtificari appellatio, vt not. Bald. in l. minoribus, col. 1. ad fin. num. 5. verſ. Sed in appellatione ab interlocutoria, C. de his qui. vt indignis, & in l. ab executione, num. 9. verſ. & ſcias, C. quor. appell. non recip. Pract. in forma appellationis ab interloc. verſ. Cauſis, nu. 2 Roman. ſing. 774. cum addit. ibi. Orian. cap. Quoniam contra, c. 10. De interlocut. nu. 69. & 70. de probation. Peruſ. c. vt debitus, q. 13 num. 24 De appellatio. Nec expreſſio cęterata cauſarum poteſt dein extẽ-
28 di poſt, vt not. Petr. Gerald. Sing. 41. ad finem. † Debet vlterius inſeri cauſa in ſcriptis, alias non tenet, ita Matheſil.
29 Sing. 29. n. 4. † Quæ expreſſio debet fieri incontinẽti, non autem poſt, & eadem die, vt in hac ſpecie not. Bald. in l. 2. num. 23. C de Epiſc. audientia, ſed quod ſufficiat exprimi intra tempus ad appellãdum, not. Peruſ. d. c. vt debitus 15.
30 num. 26. de appellat. † Quę expreſſio cauſarum debet fieri etiam quod grauamen eſſet notorium, niſi illud appareat ex
31 ſententia, vt notat Peruſ. d. c. vt debitus, num. 18. & 21. † Sufficit autem expreſſio per relationem ad acta, ita Alex. conſ. 89. num. 9. vol. 1. Idem Socin. d. reg. 30. limit. 5. Diſtinguit autem Peruſ. d. cap. vt debitus, num. 23 de appell. Idem Lãfran. Balb. ſuis Communibus, cent. 3. concl. 208. Licet contrarium teneat Gallin. tract. de verb. ſignif. lib. 8. c. 23. nu.
32 15. † Et ſi plures ſint cauſę grauaminis expreſſę, ſufficit vnam earum probare, ita Peruſ. d. cap. vt debitus, nume. 27. Quæ concluſio non habet locum in interlocutoria habentẽ vim diffinitiuę, quia in eius appellatione non requiritur expreſſio grauaminis, ita not. Orian. c. Quoniam contra, d. cap. 10. de interlocut. num. 69. verſ. Eſt & alia, Roman. cõſ. 41. nu. 1. Soc. d. Reg. 30. limit. 2. Peruſ. d. c. vt debitus, nu. 25.
33 de appellat. † Et hoc quia regulatur vti diffinitiua, ita Fe-
34 lin. Rubr. de re iudic. nu. 6. † Fallit hoc ſi Iudex procederet in cauſa ex delegatione, quod procedatur appellatione remota, quia tunc tam in diffinitiua, quam etiam in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, requireretur expreſſio cauſæ, ita Cummia in ritib. magnę curię in praxi de modo
35 procedendi in cauſa appellationis, in princ. † Secundo non non requiritur expreſſio cauſæ in appellatione ab interlocutoria in cauſis maioribus, & Papæ reſeruatis, ita Socin.
36 d. reg. 30. limit. 1. † Tertio non requiritur in appellatione à ſententia interlocutoria grauaminis notorij, ita Soc. d. reg.
37 30. limit. 3. † Declarando id procedere ſi hoc apparet ex actis, ita Peruſ. d. c. vt Debitus, num. 18. & 21. & ſupra nota-
38 tum idẽ firmat Soc. d. reg. 30 limit. 4. † In appellatione autem à diffinitiua non requiritur cauſæ expreſſio, ita Orian. d. c. Quoniam contra, c. 10. de interlocut. num. 69. verſ. Eſt & alia, idem Soc. reg. 28. Appellans à ſententia, limitando vt per eum idem not. Michael Graſſus ſuis communib. lib.
39 2. in verb. Appellatio, q. 5. vbi limitat quatuor modis. † Et inter alias ſi iudicatum fuerit appellatione remota, ita Soc. d. reg. 28. limit. 4. Cummia nouiſſime d. Praxi ſua mo-
40 di procedendi in cauſa appellatio. in prin. † Limitatur etiã ſi appelletur a notorio, à quo licita non eſt appellatio regulariter, quia tunc cauſa debet inſeri & exprimi, ita Tira-
41 quel. tract. de pœn. temperand in præfat. num. 69. † Tertia differentia principalis adducitur, quia in appellatione ab interlocutoria debet appellari in ſcriptis de iure Canonico, licet de iure Ciuili poſſit appellari etiam ſine ſcriptis, vt declarat Pract. in forma appellation. ab interlocut. verſ. Cauſis, nu. 4. licet Sententia poſſit fieri ſine ſcriptis, ita cauetur in lib. 17 Communium, in verbo Sententia interlocu-
42 toria. † Secus eſt in appellatione à diffinitiua, ſi hoc fiat incontinenti, ita Orian. d. c. Quoniam contra, c. 10. de interlocut. num. 48. ad finem, & 49. & num. 69. verſ. Item appellari. Quod idem eſt in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, vt not. Mynſing. obſeruat. 66. cẽtur. 1.
43 † Quando autem dicatur incontinenti, vel ex interuallo appellatum declarat Orian. d. c. 10 de interlocut. num. 49.
44 † Quarta differentia principalis colligitur, quia ſententia diffinitiua poteſt iuſtificari in cauſa appellationis ex nouis probationibus, ſecus in cauſa appellationis ſententiæ interlocutoriæ, quæ debet ex eiſdem actitatis decidi, ita Orian. d. c. 10. de interlocut. num. 31. Quod idem cauetur ſupra c.
45 41. Commiſſio, vbi late diſcuſſum, vol. 1. † Alia, & quinta differentia adduci poteſt, quia in appellatione à diffinitiua requiritur libellus, ſecundum multos relatos ſupr. cap. 131. lata ſententia, in verbo, Libellus, quod idem notat Orian. dict. cap. Quoniam contra, cap. 12. de cauſa delegat. numer. 31. Secus eſt in appellatione ſententiæ interlocutoriæ, quia in ea non requiritur libellus, vt ibi per Orian. Et infra dicetur.

i Et infra duos dies vtiles] An ſufficiat ſi petatur ante hos dies vtiles, cum ſit hoc de forma, notatum in ſimili ſupra, c. 117. Si quis, in verbo, Simili, volum 1.

k Poſt ipſos quatuor dies] † Dictio hæc, poſt, ſignificat ex-
46 tremitatem temporis, & ſic in hoc tempore non computabitur dies interpoſitæ appellationis, ita not. Caſtr. conſil. 217. num. 4. vol. 1 Tiraq. latius ſuo tract. retract. lignag. § 1.
47 glo. 11. num. 50. † Ex verbis his etiam videtur concludendum, quod ſi appelletur prima die poſt latam ſententiam, quod illud tempus quatuor dierum vtilium à Statuto præfixum ad committendum appellationem non currit ſtatim interpoſita appellatione, ſed demum lapſo termino appellandi illorum dierum quatuor, de quo aliquando fuit dubitatum. In contrarium tamen decidit Caſtren. conſ. 157. nu. 4. vol. 1. volens, quod tempus hoc bidui currat à die interpoſitæ appellationis, nõ obſtãtibus his verbis, poſt quatuor dies, ad hoc ne tempus illud remaneat inutile. Contra tamen opinionem Caſtr. vidi ſemel iudicari, & ſeruari per Senatũ, & hoc multum refert ſcire ad hoc, vt infra hos dies duos vtiles poſſit peti fieri commiſſionem, quia ſi citius vel tardius peteretur, cum hoc ſit de forma, forte non teneret, vt notatum ſupra d. c. 117. Si quis voluerit, in verbo, Et infra duos dies vtiles, vol. 1.

l Committi facere] Sufficit quod petita fuerit commiſſio ad hoc vt excuſetur, & non currat inſtantia, nec aliqua tempora, ita cauetur ſupra cap. 99. in caſibus, cum ibi notatis.
48 † Appellans à mera interlocutoria, qui citauit partem debito tempore ad commiſſionem fiendam, & depoſitum opportunum fecit ad formam ordinum & Statutorum proteſtando pro ſe non ſtare, appellato non comparente, nec iudice aliquid faciente, an lapſis diebus duobus vtilibus duret tempus ad commiſſionem fiendam, Stylatum non eſſe contra diſpoſitionem huius Statuti, ex ordine Collegij Nota-
49 riorum Mediolani, Anno 1545. die 26. Iulij. † Appellatione interlocutoriæ commiſſa totum negotium deuoluitur ad Iudicem ad quem, vt ſupra notatum, declarando vt ſupra. Poteſt tamen appellationi renunciare, & redire ad primum Iudicem, ita Felin. cap. ex parte, il 2. num. 5. de re-
50 ſcript. Boer. ſuo Sing. Appellatio, num. 36. † Poteſt etiam tacite ei renunciari reuertendo ad Iudicem ad quem, faciẽdo aliquem actum corã Iudice à quo in proſequendo cauſam principalem, non cauſam grauaminis, ita declarat Practic. in forma appellatio ab interlocutoria, verſ. Cauſis, nu. 6. & ita declarari debet quod notat Roman. ſing. 786 Vant. tract. nullit. tit. Quibus modis ſententia nulla reparari poſ-
51 ſit, num. 112. & 113. † Iudex Appellationis interloquendo poſtquam Iudex à quo abdicauit à ſe iuriſdictionem admittendo appellatum, non poteſt dein remittere etiã iniu-
52 ſte appellatum, ita Boer. ſing. Appellatio. num 12. † Appellatus ab interlocutoria poteſt petere, quod Iudex appellationis eius cognoſcat de cauſa principali omiſſo articulo, ita not. Abb. c. vt debitus, num. 35. declarando, vt per eum, de appellatio. Idem Boer. ſing. Appellatio, num. 13. etiam ſi iudicauerit male appellatum ab interlocutoria, vt ibi per
53 eum, num. 41. † Quod alias non liceret, etiam ſi appellatio ab interlocutoria committeretur cum negotio principali, quia iudex appellationis non poſſet cognoſcere de

Digitized by Google

cauſa principali, niſi iuſtificata appellatione, ita Didac.
Couar. tract. Pract. quæſt. cap. 9 num. 5. verſ. Secunda
54 concluſi. † Et quod pronuncietur ſuper dicta appellatio-
ne antequam procedatur in cauſa principali, ita not. Myn
ſing. obſeruat. 79. cent. 3. Michael Graſſus ſuis Commu-
55 nib. lib. 2. in verbo, Appellatio, quæſt. 8. † Quæ iuſtifica-
tio ſufficit quod fiat in totum, vel in partem, pronuncian-
do bene appellatum à dicta interlocutoria, quia tunc cau-
ſa principalis auocatur à iudice à quo, & deuoluitur ad
ſuperiorem, cum detegatur eius iniquitas, ita Practic. d. for
ma appellat. interlocutoriæ, verſic. cauſis, num. 5. verſic.
Secundus effectus, idem notat Petruſ. d. cap. vt debitus, nu.
31. de appellatio. Mynſing. obſeruatione 45. cent. 4. Didac.
Couar. d. tract. practic. quæſt. cap. 9. num. 5. verſic. Quinta
concluſio, Gabriel ſuis Communibus, caut. 1. cõcluſio. 22.
Probationem autem offerens in peremptorijs exceptioni-
bus, à quibus appellauerit aliquis, per hoc non iuſtificatur
appellatio, niſi probetur, ita Soc. reg. 386. Probationum
56 offerens. † Cauſa appellationis ab interlocutoria ſi fuerit
commiſſa & delegata à Principe, etiam ſi fuerit appellatũ
iniuſte, poterit Iudex hic de cauſa principali cognoſcere,
quoties commiſſo diceret, commiſſam cauſam appellatio-
nis, & ipſum negotium principale, ita Didac. Couar. dict.
tract. practic. quæſt cap. 9. num. 5. verſic. Tertia concluſio,
idem ſi fuerit cauſa delegata vtrique, verſic. Quarta con-
57 cluſio. † Appellatio ab interlocutoria ad curiam deuolu-
ta per ſummum Pontificem, etſi declaretur iniuſta, attamẽ
cauſa non reuertitur amplius ad ordinarium, ita notat Di-
dac. practicar. quæſt. cap. 9. num. 5. verſic. Quia, & illud, &
58 verſic. Quod ſi cauſa. † Idem ſi appelletur ab interlocu-
toria, iurans tamen ſe non poſſe habere complemẽtum iu-
59 ſtitiæ ab inferiore, vt ibi per eum, num. 6 † Cauſa appella-
tionis interlocutoriæ, quando eſt commiſſa cum negotio
principali, etiam ſi appellatio inducitur iniuſta, nihilomi-
minus cognitio cauſæ principalis remanet penes eundem,
ita not. Didac. tract. practic. quæſt. cap. 9. num. 5. verſic.
Quinta concluſio, verſic. Quibus quidem.

m Confidenti pactũ] Declara hæc verba cum ſequentibus, vt ſupra notatum late, cap. 27. Deinde, in his verbis, vol. 1.

n Per aliquẽ Iuſdicentem] Ordinarium ſcilicet. Statutum autem in his verbis loquitur reſpectu commiſſionis fiendæ, non autem quod ordinarius Iudex debeat ipſe decidere cauſam, ſed tenetur tam committere Iuriſperito de Collegio Mediolani, vt ſupra cauetur, cap. 27. Deinde, verſic. Quo vero, & cap. 59. Dominus Poteſtas, volum. 1.

o Videndam] † Non tamen requiritur libellus in appella-
60 tione ab interlocutoria prout in diffinitiua, vt notat Afflic.
in Conſtit. regni, Rub. 17. de dilat. & except. num. 8. lib. 2.
Orian. cap. Quoniam contra, cap. 12. de cauſa delegata,
num. 31. de probat.

p Et terminandam] † Quæ quidem terminatur ex actita-
61 tis in principali cauſa, non autem ex nouiter deductis, vt
not. Orian. d. cap. Quoniam contra, cap. 10. de interlocut.
num. 71. de probat.

q Intra dies viginti] Intellige de continuis, ex quo Statutum loquitur ſimpliciter, quo caſu intelligendum eſt de diebus continuis, vt notatum ſupra, cap. 21. Termini in verbo, Vtilium, volum. 1.

r A die commiſſionis] Hic dies non computatur in termino, vt cautum ſupra, cap. 103. In qualibet dilatione, vbi notatum, volum. 1.

ſ Facto prius depoſito] Non habet tamen locum libelli datio, vt ſupra notatum, non etiam requiritur iuramentũ, ſatiſdatio, & aliæ ſolennitates, de quibus ſupra, d. cap. 131. Lata ſententia, vt hic cauetur, & notatum ſupra, cap. 139. Item quod omnes ad finem, volum. 1.

t Penes ſe campſorem] † Qui ſit campſor notat Tiraquel. tract. Nobilit. cap. 34. num. 47. Depoſitum hoc hodie fit penes Notarium actuarium.

u Quæ cedant lucro aduerſarii] Partis ſcilicet.

x In caſu quo appellans ſuccubuerit] † Hoc luctum non
62 procedit in caſu quo appellans deſeruerit cauſam, vel in-
ſtantia lapſa ſit, quia non dicitur tunc pars ſuccumbere,
ſecus ſi Statutum diceret, ſi non obtinuerit, ita diſtinguit
gloſſ. in l. Polla, vbi Salic. num. 4. & Alex. num. 3. C. de his
qui. vt indign. Idem ſi renunciauit liti, quia non dicitur
pars ſuccumbere, Iaſ. l. Poſtquam liti, num. 6. C. de pact.

aa Intelligatur renunciaſſe appellationi] Non tamen per
hoc dicitur ſuccumbere, vt not. Salic. & Alex. d. locis alle-
63 gatis. † Appellatio ſi tamen admitteretur de facto appel-
lanti ab interlocutoria, non ſeruatis hic notatis, & ſolenni-
tatibus hic requiſitis teneret, iuxta ſignanter tradita per
Cottam, ſula memorab. in verbo, Statuto Mediolani cautum eſt fere, circa finem.

bb Inſtantia ipſius cauſæ, & tempora probatoria fient in ſuſpenſo] Intellige donec cauſa ipſius appellationis ab interlocutoria fuerit deciſa.

De ſolutione facienda hoſpitibus vel depoſitarijs pro cuſtodia, & paſtura beſtiarum. Caput CXCVII.

SI aliquis *a* hoſpes, *b* vel alius depoſitarius *c* ciuitatis, *d* & Ducatus Mediolani, *e* vel terrarũ ſuppoſitarum Statutis Communis Mediolani habet, vel habebit penes ſe aliquas beſtias derobatas, conteſtas, vel in depoſitum habere, & conſequi poſſit, & valeat *f* pro cuſtodia, & paſtura earum, vt infra, & non vltra, ſub pœna ſoldorum decem Imperialium, pro quolibet Imperiali, quẽ plus acceperit, ſcilicet. Pro qualibet beſtia groſſa, *g* ad computum ſoldorum quatuor Imperialiũ, excepto equo vel equa, pro quo vel qua poſſit accipere ſoldos quinque imperialium pro quolibet die, & nocte, & pro qualibet beſtia minuta accipere poſſit tantummodo ſoldum vnum, & denarios ſex Imperialium, quolibet die & nocte, & teneatur eas beſtias cuſtodire, & paſturare pro dicta ſolutione, ſaluo ſi depoſita fuerit vacca à lacte ſine vitulo, pro paſtura nihil accipere poſſit, ſed tantummodo accipere & habere poſſit loco paſturæ. Hoc tamen intellecto, quod ipſe hoſpes vel depoſitarius non poſſit operari dictas beſtias, ſub pœna ſoldorum viginti Imperialium pro quolibet die, & qualibet beſtia. Et hoc vltra damnum datum in dicta beſtia, quod ſoluere teneatur, quæ pęna applicetur in totum patrono dictarum beſtiarum.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor poſterior prefertur anteriori in cauſis alimentorum.*

a HOſpes] Tabernarius ſcilicet, de quo cauetur in l. 1. in princ. ff. Naut. Caup. Stabul.

b Vel alius Depoſitarius] De quibus cauetur ſupra, cap. 217. Si quod, volum. 1.

c Ciuitatis] Quid cõprehendatur appellatione ciuitatis, notatum ſupra, cap. 45. Si quis, in hoc verbo.

d Et Ducatus] Quid veniat appellatione Ducatus, notatum ſupra, cap. 130. Vbicunque, in verbo, De Comitatu, volum. 1.

e Vel terrarum ſuppoſitarum] Quæ ſint, notatum ſupra, cap. 153. Statuitur, vbi late notatum, volum. 1.

f Pro cuſtodia, & paſtura] Comprehenditur igitur vtraque.

g Ad computum ſoldorum quatuor Imperialium] Hodie ex conſuetudine ob incrementum rerum aucta taxatio.
1 † Pro his alimentis hoſpes alimentarius, & creditor præferuntur quibuſcunque creditoribus anterioribus, ita Alci. trac. præſump. reg. 1. præſump 50. Decian. conſ. 109. n. 23. & ſeq. volum 2. Borgn. deciſ. 44. num. 46. & 47. parte 1. & & deciſ. 5. num. 9 18. & 19 parte 2. late notatum infra, cap. 369. Quilibet.

Quod denunciantes & facientes oblationes teneantur eligere habitaculum. Caput CXCVIII.

a QVilibet *b* nõ habitans in Ciuitate Mediolani, nec intra redefoſſa eiuſdem, qui faciet alicui, vel *c* aliquibus habitantibus in Ciuitate Mediolani, vel ſuburbiis, denuncias, ſeu etiam oblationes extraiudiciales, teneatur in inſtrumento ipſius *d* denunciæ, ſeu oblationis, *e* eligere habitaculum in ipſa Ciuitate Mediolani, nominando domum, *f* & cuius parochiæ ſit ipſa domus, vbi fieri poſsint reſponſiones, requiſitiones, citationes, contradictiones, *g* & alia, quæ fieri voluerint circa prædicta, & quodlibet prædictorum per denunciatum, vel oblatum, vel quamlibet aliam tertiam perſonam denunciãri, occaſione eorum, quæ continebuntur in denuncia vel oblatione, *h* & abinde dependentium.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus ommiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
2 *Habitaculum quomodo eligatur per Odentem litem inſtituere.*

Quilibet

a QVilibet] Comprehenditur tam maſculus, quam fœmina, cum loquatur Statutum de materia indifferẽti, & congruenti vtrique ſexui, vt late notatum ſupra, c. 126. In ciuitate, vol. 1.

b Non habitans] Qui dicatur habitare & non habitare, late notatum ſupra, cap. 1. in verbo, Eorum habitationis, volum. 1.

c Aliquibus habitantibus in ciuitate] † Non igitur ha-
1 bet locum ſi fiat cum habitantibus in ciuitate, cum Statutum de eis non loquatur, & ſic in eis caſus eſt omiſſus, qui remanet in diſpoſitione iuris communis, l. commodiſſime, ff. de libe. & poſthum.

d Denuncias, ſeu etiam oblationes extraiudiciales] Qualiter autem fieri debeant hæ denunciæ, & oblationes extraiudiciales, notatum ſupra, capitulo ſexto, denunciationes, volumine 1.

e Eligere habitaculum in ipſa ciuitate] Idem cauetur in alijs cauſis, in volente litigare Mediolani, habitante extra ciuitatem, vt cauetur ſupra, c. 38. Omnes, & ſinguli, vbi la-
2 te notatum, volum. 1. † Electio hæc vbi non fiat, denunciæ & oblationes hæ non tenent, etiam quod Statutum nõ procedat annullando, cum hoc tradatur pro forma, Bart. Bald. & omnes in l. Non dubium, C. de legib. Felin. in terminis ſimilib. in cap. Cum dilecta, numer. 10. verſi. Eſt verum, de reſcript.

f Et in cuius parochia ſit ipſa domus] Si autem ſit ſita in duabus parochijs, vt quia habeat duabus partes domus, tunc poterit eligere vtram velit, ita notatum late ſupra, cap. 2. Quilibet, in verbo, Aliam copiam præſentare D. Parochiano, vol. 1.

g Et alia quæ fieri voluerit] Citatio tamen peremptoria debet tranſmitti ad domum principalis, nõ autem electi habitaculi, vt ſupra cauetur, cap. 5. licet lis, verſic. Intimanda principali, vol. 1.

h Et abinde dependentium] Quid ſit dependens, late notatur ſupra cap. 100. Statuitur, in verbo, Quam ſuper quibuslibet dependentibus, & cap. 416. Si filiusfamilias, in verbo, Occaſione negotiationis, vol. 1.

De his, quibus licitum eſt iurare pro creditis. Cap. CXCIX.

QVoniam aliqui habentes facultatem *a* ex forma Statutorum, *b* vel ordinum, *c* vel literarum *d* iurandi contra debitores *e* vſque ad certas ſummas, ita quod ſtari *f* debeat iuramento ſuo *g* vel etiam cum libris ſuis, *h* vel vno teſte, *i* poſſent abuti tali facultate contra rectam mentem ſtatuentium, & illorum, qui talem facultatem cõceſſerunt, ſtatuitur, quod tales iurare poſſentes, & iurantes, præſtito ſemel tali iuramento, non poſtea, nec ſibi, nec factoribus, nec famulis ſuis liceat amplius vti ipſa facultate iurandi, contra illum, vel illos, contra quem, ſeu quos iuratum fuiſſet *k* pro quibuſcunque partitis, à die præſtiti talis iuramenti retro cauſatis. *l* Sed iuramentum ipſum operetur illa vice tantum pro partitis abinde retro, pro ſumma tantummodo pro qua licitum fuerit iurare, ex forma Statutorum, vel ordinum, aut priuilegiorum, vel literarum, vt ſupra. Saluo tamen iure ipſi prætenſo creditori verificandi aliter, quàm per iuramentum, *m* reſiduum crediti ſui à quantitate; pro qua iurare potuit ſupra, *n* ſaluo, quod iuramentum intereſſe, non comprehendatur in præſenti Statuto.

SVMMARIVM.

1 *Abuſus omnino tollendi ſunt.*
2 *Iuramentum ſuper pluribus partitis quomodo deferatur.*
3 *Iuramentum an poſſit in eadem cauſſa reiterari.*
4 *Petitiones binæ, quando poſſint fieri.*
5 *Iuramentum an detur pro intereſſe, & an poſſit repeti.*

a EX forma Statutorum] Veluti infra, cap. 360. Statuitur, & c. 371. Statuitur, cum ſequent. & ſic loquitur Statutum de iuramento capitalis, non autem intereſſe, de quo ſupra, c. 43. In caſibus, vol. 1. vt infra dicetur.

b Vel ordinum] Si qua talia adeſſent.

c Vel literarum] Principis ſcilicet, vel Senatus.

d Iurandi contra debitores] Reſpectu capitalis ſcilicet, nõ autem intereſſe, de quo d. cap. 43. In caſibus, quia hæc verba non inferunt hoc, imo expreſſe Statutum, infra in fine, excipit hoc iuramentum.

e Vſque ad certas ſummas] Prout cauetur d. cap. 360. Statuitur, & cap. 371. Statuitur.

f Debeat iuramento ſuo] prout cauetur infra, c. 371. Statuitur, verſ. Et ſuper.

g Vel etiam cum libris ſuis] Vt in d. cap. 360. Statuitur.

h Vel vno teſte] Vt cauetur d. cap. 371. Statuitur, verſic. Finali.

i Poſſent abuti tali facultate] † Abuſus enim ſunt tol-
1 lendi cum neminem excuſent, Clemen. 1. in princip. de Magiſtris.

k Pro quibuſcunq; partitis] † Quid ſi plures ſint partitæ
2 ad librum, ſed tamen ſeparatæ an poſſit iurari ſuper omnibus ac ſingulis, vel debent coaceruari? Quod poſſit iurari ſuper ſingulis, not. Bald. quem refert Iaſ. in l. ſi idẽ cum eod. num. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. Lambert. ad Statutum de alien. mulierum, glo. 5. num. 10.

l Sed iuramentum ipſum operetur illa vice tantum] † De
3 iure communi etiam in eadem cauſa non poteſt iurare bis, ita Roman. l. Admonendi, nu. 24. ff. de iureiurand. Felin. cap. Paſtoralis, nu. 27. de exceptionibus.

m Reſiduum crediti ſui] † Et ſic hoc caſu ſiunt binæ petitio-
4 nes & libelli, ita Afflict. in Conſtit. regni, Rubric. 97. De pœna contumac. Contumacem, nu. 7. ad finem, lib. 1.

n Item quod iuramentum intereſſe non comprehendatur
5 in hoc Statuto] † Veluti ſi ſit iuratum ſuper quantitate crediti principalis ad formam memorati Statuti, infra cap. 360. Statuitur, & cap. 371. Statuitur. Tamen poterit iterum iurari ſuper intereſſe dicti crediti iam iurati ad formam Statuti, ſupra c. 43. In caſibus, & hoc nõ refragãte diſpoſitione huius Statuti, quia hoc Statutum diſponẽs non poſſe iurari niſi ſemel, intelligi debet reſpectu illius capitulis iam iurati, vt obuietur fraudibus, non autem reſpectu intereſſe, ex quo fraus aliqua non poteſt colligi.

Quod non concedatur aliquod Relaxetur de rebus ſequeſtratis, niſi cõſtet de credito. Cap. CC.

a AD tollendum abuſus, qui in dies ſiunt, ſtatuitur, quod aliquis Iudicans non poſſit, nec valeat, nec debeat de rebus ſequeſtratis concedere aliquod Relaxetur, nec præceptum relaxãdi alicui, qui ſequeſtratum fieri fecerit *b* licet præteriti ſint quindecim dies, *c* & nulla pendente cõtradictione, niſi tamẽ per ſummarias informationes, *d* parte vocata *e* conſtet de credito, *f* vel iure illius, qui ſequeſtrari fecerit, cuius vigore poſſit ipſum Relaxetur, vel præceptum concedi.

a AD tollendum abuſus] Qui debent tolli quantum ſit poſſibile, vt notatum capitulo præcedenti, in ſimili verbo.

b Licet præteriti ſint quindecim dies] De quibus infra, ca. ſequenti.

c Et nulla pendente contradictione] Iuxta diſpoſita infra, cap. ſequent.

d Parte vocata] In quolibet enim caſu regulariter pars vocanda, l. de vnoquoque, ff. de re iudic.

e Conſtet de credito] Quando eſt in pecunia numerata.

f Vel iure] Vbi conſtet de eo in ſpecie aliqua.

De termino probandi contra exequutionem infraſcriptorum. Cap. CCI.

STatuitur *a* ſi per apparentem, *b* prima facie, *c* debitorẽ, *d* vel eius hæredes, *e* aut legitimum eius nomine Procuratorẽ, *f* contra impetratas exequutiones, *g* aut impetrata ſequeſtra, *h* contradictionem, vel contradictiones fieri contigerit, *i* producto, *k* per creditorem, *l* vel verificatos, *m* vel apparentes hæredes *n* inſtrumẽto, ſeu chirographo, *o* verificato, *p* & non præſcripto, *q* præfixus ipſo iure eſſe intelligatur debitori *r* terminus dierũ quindecim vtilium, *ſ* probandi, *t* & probatũ habendi, *u* quocunque probationum genere; quicquid contra inſtrumenta & chirographa ipſa velit, *x* ipſoque termino præterito, nec ſolutione probata, *aa* ac eque quare ad ipſam non teneatur ſolutionem, *bb* iuris omnibus remedijs, excepta perſonali detentione, *cc* vbi alias de iure capi nõ poſſet, *dd* debitorẽ apparentẽ, *ee* cogi debere, *ff* omni prorſus exceptione poſtpoſita, *gg* & Statuto de ſapientibus dãdis, *hh* nec de

compromiſſo faciendo nõ obſtante, *ii* & abſque alia monitione, vel cenſura ad ipſi ſatisfaciendum creditori, quod ſi de parte ſolutionis, aut non debendæ partis eiuſdem *kk* per legitimam cauſam ſit probatũ, ad reliquam debitor partem crediti perſoluendam, compellatur. *ll* Et vt omnino calumniantiũ dolis toto conatu occurratur, *mm* ſi ſatisfacto creditori, *nn* infra triginta dies vtiles à die ſolutionis connumerandos, *oo* indebite exactam à ſe pecuniam, vel rem, debitor, ſeu indebitum ſoluiſſe probauerit, quæ tamen probatio, *pp* breui termino nequaquam obſtante, admiſſa, *qq* ipſo iure, vt cenſeatur ad duplum debitori eius, quod indebite exactum conſtiterit reſtituendum, Statuitur creditorem ipſum irremiſſibiliter compelli, ſi in eius perſonam creditum, aut alium pro eo cauſatum ſit, *ſſ* aliter ad exactum indebite duntaxat retrodandum, *tt* niſi appareat ipſum ſciuiſſe tale debitum fuiſſe ſolutum, quo caſu, ad duplũ retrodandum teneatur, vt ſupra, Et vlterius declaratur etiã per huiuſmodi ſtatuti prouiſionem, *uu* non excludi, vel aliqualiter immutari ea remedia, quibus, ex aliqua lege municipali, *xx* vel aliter celerius creditoribus, vel quibuſuis ſpectat conſultum ſit, vel conſuli poſſit pro exequutione facienda, *a* ita tamen, quod forenſes *b* non ſuppoſiti iuriſdictioni ciuã iudicis, coram quo attemptari velit huius ſtatuti beneficium, gaudere non poſſint beneficio huius ſtatuti *c* niſi ante omnia, parte, contra quam velit obtineri exequutio, *d* legitime citata, per talem forenſem non ſuppoſitum, *e* renuntietur priuilegio fori, *f* & ipſe ſe ſubijciat iuriſdictioni ipſius Iuſdicentis, *g* & idoneum præſtet *h* fideiuſſorem *i* eidem iudici ſubiectum qui conſtituat ſe principalem debitorem de reſtituenda omni quantitate, de qua ſupra, vna cum omnibus expenſis, caſu quo apparuerit eum indebite exegiſſe, vt ſupra, ita tamẽ, quod ſi quis, etiam elapſo termino dictorum quindecim dierum vtilium, *k* voluerit deferre iuſiurandum alteri parti, id facere poſſit, & valeat, prout etiam facere poteſt ex forma alterius ſtatuti de iureiurando, lapſu dicti termini non obſtante, *l* ſeruata forma ſtatuti ipſius de iureiurando. *m* Si vero in termino aliquid ſit productum, *n* tunc circa conſiliũ ſapientis dãdum, vel non dandum, *o* ſeruetur forma dicti ſtatuti allegati, vt ſupra, quod incipit; Si quis prima facie.

SVMMARIVM.

1 *Procurator veniens alieno nomine contra executionem factam debet facere fidem demandato.*
2 *Quale debeat eſſe, & quando produci, num 3.*
4 *Quid in tutore.*
5 *Sequeſtro contradicens quomodo audiatur, & intra quos terminos.*
6 *Probatio in ſequeſtris quando fieri debeat.*
7 *Hæreditaria qualitas quomodo probetur.*
8 *Filius an arguatur hæres.*
9 *Clauſula ipſo iure quid ſignificet, num 16. & 17.*
10 *Fideiuſſio an poſſit dari in cauſſa ſequeſtri.*
11 *Iuramentum neceſſarium quando cenſeatur ſublatum, ſublato quocunque genere probationum.*
12 *Executionis praxis, quæ ſit.*
13 *Indebiti probatio admittitur etiam data ſatisfactione.*
14 *Terminus ad probandum indebitum qualis ſit.*
15 *Perſonarum qualitas quomodo conſideretur.*
18 *Duplum quomodo conſideretur.*
19 *Dupli pœna quomodo euitetur, vſq; ad num. 23.*
24 *Indebitum exactum debet retrodari, & num. 25. & 26.*
27 *Debiti exactio quibus remedijs fieri poſſit, & num. 28.*
29 *Quid vbi in inſtrumento non ſunt pacta executiua.*
30 *Forenſis creditor an poſſit pro exactione ſui crediti, vti beneficio ciuitatis, vſq; ad num 33.*
34 *Forma Statuti Mediolani 201. libro primo, quando dicatur adimpleta.*
35 *Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori.*
36 *Idoneus quis dicatur, & num. 37.*
38 *Iuramentum neceſſarium, hoc eſt in ſupplementum probationum cui ſit deferendum & nu. 39.*
40 *Iudex in cauſa quando nihil poſſit decerne ſuper productioni iurium.*
41 *Compromiſſi petitio quando procedat, & nu. 42.*

Decretum ſimile habetur in nouis conſtit. rit. de iudicio, cap. ſi quis per apparentem.

a SI per apparentem] Quando quid dicatur apparere, & qualiter non, diſcuſſum ſupra cap. 42. ſi quis, in verbo, apparuerit, vol. 1.

b Prima facie] Primo ſcilicet aſpectu, ita cauetur in cap. ad audientiam, il 1, vbi Abb. nume. 2. de reſcript. l. ſi. ad fin. ff. de cond. ſine cauſa, Dec. conſil. 439. numero tertio, ad finem.

c Debitorem] Habet etiam locum contra clericum conuẽtum in foro ſeculari, non autem contra tertium non nominatum in obligatione, prout late diſcuſſum ſupra d. cap. 42. ſi quis, in verbo, fieri contra debitorem.

d Vel eius hæredes] Qui autem comprehendantur, & qui non, late notatum d. cap. 42. ſi quis, in hoc verbo.

e Aut legitimum eius nomine Procuratorem] † Non enim
1 poteſt aliquis impetrare hanc executionem, & vti hoc beneficio, vti procurator, qui non habeat ſpeciale mandatum, vel ſaltem generale ad cauſas, ita notat Maſſa ſua obl. formæ cameral. 3. par. prin. verſi. de perſona petentis, nume. 7.
2 & 9. † Quod mandatum tenetur exhibere, & de eo docere, antequam utatur hoc beneficio, ita Maſſa d. 3. parte,
3 verſicu. de proceſſu ipſo numer. 11. † Procurator pariter qui contraxit nomine alicuius, non poteſt nomine illius agere executiue ſine mandato, nec ſuo nomine, licet ei tute vti habenti actiones directas ſolui poſſit, ita not Maſſa d. 3.
4 par. verſi. de perſona petentis, num. 10. † Tutor, & alij habentes generalem adminiſtrationem à lege, poſſunt vti hoc remedio executiuo, ita Maſſa d. 3. par. verſ. de ipſo proceſſu, num. 11.

f Contra impetratas executiones] Ex hoc inoleuit vſus, & praxis ex hoc ſtatuto faciendi executionem leuem contra quemlibet apparentem prima facie debitorem, abſque eo quod ſit condemnatus, nam nullum adeſt aliud ſtatutum quod inſtrumẽto, vel chirographo tribuat executionem paratam, præter allegatum ſtatutum, ſupra capit. 42. ſi quis, quod tamen non tribuit executionem paratam, ſed cenſet prius fieri debere præceptum debitori. Quod quidem præceptum leuioris executionis fit abſque partis citatione, ſic declarauit Senatus anno 1543. die 11. Iulij, & ita etiam practicatur.

g Aut impetrata ſequeſtra] De quibus ſupra cap. 111. quolibet die, vol 1.

h Contradictionem, vel contradictiones fieri contigerit] Contradictiones hæ debent fieri intra duos vtiles ad formã ſtatuti, ſupra cap. 149. ſi quis dicere voluerit, volum. 1. Quę etiam fieri debent parte citata, ita ſeruat praxis, & ita concluſum in Senatu, quod idem notatum d. cap. 149. ſi quis, in
5 verbo, & niſi fiat reuocatio. † Quid ſi non ſit debitor qui contradicat, ſed ſequeſtratarius, qui compareat, contradicendo, & allegando nil habere penes ſe, vel ſi habet, quod non tenetur, allegando diuerſas exceptiones, an eo caſu contra eum intelligantur ſtatuti termini, de quib. infra in hoc ſtatuto, & contra eum poſſit agi via executiua ex diſpoſitione huius ſtatuti, & vtrum ſequeſtratarius ſi poſſit petere conſilium ſapientis etiam non facta aliqua productione per eum, & vtrum cauſa eo caſu habeat inſtantiam, poſito quod principalis debitor nil producat, vel etiam debitum confiteatur. Crederem quidem ſeruandam diſtinctionem, tex. in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, & §. ſic quoque, vbi Scribentes omnes, ff. de re iud. Videlicet quod aut fuerit ſequeſtrata res corporalis, & tunc indiſtincte iudex ordinarius deberet cognoſcere non ordinarie, ſed ſummarie de iure ſequeſtratarij an eius ſit, vel debitoris. Aut ſequeſtratur debitum, vt plerunque fit, & tunc aut ſequeſtratarius negans debitum conuincitur per publicum inſtrumentum, vel rem iudicatam, vel ſimile ius patens, & tunc poterit contra eum fieri ſummaria executio, aut non conuincitur, & tunc non poteſt in eo iudicio moleſtari, ſed contra eum agendum ordinarie. In his autem caſibus in quibus dictum iudicem poſſe cognoſcere ſummarie aduertendum eſt, quod iſta executio poſtea non præiudicat in iudicio ordinario, item aduertendum quod illa executio, non poteſt fieri vbi adſint alia bona, vel nomina, quæ controuerſiam non patiantur, vt not. Dd. locis alleg.

i Productio] † Hæc productio, & probatio in ſequeſtris
6 fieri debet intra octo dies vt lex, vbi is in cuius præiudicium ſit ſequeſtrum compareat, & dicat non poſſe, vel nolle fideiubere, vt cauetur ſupra d. cap. 111. quolibet die, verſ. & vbi ille, vol. 1. In alijs caſibus debet fieri, quam citius, ad hoc vt currat tempus infra notatum debitori, & vt conſtituatur in mora, & culpa, vt etiam in ſimilis not. Bart. in l. ſi quis imputatus, in princ. in fine, eius, ff. depoſiti.

k Per creditorem] Qui autem poſſint vti beneficio huius ſtatuti, & qui non, late notatum ſupra cap. 42. ſi quis, in verbo, & volens vti, vbi late, uol. 1.

l Vel uerificatos] † ſummatim autem fit hæc uerificatio, quę

quis

Digitized by Google

7 quis ſit hæres alicuius, vt cauetur ſupra d. cap. 42. ſi quis,
in verbo, facta fide ſummatim cum ibi notatis.

m Vel apparentes hæredes] Veluti ex teſtamento, vel aliter
conſtet eos hæredes creditoris, vt poſſit agi ex hoc ſtatuto,
8 & currat tempus debitori infra notatũ. † Filius ex eo quod
ſit filius non per hoc dicitur hæres, vt not. Bar. in l. neceſſa-
rijs, verſ. ſed pone. ff. de acqui. hæred. & notatum d. cap. 42.
ſi quis, in verbo, quod ſit hæres.

n Inſtrumento ſeu Chirographo] Quæ inſtrumenta, &
ſcripturæ priuatæ comprehendantur, notatum late ſupra d.
cap. 42. ſi quis, in verbo, per chartam, vel ſcripturam.

o Verificato] Hoc reſpicit caput chirographi, quod non
probat, niſi illud verificetur prius, vt late notatum ſupra,
c. 94. omnes ſcripturæ, 1. vol.

p Et non præſcripto] Reſpectu chirographi annorum duo-
decim, de quo cauetur ſup. c. 112. quilibet, in 1. vol.

q Præfixus ipſo iure etiam intelligatur] † Abſque ſcilicet
9 iudicis aliquo miniſterio, prout in ſimili per hæc verba no
tat Marſ. ſua praxi crim. §. aggredior, nu. 106. cum ſeq. late
Tiraq. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, n. 144. C. de reuoc.
donat. & notatum ſupra, capit. 22. termini, in verbo, ſtatim
ſtatutus ſit, vol. 1.

r Terminus dierum quindecim vtilium] † Nunquid autem
10 in cauſa ſequeſtri tranſmiſſi intra hos 15. dies vtiles poſſit
debitor offerre fideiuſſorem ſecundum facultatem, notatum
ſupra in d. cap. 111. quolibet die, verſ. præſtita tamen ſatiſ-
datione, & petere relaxationem illius ſequeſtri, ex quo il-
lud videtur permitti ante contradictionem in ſequeſtro; vi-
detur quod non, in caſibus notatis per Iaſ. in l. ſi fideiuſſor.
§. fin. col. 3. nu. 17. verſ. omitto. ff. qui ſatiſd. cogant. & Curt.
in tract. ſequeſt. nu. 55. verſ. 15. & alijs caſibus notatis d. ca.
111. quolibet die, in verbo præſtita tamen.

ſ Probandi] Probatio qualiter fieri debeat, not. late ſupra
d. c. 22. termini, in verbo, & probandi.

t Et probatum habendi] Per hæc verba non ſufficit, quod
teſtes iurati in termino examinentur extra terminum, quod
alias ſufficeret cum eorum dictum retrotraheretur, vt nota
tum late ſupra d. ca. 22. termini, in verbo, per omne genus
probationum, vol. 1.

u Quocunque probationum genere] † Ex his verbis vide-
11 tur ſublatum iuramentum neceſſarium, ita not. Fel. in ca. li-
cet cauſam, nu. 23. de probat. Iaſ. l. admonendi, 2. lectura,
nu. 266. ff. de iureiur. idem in addit. ad Iaſ. in l. ſcimus. §. li-
centiam, in verbo, iuramentum. C. de iure deliber. late Aſin.
ſua praxi iudic. §. vigeſimoſecundo, c. 3. per totum, de iura-
mento autem voluntario, quod poſſit deferri cauetur infra,
verſ. ita tamen quod ſi quis.

x Ipſoque termino præterito] Tempus hoc, & terminus is
eſt peremptorius, ideo non poteſt per iudicem prorogari;
Solet tamen Senatus ſemel illum prorogare per alios dies
quindecim currentes, dum tamen petatur ante lapſum ter-
mini huius. Senatus tamen idem anno 1548. die 17. Maij, ad
preces Mag. Matrignani Cancellarij conceſſit ei quod ad-
mitteretur ad probandum ſolutionem factam, etiam lapſis
diebus 15. vtilibus.

aa Aut quare ad ipſam ſolutionem non teneatur] Poteſt. n.
opponere compenſationem, & multas alias exceptiones, vt
late notatum ſup. d. c. 42. ſi quis, in verbo, ſoluat, & ſolui ſ-
ſe debeat, & verbo, omni exceptione remota.

bb Iuris omnibus remedijs] Quæ ſint iuris remedia, notat
Boſſ. ſua praxi crim. tit. de mulctis ad fin. not. etiam Curt. in
l. 2. §. quod obſeruari, nu. 73. C. de iuram. propter calumn.

cc Vbi etiam de iure capi nõ poſſet] Idem eſſet etiam, quod
hęc verba non fuiſſent expreſſa, cum per ſtatutum ſupra c.
167. pro debito, caueatur non dari detentionem, vbi expreſ
ſe non caueatur per ſtatuta.

dd Cogi debere] † Praxis hæc exequendi lapſo termino, col
12 ligitur ex deciſione Angeli, in l. fin. col. 2. nu. 1. ad fin. ff. de
petit. hæred.

ee Debitorem apparentem] Et eius hæredes, vt ſupra no-
tatum in princ.

ff Omni prorſus exceptione poſtpoſita] Quæ exceptiones
ſint remotæ, & quæ non, late notatum ſupra d. ca. 42. ſi quis,
in hoc verbo.

gg Etiam ſtatuto de ſapientibus dandis] Quod dari debet
in omni cauſa, & lite, iuxta diſpoſitionem ſtatuti ſupra, ca.
27. deinde, & c. 57. in qualibet, & etiam datur in cauſa ſtatu
ti ſupra, c. 42. ſi quis prima facie, vbi aliquid ſit productum,
volum. 1.

hh Nec de compromiſſo faciendo] Ad formam ſtatuti ſup.
c. 115. ſi de cætero, 1. vol.

ii Et abſque alia monitione] Et ſic tollitur etiam citatio
vbi nil productum, vel oppoſitum, idem ſi quid oppoſitum,
quod non faciat ad cauſam, & ita practicatur.

kk Per legitimam cauſam ſit probatum] Quid ſi facta fuerit
probatio per teſtes ſolutionis, vel partes eius abſque decla-
ratione interpretans ſequeſtrum, vel executionem, permit-
tat labi inſtantiam, an dein impetrans executionem, vel ſe-
queſtrum poſſit denuo petere executionem totius, vel par-
tis, pro qua fiat probatio ſolutionis, hoc dependet ab illa
quæſtione; Quis dicatur in hoc iudicio poſt contradictionẽ
actor, & quis reus, & ad quem onus inſtantię ſpectet, de quo
late diſcuſſum ſupra d. cap. 42. ſi quis, in verbo, & ſi contin-
gat ſententiam ferri.

ll Et vt omnino calumniantium dolis toto conatu occurra-
tur] Calumnis enim eſt totius viribus occurrendum, nota-
tum toto tit. ff. & C. de calumniat.

mm Satisfacto creditore] Durum videtur debitori ſatisfa-
cere, mox repetere, ex beneficio huius ſtatuti, ideo poteſt
dari cautela practicantibus incognita, vt deducant com-
penſationem, de qua notatum ſupra, dict. capitulo quadra-
13 geſimoſecundo, ſi quis, in hoc verbo. † Admittitur ad hanc
probationem indebiti non ſolum facta ſatisfactione, ſed
etiam ſi debitor detineatur in carceribus ex hac cauſa, prout
etiam admittitur ad reuiſionem ſententiæ petendam, dum
eſt in carceribus condemnatus, ita Capit. deciſio. 169.
numer. 9.

nn Intra triginta dies vtiles] Elapſo hoc tempore dantur
etiam debitori huic qui ſoluit nonnulla remedia, tradita ſu
pra d. cap. 42. ſi quis, in hoc verbo.

oo Indebite exactam] Indebitum quando quid dicatur hoc
in caſu, notatum d. cap. 42. ſi quis, in hoc verbo.

pp Breui termino nequaquam obſtante admiſſa] † Termi-
14 nus hic ſtatuitur iudicis arbitrio, inſpecta qualitate perſo-
narum, & cauſæ, ita Maranta d. ſuo Spec. 6. parte princ. de
dilation. numer. 160. Cummia in ritibus magnæ curiæ, cap.
15 12. num. 1. & cap. 41. num. 8. † Qualitas autem perſonarum
qualiter conſideretur, not. Menochius, tract. arbitr. libr. 2.
caſu 52. nu. 19. & 20.

qq Ipſo iure] † Requiritur tamen ſententia declaratoria
16 ſuper ipſo facto, vt notatum ſupra late cap. 1. in verbo, ip-
ſo facto, volum. 1. notat etiam Marſ. ſua praxi crim. §. aggre-
17 dior, num. 106. cum ſeq. † Indebitum ſi conſtet exactum
per publicum inſtrumentum, quod poſſit incipi ab execu-
tione ſecundum diſpoſitionem huius ſtatuti, in princip. ex
quo apparet prima facie debitor huius dupli, cum de eo cõ-
ſtet ex inſtrumento iuncta ſtatuti diſpoſitione, nec eſt diffe-
rentia, quod quis in inſtrumento indebitum, vel mutuum
receperit, cum vtroque caſu ſit ex obligatione, quæ princi-
paliter habetur in conſideratione, & ſic poſt longam diſcuſ-
ſionem obtentum coram D. iudice ſigni equi, in lite verten-
te inter D. Andream Arrigonum, & D. Franciſcum Bernar-
dinum Ripam partes contrarias, de menſe Iulij. 1563. Pro
qua opinione firmanda conferunt tradita per Iaſ. in §. fue-
rat, num. 58. cum ſeq. Inſtit. de act. Gramma. deciſ. 58. nu. 12.
& deciſ. 102. nu. 15.

rr Cenſeatur ad duplum] † In hoc duplo continetur ſim-
18 plum, ita Affl. in conſtit. regni, Rubr. 15. lite non conteſtata,
nu. 7. ad finem, lib. 2. Cummia in ritibus magnæ curiæ, cap. 9.
19 nu. 3. & notatum in præludijs. † Pœna dupli huius vt eui-
tetur duplicem cautelam notatam licet videre, ſupra d. cap.
42. ſi quis, in verbo, ad duplum, volu. 1. Altera quæ ſumitur
ex l. ſi Procurator, vbi ſcribentes, ff. de condit. indebit. quod
non cenſeatur Dominus dediſſe mandatum ad pœnam in-
currendam, de quo etiam notat Rom. conſ. 241. nu. 11. & per
Caſtr. in l. iuſiurandum, §. ſi Procurator, nu. 5. ff. quod quiſq;
20 iuris. † Ideo poſſet creditor conſtituere Procuratorẽ ſpe-
cialem ad agendum, & petendum eius credita. Quo quidem
caſu ſi Procurator peteret indebitum, vel plus debito, eo ca-
ſu principalis non teneretur ad pœnam, & duplum hoc, vt
in his terminis not. Alex. conſ. 32. nu. 7. & conſ. 33. num. 6.
vol. 2. idem not. Affl. in conſtit. regni, Rub. 28. contra quem,
21 nu. 40. lib. 1. † Verũ hæc cautela poſſet elidi probata ſcien
tia, & patientia principalis, per l. qui patitur, ff. mand. & c.
finali, de iureiuran. Alexand. in l. ſæpe, num. 89. ff. de re iudi.
Afflict. in ſimili in conſtit. regni, Rubr. 25. numer. 40. lib. 1.
22 † Quæ quidem non præſumitur, niſi aliter probetur, ex quo
Dominus incidere in pœnam, vt tradit Lancellot. tract. at-
tent. ſecunda parte, capit. 12. de attent. appellat. pendent.
23 limit. 50. numer. 95. & 96. † Alia cautela poteſt tradi quod
creditor fateatur ſe exegiſſe indebitum, quia tunc euitat
pœnam dupli, cum tunc non poſſit dici factam probatio-
nem indebiti ſoluti, ſtante confeſſione hac creditoris, &
ſic ceſſare debeat diſpoſitio huius ſtatuti, quo ad duplum,

Digitized by Google

ita in his terminis notat Cummia d. ritibus, cap. 17. num. 7.
cum duobus ſequentib. & cap. 36. nu. 3.
ff Aliter ad exactum indebite duntaxat retrodandum] †
24 Idem not. Anton. de Carrario, tract. de execut. instrumen.
quæſt. 54. nu. 93. Quod idem in hærede exemplificat Cum-
25 mia d. ritibus, cap. 34. nu 3. & 4. † Vtrum autem detur inde-
biti repetitio de iure communi, diſtinguit Maſſa ſua forma
obligat. cameral. 3. parte princ. verſ. poſt proceſſum inciden-
tium, num. 2. cum ſeq.
ss Niſi appareat ipſum ſciuiſſe] † Confirmat in ſimili
26 quæ tradit Alex. in l. Imperatores, numer. 8. ff. de re iud. &
per Maſſam, d. 3. par. prin. verſ. poſt proceſſum incidentium,
nu. 2. cum ſeq.
tt Non excludi, vel aliter immutari ea remedia quibus ex
27 aliqua lege municipali] † Primum notatur ſupra cap. 42.
ſi quis prima facie. Secundum exprimitur ſupra d. 1. volum.
cap. 158. Quilibet, in petitione executionis ſententiarum, &
cap. ſequen. Tertium notatur contra fictabiles, & colonos;
quod poſſint per Dominum capi propria authoritate corũ
bona, vt cauetur ſupra d. 1. volum. cap. 252. licitum ſit.
28 † Quartum remedium illud poteſt deduci, quando quis ha-
bet pacta executiua, in inſtrumento cum obligatione bono-
rum, quia tunc poteſt creditor via iudiciaria etiam propria
authoritate apprehendere bona illa, prout notat Bart. in l.
creditores, vbi cæteri ſcribentes, C. de pignor. & in l. pen. C.
de pignor. act. vt late notatum ſupra cap. 155. nullus Ius di-
29 cens, & cap. ſeq. † Sed dubito, quando in inſtrumento nõ
adſint pacta executiua, nam text. d. l. pen. in uerbo, præſidali
authoritate, videtur innuere, & inferre, quod idem ſit. Verũ
in contrarium facit, quia iudex id debet facere cauſa cogni-
ta, dato libello, & iuris ordine ſeruato, cum de iure inſtru-
mentum non habeat executionem paratam, nec ab execu-
tione ſit incipiendum; nec adſit ſtatutum aliquod id di-
ſponens. Cogita tamen, quia ibi ſub eadem determina-
tione ponitur conuentio, & pactum partis, & authoritas
iudicis.
xx Vel aliter celerius creditoribus] Prout eſt remedium ſe-
queſtri, & repoſitionis, de quibus notatum ſupra cap. 111.
quolibet die, vol. 1.
a Ita tamen quod forenſes] Quis ſit forenſis, & quis non
ſuppoſitus, late diſcuſſum ſupra cap. 44 ſi quis, in verbo, non
ſuppoſitus, uol. 1.
b Non ſuppoſiti iuriſdictioni eius iudicis, coram quo at-
30 temptari uelit huius ſtatuti beneficium] † Forenſis uide-
tur excludi ab hoc beneficio, cum non ſolum reſpiciat ordi-
natoria, ſed etiam deciſoria cauſæ, faciunt tradita per Soc.
ſen. conſi. 120. num. 12. uol. 1. Foller. ſuper conſt. regni, Rubr.
de iuſtitia, & iure, l. præſenti, num. 20. Ancha. iun. quæſt. 63.
num. 2. cum ſeq. libr. 2. & ſtatutum ſupra cap. 180. in fauo-
31 rem. † Verum quod nõ excludatur forenſis, cum reſpi-
ciat principaliter ordinatoria, hic tamen contrahens, firmat
tamen Alc l. inter claras, num. 16. C. de ſum. Trin. ubi loqui-
32 tur in his terminis. † Clerici qui dicuntur non ſuppoſiti,
licet non prohibeantur uti beneficio huius ſtatuti, cum non
ueniant appellatione forenſium, nec excludantur à ſtatuto-
rum beneficio, niſi in ſpecie arceantur, ut late notatum ſu-
pra d. cap. 180. in fauorem, in uerbo, qui ſtatutis Mediolani
non obediunt. tamen cum ſint uere non ſuppoſiti, tenentur
uolentes uti beneficio huius ſtatuti ſeruare hanc ſolennita-
tem hic notatam, debent enim uti beneficio ſtatutorum cũ
ſuis qualitatibus, ita Soc. ſen. d. conſil. 120. numer 12 cum
ſequen. uolum. 1. Roch Curt. in tract. conſuetud. nume. 178.
33 & 690. & notatum ſupra d. cap. 180. in fauorem. † Quod
magis cenſendum cum hæ ſolennitates reſpiciant ordinato-
ria iudicij, quibus alligantur etiam clerici, ut ſupra diſcuſ-
ſum in præludijs, ſed cum nõ poſſint clerici renuntiare priui-
legio fori, ut infra dicetur, ideo beneficio huius ſtatuti uti
non poſſunt.
c Niſi ante omnia] Hæc ſeruanda etiam quod non fuerit
petitum per partem, cum ſint fienda ad actionem conſe-
quendam, ita notatum ſupra capit. 38. omnes, in uerbo, te-
neatur prius, & cap. 44. ſi quis, in uerbo, teneatur, uolum. 1.
34 † Dicitur autem hoc caſu adimpleta forma, & diſpoſitio
huius ſtatuti, ſi hic diſpoſita fiant ſtatim poſt requiſitionem
ſequeſtri, uel obtentionem præcepti leuioris executionis,
ut in his terminis not. Alexan. conſil. 96. numer. 1. ad finem,
uolum. 4.
d Legitime citata] Qualiter quis legitime citetur, cauetur
ſupra cap. 1. cum ſeq. uol. 1. cum ibi notatis.
e Renuntietur priuilegio fori] † Clericus tamen non po-
35 teſt renuntiare huic priuilegio fori, nec tacite, nec expreſ-
ſe, ita textus in cap. ſi diligenti, de foro compet. not. Iaſ. l. 1.
nu. 10 ff. ſi quis in ius voc. non obtemp. Couar. tract. 2. relect.
cap. quamuis, 2. parte, initio, num. 9. de pact. in 6. Lanfranc.
Balb. ſuis communibus, cent. 3. concluſio. 268.
f Et ipſe ſe ſubijciat] Quod quidem non poteſt facere cle-
ricus, vt nuper notatum.
g Et idoneum] Quis dicatur idoneus, & quis non, late di-
36 ſcuſſum ſupra, cap. 44. ſi quis, in verbo, idonee. † Idoneus
ſi dubitetur an quis ſit, vel ſi dubitetur qualiter idoneitas
probetur, cauetur ſupra cap. 87. ſi contingat, cum ibi nota-
37 tis. † Idoneus quis autem dicitur, quando eſt ſuppoſitus,
& alias diues, licet non ſit campſor, vt ſupra cauetur, ſupra
cap. 88. non cogatur.
h Fideiuſſorem] Fideiuſſor quis poſſit eſſe, & quis non, no-
tatum ſupra d. cap. 44. ſi quis, in verbo, idonee.
i Fidem iudici ſubiectus qui conſtituat ſe principalem de-
bitorem] Idem per ſimilia verba cauetur ſupra in 1. volu.
cap. 53. in caſibus.
k Voluerit deferre iuramẽtum alteri parti id facere poſſit]
38 † Secus eſt de iure communi, textus eſt in cap. 2. vbi Bald.
num. 2. de probat. Ang. in l. non erit, in prin. num. 1. ff. de iu-
reiuran. idem not. Iaſ. in l. 2. § iurati, in 2. & 3. notabili, ff. de
iureiuran. Doctores in l. contractibus, C. de non num. pec. Ex
quo iuramentum tale eſt ſpecies probationis, vt late notatũ
ſupra cap. 42. ſi quis, in verbo, quo termino elapſo, vbi de-
claratum, & cap. 100. ſtatuitur in verbo, in qualibet parte,
39 volum. 1. † Vnde poteſt inferri quod etiam poſt ſententiã
facta executione, ſi debitor ſe opponat allegans ſententię ſi-
mulationem, vbi latam pro vſuris, volens de hoc ſtare iura-
mento creditoris, quod teneatur tunc creditor iurare, licet
iure communi inſpecto eſſet diſtinguendum, an exceptio al-
legata competeret ante ſententiam, vel tempore ſententiæ,
& tunc quod non teneretur, quia eſt ſpecies probationis,
ſecus ſi poſt ſententiam oriatur, vt not. Rebuff. tract. de lit.
oblig. art. 21. glo. 5. nu. 1.
l Seruata forma ipſius ſtatuti de iureiurando] De qua ſu-
pra cap. 100. ſtatuitur, vol. 1.
m Si vero in termino aliquid ſit productum] † Facta autẽ
40 productione, vel aliqua exceptione; & allegatione iuris in
contrarium per reum, tunc erunt ligatæ manus iudicis, ne
poſſit vlterius procedere, nec aliter diiudicare, vtrũ ſit pro-
batum concludenter, vel ne, ſed debet cauſa omnino com-
mitti conſilio ſapientis, vt tradit Caſtr. conſ. 20. nu. 17. vol.
3. in nouis, facit quod notat Bald. in l. 1. nu. 3. C. ſi quacun-
que præditus poteſtat. Imò ex ſola exceptione oppoſita, &
obtenta cõtra inſtrumentum creditoris cenſuit Senatus cau-
ſam cõmittendam conſilio ſapientis ad preces Comitis Frã-
ciſci Rhaudenſis, Anno 1573. die 11. Martij.
n Tunc circa conſilium ſapientis dandum] Et eo petito in-
ſtantia cauſæ ſtat in ſuſpenſo, donec committatur, & om-
nia tempora, ita cauetur ſupra cap. 99. in caſibus.
o Seruetur forma dicti ſtatuti allegati vt ſupra] In appel-
latione autem nõ poſſunt fieri nouæ probationes, prout di-
41 ſponitur in cap. 159. ſi contingat, d. vol. 1. † Quid autem di-
cendum circa denuntiationem compromiſſi, cum ex diſpo-
ſitione memorati ſtatuti, ſi quis prima facie, ſit compromiſ-
ſum, vt ibi cauetur, videtur quod fieri debeat iuxta eius di-
ſpoſitionem. Verum in contrarium me torquet diſpoſitio
alterius ſtatuti infra cap. 209. declaratur, in prin. vbi diſponi-
tur, quod ſi agatur alia via executiua, quam ex ſtatuto, d. c.
ſi quis prima facie, non poteſt fieri denuntiatio compromiſ-
42 ſi. † Item ex alio, quia etiam de iure communi ceſſante di-
ſpoſitione illius ſtatuti, ſi quis prima facie, cum petitur exe
cutio inſtrumenti habentis executionem paratam, ceſſat pe-
titio compromiſſi, prout not. Caſtr. conſ. 91 num. 1. vol. 1. &
late notatum in cap. 115. ſi de cętero, in verbo, vel alium cõ-
tractum iuratum, vol. 1. vbi late diſcuſſum, quod ſuperfluum
eſt repetere.

De computatione dierum vtilium. Cap. CCII.

IN cauſis, a vbi de iure, b vel ex forma ſtatutorum, c vel decretorum, vel ordinũ Mediolani, d vel ex forma compromiſſorum, procedi poteſt e quolibet die feriato, & nõ feriato, ſeu ferijs nõ obſtantibus, ſeu non attentis, f dies vnaquæq; ſit vtilis, & ſingula dies, pro vtili die numeretur, g exceptis tamen ferijs introductis in honorẽ Dei, vel ſanctorum, h iuxta formam ſtatutorum Cõmunis Mediolani, i quæ non numerentur in diebus vtilibus. Et in alijs cauſis, k vbi ſemel tantum in die redditur ius, duo dies, qui nõ ſint feriati in honorem Dei, vel ſanctorum, pro vna die vtili numerentur,

Digitized by Google

metetur, *l* in alijs vero cauſis ſummarijs, vbi ex forma ſtatutorum, vel ordinum, vt ſupra ius reddi debet in mane tantum, *m* vbi non proteſtatur de non cauſando per partes, vel alteram earum. Si ante proteſtationem de non cauſando, *n* aliqui dies in ferijs decurſi fuerint, ipſi decurſi numerentur pro media die vtili, vſque ad diem proteſtationis, de non cauſando, excluſiue.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſſæ ſummariæ, quæ ſint.*
2 *Clauſula die feriato & non feriato in ſtatutis circa proceſſum, quid operetur.*
3 *Dies qualibet vtilis eſt.*
4 *Proteſtatio quando ſit neceſſaria.*
5 *Renunciatio feriarum intelligitur de præſentis non futuris.*
6 *Ferijs quando non cenſeatur renuntiatum.*
7 *Citatio tempore feriarum facta, an ita valida ſit, vt alijs ferijs cenſeatur renuntiatum, & num. 8.*

a VBi de iure] Communi ſcilicet, cum infra loquatur de ſtatutario, alias expreſſio ſimplex, de iure, comprehenderet etiam ſtatutarium, vt notatum ſupra 1. vol. c. 44.
1 ſi quis, in hoc verbo. † Cauſæ autem hæ ſunt ſummariæ, in quibus proceditur de iure communi, vt infra cauetur, & not. Orian. cap. quoniam contra, cap. 12. de cauſa deleg. n. 33. cum ſeq. de probat.
b Vel ex forma ſtatutorum] Prout cauetur ſupra 1. volu. in cap. 47. Dominus Poteſtas, & ſeq. & capit. 111. quolibet die, & alibi ſæpe.
c Vel Decretorum, vel ordinum] Senatus ſcilicet, vel Principis.
d Vel ex forma compromiſſorum] Intellige de voluntarijs, quia in neceſſarijs ſeruantur feriæ, cum non ſit cautum in eis non ſeruandis, prout licet videre ſupra d. capit. 115. ſi de cætero, vol. 1.
e Quolibet die feriato, & non feriato] † Quid operetur
2 hæc clauſula, not. Bal. conſ. 6. nu. 2. vol. 1.
f Dies vnaquaque vtilis] † Idem eſt de iure communi, cum
3 declaratione, de qua per Bald. d. conſ. 6. nu. 1. vol. 1. & cóſ. 373. & 374. vol. 5.
g Exceptis tamen ferijs introductis in honorem Dei, vel ſanctorum] His enim non poteſt derogari per ſtatutum, nec renuntiari per partes, ita notatum ſup. c. 110. ad hoc, in verbo, reputentur feſtiua.
h Iuxta formam ſtatutorum] De quibus ſupra capit. 110. ad hoc, volum. 1.
i Quæ non numerentur in diebus vtilibus] Prout notatum d. cap. 110. ad hoc, volum. 1.
k Si ſemel tantum in die ius redditur] Prout fit in caſibus in quibus exceptis à ferijs meſſium, & vindemiarum, ſupra d. cap. 107. temporibus, verſ. ſaluo, & in diebus quadrageſimæ, d. ca. 110. ad hoc, ad fin. licet quo ad ferias meſſium, & vindemiarum hodie aliter ſeruetur ex ordinibus Senatus, vt ibi notatum.
l In alijs vero cauſis ſummarijs] Exceptis tamen cauſis comprehenſis, d. c. 47. Dominus Poteſtas. Quia in eis proceditur non obſtantibus ferijs, & proteſtationibus, vt ibi cauetur, verſ. & etiam executiones, ibi. Non obſtantibus, & in caſibus notatis infra c. 340. ſi cui, verſ. finali.
m Vbi non proteſtetur] † Proteſtatio igitur eſt neceſſaria,
4 tam de iure communi, vt not. Bald. in l. 1. notabili 4. vbi ét Iaſ. nu. 3. ff. de ferijs, Orian. d. c. quoniam contra, cap. 12. de cauſa deleg. num. 34. de probat. quam etiam ex forma Statutorum, vt cauetur ſupra c. 125. quia ſæpe, verſ. tamen tempore, vol. 1. † Renuntiatio autem ſimplex feriarum intelli-
5 gitur de præſentibus, non futuris, ita Marſ. ſua praxi. §. aggredior, num 46.
n Aliqui dies in ferijs decurſi fuerint] † Ex his verbis li-
6 quido patet quod per proceſſum aliquorū dierum tempore feriarum, non intelligitur renuntiatum ferijs: Quod ſcire refert quo ad inſtantiam, quæ habet locum etiam in cauſis ſummarijs, & executiuis, vt late not. Afin. ſua praxi iudic. in princ. cap. 3. num. 46. cum ſequent. de quo late notat de-
7 clarando Orian. d. c. 12. de cauſa deleg num. 34. de probat. † Citatus in tempore feriato, & actum iudiciarium patiens li tem conteſtando, non tamen excluditur ab exceptione feriarum, in alijs actibus, ita not. Lanfranc. Balb. ſuis communi
8 bus, centur. 6. concluſio. 511. † Nam non opponens ferias in prima compatitione, poteſt tamen opponere in ſecunda de eis, ita Marſil. ſua praxi §. attingam, num. 19. verſic. item adducit.

Ad tollendum certas abuſiones, & ſupplantationes. Cap. CCIII.

DEclaratur, quod ſi contingat in præceptis, denuntijs, citationibus, & alijs actis à iudice, arbitro, vel arbitratore, aut delegato, vel conſultore, aut commiſſario ſignandis, poni verba, firmo remanente præſenti præcepto, vel æquipollentia verba, ſeu contineat aliquam reiectionem, vel non admiſſionem, quod ipſa talia verba, pro non appoſitis, imò reiectis habeantur, niſi de talibus verbis iudex, arbiter, vel arbitrator, vel vt ſupra, *a* in eius ſignatura *b* mentionem de eis fecerit.

a IN eius ſignatura] Subſcriptione ſcilicet fienda per eum.
b Mentionem de eis fecerit] Apparendo ſcilicet hæc verba eius manu firmo, vt ſupra, & ita practicatur.

DECLARATIONES QVORVNDAM Statutorum.

STatuti † noui additio veniens ad declarationem, & interpretationem antiqui ſtatuti, debet intelligi in caſibus, in quibus loquitur ſtatutum interpretatum, & ſecundum modificationem, & diſpoſitionem ſtatuti interpretati, ita not. Alex. conſ. 13. num. 18. ad fin. 2. dubij, vol. 3. Additio tamen ad ſtatutum nouam conceſſionem facit, ita Virgin. Boccat. in conſtit. Marchiæ, gloſ. 7. num. 28.

De reuocatione ſtatuti quarti, Rubricæ generalis, de citationibus, & alijs, &c. quod incipit, Si de cætero contigerit. Cap. CCIV.

STatutum quartum Rubricæ generalis de citationibus, quod incipit; Si de cætero contigerit, & contenta in eo habeantur pro abolitis, & annullatis, & ſuper ſecundo ſtatuto dictæ Rubricę, quod incipit. Quod quilibet ciuitatis, addantur, & pro additis habeantur, poſt illa verba, vbi religitur debito publico, vel priuato, hæc verba, videlicet, vel actione mere reali, vel mixta. Item, licet ſtatutum poſitum in volumine ſtatutorum, ſub Rubrica generali de iudicijs, & ſub Rubrica ſpeciali, quod exceptiones ſint ſaluæ in fine litis, ſeu de eodem, quod incipit; Cauſæ autem, quæ de ſui natura, vel ex forma ſtatutorū, &c. vbi legitur, & omnes dies intelligantur vtiles, ſit clarum etiam mediantibus alijs ſtatutis, tamen pro clariori intelligentia ſtatuitur, quod quando ſemel tantum in die ius redditur, duo dies computentur pro vno die vtili, exceptis cauſis comprehenſis in ſtatuto, quod incipit, Dominus Poteſtas, & quilibet exercens iuriſdictionem, &c. & cauſis cridarum quæ ſiunt pro bonis immobilibus vendendis, & cauſis compromiſſorum, in quibus quælibet dies habeatur pro die vtili integra, exceptis ferijs introductis in honorem Dei, & ſanctorum. Item ſtatuitur pro declaratione ſtatuti, poſiti ſub Rubrica generali de iudicijs, & ſub Rubrica ſpeciali de ſummaria ratione faciéda, in certis caſibus, quod incipit; Dominus Poteſtas, vbi legitur alimentorum, intelligatur de alimentis præſentibus, & futuris, vbi vero in ſtatuto poſito ſub Rubrica generali de dilationibus, & ferijs, quod incipit temporibus feriarum, vbi ſit mentio de alimentis, intelligatur de præteritis. Item pro declaratione ſtatuti poſiti ſub Rubrica generali de iudicijs, & ſub Rubrica ſpeciali de exequutione inſtrumenti, & ſcripti, quod incipit; Si quis prima facie, vbi legitur, & facto dicto compromiſſo, & per arbitrum, vel arbitratorem, ſeu arbitros, & arbitratores, acceptato, quod acceptari debeat infra quatuor dies continuos, poſt factum compromiſſum, &c. Ad minuendum lites, & expenſas litium, ac diſpendia, ſtatuitur, quod facto compromiſſo, ipſo iure, intelligatur acceptatum, iuxta formam ſtatuti poſiti ſub Rubrica generali, de arbitris, arbitramentis, & compromiſſis, & *a* ſub Rubrica ſpeciali de temporibus inſtantiæ compromiſſi. Itē ad clariorem intelligentiam ſtatuti, ſeu capituli poſiti ſub Rubrica generali de iudiciis, *b* quod incipit; Et prædicta etiam habeāt locum, &c. declaratur reſpectu ſolutionis ſoldorum decem Imperialium, ipſam ſolutionem non eſſet faciendam Notariis cauſarum ciuilium Iuſdicētium, vbi quidem de iure ſolutio ſalarii, eſſet facienda ipſis Notariis cauſarum ciuilium, vt ſupra, vel alicui eorum, ſed ſufficiat ſolutio ipſius ſalarii, vbi fiat.

a Sub

Digitized by Google

a SVb Rubrica ſpeciali de temporibus inſtantiæ compromiſſi] Quod eſt cap. 120. compromiſſa, vol. 1.

b Quod incipit, & prædicta etiam habeant locum] Quod eſt ſub cap. 30. vol. 1.

Declaratio ſuper ſtatuto primo Rubricæ de arbitris. Cap. CCV.

DEclaratur, quod quando incipitur agere via exequutiua, videlicet, alia via, quam via ſtatuti incipientis; Si quis prima facie, *a* quod non admittatur denunciatio compromiſſi, etiam ſi inſtrumentum non eſſet iuratum. Pro declaratione ſtatuti poſiti in volumine ſtatutorum ciuiliũ, ſub Rubrica generali de exequutionibus, & ſub Rubrica ſpeciali de præceptis exequutorijs, quod incipit; Item ſtatuitur quod in quolibet præcepto exequutorio reali, &c. & alterius ſtatuti ſituati ſub Rubrica generali de ſeruitoribus, & ſub Rubrica ſpeciali de famulis Domini Poteſtatis Mediolani, dandis pro exequutionibus faciendis, quod incipit; In quolibet præcepto exequutorio apponatur quantitas ſangiorum, &c. ſtatuitur, quod diſpoſita in dictis ſtatutis, intelligantur, & habeant locum tantummodo in præceptis ſ[?]bandi. In alijs vero præceptis exequutorijs, tam realibus quam perſonalibus, Iuſdicens poſſit concedere numerum famulorum, prout ſibi videbitur expedire, inſpecta qualitate facti, & perſonarum, qui tamen numerus famulorum deſcribatur in præcepto. Item pro declaratione ſtatuti poſiti ſub Rubrica generali de ſeruitoribus, & ſub Rubrica ſpeciali de pœna ſeruitoris, vel officialis, non exigentis pignora, vel depoſita, quod incipit; Si quis ſeruitor, &c. vbi legitur, vel ille, ad cuius petitionem, ibi, ad pignorandum, etiam quilibet eorum in ſolidum intelligãtur ipſa verba, quo ad ipſum qui fecit derobare, quando pignora non fuiſſent deſcripta ſecundum formam ſtatuti, poſiti ſub dicta Rubrica generali, & ſub Rubrica ſpeciali, de pignoribus deſcribendis, coram iudice, quod incipit; Quilibet, qui robauerit, &c. vel quãdo ille, ad cuius petitionem facta fuiſſet robaria, vel eius nũtius non notificaſſet coram iudice robariam fuiſſe factam. Item pro declaratione ſtatuti, poſiti ſub Rubrica generali de robationibus, &c. & ſub Rubrica ſpeciali de licitis, & cõceſſis exequutionibus, &c. quod incipit; Licitum ſit, &c. ſtatuitur ipſum ſtatutum in illa parte, vbi legitur de quo debito ſtetur proprio ſacramento locatoris, vel eius hæredi, vſque ad quantitatem librarum quinquaginta Imperialium, quod ipſa facultas iurandi contra fictabiles, non habeat locum, niſi contra fictabiles, qui ſunt rurales, laborantes proprijs manibus, vel ad ſuas manus laborari faciunt, & illos de familia ſua declaratur, in eo ſtatuto, & in reliquis partib. dictum ſtatutum firmum remaneat. Item ſtatuto, quod incipit; In quolibet præcepto ſituato ſub Rubrica generali de ſeruitoribus, vbi legitur, quatuor, declaratur, quod in Ducatu Mediolani, pro prima vice ſeruetur, quod ſeruandum eſt ex forma dicti ſtatuti in ciuitate, taliter, quod pro prima vice non ſint vltra duos, computato ſeruitore.

S V M M A R I V M.

1 Compromiſſi exceptio de iure communi impedit executionem.

a QVod non admittatur denuntiatio compromiſſi] † De
1 iure autem communi exceptio compromiſſi impedit executionem, ita Alc. conſ. 87. l. 1. nu. 4. idem Lancell. tract. attent. 3 par. prin. cap. 25. de reo, & except nu. 25.

Additio ſtatuti poſiti ſub Rubrica ſpeciali de libellis exhibitorijs, ſeu præuentorijs. Cap. CCVI.

STatuitur, quod diſpoſitio in ſtatuto poſito ſub dicta Rubrica, quod incipit; Quod nullus Iuſdicens libellum aliquem exhibitorium, &c. habeat etiam locum *a* in quocunque actu iudiciali, vel impedimento, qui, vel *b* quod fieret ante exequutionem impetratam.

a IN quocunque actu iudiciali, vel impedimento] Iudicis medio fiendo.

b Quod fieret ante executionem impetratam] Poſt enim executionem impetratam nullum impedimẽtum poteſt afferri, & ſi inferretur ſeruarentur diſpoſita, d. cap. 46.

Correctio ſtatuti de re paterna luenda. Cap. CCVII.

IN ſtatuto de re paterna luenda, vbi legitur, qui vendiderit, & communi cum alio, illa *a* dictio, Et, intelligatur, Etiam, & vbi legitur iure, vel ratione vtilis dominij tantum, habeatur pro addito hoc verbum, Pleno, ante illud verbum, iure.

a DIctio, &] Dictio hæc copulatiua, aliquando idem ſignificat quando ponitur inter duo idem ſignificantia, ita Menoch. tract. adipiſc. remed. 3. nu. 21. & 22.

Declaratio ſtatuti de interrogationibus, &c. Cap. CCVIII.

AD declarationem ſtatuti poſiti ſub Rubrica generali de interrogationibus, quod incipit, *a* Teneatur quilibet producens inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, &c. & quorumcunque *b* aliorum iurium loquentium de interrogationibus, ſi quis velit vti, vel per æquipollentia verba, ſtatuitur, quod aliquis non poſſit interrogari *c* ſi vult vti *d* aliqua relatione ſeruitoris. Nec etiam quis poſſit interrogari, ſi vult vti *e* aliquo inſtrumento, *f* vel aliqua ſcriptura *g* facto, vel facta per alium, vel alios, quam per ipſum interrogatum. Nec etiam ſi vult vti aliquib. dictis teſtium examinatorum inter alias perſonas, nec etiam poſſie produci, nec admitti aliqua interrogatio ſi vult *h* vti aliquo inſtrumẽto, *i* vel aliqua ſcriptura, *k* vel aliquo actu iudiciali, *l* nec dictis teſtium, *m* in facto proprio, *n* quãdo ſunt confecta de antiquo, videlicet, ab annis decem retro, a die interrogationis.

S V M M A R I V M.

1 Interrogari nemo poteſt vtrum quis velit vti aliqua ſcriptura per alium confecta.

2 Prohibitus interrogari an velit vti aliquo iure, an prohibeatur accuſari.

3 Priuata ſcriptura quæ dicatur.

4 Vtens ſcriptura aliena, quæ falſa fuerit detractu an teneatur, num. 5 & 6.

7 Quid in producente teſtes, vel inſtrumenta.

8 Quando Dominus teneatur, & quando procurator.

9 Antiquum quando quid dicatur.

a TEneatur quilibet producens] Quod eſt in cap. 76. teneatur, volum. 1.

b Aliorum iurium] Idem de iure communi, de quo notat
1 Bar. in l. Diuus, ff. ad leg. Corn. de falſ. & late Gabriel ſuis concluſ. tit. in criminalibus, concluſio. 7.

c Si vult vti] † In caſibus hic exceptis, in quibus prohi-
2 betur quis interrogari, an velit vti, tamen ſi conſtet aliter, quod quis ſcienter eſſe falſos, vel falſa, vſus fuerit, poterit de falſo accuſari, ita not. Boſſ. ſua praxi crim. titu. de falſis, num. 118. Afin. ſua praxi iud. §. 20. cap. 2. In his caſibus exceptis, vt quis non poſſit interrogari, vtrum veluti vti, vel ne, non ſolet Senatus diſpenſare, tamen ſemel vidi diſpenſatum contra D. Andream Sormanum, qui produxerat quoddam inſtrumentum etiam per alium cõfectum, contra quod multæ præſumptiones, & urgentes ſimulationes, & falſitates urgebant.

d Aliqua relatione ſeruitoris] De quibus ſupra cap. 205. quilibet, uolum. 1.

e Aliquo inſtrumento] Publico ſcilicet à Notario confecto.

f Vel aliqua ſcriptura] Priuata ſcilicet, de qua cauetur
3 ſupra cap 96. omnes ſcripturæ, uolum. 1. † Quid autem ſi ſint teſtes deponentes de facto alieno, & non proprio eius qui interrogatur, uel ea produxit, uideretur prima facie diſpoſitionem huius ſtatuti loquentis de inſtrumento, uel aliqua ſcriptura, habere locum etiam locum in teſtibus ſuper facto alieno eadem ratione, confirmari uidetur hæc opinio, ex eo quod ſtatutum met remouet interrogationem, ubi etiã dicta teſtium ſint in facto proprio, tamen de antiquo ſupra decennium, tamen cõtrarium uerius eſſe arbitror, quia etiã ſi teſtes deponerent de facto alieno, tamen producens eos interrogatus, tenetur reſpondere, ita not. Boſſ. ſua praxi tit. de falſis, nu. 115. ad fin. & num. 118.

g Facto, uel facta per alium] † Idem de iure communi, ita no-

Digitized by Google

4 ita notat Bal. conſ. 446. maxime, num. 5. vol. 5. latius Nat-
5 ta conſ. 635. num. 8. vol. 3. † Vtens etiam inſtrumento falſo
concernens factum alienum ignoranter non punitur, ita Af
flict. in conſtit. regni, Rubr. 40. de cudente falſum, qui falſo,
6 num. 3. verſic. & tanto magis, lib. 3. † Tenetur tamen quis in-
terrogatus reſpondere, an ſint facta per alium nomine ſuo,
vt not. Boſſ. ſua praxi, tit. de accuſatio. num. 25. vbi loqui-
7 tur in terminis huius ſtatuti. † Teſtes, & inſtrumenta ſi pro-
ducuntur per Procuratorem nomine principalis, tunc eo
caſu poteſt, & debet interrogari dictus principalis, & eius
Procurator ſimul, ſi velint vti: nam ſi Dominus principa-
lis reſpondeat velle vti, & ratum habeat factum Procura-
toris, ipſe principalis ſolum conuenietur, & Procurator
eximeretur, ſi vero principalis reſponderet nolle vti, tunc
ſolus Procurator teneretur, ita not. Caſtr. in l. ſi ius iniquũ.
§ ſi Procurator, num. 5. ff. quod quiſque iuris, ſequitur Ro-
ma. conſ. 105. num. 2. quos refert ſequendo Boſſ. d. ſua pra-
xi crim. tit. de falſis, num. 120.

h De aliquo Inſtrumento] Confecto per Notarium met,
qui id producit.

i Vel aliqua ſcriptura] Priuata ſcilicet per eundem produ
centem confecta.

k Nec aliquo actu iudiciali] De quibus late notatum ſup.
cap. 17. acta, volum. 1.

l Nec dictis teſtium] Productis, & examinatis ad inſtan-
tiam producentis, vt differat à caſu præcedenti excepto.

m In facto proprio] Secus ſi alieno, vt ſupra notatum.

n Quãdo ſunt de antiquo videlicet ab annis decem retro]
8 † De iure autem communi quod dicatur antiquum, Dec.
conſ. 13. col. pen. num. 8. dicit eſſe centum annorum. Varias
autem opiniones poſt Crauettam not. Menoch. tract. arbitr.
9 lib. 2. cent. 1. caſu 3. † Quod autem in caſu ſtatuti huius cõ-
cludatur antiquum per ſpatium annorum decem, illa eſt po
tiſſimum ratio, quia labilis eſt hominum memoria, & obli-
uio ſpatio annorum decem præſumitur, vt not. Crau. conſ.
18. num. 4. Et in facto etiam proprio de antiquo eſt proba-
bilis ignorantia, ita Alex. conſ. 134. col. 1. & melius, colum.
6. num. 8. volum. 1. Afflict. in his terminis, in conſtit. regni,
rubr. 40. de cudente falſum, qui falſi, num. 3. verſ. niſi factum
fuiſſet antiquum, lib. 2.

De relationibus, quæ fieri poſsint ad inſtantiã citati, vel illius, cui præceptum fuerit, &c. Cap. CCIX.

Relationes ſeruitorum poſſint, & valeant fieri per ſer-
uitores, ac ipſi ſeruitores cogantur ad faciendum re-
lationes ad inſtantiam illius, qui fuerit citatus, aut cui præ-
ceptum fuerit, & cuiuslibet alterius, cuius intererit, *a* etiam
tempore, ſeu termino ſuperinde limitato præterito, *b* &
hoc infra ſex menſes, à die citationis, ſeu præcepti, & pona-
tur in relatione ipſa eo caſu ad cuius inſtantiam fiet talis re
latio, & quo tempore, & inſeratur in ea relatione tenor præ-
cepti, ſeu citationis, quæ relatio taliter facta, *c* non pro-
ſit illi ad cuius inſtantiam ipſa citatio facta, vel præceptum
factum fuerit.

a Etiam tempore, ſeu termino ſuperinde limitato præte-
rito] Quod limitatur ſupra c. 205. quilibet, vol. 1.

b Et hoc infra ſex menſes] Et ſic longum tempus datur huic
citato, vel cui tranſmiſſum præceptum.

c Non poſsit illi ad cuius inſtantiam ipſa citatio tranſmiſ
ſa] Tenetur enim ipſe fieri facere relationem in tempore li-
mitato ſupra, cap. 205. quilibet, vol. 1. ad hoc ne fiat fraus,
vel eluſio diſpoſitioni memorati ſtatuti.

De contradicentibus cridis, & fictis libellarijs temporis futuri. Cap. CCX.

Statuitur, quod ſi per aliquem, cui præſtatur fictum libel-
larium ſuper aliqua proprietate, ſeu aliquibus proprie
tatibus, vel iure, aut iuribus pecuniæ, vel aliarũ rerum con-
tradictum fuerit aliquibus cridis, *a* ſecundum formã pro-
uiſionis, & ordinum editorũ ſuper bonis immobilibus ven-
dendis de aliquibus alijs bonis ſibi obligatis, occaſione dicti
ficti libellarij, iure hypothecæ pro ipſo ficto libellario tem-
poris futuri, quod talis contradictor, ſi emphyteuta obliga-
tus ad præſtationem dicti ficti libellarij, vel ille, qui poſuit
ad cridas, aut ille, qui eſſet obligatus bona ad cridas poſita,
defendere, aut alius habens ius in bonis ad cridas poſitis,
obtulerit cum effectu, durantibus ſex menſibus limitatis ex
forma ipſius prouiſionis, ad contradicendum cridis, vel in-
fra tres menſes, poſt ipſos ſex menſes, acquirere ipſum di-
rectum dominium, & ciuilium poſſeſſionem bonorum, ſu-
per quibus, ſeu pro quibus, ipſum fictum libellarium præ-
ſtari debuerit, & ipſa bona, ſuper, ſeu pro quibus, ipſum fi-
ctum libellarium præſtari debuerit, reſpectu directi domi-
nij, & ciuilis poſſeſſionis, & ius dicti ficti libellarij, ad com-
putum librarum centum Imperialium, pro quibuslibet li-
bris quatuor Imperialium ipſius ficti libellarij, pecuniæ,
ſeu valoris rerum, quæ dari deberent pro ipſo ficto libel-
lario, æſtimandi per vnum ex æſtimatoribus communis
Mediolani, partium confidentis, vel vnius partis, in contu-
maciam alterius, vbi adſit, & duret pactũ liberandi per con-
tracambium, vel per contracambia. Vbi vero adeſſet, & du-
raret pactum liberandi ad pecunias, ipſe contradictor coga-
tur vendere ipſi ponenti, pro illo pretio, pro quo ipſe em-
phyteuta poterat ſe liberare, quo in caſu ſaluum ſit ius ipſi
emphyteutæ luendi ab eo tempore, prout poterat à vendi-
tore, *b* quo vltimo caſu *c* ipſe venditor teneatur *d* tan-
tum promittere *e* pro ſuo dato, & facto *f* tantum, *g* de-
clarato in ſtatuto de re paterna luenda, ſi uero non adeſſet
pactum, vel eſſet extinctum, ad computum librarum centum
Imper. pro quibuslibet libris tribus, & ſoldis decem Imper.
ipſius ficti libellarij, ſeu valoris, vt ſupra, teneatur ipſe cõ-
tradictor, aut bona ipſa, vt ſupra, & ius dicti ficti libellarij,
dicto pretio vendere, *h* in forma communi, & iuris, ipſi
volenti emere, niſi alias ipſum directũ *i* legitime eſſet pro-
hibitum alienari, aut renuntiare ipſi contradictioni, & bona
ad cridas poſita, liberare ab eo ficto libellario temporis tũc
futuri, in electione illius creditoris. *k* quam electionem ip-
ſe contradictor teneatur facere, *l* & intimare ipſi offerenti,
velle emere, vt ſupra *m* infra dies triginta, poſt oblationẽ,
& requiſitionem ipſius emere offerentis, *n* dummodo fue-
rit laicus, *o* & ſuppoſitus ſtatutis communis Mediolani.
Aliter dictæ contradictioni, *p* ipſo iure, intelligatur renũ-
tiatum fuiſſe, & bona ad cridas poſita, ipſo iure, intelligãtur
liberata, à contentis in ea contradictione, reſpectu ipſius fi-
cti libellarij, temporis tunc futuri, tantũ hoc intellecto, quod
vbi ipſa electio fit, & intimetur, vt ſupra, ipſe, qui obtulerit
velle emere, *q* cogatur *r* per omnia iuris remedia, etiam
ſ per perſonalem detentionem, ad emendum, & ipſum pre-
cium ſoluendum, ſaluo, ſi oſtenderet *t* ipſa bona eſſe pro-
hibita alienari, vt ſupra, & hoc ſtatutum etiam obſeruetur
u in cauſis, & caſibus pendentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Euictionis nomine pro ſuo dato, & facto, quid veniat.*
2 *Dies intercalaris habetur pro vna die.*
3 *Licitator cui deliberantur bona quibus remedijs cogatur ad obſer-
uantiam.*

a Secundum formam prouiſionum, & ordinum] De qui-
bus cauetur ſupra, 1 volum. cap. 463. quia, & ſequenti,
& in nouis conſtit. tit. de bonis ad cridas ponendis, vbi in
cap. ſi Dominus, fere adeſt ſimilis diſpoſitio, ſaluo quod ibi
eſt facta detractio pretij ad vtilitatem ponentium, vt ibi vi-
dere licet.

b Quo vltimo caſu] Quando durat adhuc pactum luendi,
& redimitur pretio & burſato.

c Ipſe venditor] Contradicens ſcilicet qui tenetur vende-
re ex diſpoſitione huius ſtatuti.

d Tenetur promittere] In caſu euictionis ſcilicet.

e Pro ſuo dato, & facto] Hoc ſi diſponitur, ex quo hoc ca-
ſu vendens nil lucratur, cum vendat eodem pretio in execu-
1 tione pacti luendi. † In promiſſione pro ſuo dato, & facto,
quid veniat ſecuta euictione, late diſcuſſum ſupra cap. 419.
ſi res, in hoc verbo, 1. vol.

f Tantum] In promiſſione pro dato, & facto, cum dictio-
ne hac taxatiua, quod comprehendatur datum & factũ eius
authorum, & alijs caſus, notatum ſupra d. cap. 416. ſi res, hoc
verbo.

g Declarato ſtatuto de re paterna luenda] Vt ſupra d. c.
419. ſi res.

h In forma communi, & iuris] Ex quo maius pretium, quã
exburſatum conſequitur, ex quo eſt res eius irreuocabiliter
lapſo termino ad luendum.

i Legitime eſſet prohibita alienari] Nam eo caſu contra-
dicens Dominus directi, non teneretur vendere, ex quo non
eſt libera, ſed obnoxia fideicommiſſo.

k Quam electionem ipſe contradictor teneatur facere] Ea
facta licet durante tempore hic præfixo re exiſtente integra,
alias

Digitized by Google

alias non, vt notatum in ſimili ſupra cap. 434. ſi quis, in verbo, & ſi reſponderit ſe, velle acquirere. Non poteſt pariter ille qui obtulit, emere, variare, vt infra cauetur, verſ. hoc intellecto.

l Et intimare ipſi offerenti] Siue ſit emphyteuta, ſiue penens, vel alius ſupranominatus qui obtulerit.

m Infra dies triginta] † Dies intercalaris habetur pro vno
2 die, cum ſtatutum loquatur per terminum dierum, ita not. Tiraq. retract. lignag. §. 3. glo. 2. nu. 6.

n Dummodo fuerit laicus] Nam clericus non ligatur regulariter ſtatutis laicorum, vt notatum in præludijs.

o Et ſuppoſitus ſtatutis Mediolani] Forenſis enim in deciſorijs non poteſt ligari ſtatutis alterius territorij, vt traditū ſupra in præludiis.

p Ipſo iure] Requiritur tamen iudicis declaratoria ſuper facto, vt late diſcuſſum ſupra, cap. primo, in uerbo, ipſo facto, uolum. 1.

q Cogatur] Et ſic non poteſt pœnitere uariando, ſecus tamen diſponitur in agnato luere volente ex beneficio ſtatuti de re paterna luenda, vel ſtatuti de quota, vt notatum ſupra d. c. 417. ſi quis, in verbo, poſſit, il primo.

r Per omnia iuris remedia] † Multa ſunt tradita per Boſſ.
3 ſua praxi crim. tit. de mulctis, ad fin.

ſ Per perſonalem detentionem] Licet comprehendatur in iuris remedijs, tamen ea non daretur, niſi fuiſſet expreſſum obſtante ſtatuto, ſupra c. 167. pro debito, vol. 1.

t Ipſa bona eſſe prohibita alienari vt ſupra] Quia tunc libera non poſſunt emi.

u In cauſis, & caſibus pendentibus] Alias ſtatutum regulariter tantum ad futurum trahitur, vt notatum in prœludijs, & in cap. fin. 1. vol. in verbo, tunc pendentibus.

De inſtrumentis dotalibus, vltimis voluntatibus, & certis donationibus rubricandis. Cap. CCXI.

STatuitur, *a* quod illæ Rubricæ, quæ ordinatæ fuerunt fieri, ex forma Ducalis decreti editi anno 1495. die 27. Aprilis, de inſtrumentis dotalibus, & proteſtationibus rerū paraphernalium, donationibus, teſtamentis, & vltimis voluntatibus, licet reperiantur non factæ in termino limitato, ex forma ipſius Decreti reſpectu inſtrumentorum, quæ fuerint rogata, à die publicationis præſentium ſtatutorum retro, proſint, ac effectū ſortiantur, perinde, & ac ſi factæ fuiſſent in eo termino, dummodo ipſæ Rubricæ fiant intra tres menſes immediate ſequuturos diem publicationis horum ſtatutorum, quodque Rubricæ ipſę faciendę de vltimis voluntatibus, & donationibus, quę ex forma ipſius decreti fieri debebant, poſſint fieri quocunque tempore, *b* ad inſtantiam illorum, quorum intererit, *c* etiam eo termino limitato, ex forma dicti decreti elapſo, ne exequutiones, quæ factæ fuerint de vltima voluntate, vel donatione nullæ reddantur. Et quod ipſa Rubrica, etiam poſſit fieri ſine aliquā ſolutione ad officium Abbatum collegij Notariorum Mediolani, quodque vbi in eo decreto ſit mētio de vltimis voluntatibus, intelligatur *d* de vltimis voluntatibus non reuocatis.

a QVod illæ Rubricæ] De hoc decreto de rubricandis certis inſtrumentis cauetur ſupra cap. 71. quia maxime circa finem.

b Ad inſtantiam illorum, quorum intererit] Etiam quod inter eos non fuerit initus contractus is.

c Etiam termino limitato ex forma dicti decreti elapſo] Rationē adducit in verſ. ſeq. ne executiones quæ facta ſunt eorum fiant irritæ.

d Et vltimis voluntatibus non reuocatis] Cum reuocatarum nulla ſit habenda ratio.

De agrimenſoribus, & eorum mercede. Cap. CCXII.

AGrimenſores, & liuellatores aquarum non poſſint *a* pro ſuo ſalario, ſeu mercede, & famulo, ſi famulum habuerint, habere vltra libram vnam, & ſoldos duodecim Imper. ſingulo die, quo iuerint, ſteterint, & redierint, *b* pro menſurando, & liuellando, vltra expenſas cibarias.

S V M M A R I V M.

1 *Menſuratio quibus expenſis fieri debeat.*
2 *Menſura quænam ſit attendenda.*

a PRo ſuo ſalario, ſeu mercede] † Menſurationis fiendæ ex-
1 penſæ debent fieri communibus expenſis partium, & quod vna ſola contradicat, ita not. Caſſan. ſuis conſuetud. rubr. 1. §. 6. pars leurs ferment, numero 4. verſ. item non tenetur.

b Pro menſurando] † Menſuratio ſi fiat in aliquo territorio
2 pro contractu facto in alio territorio, quod attendatur locus contractus, non rei ſitæ quo ad menſuram ſecundum communem, not. Rolan. à Valle, conſ. 110. num. 7. cum ſeq. vol. 3. Oſaſc. deciſ. 114. nu. 3.

Quod adhibeatur fides Chriſti nomine ſententiæ. Cap. CCXIII.

REpetitur Chriſti nomine, cuiuslibet ſententiæ ſubſcripto per Notarium, qui rogatus fuerit ſententiam huiuſmodi, vel per habentem authoritatem eam explendi, *a* fides adhibeatur, quemadmodum ſi in authenticam formam redacta fuiſſet, *b* modo alias opponi poſſit, quemadmodum authenticæ, qui Notarius teneatur illud ſubſcribere, & non poſſit plus accipere, prout accipere poſſet pro ſubſcriptione authenticæ.

a FIdes adhibeatur quemadmodum ſi in authenticā formam redacta fuiſſet] Cum iudicis ſcilicet authoritate expleta, & alijs ſolennitatibus, à iure requiſitis.

b Modo opponi poſſit quemadmodum authenticæ] Quo ad alias exceptiones, veluti quod ſit nulla, vel patiatur, vel careat alijs ſolennitatibus, de quibus cauetur ſupra ca. 31. poſſit, & cap. 131. lata, volum. 1.

Quod qualibet citationes tranſmitti poſsint, & earum relationes fieri in tempore ſuſpenſo, vel feriato. Cap. CCXIV.

AD tollendum omne dubium circa tranſmiſsiones *a* citationum, & earum relationum ſtatuitur, quod quælibet citationes, earumque relationes, tranſmitti, & fieri poſſint, & valeant in *b* tempore feriato, *c* vel ſuſpenſo, cum termino comparendi, vel aliquid faciendi in tempore iuridico, vel non ſuſpenſo.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio an poſſit fieri die feriato in honorem Dei, & quid de denuntiationibus, & proteſtationibus num. 2. & 3.*

a CItationum] † Quoad denuntiationes, & proteſtationes
1 de iure communi non erat difficultas, quin poſſent tranſmitti tempore feriato, vt not. late Tiraq. tract. retract. lignag. ad finem tituli, num. 78. Quicquid diſſentiant inter ſe Scribentes, quoad citationes, vt infra dicetur.

b Tempore feriato] † Etiam in honorem Dei & ſanctorū,
2 & ita practicatur, tollitur autem ex hoc controuerſia ſcribentium contendentium; An poſsit tranſmitti citatio die feriata, pro comparendo die iuridica, pro parte affirmatiua, quod poſsit tranſmitti, tenet Bar. in l. 2. §. item ſi, nu. 6. ff. ſi quis in ius vocat. non iuerit, idem Caſtr. conſ. 270. num. 3. vol. 1. Caſſan. ſuis conſuet. rub. 1. §. 6. in tex. Meſsier, num. 205. circa medium, Soc. reg. 125. die feriata, verſ. duodecimo fallit, Sayrana ad Matheſ. ſing. 19. nu. 25. idem Manua ſing. 46. cum relatis ad hanc opinionem, per Tiraqu. tracta. retract. lignag. ad finem tituli, nu. 79. Contrariam opinionē firmat Marian. Soc. tract. de citationibus, art. 19. nu. 8. limitando, nu. 9. & 10. idem Boer. ſuis conſuetud. libro, Des couſtumes de tours, tit. 2. art. 16. verſic. dic breuiter, idem Folle, ſua praxi crim. 1. par. 2. partis, verſ. vel eos, n. 34. cum relatis pro hac opinione per Tiraq. d. tract. retract. lignag. ad finem tituli, n. 80. Qui tandem primam opinionem tenet, nu. 81. Bald. authent. in l. in minorum, numero quinto. verſicul. ſecundus vero actus. C. in quibus cauſ. in integr. non eſt neceſſ. quæ refert Tiraquel. dicto loco, num. 81. dicit poſſe fieri die feriata actus executiuos intimationis à ſeruitore, dum tamen non ſit dies Dominica, & ſic hæc controuerſia
3 ſopita remanet per diſpoſitionem huius ſtatuti. † Quicquid ſit autem in executione citationis, quod poſsit fieri die feriata, data tamen & commiſsio eius debet fieri in die iuridica, vt tradit Bald. d. l. in minorum, numero quinto. in ſecundo caſu eius diſtinctionis. C. in quib. cauſ. reſtitu. in integr. non eſt neceſſ.

c Vel

c Vel ſuſpenſo] Per ferias repentinas, vel dilationem datam parti, vel aliter.

Quod conſtitutiones factæ contra hæreticam prauitatem, obſeruentur. Cap. CCXV.

STatuta, & conſtitutiones factæ contra hæreticam prauitatem, quæ obſeruari debent, a & de quibus fit mentio in ſtatutis communis Mediolani; quorum tenores regiſtrati ſunt ad officium ſtatutorum communis Mediolani, obſeruentur.

a ET de quibus fit mentio in ſtatutis Mediolani] Nullibi vidi factam mentionem, de his conſtitutionibus, vel ſtatutis contra hæreticos forſan erat hoc expreſſum in antiquis ſtatutis.

Ordines rerum ciuilium, & taxationes ſolutionum Notariorum, Iuſdicentium, & officialium communis Mediolani. Cap. CCXVI.

NOtarij banchi cauſarum ciuilium Mediolani per ſe, ſuoſq; coadiutores, a non poſſint accipere b in eorum actibus, & ſcripturis, per eos, vel aliquem eorum, recipiendis, ſcribendis, extrahendis, exemplandis; pro pretijs, ſeu mercedibus, niſi, vt infra ſingula ſingulis congrue referendo, ſub pœna dupli eius, quod vltra limitationes infraſcriptas, exegerint, quæ pœna applicetur communis Mediolani pro medietate, & pro altera medietate accuſatori, teneanturq; etiam ipſi Notarij ſine aliqua exceptione, ſubſcribere omnia præcepta, & alios cuiuſcunque generis actus, poſteaquam per iudicem ſignari fuerint, ſub pœna quarti æſtimationis eius, quod continebitur in præcepto, vel actu, parti applicanda, habita tamen prius ſolutione, vel ea ſolutione oblata effectualiter, iuxta limitationem, vt infra, factam. Item quod Notarij ipſi, non poſſint accipere, niſi vnſi ſalarium, quando contingit dari adiunctum in aliqua cauſa, ſcilicet, tantum quantum acciperent adiuncto nõ dato, teneanturq; in quibuſcunq; incantibus ab hodie in antea faciendis, iurare in manibus præfectorũ rei pecuniariæ, ſine magiſtrorum intratarum Ducalium, qui incantum deliberabunt, quod limitationem, & taxationẽ, vt infra, ſeruabũt, quodq; contra eos, ſi non ſeruauerint, credatur accuſatori, ſeu denunciãti, vel parti cum iuramento, & vno teſte ſide digno, niſi Notarius probauerit in contrarium. Et Abbates collegij Notariorum Mediolani habeant ius, & facultatem cogendi, & puniẽdi dictos Notarios, & coadiutores, pro cõtrafactione facienda huius limitationis, ſeu taxationis, non obſtante aliqua in contrarium ordinatione, aut inhibitione, quæ pro reuocata habeatur. Si tamen pars grauata vellet adire alios officiales, ſit in ipſius facultate, ijdemq; Abbates, vel alius à parte, pro eius voluntate adeundus, facultatem habeant puniendi, & corrigendi, Notariũ, ſeu Notarios bãchi, Capitanei iuſtitiæ Mediolani, & alios, in ſequẽti capitulo, ſeu ſtatuto cõprehenſos pro cõtrafactionibus ordinum, limitationum, & taxationum, vt infra, ſeruandorum. Solutiones autem faciendæ pro actis, proceſſibus & ſcripturis ac copijs explendis, ſeu faciendis per Notarios palatij, tam cauſarum ciuilium, quam aliorum Notariorum dicti Palatij coadiutorumq; ſuorum, & etiam aliorum quorumcunque Notariorum Iuſdicentium, vicariorum generaliũ, & cõmiſſariorum, & delegatorum, ſunt iſtæ, videlicet. In primis, quod prædicti Notarij cauſarum ciuilium, non poſſint accipere pro ſignatura alicuius præcepti, cuiuſcunque generis, & maueriei, vltra denarios quatuordecim Imperialium, etiam ſi in eis præceptis fiat narratiua, ſeu mentio de aliquibus proceſſibus, ſeu inſtrumentis, qui non eſſent expleti, ſub pœna quadrupli eius, quod exigeretur indebite, applicanda cõmuni Mediolani. c Item quod prædicti Notarij cauſarũ ciuilium, ſuiq; coadiutores, tam in præſenti ciuitate Mediolani, quam eius Ducatu, vbi ius redditur nõ poſſint accipere vltra ſoldum vnum, & denarios ſex Imperialium, pro aliqua ordinatione, reiectione, vel admiſſione, vel non admiſſione, reuocatione, moderatione, vel alio quocũque actu principali, vel acceſſorio, etiam ſi haberet vim interloqutoriæ, quæ fieri contigerit, tam coniunctim, quam diuiſim per aliquem Iuſdicentem, tam ordinarium, quã delegatum, aut conſultorem, vel aliquem, vel aliquos eorũ, in quibuſcunq; cauſis coram eis, vel aliquo ex eis vertentibus, ſimiliterq; accipere non poſſint de aliqua quacunq; firmatione cuiuſcunq; præcepti, ſeu ſequeſtri, quæ fieri contigerit, ex quacunq; cauſa, etiam ſi plures nominati ſint rei, & actores, niſi ſoldum vnum, & denarios ſex, pro qualibet firmatione, in quibus actibus non comprehendatur ſententia diffinitiua, nec comprehendantur termini eſſendi ad cauſas, nec dandi confidentes, nec deliberandi ſuper mandatis, pro quibus limitationes infraſcriptæ, ſeruentur, & ſub pœna, vt ſupra. Item, quod ipſi Notarij teneantur, & obligati ſint dare, ſeu dari facere copiam quorumlibet actuum per memoriam factorum, ſeu ipſarũ memoriarũ, quę fieri, & ſcribi cõtigerint coram quolibet Iuſdicente, vel vt ſupra, ſiue ſint portati, ſiue portatæ extenſæ; ſiue non. Et quod pro talibus memorijs, ſeu actibus accipere poſſint ſolummodo denarios ſcripturæ, ſeu ſolutionem pro ipſa ſcriptura tantum. Item, quod Notarij tam cauſarum ciuilium, quam criminalium Mediolani, vel eius Ducatus, non poſſint accipere pro aliqua dilatione, vel aliquo termino ſtatuta, ſeu ſtatuto ad probandum, & etiã pro productione aliquorum capitulorum probe producendorum, niſi ſoldũ vnum, & denarios ſex Imperialium, & nõ plus. Itẽ, quod nõ poſſint accipere pro aliquo relaxo reali, vel perſonali, pluſquã ſoldos quatuor Imperialium, ẽt ſi Relaxatur fieret de pluribus rebus, aut perſonis relaxãdis. Itẽ, quod nõ poſſint accipere pro aliquibus teſtibus, qui examinatẽtur ad aliquas ſũmarias informationes faciẽdas, niſi ſoldos duos Imperialium pro quolibet teſte recipiẽdo. Et quod teneantur ipſos teſtes explere, & dare partibus, ſeu alteri earum requirentibus in forma fidem faciente, eis ſoluentibus ſcripturam tantum, & non vltra, vt ſupra. Item, quod non poſſint accipere pro quolibet præcepto ad deſcribendum, ſeu deſcriptionem faciendũ de aliquibus bonis mobilibus cuiuſcunque quantitatis, & æſtimationis exiſtant, pro ſubſcriptione ipſius præcepti, nec emolumento ipſarum deſcriptionum niſi ſoldos octo Imperialium in totum, parte ſoluente Notario, ſeu coadiutori, qui ad prædictam deſcriptionem acceſſerit, ſi ſteterit per totam diem, ſoldos ſexdecim, & ſi pro parte, ſoldos octo Imperialium, & non plus. Pro extrahendo vero ipſam deſcriptionem in publicam formam, ſoluatur ſcriptura duplicata tãtum. Item, quod de donationibus in ſolutum, ſeu venditionibus, quæ fieri contigerint per aliquem Iuſdicentem, tam delegatum, quam non ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, ac terrarũ, vbi vrgent ſtatuta Mediolani, rogari poſſint inſtrumenta per quoſcunq; Notarios de collegio Notariorũ Mediolani. Et prædicti Notarij dicti banchi cauſarũ ciuilium habeant, & habere debeant pro ſingulis donationibus in ſolutum, ſeu venditionibus pro ſua honorantia ſoldos octo Imperialium pro ſingulo dato in ſolutum, ſeu venditione cuiuſuis quantitatis exiſtat, & non vltra. Item, quod non poſſint accipere de qualibet comparitione, & requiſitione cuiuſuis maneriei, niſi ſoldum vnum, & denarios ſex Imperialium. Pro inſilatura vero cuiuslibet actus extenſi, nihil ſoluatur. Itẽ quod prædicti Notarij nõ poſſint accipere vltra ſoldos octo Imperialium, pro qualibet æſtimatione bonorũ, mobilium, ſeu immobiliũ, cuiuſuis quantitatis exiſtat, quæ fiat per aliquem, vel aliquos ex æſtimatoribus cõmunis Mediolani, vel alias perſonas ad id electas, & hęc omnia, ſub pœna quadrupli, & priuationis Notariæ, illius, qui contrafecerit cum omni ſuo emolumento. Item quod incãtatores, & ſocij ſuiq; coadiutores nõ poſſint aliquid petere, nec cõſequi pro clauibus pro quærẽdis ſcripturis, cuiuſuis generis ſint, etiam elapſo tempore ſui incantus. Item, quod incantatores ipſarum cauſarum, nec eorum coadiutores nõ poſſint vltra ſoldum vnum Imp. aliquid accipere pro andatis faciendis, ſiue ad cameram D. Vicarij, vel aliorum Iuſdicentium, vel ſubtus collegium, vel alibi ad aliquos Iuſdicẽtes, vel cõmiſſarios, ſiue ordinarios, vel aliter pro aliquo actu faciendo, vel oſtendendo, ſed eis ſufficiat habere limitationem ſupradictam pro actibus, vltra ipſum ſoldũ. Item, quod ipſi Notarij nõ poſſint accipere pro vno termino deliberandi ſuper aliquo inſtrumẽto procurę, vel aliqua procura, ſeu etiam ad dandum confidentes pro cõmittendo aliquam cauſam, vel pro aſſumendo aliquẽ tertiũ arbitrum, & arbitratorẽ, niſi denarios ſex Imperialiũ pro qualibet, parte, & nõ plus, ſub pœna, vt ſupra, de vno autẽ ſimplici termino eſſendi ad cauſã, niſi denarios ſex Imp. ab ambabus partibus, vbi talis terminus de per ſe ſtatueretur. Itẽ, quod de qualibet memoria comparitionis, & exceptionum, contradictionis, iurium productionis, capitulorum probe exhibitorum, denunciationis cõpromiſſi, petitionis, ſeu requiſitionis, interpoſitionis, grauaminis, & ſimilium, cũ termino ad

compa-

comparendum, ſit qualiſcunque memoria, & cuiuſuis effectus velit, non poſſint, nec debeant dicti Notarij accipere pluſquam denarios decem & octo Imperialium monetæ nunc currentis, & non plus, ſub pœna quadrupli exigenda ſtatim ab eis, & quod de hoc poſſint ſyndicari, & conueniri, etiam durante eorum officio. Item de quolibet folio proceſſo ſcripto, prout ſtatuta communis Mediolani edita ſuper teſtibus recipiendis diſponunt, non poſſint accipere pluſquam denarios 24. imper. & non plus, computando, & bonos faciendo in ſolutionibus dictorum proceſſuum denarios per eos habitos, de memorijs dictorum actuum. De productionibus vero literarum Ducalium, vel aliarum quarumuis literarum, vel membriarum cum termino ad comparendum, vel relatione Ducali, vel de mandato Dominorum Senatorum, vel Dominorum Magiſtrorum, aut præſentatione literarum inhibitoriarum, accipere poſſint denarios vigintiquatuor monetæ nunc currentis Imperialium, & non plus, & de memoria cuiuslibet ſatiſdationis qualiſcunq; fuerit, cum termino ad comparendum, ſoldos tres imper. & non plus, ſub pœna vtſupra, & quod poſſint ſyndicari, & conueniri, vtſupra. De contumacijs accipere poſſint denarios nouem imperialium, & non plus, de bannis denarios 18. imperialium, & pro cancellando contumaciam, denarios ſex imperialium, & non plus, etiam ſi plures & quotquot numero ſint, ſiue ponantur in vna contumacia, ſeu vno banno, & poſſeſſionibus feudalibus, denarios 18. imperialium, & non vltra, ſub pœna prædicta vtſupra. Et quod ſeruitor, qui tales contumacias, banna, & ſimilia cridabit, non poſſit à partibus quicquam accipere, occaſione prædicta, & eas, & ea cridare teneatur. Et quod Notarij nõ poſſint opponere partibus, quod non ſit penes ipſas partes extracta in proceſſu. De teſtibus vero receptis, ſeu recipiẽdis extra iuriſdictionem Domini Poteſtatis Mediolani, vel aliorum Iuſdicentium Ducatus Mediolani, & præſentandis coram eo Poteſtate Mediolani, vel alio Iuſdicente, vel delegato, aut Conſultore in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, nihil poſſint, nec debeant accipere, niſi mercedem ſcripturæ, ſeu copiæ, ſi fuerit requiſita, & poſſint ſyndicari, & conueniri vtſupra. Item quod de teſtibus recipiendis per Notarium cauſarum ciuilium in ciuitate, vel Ducatu Mediolani in iuris ſubſidium, ſcilicet, in exequutione literarum Iuſdicentium, vel delegatorum forenſium, ſcilicet exercentium iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, aut vigore compromiſſi extra Ciuitatem, & Ducatum Mediolani, vt moris eſt, non poſſint accipere, pluſquam accipi poteſt, pro receptione teſtium, qui recipiuntur per Notarios de pilattro Mediolani, iuxta taxationem limitatam per ſtatuta Mediolani. d Item, quod ipſi Notarij ſubſcribere teneantur quaslibet ſententias, per quoslibet Iuſdicentes, & cõmiſſarios prolatas, & datas, nec poſſint opponere, quod ea, de quibus in ordinibus ipſarum ſententiarum fit mentio, non exiſtent, nec quod non ſint penes partes extracta in proceſſu, & hoc ſub pœna prædicta, vtſupra, cum debeat ſufficere, quod ſemel, videlicet, tempore prolatæ ſententiæ ſolutum fuerit, quo tempore, de qualibet ſententia habeant e medietatem eius, quod datur commiſſario cauſæ, & quod etiam nihil accipere poſſint pro coadiutoria, tempore, quo tales ſententiæ proferuntur, nec ante, nec poſt, ſub pœna vtſupra, & vtſupra. Item quod ipſi Notarij non poſſint accipere pro ſubſcriptione præceptorum pluſquam denarios quatuordecim vtſupra dictum eſt, etiã ſi præceptum eſſet intrandi in poſſeſſionem, ſeu quicquid aliud contineret, etiam ſi eſſet præceptum præcipiendi teſtibus, quod perhibeant teſtimonium, quotquot ſint numero teſtes ipſi, qui in talibus præceptis deſcribentur, & non poſſint accipere, niſi ſolutionem dictorum denariorũ quatuordecim, prout ſi eſſet vnicum præceptum ſolum, ſub pœna vtſupra, & proutſupra. Item, quod Notarii officii Iudicis datiorum ad prædicta omnia ſeruanda, ſimiliter teneãtur pro concernentibus dictum officium iudicis datiorum, & quod de quolibet non moleſtetur faciendo per Iudicem datiorum alicui, ſit qui id velit, & quotquot velint, in vno non moleſtetur, non poſſint accipere pro illud ſubſcribendo, niſi Imperiales duodecim monetæ, nunc currentis. Et ipſa talia non moleſtetur, indiſtincte ſubſcribere teneantur poſtquam erunt ſignata manu dicti Iudicis datiorum, ſeu eius locum tenentis, ſub pœna vtſupra, & ſyndicari poſſint, vtſupra, & vtſupra. Quæ omnes ſolutiones, de quibus in omnibus præcedentibus capitulis dictum eſt, habeant locum, & ſeruari debeant, etiam per quoſcunque Notarios aliorum tribunalium ciuilium, ſaluo quod ſi illi, aliam limitationem habuerint capiendi minorem ſolutionem, illam obſeruent, inſuperque per prædictas limitationes ſolutionum non derogetur aliquibus exemptionibus, hactenus conceſſis pijs locis eleemoſynarijs, vel alijs, ſed illi, in eorũ ſtatu, & gradu remaneant. Item quod dicti Notarij datiorum non poſſint teſtes aliquos recipere, nec examinare, cõtradicentibus partibus, aut altera earum, & ſi aliquos examinabunt de partium conſenſu, non poſſint habere, niſi ad computum denariorum duodecim monetæ vtſupra, nunc currentis Imperialium pro quolibet folio teſtium ſcripto in modum proceſſus, computata prima nota, ſeu imbreuiatura ipſorum talium teſtium, ſub pœna vtſupra, & vtſupra. Item in omnibus, & per omnia, prout ſupra dicitur, reſpectu Notariorum officio victualium, ſtratarum, pontiũ, & aquarum, ac commiſſarii, ſuper flumine nauigii, & aliorum fluminum. Item, quod dicti Notarii officio datiorum non poſſint, pro quauis ſententia per Iudicem datiorum proferẽda, ſit ipſa ſententia cuiuſcunq; ſummæ, & ex quacunque cauſa, & inter quaſuis perſonas, etiam ſi plures eſſent, & in vna, & eadem ſententia nominati, accipere pluſquam librã vnam, & ſoldos 12. Imper. monetæ nunc currentis, & minus etiam accipere teneantur, inſpecta qualitate rei, & perſonarum arbitrio ipſius Iudicis, cuius iudicis taxationi, reſpectu minoris ſummæ libræ vnius, & ſoldorum duodecim Imperialium, dicti Notarij ſtare teneantur. Item de qualibet contradictione facienda, nomine alicuius Communitatis, ſit ipſa Communitas qualis velit, non poſſint accipere dicti Notarij datiorum pluſquam denarios 18. monetæ, vtſupra, Imperialium; etiam termino computato, ſiue talis contradictio fiat contra denuncias, & pro vna re, vel pluribus. Declarando tamen, quod dictus Notarius datiorum, in datio turris credentiæ, pro diliurationibus, pro præcepto cercandi imbotaturas, pro Vacheta infilanda, pro tubaturibus & auantagijs, quæ ſequuntur ſuper diliurationibus omnium datiorum habeat, & habere debeat ſolutionem ad monetam nunc currentem. Item dicitur pro compartitionibus, quæ fiunt per Communia Ducatus Mediolani, bis in anno, officio ſtratarum, quod ſimiliter Notarij ſtratarum accipere poſſint, & debeant ad monetam currentem. In reliquis vero ſcripturis tractentur, prout Notarij ciuilium Notariæ Pallatij tractantur. Item quod Domini Abbates Collegij Cauſidicorum & Notariorum Mediolani, habeant plenam poteſtatem, & iuriſdictionem compellendi eos Notarios cauſarum ciuilium, eorumque coadiutores, ſeu ſcriptores, & eos condemnandi, prout in literis Magiſtralibus, datis Mediolani, die quarto Ianuarij milleſimo quadringẽteſimo nonageſimo primo, continetur, & fit mentio. Et hoc vltra alias iuriſdictiones, quas habent præfati Abbates per alia Statuta, & per alios ordines, tenor vero literarum Magiſtralium ſequitur, videlicet. Egregij viri amici chariſſimi. Ex multis plurimorum querimonijs, qui ciuiles cauſas in Palatio Prætoris Mediolani agunt, ſæpe nobis innotuit, quod Notarij cauſarum ipſarum, vt effreni & quadam cupiditate ducti, contra diſpoſitionem dicti datij, & incantus ſui, precium ſcripturarum & actorum, quæ in ipſis cauſis fieri contingit, vltra debitum extorqueant, cui quidem deformitati Nos pro debito noſtri Magiſtratus prouiſionẽ adhibere nequaquam in hunc vſq; diem diſtuliſſemus, niſi ſpes retinuiſſet, Nos quod ipſi Notarij manum retrahere ab huiuſmodi extorſionibus indebitis, ſe abſtinere iam tandẽ debuiſſent; Verum creſcente in dies abuſione ipſorum, & apud nos, noſtrumque Tribunal nondum deficiẽtibus quotidianis litigantium querelis, qui ad ſolutiones indebitas de quibus ſupra diximus, compelluntur, neceſſario commoti ſumus pro indemnitate Reipublicæ, quæ tota in hoc detrimento verſatur, vt diutius promiſſionem, quam animo conceperamus minime differamus. Vt igitur Communi indemnitati lites, & cauſas in eodem Palatio agentium occurramus, & conſulamus, hortamur, & oramus, vos, ac etiã authoritate noſtri Magiſtratus vobis præcipimus, & mandamus, quatenus habitis coram vobis Notarijs antedictis, & eorum, & cuiuslibet eorum coadiutoribus, qui in cauſis ipſis ciuilibus ſcribendi officium gerunt, eos, & quemlibet eorũ iureiurando aſtringatis, ne poſthac, de actis, & ſcripturis ſubſcriptis, quæ in dies per eos notabuntur, & fient vltra limitatam ſummam pecuniarum, & quantitatem ſubſcripti datij, & incantus recipere, aut petere, aliquo pacto, præſumant, ſub pœna periurij, & ſub ea etiam, quæ in Ducali decreto continetur, & Cameræ Ducali applicanda, Cauſidicos, & alios quoslibet cauſarum ciuilium ſolicitatores ad iurandum aſtringatis, ne ſub pœna periurij ſolutiones indebitas, & vltra datum præmiſſi datij per eorum clientulos fieri, memoratis Notarijs faciant, neque conſentiant, dantes

vobis

Digitized by Google

vobis per præſentes, arbitrium, facultatem, & omnimodam authoritatem præcipiendi, mulctandi, & cõdemnandi quoſcunq; ex dd. Notariis, in genere, & in ſpecie, qui ultra quã in eodem dato datii contineatur ſolutiones pro ſcripturis earundem cauſarum receperint, uel aliter mãdatis ueſtris, circa hanc rem, ipſis, & unicuique eorum faciendis, inobedientes ſe præſtiterint, & cętera faciendi ad reſtringendas & prohibendas indebitas ſolutiones prædictas, quæ uobis pro bono publico neceſſaria, honeſta, & debita uidebuntur, ſaluis tamen conditionib. dati incantus prędicti, quas ueluti ab eiſdem Notariis in exigendo precio tranſgredi nolumus, ita etiam debito, & limitato prẹmio, pro eorum labore fraudari non intendimus. Dat. Mediolani, die 4. Ianuarii 1491. Magiſtri Ducalium Intratarum, Aquilanus. Egregiis iuris amicis noſtris chariſ. Dominis Abbatibus Notariorum Mediolani. Item quod prędicti Notarii tam cauſarum ciuilium, quam criminalium, datiorũ, & uictualium, & quorumlibet aliorum Iuſdicentium, & Officialiũ ciuitatis & Ducatus Mediolani, nõ poſſint, nec ualeant accipere, tam pro officiis ſuis debite referendo, quam pro ſcriptore pro accopiando, ſiue exemplando inſtrumenta, & alias ſcripturas in iudicio, per aliquam partem producta, ſeu productas, niſi ad computum ſoldi unius, & denariorum ſex Imperialiũ pro quolibet folio papyri ſcripto. Et quod ſit ſcriptum linearum triginta, pro qualibet pagina, & uerborum ſeptem, pro qualibet linea ad minus. Folium autem proceſſus, ſcriptum ſit, & eſſe debeat linearum uigintiduarum, & literarum ad minus quinquaginta, non computatis titulis, nec abbreuiationibus, pro qualibet linea ſub pęna, ut ſupra, & ut ſupra. Notarii autem, & ſcribæ cauſarum criminalium Poteſtatis Mediolani, Capitanei Iuſtitiæ, Vicariorum generalium Ducalium, Capitaneorum Seprii, & Marteſanæ, & aliorum Iuſdicentium ciuitatis & Ducatus Mediolani, & quorumcunq; delegatorum in ciuitate & Ducatu Mediolani, non poſſint, nec ualeant, nec aliquis, nec aliqui eorum poſſit, nec ualeat accipere ultra infraſcriptas taxationes, ſeu limitationes, ſub pœna quadrupli, & reſtitutionis eius, quod contra huiuſmodi taxationes, ſeu limitationes debite referendo, plus exegerint, pro quolibet eorum, Ducali Cameræ applicanda pro tertia parte, & pro aliis duabus partibus accuſatori, & credatur accuſatori cũ vno teſte fide digno. Quæ quidem taxationes, & limitationes, ſunt iſtæ videlicet. In primis, pro vna ſatiſdatione, de non offendendo, nec offendi faciendo, in ære, nec in perſona ſoldos ſex Imperialium ſoluendos per requirentem talem ſatiſdationem. Ita tamen, quod ſi conſtiterit, quod ille qui requiſitus fuerit ante talẽ requiſitionem, minatus fuerit de offendendo, vel alter inſultum fecerit contra talem requirentem, eo caſu, ille, qui ſoluiſſet, habeat ius petendi, & conſequendi, ab eo requiſito ipſos ſoldos ſex Imperialium, quos ſoluiſſet, vt ſupra. Et hoc coram eo Iudice, coram quo ſatiſdatio præſtita fuiſſet, & ad hoc de facto, ſine alio proceſſu, compellatur. Et ſi plures de eadem familia, & in communione viuentes ſatiſdederint, fiat vna tantum ſolutio dictorum ſoldorum ſex Imperialium, & ſi nõ ſteterint in communione, vt ſupra, pro quolibet ſatiſdãte, ſoluatur, vt ſupra. Item ſi quis citatus comparuerit, & fideiuſſerit ſuper aliqua inquiſitione formata, in qua de pœna corporis afflicta non agatur, ſi plures ex eadem familia in communione viuẽtes inquiſiti fuerint, Notarius habeat tantummodo ſoldos decem, & denarios octo Imperialium, ſi autem tales inquiſiti plures fuerint, & non ex eadem familia, nec in communione viuentes, tunc quilibet ſoluat ſupraſcriptos ſoldos decem, & denarios octo Imperialium, & nõ vltra. Et ſi vnus pro omnibus comparuerit, & ſatiſdederit coram Iudice, tanquam defenſor, & defenſorio nomine, tunc Notarius habeat tantummodo ſoldos viginti & vnum & denarios quatuor Imperialiũ pro omnibus. Si vero vnus tantummodo inquiſitus fuerit & comparuerit, & ſatiſdederit, tunc Notarius habeat tantummodo dictos ſoldos decẽ, & denarios octo Imperialiũ. Si vero quis inquiſitus comparuerit, vbi pœna corporis afflictiua ingeratur, tunc duplum ſoluatur, & non plus. Nec in aliquo caſu Notarius, vltra prædictas ſolutiones, quicquã accipere poſſit per ſe, nec per aliquẽ coadiutorem, nec alium, ſub prætextu ſcripturæ inquiſitionis, nec proponendo comparitionem in libro, ſub pęna, vt ſupra, & applicanda, vt ſupra. In deſcribendis vero proceſſibus, etiam in examinibus conſtitutorũ, vel detentorũ, in quibus pęna corporis afflicta non ingeratur, pro ſingulis foliis, ſoldos duos Imperialium accipere poſſint, & non plus. In quibus autẽ de pęna corporis afflictiua, agitur, ſoldos tres Imper. tantũ. Si lata fuerit ſentẽtia, per quam aliquis condemnatur in pęna corporis afflictiua, Notarius nihil à partibus habeat, ſaluo, ſi ſponte oblatum fuerit ipſi Notario, pro ipſa ſententia, non poſſit Notarius plus habere, quam ſoldos viginti Imper. Si vero ſententia cõdemnatoria, fuerit lata ſuper delicto, vel delictis, pro quo vel quibus non ingeratur pęna corporis afflictiua, nihil habere poſſit. De delicti, ſeu delictorũ remiſſione, ſi ea remiſſio, vel ante datum bannum, vel relegationem, vel eo tempore, quo dari debuerit facta fuerit, Notarius habeat ſoldos decem Imper. tantum, nec aliquo modo aliud habere poſſit Notarius, prætextu denariorum comparitionis, nec aliter. Et ſi aliquis comparuerit, & ſui delicti, vel ſuorum delictorũ remiſſionẽ, eodem quoq; tẽpore impetrauerit, & ea vno actu à Notario acta conficiantur, Notarius in totũ, habeat ſoldos decem Imper. tantũ, ſed ſi poſt comparitionem interiecto tẽpore, remiſſio facta fuerit dimidium ſoluatur, nec de proceſſibus aliter quicquam poſſit peti, nec exigi, niſi extrahãtur in proceſſu, ad requiſitionẽ ipſius remiſſi. Si quis pro eo delicto, ſeu eis delictis, pro quo vel quibus non ingeratur pœna corporis afflictiua abſolutus fuerit, pro abſolutione Notarius tantum habeat ſoldos decem Imper. ſi vero pro delictu, vel delictis, vbi corporis afflictiua pœna ingeratur abſolutus fuerit, Notarius habeat ſoldos viginti Imper. & non plus. Et ſi plures, pro eadem re inquiſiti, & abſoluti fuerint, vnica ſolutio ſufficiat, ac ſi vnus ſolus fuiſſet inquiſitus, & liberatus. Si quis remiſſionis literas præſentauerit antequam condemnatus ſit, is ſoldos decẽ Imperialiũ Notario ſoluet, etiam ſi plures cõplectentur, ſi poſt condemnationem, ſoldos viginti Imper. numerabit, & non plus, nec de proceſſibus exigatur, niſi vt ſupra. Pro teſtiũ receptione & interrogatione, vel examinatione alicuius incarcerati, ſi ea res, de qua tractabitur vtilitati cameræ cedet, Notarius nihil habeat. Pro inhibitionibus, & ſuſpenſionibus Notarius habeat ſolummodo ſoldos decẽ Imper. ſiue literæ fiant pro vno actu, ſiue pro pluribus, & ſiue pro vna perſona, vel pluribus, etiã cõmunitatibus, & Vniuerſitatibus, ſi tamen poſtea cõtingat tolli talem inhibitionẽ, vel ſuſpenſionẽ, ipſi ſoldi decẽ Imperial. cõputentur in ſequentibus actibus. *f* Circa vero perſonas miſerabiles Statuitur, quod Notarii, & ſcriptores, tam ciuiliũ, quã criminaliũ Iuſdicentium, Cõmiſſariorum, & Delegatorum, actus & ſcripturæ quælibet, cuiuſlibet generis exiſtant, gratis, *g* & abſq; vlla prorſus ſolutione, ſcribantur, & tradantur, ſub pęna, vt ſupra & vt ſupra, ſecretariiq; & cãcellarii, ac eorũ coadiutores literas dent gratis, ſub pęna vt ſupra. Itẽ q͛d inchoato ꝓceſſu, vel cognitione inchoata alicuius delicti, vel imputationis per aliquẽ ex Iuſdicẽtibus maleficiorũ in ciuitate, vel Ducatu Mediolani, & ꝑ aliquẽ aliũ Iuſdicentẽ maleficiorũ vt ſupra, ſi procedere cõtingat, Notarius ſecũdi procedentis, vel procedere volẽtis, vt ſupra, nõ poſſit accipere, ea occaſione, niſi ſoldos quatuor Imper. ab imputato, vel imputatis, & proponendo in actis ſcriptũ, vel literas primi Iuſdicentis, vt ſupra. Item quod quilibet habens à Ducali Camera, vel agentibus pro ea, ſeu à Sereniſſimo Rege Francorum, & Duce noſtro, vel aliquo ſuo prædeceſſore in Ducatu Mediolani, Notarius dictorum officiorum, vel alicuius, vel aliquorum eorum, & voluerit illas, vel aliquam earum dare alteri, vel aliis ad exercendum, quod tunc de tali datione fiat publicum inſtrumentum, in quo apponatur ſacramentum ipſius exercere debentis ipſam Notariam, vel ipſorum exercere debentium tales Notarias, ſcilicet quod per ſe, nec aliquem ſuę coadiutorem, nec aliquos ſuos coadiutores, nec alium, nec alios, quicquam petent, nec accipient, directe nec per indirectum, ratione dictorum officiorum, nec alicuius eorum, vltra limitationes factas per Statuta Cõmunis Mediolani. Et ſi iuramentum ipſum appoſitũ non fuerit, ille qui fecit talem deputationem, ipſo iure, ſit priuatus qualibet conceſſione ipſius officii ei facta. Item ſi contingat per literas Regales, vel reſcripta, aut relationes committi alicui Iuſdicenti officiali, & præcipue Capitaneo Iuſtitiæ, quod aſſumat informationes, de aliquo delicto, vel aliquibus delictis, ſeu eorum imputationibus, deinde referat, vel ſimilia, quod pro talibus informationibus recipiendis, & relationibus faciendis ipſe Officialis quicquam accipere non poſſit directe, nec per indirectum, ſub pœna ducatorum vigintiquinque Ducali Cameræ applicandorum pro medietate, & pro altera medietate accuſatori, & exigatur, ſine alio proceſſu, etiã durante eius officio, Notarius vero pro informationibus, & ſcriptura earũ, nõ poſſit accipere, niſi prout poteſt accipere ꝓ proceſſibus, vt in Statutis ſeu ordinibus continetur. Et pro qualibet relatione facienda per literas,

h Notarius

Notarius non poſſit accipere vltra ſoldos decem Imperialium, ſub ſimili pœna, applicanda vt ſupra, & credatur accuſatori cum vno teſte fide digno. Item quod Cancellarij & Notarij, ac coadiutores deputati, vel deputandi ad officium exactoris, vel exactorum vtriuſque Cameræ, cui officio de præſenti deputatus eſt Ioannes Antonius de Robecho, non poſſint accipere ſolutiones vltra limitationes factas alijs Notarijs cauſarum ciuilium, ſub pœna, vt ſupra proxime, & applicanda, vt ſupr. proxime, & credatur vt ſup. Item quod ſi cõtingat annullari, ſeu cancellari aliquos proceſſus criminales ad officium Magnificorum Dominorum Magiſtrorum Ducalium intratarum extraordinariarum, Notarij, ſeu Cancellarij dictorum Dominorum Magiſtrorũ, non poſſint accipere pro tali cancellatura niſi ſoldos decem Imperialium, computato regiſtro literarum Ducalium, vel mandati, quarum, vel cuius vigore fiat cancellatio. Item quod ſi contingat aliquem puniri aliqua pœna corporali, citra mortem, quouis modo in publico extra carceres, non poſſit poſtmodum pro aliquibus expenſis cuiuſcunque generis, & maneriei, nec pro captura, nec pro ſcripturis introitu, nec exitu, corda, ligatura, compedibus, penſione, carceris, nec aliter, iterum conduci ad carceres, ſed libere relaxetur, & in priſtina libertate, reſtituatur, ſaluo ſi ſibi daretur aliquod bannum extra ciuitatem, vel ducatum Mediolani, vel extra Dominium Ducale, quod non fiat præiudicium ipſi banno, & ſaluo, quod ſi aliquis torqueretur in publico, & officialis, de cuius mandato tortus fuiſſet, & ſquaſſatus vellet ipſum tormentatum iterum conduci facere ad carceres, poſſit ad ipſos carceres iterum cõduci. Item quod aliqui Notarij Commiſſariorum, & delegatorum, ſyndicatorum, ſeu Vicariorum generalium, & quorumlibet aliorum Iuſdicentium, pro proceſſibus ciuilibus, nõ poſſint accipere maiores ſolutiones ſolutionibus, in præſentibus ſtatutis, limitatis, proceſſibus ciuilibus, ſaluo ſi alibi in ſtatutis Communis Mediolani eſſet ſibi taxata minor ſolutio, quod ipſi Notarij ſtent contenti de ipſa minori ſolutione. Item quod vbi ſupradictum fuit de Notarijs, idem in omnibus, & per omnia intelligatur eſſe diſpoſitum de quibuſcunque cancellarijs & ſcribis dictorum Officialium, etiam delegatorum, vt ſupra. Item, quod dicti Notarij ſcribæ, & cancellarij cauſarum criminalium, ſi acceperint aliquos denarios pro recipiendis teſtibus, teneantur eos denarios taliter repertos computare in denarijs proceſſus. Pro reperitur autem ſententiarum, ſiue bonorum, vel aliorum proceſſum, non poſſint accipere pluſquam accipere poſſent pro explendo in publicas formas ea, de quibus fierent ipſa repetitur. Et hoc tam de præteritis, quam futuris. Notarij maleficiorum, non poſſint ſcribere aliquas remiſſiones aliquorum delictorum, nec aliquatum imputationum, quæ fiant per offenſos, niſi prius tales remiſſiones factæ fuerint per publicum inſtrumentum, vel publica inſtrumenta, & fides adhibeatur de tali remiſſione per vnum pateat, manu propria ſubſcriptum per Notarium, qui tradiderit dictam remiſſionem, ſeu dictas remiſſiones, ita tamen quod illa delicta, quæ non poſſunt per offenſos remitti, non intelligantur per hoc fieri remiſſibilia, & prædicta contenta in præſenti ſtatuto non comprehendant Notarios officij damnorum datorum, & vetitorum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio negatiua tollit renuntiationem.*
2 *Acta quæ non ſint.*
3 *Præſentia partis non debet annotari per Notarium.*
4 *Acta partium debent redigi in protocollo.*
5 *Cauſſa criminalis quando poſſit dici pro parte ciuilis.*

a NOn poſſint accipere] † Per hæc verba negatiua prę-
1 poſita tollitur facultas parti renuntiãti id ſupra plus
datum Notario, vt euitet Notarius pœnam infra comminatam, per late tradita ſupra, ca. 21. Termini, in verb. Non duret, nec durare poſſit, vol. 1. Quod idem in his terminis not. Bart. in l. inuitus, §. Cuiq; . ff. de reg. iur.

b In eorum actibus] Quæ ſint acta, diſcuſſum ſupra, cap.
2 27. Acta, 1. volum. † Acta per Iuſdicentes impoſita habeãtur pro notatis ſolum ab vna die & hora comparendi ad aliam diem eadem hora, & abinde ſupra fienda monitio in ſcriptis, ita ex ordine Senatus anni 1533. die 21. Decemb.
3 † Notarij præterea actuarii non debent admittere clauſulas aliquas in fine alicuius actus, dicentes, Pręſente parte aduerſa, ſed vbi viderint partes præſentes, debent hoc manu corũ propria ſcribere ſub pœna periurj, & florenorum decem, & clauſula illa ſit nullius momenti, vt ex ordine met Notario-
4 rum Anno 1551. Die 23. Septembris. † Acta partium rediguntur in ſcriptis ſuper protocollo, vel quinterno, nec debet dimitti ſpatium inter vnum actum, & alium, nec inter horam & horam, nec releuata poſſunt accipi vltra vnam diem, reſeruata facultate Dominis Abbatibus Notariorum, ſi interuenerit Impedimentum, vt ex ordine Anni 1533. die 21. Decemb.

c Item quod prædicti Notarij cauſarum ciuilium] Idem in omnibus actibus tribunalium turris credentiæ, & datiorum, vt ex ordine Senatus anni 1535. die 27. Nouembris.
5 † In cauſis quoque criminalibus quando pœna applicatur parti, non autem Communitati, vel fiſco, illud ſoluitur pro actu ciuili ad tribunalia ciuilia, ita cauetur ex ordine dicto anni 1535. die 21. Nouembris, Quia tunc dicitur pro ea parte cauſa ciuilis, vt notatum in Rubr. 1. generali, ad finem.

d Item quod ipſi Notarij ſcribere teneantur ſententias] Notarij tamen non debent accipere conſilia, nec eorum pręſentationem, niſi ſub illa hora, qua ſibi præſentabuntur ſub pœna periurij, & florenorum decem applicandorum Collegio ex ordine Senatus, Anni 1542. die 5. Iulij.

e Medietatem eius quod datur commiſſarijs] Notarii, & coadiutores ad ciuilia Dom. Capitanei iuſtitiæ non poſſunt accipere quartam partem ſalarij pro ſententijs, ſed tantum honorarium, prout in alijs Notarijs, & coadiutoribus Tribunaliũ Prætorij, ita cauetur ex ordine Senatus anni 1540. die 23. Decembris.

f Circa vero perſonas miſerabiles] Quæ ſint, late notatum ſupra, cap. 47. D. Poteſtas, in verbo, Et miſerabilium perſonarum.

g Abſque vlla prorſus ſolutione] Idem cauetur in nouis Conſtitut. titu. de Notarijs publicis, cap. Notarij, vbi diſcuſſum.

Declarationes, correctiones taxæ, inſtrumentorum, & ſcripturarum, & de ætate Notariorum. Cap. CCXVII.

STatuitur, quod in qualibet parte taxationis ipſius factę ſub Rubrica generali de ſtatutis nouis Collegij Notariorum Mediolani, vbi legitur, Notario chartam, & ſcripturam ſoluente intelligatur, parte chartam, & ſcripturã ſoluẽte. Item in capitulo ipſius taxationis, vbi legũtur iſta verba, videlicet; Pro vna inueſtitura tẽporali, &c. hoc modo, videlicet, Et ſi inueſtitura temporalis fuerit ad annos quatuor, vel vltra, quod Notarius habeat tertium plus, quod ipſa verba habeãtur pro caſſis, & vbi legitur, Et ſi fuerit emphyteuta, &c. vbi legitur ſoldos decem Imperialium, intelligatur & abinde ſupra, ſq; ad omnem quantitatẽ, vltra vt ſupra ſoldos duos Imperialium, pro ſingulo centenario librarũ Imperialium, & reliqua contenta in eo capitulo, caſſa & reuocata intelligantur. Item in capitulo, vbi legitur pro vna ſimplici venditione, &c. intelligatur, quod reſpectu diuiſionis, habeatur ratio ſolummodo æſtimationis ſuper medietate bonorum diuiſorum. Item in capitulo, vbi legitur hoc modo, & pro tariſicatione talium inſtrumentorum medietatis intelligãtur ſoldos ſexdecim Imperialium, loco ipſius verbi, Medietatis. Item in capitulo, quod incipit pro vna ſimplici diuiſione crediti, vbi legitur ſoldos decem Imperialium, etiam ſi in ea adeſſet liberatio vnius ex debitoribus. Item ſuper capitulo, vbi legitur, Pro vno teſtamento, vbi legitur ſolutionẽ, addita eſſe intelligãtur iſta verba, vel expletionem, id eſt, Alicui datam. Item in eodẽ capitulo, illa copula, & quæ eſt inter verbum hæredis, & legatarij, pro non appoſita intelligatur, & loco ipſius copulę intelligatur, Vel. Item in eodem capitulo, ante illud verbũ, Saluo, pro appoſitis habeantur iſta verba, videlicet. Et quod Notarius eo caſu non teneatur explere inſtitutionem hæredis, nec ſubſtitutionem, & quod legatarius habeat regreſſum contra hæredem ſcriptum, pro conſequutione denariorum per eum ſolutorum pro expletione ſui legati, ſi hæreditas eſt ſoluendo. Item in capitulo, quod incipit, Pro vna tutela, &c. vbi legitur litis generalis, vel ſpecialis ad unam ſpecialitatem, ipſa uerba habeantur pro cancellatis. Item in capitulo, quod incipit, Pro arbitramentis, ubi legitur, ita tamen, quod Notarius ſolum ſemel tale inſtrumentum explere teneatur illi, in cuius maiorem fauorem eſſent rogata, dicta uerba habeãtur pro cancellatis, & loco ipſorum uerborũ, habeantur pro appoſitis iſta uerba, uidelicet, ita tamen quod Notarius teneatur explere prædicta, utrique parti illa requirenti, ſuper ſalario antea ſoluto, pro rogatione ipſorũ, ipſo ſecundo requi-

Digitized by Google

requirente ipſam expletionem ſoluente Notario ſoldo duodecim Imperialium, pro eius mercede examinandi, & ſubſcribendi, & ſoluente chartam, & ſcripturam. Item in capitulo quod incipit, Item pro inſilatura cuiuslibet actus ſoldum vnum cum dimidio, ſtatuitur, dicta verba, Soldum vnum cum dimidio, habeantur pro cancellatis, & ibi intelligantur addita iſta verba, videlicet pro nihilo & abſque aliqua ſolutione. Item in capitulo quod incipit, Itẽ quod valor, &c. vbi legitur, Pro ſingulo modio, poſt ipſum verbum, Modio, intelligatur additum hoc verbum, Mixturæ. Item in capitulo quod incipit, Item quod expletis ſemel inſtrumentis, & cætera, intelligantur addita iſta verba, ante verba, ſi poſtea, videlicet, exceptis inſtrumentis teſtamentorum, vel arbitramentorum vel ſententiarum. Et vbi in ipſo capitulo legitur, tertiam partem, intelligatur quartam partem. Item in capitulo, quod incipit, Si contingat, poſt illud verbum, Conſultor, intelligantur addita, & adeſſe hæc verba, videlicet, vel arbitrator. Item pro inſtrumẽtis explendis per authoritatem, tam rogatis ante Calendas menſis Ianuarij anni 1499. quam poſt, Aliud non detur pro ipſa authoritate, ſed ſolum prout datetur pro expletione inſtrumentorum, quæ non explentur ex authoritate. Item quod taxatio ipſa cum præſenti declaratione, ſeu moderatione habeat locum de inſtrumẽtis, tam expletis quam explendis, & tam rogatis, quam rogandis. Item quod expletis inſtrumentis vel ſcripturis, & eis alijs datis, poſtmodum de eis non poſſit allegari per Notarium ſibi non eſſe ſatis factum ab eo, cui data, vel datæ fuiſſent. Item quod de pace vel remiſſione delicti, vel delictorum, Notarius nõ poſſit habere pro rogatione & expletione ipſius inſtrumẽti, vltra ſoldos triginta duos imperialium. Item ad declarationem Statuti poſiti ſub dicta rubrica de Statutis nouis Collegij Notariorum Mediolani, de ordine examinandi Notarios, &c. Statuitur, quod ætas annorum viginti duorum, de qua in Statuto ipſo fit mentio, intelligatur de Notarijs ad omnia laudandis, non autem de Notarijs, qui ſecundi Notarij appellantur, reſpectu quorum ſecundorum Notariorum ſit in arbitrio Abbatum ipſius collegij Notariorũ, vel alterius eorum, quo ad ætatem etiam abinde infra. Et quod ipſi ſecundi Notarij iurent gerere officium bene, fideliter & legaliter, ac parere mandatis ipſorum Abbatum in concernentibus officium, & notificare falſitates, & reliqua, vt iurare tenentur, Notarij laudandi ad omnia, excepta Rubrica inſtrumentorum. Notarij autem laudandi ad omnia, ſoluant pro fabrica Eccleſię maioris Mediolani ſoldos quinque imper. pro quolibet eorum. Item quod vbi in anteſcriptis ordinibus Notariorum non reperiatur appoſita certa pœna intelligatur appoſita pœna quadrupli eius, quod indebite exigeretur, applicanda Communi Mediolani pro medietate, & pro altera medietate accuſatori, ſi accuſator adeſſet, aliter, in totum pœna applicetur Communi Mediolani, & vltra, arbitrio Abbatum Collegij Notariorum Mediolani.

DEclarationes in hoc Capitulum ſunt ad Statutum, ſupra in 1. volum. cap. 400. Vt tollatur.

RVBRICA GENERALIS, De oneribus.

De his, qui tenentur ſuſtinere onera. Cap. CCXVIII.

a OMnia *b* onera *c* ruſticorum, ſoluere debeant *d* omnes illi *e* qui erunt habitatores *f* villarum in feſto ſancti Martini alicuius anni, & intelligantur habitatores villarum in feſto Sancti Martini, etiam ſi die feſti ſancti Martini ibi non habitaſſent, *g* dummodo ibi habitauerint ante ipſum feſtum aliquo die, infra octo dies proxime præcedentes ipſum feſtum, & poſt ipſum feſtum, citra feſtũ Natiuitatis Domini, reperiantur ibi habitare cum familia, *h* vel maiori parte familiæ, vel laborabunt, ſeu laborari facient terras, à perticis vigintiquinque terræ ſupra, *i* ad ſuas manus, *k* ſeu ſuis ſumptibus, vſque quo groſſum ab eis ſeminatum fuerit. *l* Et vnuſquiſq; ſuam partem onerum ſuſtineat, & ſoluat. Et hoc pro illo anno, quo ſteterit in ea terra in feſto ſancti Martini vt ſupra, vel terram laborauerit, vel laborari fecerit, vt ſupra, *m* ſecundum æſtimum ſuum, quod ibi habet, & habebit. Et illa onera, conſules, ſeu officiales ipſarum villarum, conſilio ſociorum ſuorum, & de vicinis, tam diuitum, quam pauperum, *n* diuidant, quæ onera, ſoluere debeant *o* omnes homines, *p* præterquam Capitanei, *q* & nobiles, *r* & ciues *ſ* Mediolani, ſcilicet *t* de proſapia Mediolanenſi ex paterna linea, *u* aut qui per habitaculum *x* ſteterint in Ciuitate Mediolani *aa* cum ſua familia *bb* annis triginta continuis. Idem in omnibus, & per omnia diſponatur de Burgenſibus.

SVMMARIVM.

1 *Omnis dictio eſt vniuerſalis.*
2 *Onera ſals, ſunt multa.*
3 *Onera alia ſunt perſonalia, & alia realia.*
4 *Onera alia ſunt ordinaria, & alia extraordinaria.*
5 *Onera in quo loco quis debeat ſuſtinere, & nu. 6.*
7 *Vectigalia noua per ſolum Principem poſſunt imponi.*
8 *Onera qui tenetur ſoluere tenetur etiam vel collectas.*
9 *Collecta quomodo imponatur, & nu. 10. 11. & 12.*
13 *Ciuitas, & Vniuerſitas an poſſit imponere collectis, & an maiorẽ forenſibus quam cæteris.*
14 *Collecta impoſita quando per vnum non ſoluitur an ſit ſoluenda per alium.*
15 *Bona alienantur pro collectis.*
16 *Conſuetudo attenditur in collectis.*
17 *Collectarum ſolutio quomodo probetur.*
18 *Collectandi ius an per non vſum poſſit præſcribi.*
19 *Villa in collectis an debeat concurrere cum caſtro, & Ciuitate.*
20 *Tunc an teſtes de Vniuerſitati ſint idonei.*
21 *Bona tranſeunt cum onere.*
22 *Quid ſi in Eccleſiam tranſiuerint, & nu. 23.*
24 *Emens bona cataſtrata alibi habitans, vbi tenetur ſoluere collectã vſq; ad nu. 27.*
28 *Ruſtici à villanis quomodo differant, & nu. 29.*
30 *Ciues Mediolani cum quo teneantur ſoluere taleas, vſq; ad numer. 33.*
34 *Habitare quando quis dicatur in aliquo loco, vſque ad numero 36.*
37 *Villa quæ ſit quotuplex, & quibus perſonis conſtituatur, & de fama villæ, vſq; ad nu 42.*
43 *Mercatores an poſſint collectari pro eorum æſtimo.*
44 *Cataſtrum an faciat quem teneri ad onera vbi bona ad alias tranſierint, vſq; ad num. 47.*
48 *Onera patrimonialia, & mixta quomodo diuiduntur, & numer. 50.*
49 *Onera perſonalia quomodo imponuntur.*
51 *Collectam omnes præſtare tenentur.*
52 *Quid de locatario.*
53 *Quid de emphyteota laicali, & Eccleſiaſtico, numer. 54. & 55.*
56 *Quid de colonis, & alijs ſictabilibus.*
57 *Quid de conductoribus.*
58 *Colonus Eccleſiæ an tenetur ad onera.*
59 *Creditor concurrit in collecta pro ſui ſatisfactione.*
60 *Eccleſiaſtica perſona non tenetur ad aliqua onera temporalia, declara & amplia vt num. 61. & 62.*
63 *Famuli perſonarum Eccleſiaſticarum an poſſint collectari.*
64 *Forenſis an poſſit collectari, num 65 & 66.*
67 *Regentes villarum, capitanei quandoq; vocantur.*
68 *Nobilis quis dicatur, & num 69.*
70 *Bona ciuium non præſumuntur obnoxia oneribus ruralibus, & num. 71.*
72 *Ciuium plures ſunt ſpecies.*
73 *Ciuis quis proprie dicatur, & quando poſſit quis dici ciuis, vſque ad nu. 79 vide num 84.*
80 *Statutum loquens de ciue habet locum in poteſtate, & eius familia durante officio declara vſq; ad nu 82.*
83 *Mulier nupta extra originis locum dicitur eſſe ciuis.*
85 *Ciuis in dubio quis præſumitur eſſe illius loci in quo habitat.*
86 *Suburbani veniunt appellatione ciuium.*
87 *Oppidani non veniunt appellatione ciuium.*
88 *Comitatenſes non veniunt appellatione ciuium.*
89 *Ciuis quis non efficitur per longæuam habitationem ſi non habet animum permanendi.*
Quid in ſpurio.
90 *Ciuis aliunde habitans, an deſinat eſſe ciuis.*
91 *Ciuis quando comprehendatur in ſtatutis, vſque ad numero 93.*
94 *Ciuis an quis poſſit fieri per ſtatutum.*

95 *Ciuis an ſit qui natus ex ciue in comitatu.*
96 *Ciuilitas quomodo probetur.*
97 *Ciuis emens bona à ruſticis, quomodo teneatur ad collectas.*
98 *Ciuis nouellus an excuſetur à pœna ſtatuti.*
99 *Receptus à ciuitate vti ciuis tenetur ad onera.*
100 *Ciues ac Nobiles banniti deſinunt eſſe ciues.*
101 *Clerici an veniant appellatione ciuium, & diſtrictualium, vſq; ad num. 103.*
104 *Priuilegium conceſſum ciuibus, an extendatur ad Clericos, & an eos liget, num. 105.*
106 *Sepulchra an probent ciuilitatem.*
107 *Priuilegia communitatum an probent ciuilitatem.*
108 *Ciuilitas an poſſit concedi per communitatem.*
109 *Sententia quoad ciuilitatem, vnius ex fratribus an probet pro alijs.*
110 *Mediolanenſis an differat ab eo qui eſt, de Mediolano, vel Mediolani.*
111 *Proſapia quæ ſit.*
112 *Statutum loquens de ciue vero, an habeat locum in ciue ex priuilegio, & num 113.*
114 *Habitatio facta interpellatis vicibus, non facit aliquem ciuem.*

a OMnia] † Dictio hæc, Omnis, eſt vniuerſalis com-
1 prehendens omnia, quæ indiffinitiua non venirent,
vt not. Virgin. Boccat. in conſtit. Marchiæ, gloſſ. 7. nu. 8.
b Onera] † Multa autem ſunt hodiernis temporibus,
2 maxime, apud ruſticos, quæ per eos ſolent regulariter di-
ſtribui ſuper leua ſalis, quod eſt onus perſonale, vt late not.
Rub. Alexand. conſil. 21 num. 2. cum ſeq. & late diſcutietur
3 de omnibus, in nouis Conſtit. tit. de oneribus, in princ. †
Onerum aliqua ſunt quæ imponuntur ſuper capitibus per-
ſonarum, prout ſal, & quædam alia, aliqua ſuper bonis, &
ratione bonorum, quæ ſub æſtimo imponuntur, prout not.
Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de Principe, & eius priuileg. num.
4 100. cum ſeq. † Onerum etiam aliqua ſunt ordinaria,
aliqua vero extraordinaria, de quibus relatiue not. Boſſ. d.
titu. de Principe, & eius priuileg. num. 108. Martin. Laudenſ.
5 tract. de iure & priuileg. fiſci, quæſt. 164. † Locus qui at-
tendatur in ſubeundis muneribus & oneribus, an domici-
lium, vel origo propria, vel paterna, notat relatiue Boſſ. d.
6 titu. de Principe, & eius priuileg. num. 114. † Reſpectu au-
tem onerum realium, vbi bona ſint allibrata in loco inco-
latus, nõ debent allibrari in loco originis, nec econtra, quia
non debent fieri ſolutio in duobus locis, ita not. Boſſ. d. titu.
7 de Principe & eius priuileg. nu. 115. † Princeps ſolus poteſt
imponere noua vectigalia, vel collectas, ita not. Corn. conſi.
199. nu. 14. volum. 1. Boſſ. d. tit. de Principe & eius priuileg.
num. 119. Et hoc de vniuerſali collecta, particularem au-
tem vniuerſitas quæcunque pro ſuis neceſſitatibus poteſt
imponere, ita Mart. Laud. tract. de iure priuil. quæſt. 104.
8 † Onera qui tenetur ſoluere, obligatur etiam ad collectas,
& econuerſo, & qui non tenetur ad onera, non etiam tene-
tur ad collectam, ita Bald. l. etiam in fine, C. de execut. rei
iudic. Rip. l. ſi ſe non obtulit, nu. 30 & 31. ff. de re iudic. Plot.
9 d. ſuo iudice, verbo, Decretum, verſ. Et qui tenetur. † Col-
lectę autem onus non imponitur ratione iuriſdictionis, ſed
potius cuiuſdam Poteſtatis, quæ habetur in bonis territo-
rij, ita not. Boſſ. ſua praxi crim. tit. de Principe & eius priuil.
10 numer. 102. † Quæ quidem imponi debet habita ratione
æſtimationis potius fructuum bonorum, quam rerum, vt
11 notat Boſſ. d. loco, num. 125. † Quæ etiam imponitur ciui
in ciuitate, vel incolæ alterius loci pro bonis etiam alibi
ſitis, ita not Boſſ. ibi num. 10. Cephal. conſil. 309. num. 31.
volum. 3. diſcutit Tiraquell. tract. primogenit. quæſtio. 46.
12 num. 19. † Quæ omnes peræquari debent in eius impoſi-
13 tione, ita Burſat. conſil. 186. numer. 6. volum. 2. † An au-
tem poſſit imponi per Ciuitatem vel Vniuerſitatem, not.
Marſil. tract. bannit. in verbo, Ciuitate, numer. 87. An autem
poſſit imponi maior forenſibus, quam ciuibus, diſcutit ſi-
gnanter Virg. Boccat. in conſtitut. Marchiæ, gloſſ. 6. num. 61.
14 & 62. † Eo autem caſu quo talea, & collecta imponitur pro
rebus, & bonis, tunc illud quod non poteſt ſoluere, nec ſol-
uit vnus, poteſt conueniri totum commune, vel villagium,
quo caſu aſſignantur eidem communi bona, pro quibus ſo-
lutio fit per Commune, ita Caſſan. in conſuetud. ſuis Rub.
15 9. §. 18. in text. Maimorros, numer. 6. † Alienantur autem
tunc bona illa per ſubhaſtationem, & ſi alienatio & ſubha-
ſtatio fit ſolenniter, non poſſunt dein reuocari bona aliena-
ta per debitorem, niſi interueniat vilitas precij in aliena-
tione, vel fraus, modo quo declaratur per Boſſ. d. loco, nu-
16 mer. 131. † Conſuetudo in collectis ſemper attenditur,
& ſpacio decem annorum inducitur, ita not. Burſat. conſil.
186. num. 12. volum. 2. quæ etiam inducitur ſine iudiciali
17 contradictione ex communi, vt ibi per Burſat. nu. 12. † Col
lectarum autem ſolutio probatur per inſtrumentum, &
ſcripturam vel libros, non per teſtes, vt not. Hieron. de Mon-
18 te, tract. fin. regund. cap. 64. num. 2. † Qualiter autem per
non vſum ius collectandi poſſit præſcribi, notat Alex. conſi.
136. num. 19. volu. 2. quem ſequitur defendendo Riminald.
iun. conſil. 10. num. 29. cum ſequen. volum. 1. licet reprobe-
tur à Crauetta conſil. 111. num. 21. cum ſeq. Sylua. conſ. 59.
num. 14. cum ſeq. vol. 1. Burſat. conſ. 186. nu. 13. 14 15. & 16.
19 vol. 2. vbi late declarat. † Villa debet contribuere ad col-
lectas, vel onera cum caſtro vel ciuitate, cui ſubijcitur, tan-
quam pars eius, ita not. Marſ. tract. bannit. in verbo, villis,
num. 16. Boſſ. d. tit. de Principe, & eius priuileg. num. 116. de-
20 clarando, vt per eum, num. 117. † Controuerſia vbi oriatur,
vtrum quis debeat ſoluere, vel ne cum Vniuerſitate, tunc
teſtes de illa Vniuerſitate non ſunt idonei, ita not. Plot. in l.
21 Si quando, num. 142. in princ. C. vnde vi. † Bona autem re-
ſpectu onerum tranſeunt regulariter ad quoſcunque ſem-
per cum ſuo onere, etiam in Principem, ita not. Boſſ. d. tit.
22 de Principe & eius priuileg. num. 110. † Idem ſi tranſeant
in Eccleſiam, vt late notat Afflict. in Conſtit. regni, Rub. 25.
De rebus ſtabilibus, nu. 2. ad finem, & 3. lib. 3. Sed quod non
tranſeant cum onere in Eccleſiam, not. Iaſ. l. Placet, num. 23.
2. lectura, C. de Sacroſ. Eccleſ. idem Boſſ. tit. de Principe &
23 eius priuileg. nu. 99. Alban. tract. de immunit. Eccleſ. † Eo
autem caſu quo non tranſeunt cum onere, an portio exem-
pti accreſcat omnibus non exemptis, vel ad damnum Prin-
cipis, notat Caſſan. d. ſuis Comment. Rub. 9 §. 18. Talliaſis,
24 num. 16. Rol. à Valle conſil. 76. num. 4 & ſeq. vol. 2. † Stante
autem regula illa, quod bona tranſeat cum onere, emens
bona caſtrata ruri, debet ibi ſoluere onera, nec pro eis gra-
uari poteſt in ciuitate, ita not. Boſſ. d tit. de Principe & eius
25 priuileg. num. 108. † quia quis non debet grauari in duo-
26 bus locis pro eadem re, vt ibi per eum, nume. 19. † Quod
procedit reſpectu onerum futurorum; nam reſpectu præte-
ritorum, ſi emit a priuato, tenetur ad ea, non ſic ſi emit à fi-
27 ſco, vt not. ibi Boſſ. num. 11. † Tamen pro oneribus bono-
rum cataſtratorum bona illa remanerent hypothecata, vt
not. Boſſ. in titu. illo, numer. 102. † Reſpectu autem fiſci
omnia bona debitoris remanent hypothecata, vt ibi per
eum, num. 104.
c Ruſticorum] † Ruſtici, & villani quid differant, notat
28 Afflict. in Conſtit. regni, Rubric. 31. de pugnis ſublatis, nu. 6.
29 & 7. lib. 2. † Qui appellentur, & dicantur ruſtici, explicat
Afflict. d. Conſtit. regni, Rubr. 9. De portat. illic. nume. 40.
& 41. lib. 1.
d Omnes illi] † Non tamen comprehendantur ciues Me-
30 diolani, vt infra ſtatutum explicat, quod idem eſt de iure
communi, quia hi ciues non tenentur ſoluere onera cum
Comitantibus, ſed cum ciuitate, prout not. Bart. in l. 1. nu. 4.
ff ad municipal. rationem adducit Calcan. conſil. 101 nu. 1.
31 † ex eo ſcilicet, quia ciues ſoluunt onera in ciuitate fauore
ciuitatis, declarando vt per Anchar. conſil. 351. in princ. qui
diſtinguit. Tamen infra, cap 230. Quilibet, verſ. Si vero vl-
tra, & in nouis Conſtit. tit. de oneribus, cap. Quicunq; ciuis,
ſecus deciditur, quod ſcilicet ſi ciuis habitet in villis tempo-
ribus hic, & ibi notatis, teneatur ad onera cum ruralibus.
32 † Quod quidem decretum fuit, vt ciuitas populoſior red-
deretur, vt not. Menoch. tracta. arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 115.
33 num. 2. † Diſpoſitio tamen illa nouarum Conſtitutionum
non ſeruatur, teſte Plot. in l. Si quando, num. 521. C. vnde vi,
niſi in caſu quo ciuis is habitans in villa exerceat aliquod
trafficum, vel exercitium, & ſic quotidie cenſet Illuſtr. Ma-
giſtrat. Ordinarius.
e Qui erunt habitatores] † Quando quis dicatur ha-
34 bitare in aliquo loco, not. Gram. deciſio. 87. per totum,
& late diſcuſſum ſupra, cap. 1. in verbo, Eorum habitatio-
35 nis, volum. 1. † Habens familiam in villa, licet ipſe habi-
tet in ciuitate dicitur habitator in villa, quia familia inſpi-
citur, vt quia dicatur habitare in aliquo loco, ita Bart. in
l. 1. §. 1. num. 5. ff. de lib. agnoſ. & Gram. d. deciſi. 87. nume. 1.
& notatum d. capit. 1. d. verbo, Eorum habitationis, Et in-
fra clare deciditur, cap. 230. Quilibet, verſi. Et intelligatur
36 † Habitare quis in ciuitate dicitur, etiam quod haberet in
ſuburbijs, ita not. Menoch. tractat. arbitr. libr. 2. cent. 2. caſu
155. num. 7.
f Villarum] † Villa eſt nomen quoddam vniuerſale, vt
37 notat Marſil. tractat. bannit. in verbo, Villis, numero primo.
38 † Non tamen dicitur villa vbi non adſint ſaltem quinque
homines patresfamillas, vt ibi per Marſilium, numer. 2.
39 † Nec fama villę nõ ſufficit, vbi adſint duo vel tres homines
ad plura

Digitized by Google

ad plus, ita Marſil. d. loco, num. 3. licet Bald. videatur tene-
40 re oppoſitum ibi per eum allegatus. † Villa etiam dicitur
quæ muris non cingitur, ita not. Marſil. d. tract. bannit. in
41 verbo, Villis, nu. 4. & verbo, Ciuitate, num. 2. † Quotuplex
autem ſit villa, notat Rebuff. in l. Vrbana prædia, verſ. Tri-
42 fariam, ff. de verbor. ſignif. † Vlterius villa dicitur pars ci-
uitatis, ita Marſil. d. loco, num. 5.

g Dummodo ipſi habitauerint ante ipſum feſtum] Simile
decretum habetur in nouis Conſtit. tit. de Oneribus, capit.
Quicunq; ciuis.

h Vel maiori parte familiæ] Idem in ſimili notatur ſupra,
c. 311. Idem, in verbo, cum familia, vol. 1. vbi late declara-
tum, quando dicatur habitare cum maiori parte familiæ.

i Ad ſuas manus] Proprijs ſcilicet ea laborando.

k Seu ſuis ſumptibus] Laborari faciẽdo ea per operarios,
vel alios ſuis expenſis.

l Vt vnuſquiſque ſuam partem ſuſtineat, & ſoluat] Qua-
liter autem fiat diſtributio eorum onerum, notatur infra, c.
220. Salaria, cum ſeq.

m Secundum ſuum æſtimum] † Mercatores an poſſint po-
43 ni in æſtimo pro eorum traffico & exercitio, diſcutit Alcia.
44 conſ. 263. num. 1. Menoch. late conſ. 9. volum. 1. † Cata-
ſtratus pro bonis cum ruralibus, licet recedat, & fiat inco-
la, & ciuis ciuitatis, tenetur tamen ad onera cum ruralibus,
propter illud cataſtrum & deſcriptionem bonorum in ca-
taſtro rurali, ita notat Boſſ. ſua praxi, tit. de Principe, & eius
priuileg. n. 98. & ſuper hoc adeſt decretum, de quo per Boſſ.
45 d. loco nu. 110. † Ideo etiam ad ea tenetur Eccleſia pro his
46 bonis cataſtratis, vt ibi per eum, n. 99 † Si autem bona hęc
alienentur, vtrum teneatur emptor, notat diſcutiendo Boſſ.
d. tit. de Principe & eius priuileg. num. 100. declarando, nu.
47 105. † Et vbi emptor & poſſeſſor rei tenetur ad onera hæc
pro bonis, dicta bona etiam tacite fiſco hypothecata rema-
nent etiam quod non ſint cataſtrata, Communitati autem
ſi ſint cataſtrata, ita declarat Boſſ. d. loco, num. 102. verſ. Et
ſunt obligata, & nu. 103.

n Diuidant] † Onera autem patrimonialia & mixta di-
48 uiduntur per æs & librã regulariter, ita not. Dec. conſ. 335.
in princ. Corn. conſ. 217. num. 3. vol. 2. quo ad ſubditos tã-
49 tum, vt notat Burſat. conſil. 159. num. 16. vol. 2. † Perſona-
lia autem imponuntur ſuper capitibus, ita notat Ripa l. Si
50 ſe non obtulit, in princ. nume. 30. ff. de re iud. † Onerum
liber qualiter fieri debeat, not. Plott. in l. Si quando, nu. 28.
C. vnde vi.

o Omnes homines] † Regulariter omnes homines tenen-
51 tur ad onera, ad collectas pariter tenetur etiam vſufructua-
rius, qui quo ad hæc tenetur loco domini, ita Boſſ. d. tit. de
Principe, & eius priuileg. num. 127. & nu. 130. Idem Ruin.
52 conſ. 77. nu. 1. vol. 1. vbi idem dicit in feudatario. † Tene-
tur pariter locatarius pro collectis rei legatæ, etiã ante tra-
ditionem rei, non autem hæres, ita Boſſ. d. loco, num. 129.
53 † Emphyteuta quoq; ratione rei emphyteuticæ laici tene-
tur ad onus collectarum, vt not. Boſſ. d. loco, n. 123. Decla-
rando, nu. 124. cum ſeq. Idem Ruin. conſ. 77. n. 1. vol. 1. Syl-
54 uan. conſ. 47. vol. 1. † Et debet emphyteuta allibrari dedu-
cto eo quod ſoluit pro Canone, ita quod Collecta ſoluatur
reſpectu vtilis tantum, ita not. Iſernia in tit. Quæ ſint rega
55 lia, verſ. Et Plauſtrorum, nu. 56. verſ. Vnde ſoluit. † Hoc ta-
men ceſſat in emphyteuta Eccleſię, quia is non poteſt colle-
ctari à Domino temporali, ita not. Boſſ. d. tit. de Principe,
& eius priuileg. num. 128. Idem not. Syluan. conſ. 9. per to-
56 tum, vol. 1. † Coloni autem, inquilini, & alij fictabiles, vtrũ
ipſi teneantur ad onera pro bonis conductis, dicẽdum regu-
lariter onera imponenda locatori Domino rei, non condu-
ctoribus, not. Boſſ. d. tit. de Principe & eius priuil. nu. 126.
Sed quod ad ea teneãtur coloni, & conductores, prout vſu-
fructuari, not. Ferro. ſuis Comment. ad conſuet Burgun. tit.
locat. §. 4. verſ. Ad functionem, per text. in l. ſi pendent. §.
ſi quid cloacarij, ff. de vſufruct. & quemad vſuſruct. diſtin-
guit Iaſ. in l. 2. col. 3. n. 30 C. de iure emphyteu. latius Boſſ.
57 tit. de Principe, & eius priuileg. num. 120. † Sed quod ad
onera ratione bonorum conductorum non teneatur condu
ctor, vel fictabilis, not. Ruin. conſ. 69. C. de ſacroſanct. Eccl.
58 † De Colonis autem Eccleſiæ vtrum teneantur, notat rela-
tiue Boſſ. d. tit. de Principe, & eius priuileg num. 121. late di-
59 cetur in nouis conſtit. tit. de oneribus, in princi. † Onus ſeu
collecta ſi ſit imponenda pro ſolutione debiti alicuius dicti
Communis, in diſtributione tenetur ipſe etiam creditor
contribuere, ita notat Marſil. tract. bannit. in verbo, Villis,
60 num. 62. † Eccleſiaſticæ tamen perſonæ non poſſunt, nec te-
nentur ad aliqua onera temporalia, ita notat Ruin. conſil.
61 111. volum. 5. Alban. conſ. 8. per totum † niſi in ſubſidium
vbi deficiant facultates priuatorum, quod probari debet,
62 ita Burſat. conſ. 165. vol. 2. † An autem poſſint collectari
63 tempore belli diſcutit Oſaſ. deciſ. 68. cum duabus ſeq. † Fa-
muli autem perſonarum Eccleſiaſticarum vtrum poſſint
collectari, notat relatiue Boſſ. d. tit. de Principe & eius pri-
64 uil. nume. 122. † Forenſis alterius iuriſdictionis an poſſit
onerari pro bonis in territorio alicuius Principis ſitis, di-
ſcutit Bald. conſ. 139. vol. 3. Alexand. conſ. 68. num. 10. vol.
2. & conſ. 78 num. 1. & 5. vol. 6. Dec. conſ. 285. num. 2. & 4.
Iaſ. l. Placet, num. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ. Chriſtophorus Ca-
ſtillion. conſ. 32. Pariſ. conſ. 25. num. 75. & 76. cum ſeq. vol.
4. Alciat. conſ. 251. Natta conſ. 160. num. 10. vol. 1. Roland.
à Valle conſ. 32. numer. 6. cum ſeq. volum. 1. Accumulat di-
ſtinguendo caſus Port. Imolenſ. ſuis communibus, Regula
65 3. volum. 5. † Quicquid ſit locus originis imponit Colle-
ctam originario ſuo etiam alibi habitanti pro bonis ſitis in
loco originis, non autem locus incolatus: ita notat declarã-
66 do Boſſ. tit. de Principe & eius priuil. num. 113. † Forenſes
quoque in aliquo loco habitãtes ſubeunt omnia onera pa-
trimonialium realia, & collectas, etiam quę perſonis pro re-
bus ex conſuetudine Italiæ imponuntur, ita Burſat. conſ. 59.
num. 34. & 35. vol. 1.

q Præterquam Capitanei] † Regentes oblata Villarum, &
67 communium quos &t Capitaneos appellat, Bart. in l. Serui
quoque, num. 5. ff. de iuriſd. omn. iudic. idem Bart. in l. ſub
prætextu. ff. de extraord. crimin.

r Et Nobiles] † Nobilis quis dicatur, & quid requiratur,
68 vt quis dicatur Nobilis, Caſſan. ſuis conſuetud. Rubr. 4. §.
69 19 num. 4. verſ. Aduerte tamen. † Communis autem opi-
nio vulgi, ac reputatio & conſuetudo facit quem Nobilem,
vt late diſcutit Tiraquell. tract. nobilit. cap. 10. per totum &
late notatum ſupra cap. 414. Nullus, Marſil. ſuo tract. de bã-
nitis, in verbo, Nobiliſſima.

ſ Et ciues] † De iure etiam communi in dubio bona ciuiũ
70 non præſumuntur obnoxia oneribus ruralibus, ita not. Plot.
71 in l. Si quando, nu. 28. ad finem. † Nec in eo, quod ſint obno-
xia oneribus ruralibus, debet credi libro eorum ruralium, vt
72 ibi per eum. † Ciuium plures ſpecies notat Bal. conſ. 460.
73 nu. 2. ad finem, & 3. vol. 1. Borgnin. deciſ. 260. † Ciuis dici-
tur alicuius loci quis, etiam ſi ibi non ſit natus, ſi tamen eius
maiores ibi nati ſint, ita Cephal. conſ. 246 num. 1. vol. 1.
74 † Ciues non dicuntur hi, qui habitant in Ciuitatibus & lo-
cis, vbi non ſunt Epiſcopi, ita Ioannes de Arnono dialogo
75 30. † Ciues dicuntur etiam nati ex diuerſis terris ſub eadẽ
ditione Principis immediate ſubiectis, ita not. Cephal. cõſ.
76 309. num. 80. vol 3. † Incola dicitur largo modo ciuis, vt
77 not. Soc. ſen. conſ. 129. nu. 4 vol. 1. † Ciuis quis poteſt eo-
dem tẽpore in duobus locis, vt notat exemplificando, Alex.
78 conſ. 32. num. 8. & 9. vol. 5. † Ciuis proprie dicitur, & ap-
pellatur, qui non ſuſtinet onera in communi, ita notat Boſſ.
ſua praxi tit. de Principe & eius priuileg. nu. 363. verſ. Ta-
79 men, † Et proprie originarius dicitur ciuis, Vrſill. ad Afſl.
deciſ. 384. num. 6. ad finem, Virgin. Boccat. in conſtit. Mar-
80 chiæ, Gl. 6. num. 66. † Statutum loquens de ciue habet lo-
cum in Poteſtate, & eius familia durante officio, ita Pariſ.
81 de Puteo tractat. Syndic. verſ. Statutum, in princ. † Ideo
Poteſtas tractatur vti ciues, & omnes de eius familia in Sta-
tutis & alijs, ita Pariſ. de Puteo d. loco, verſ. Ciuitas, nu. 1.
82 † Et pro delicto commiſſo in officio punitur Poteſtas pœ-
na Statuti vti ciuis, non vti forenſis, ita Puteus d. loco, num.
83 2. † Mulier, quæ eſt nupta extra locum originis, non deſinit
eſſe ciuis ciuitatis originis, quo ad commoda & honores, &
gaudet beneficijs Statuti illius ciuitatis, dum tamen prop-
ter hoc non ſeparatur à ſeruitio viri, ita not. Rolan. à Valle,
84 tract. de lucro dotis, quęſt. 22. num. 14. † Ciuis quis dicitur
illius loci, in quo onera realia & iuriſdictionem loci pro
bonis poſſeſſis ibidem ſubit, ita Burſat. conſ. 8. nume. 3. vo-
85 lumin. 1. † Ciuis quis præſumitur in dubio illius loci,
in quo eſt, ita Boſſ titul. de Principe, & eius priuileg.
86 numer. 369. † Suburbani appellatione ciuium veniunt
in fauorabilibus, ita not. Rebuff. tractat. de his obligat. ar-
87 ticul. 6. Gloſ. 3. numer. 44. † Oppidani non veniunt ap-
pellatione ciuium, ita Franciſcus Cremenſ. ſing. 27. non
etiam veniunt Comitatenſes in Statutis, ita Bonacoſſa
in quæſtion. crimin. in verbo, Ciuis, verſic. Stante Statu-
88 to, † etiam quod ſint incolę illius Ciuitatis, vt notat
Burſatus conſil. 55. numer. 5. volum. 1. † Quia per habi-
tationem longæuam ciuis quis non efficitur, nec de iuriſ-
dictione illius loci, niſi habeat animum ibi permanendi
perpetuo cum maiori parte eius familiæ in dict. loco,
quod probari debet, vt ibi per eum, num. 7. notat de vtro-
89 que Cotta relatiue, in verbo, Ciuium appellatio. † Spu-

rius proprie non dicitur ciuis, ita Bald. conſil. 257. num.
13. volum. 1. idem conſil. 417. num. 10. volum. 5. Cotta ſuis
memorab. in verbo, Ciuium appellatione, verſic. Sed quid,
90 & in verbo, Spurii filii, verſic. Modeſtinus. † Ciuis alicuius
loci aliunde habitās, deſinit eſſe ciuis loci ſui, cū nō ſubeat
onera illius, vel per ſe, vel per alios ex communi, vt notat
91 Burſatus conſil. 189. nu. 55. volum. 2. † Ciuis quoad quid
comprehenditur ſub generalitate Statuti loquentis de ci-
uibus, vbi eſt eadem ratio, alias non, notat Socin. ſenior
conſil. 259. num. 6. volum. 1. Vbi autem nulla ſit ratio in
92 Statuto, † ciuis tantum ſimpliciter comprehenditur in
Statutis, vt ibi per eum. † Statuto ſi caueatur, vt ciues ori-
ginarii præferantur ad promotionem honorum, & digni-
tatum illius loci, tunc factus originarius per priuilegium
non præferretur, niſi eſſet in omnibus, & per omnia pro
originario, vt notat Gallinius tractatu, de verborum ſigni-
93 fic. lib. 8. cap. 18. num. 22. 23. & 24. † nam tunc gauderet
omnibus priuilegiis, quibus ciues originarii, ita Riminal-
dus Iun. conſil. 468. num. 49. & 50. vol. 4. Franc. Vegg. conſ.
29. num. 4. Borgn. deciſ. 42. num. 44. Vbi dicit ſic declara-
94 tum in eius fratre, vt haberetur pro Ciue Papienſi. † Ci-
uis an quis poſſit fieri per Statutum, notat Marſil. tract.
bannit. in verbo, Ciuitate, num. 122. & an citatus à Statuto
95 ciuis dicatur vere ciuis, notat ibi num. 148. † Ciuis natus
ex ciue in comitatu, vel villa an poſſit dici ciuis, notat Mar
96 ſilius d. verbo, Ciuitate, num. 146. † Ciuilitas quomodo
97 probetur, notat Marſil. d. verbo, Ciuitate, num. 134. † Ciuis
emens bona à ruſticis, an debeat ſoluere collectas ſecun-
dum æſtimum ciuium, vel ruſticorum, not. Marſil. d. ver-
98 bo, Ciuitate, num. 145. † Ciuis nouellus vtrum excuſetur
à pœna Statuti, tanquam forenſis, notat Marſil. d. verbo,
99 Ciuitate, num. 130. † Receptus ad Ciuitatem vti ciuis, te-
netur ibi ſubire omnia onera, ſecundum Alex. conſil. 257.
100 num. 14 & 15. vol. 2. † Ciues ac Nobiles banniti non com-
prehenduntur amplius appellatione ciuium, vel Nobiliū,
niſi ad eorum præiudicium, vt teneantur ſuſtinere onera,
quia tunc deſinunt quo ad ea eſſe ciues, ſtante Glo. in l. 11.
§. ait Prætor, in verbo, Iudicium dabo, circa medium, & in
§. Nemo exuitur. ff. de capit. diminut. ita diſtinguit Bart.
ſua diſputatione, & quæſtione, Ciuitatis Lucanæ, quæſt. 1.
num. 6. verſic. reſtat videre, idem Bald. tract. ſuper Statut.
in verbo, Ciuis, Iaſ. in Rubrica. ff. de iuſtitia & iure, num.
10. verſic. Quarto facit, Nellus tract. bannit. 1. parte ſecun-
101 di temporis, quæſt. 46. num. 46. † Clerici quod veniant ap
pellatione ciuium, late diſcutit Georgius Natta, tractatu
Statut. fœminas excluden. quæſt. 3. principali, verſic. Ter-
tio pro hac parte facit, vbi allegat Bart. in l. 1. ff. ad muni-
cipal. & Bald. in vſib. feud. tit. de eo qui arma bellica depo-
ſuit, ita notat Bart. in d. l. 1. num. 11. 12. & 13 ff. ad muni-
cipal. Marſil. tractatu bannit. in verbo, Ciuitate, num. 116.
102 † Et quod Clerici dicantur ciues in his, quæ concernunt
bonum publicum, notat Caſſan. in ſuis commentar. in Ru-
103 brica 13. §. 5. in textu, habitans, nu. 2. & 3. † Veniunt etiam
appellatione diſtrictualium, notat Roman. ſingul. 446. nu.
104 2. & 3. cum additio. ibi. † Priuilegium etiam conceſſum ci-
uibus, quod extendatur ad Clericos, notat Cummia in ri-
105 tibus magnæ curiæ, cap. 40. num. 180. † Priuilegium autem
conceſſum hominibus, vtrum liget Clericos, diſcutit Tira-
quell. tractatu primogenit. quæſt. 44. num. 9. declarando,
106 nume. 10. † Sepulchra non probant ciuilitatem, ſecundum
Cephal. conſil. 246. num. 3. volum. 2. Vtrum autem priui-
legia Communitatum probent ciuilitatem, notat idem Ce
107 phal. d. conſil. 246. num. 1. volum. 2. † Ciuilitas qualiter
contrahatur, notat Alexand. conſil. 20. num. 10. & 11. vo-
lum. 2. cum notatis per Boſſ. d. tit. de Principe, & eius pri-
108 uileg. num. 364. † Communitas an poſſit concedere ciui-
litatem, notat Boſſ. tit. de Principe & eius priuileg. nume-
109 ro 368. † Sententia lata ſuper ciuilitate vnius, qui habet
multos fratres ex vno, & eodem patre, quod probet quo ad
omnes fratres, quod ſint ciues, notat Cotta ſuis memorab.
in verbo, Vaſſallus, verſic. Sed pro eo bene facit.
z Mediolani] † Quæ differentia ſit, vtrum quis dicatur
110 Mediolani vel de Mediolano, vel Mediolanenſis, vel ciuis
Mediolani, not. Boſſ. ſua praxi, tit. de Principe, & eius
priuileg. num. 371.
u De proſapia] † Quæ ſit proſapia, not. Gl. in l. ſi quis ex
111 corpore, in verbo, Proſapia, C. de priuil. lib. 11. & infra di-
112 cetur. † Ciuis originarius quis dici poteſt in duobus locis,
quando quis eſt de origine paterna in aliquo loco, & ali-
bi fuerit natus, etiam quo ad ingreſſum Collegi ſecundum
Statutū loquens de oriundo, ita not. Vrſill. ad Afflic. deciſ.
384. nu. 2. Anch. iun. ſuis quæſtionib. quæſt. 8. nu. 1. lib. 1.
vbi loquitur de nupta alibi. † Statutū loquēs de ciue vero,
in Statutis, quod intelligatur de ciue per priuilegiū, ex quo
dicitur vere ciuis, ſecundum Napodamum in conſuetud.
Neapol. in proœm. Caroli Regis, verſi. Audiuimus, in ver-
bo, Ciuitate, num. 177. cum ſequent. Balb. qui allegat Bar-
tolum ſic dicentem, in l. 3 § Hæc verba, numer. 1. ad finem,
verſ. Item ſtatuta, ff. de negot. geſt. Bald. idem in tract. ſuper
Statut. in verbo, Ciuis, verſ. 2. & 3. Aret. conſ. 77. num. 1.
& 2. Dec. conſ. 283. num. 10. Brun. tract. ſuper conſtitut. in
verbo, Ciuis, verſ. Statutum facit aliquando, Socin. ſen. cōſ.
129. num. 6. & 7. colum. 4. volum. 1. Contrarium autem
quod non veniāt ciues ex priuilegio in Statutis, notat Me-
noch. conſ. 165. num. 2. volum. 2. Quod magis dicendum
in Statuto hoc, vbi ſtatutum ſe reſtringit ad originarios per
verba hæc, de proſapia Mediolanenſi, quæ important gene-
rationem, & familiam, prout de hoc verbo, notat Gloſ. d. l. ſi
quis ex corpore in verbo, Proſapia, C. de Murileg. lib. 11.
Idem Laurentius de Fano, Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ. §.
113 Cæterum, facit præterea † quia in dubio ciuis appellatio-
ne in Statutis intelligitur de originario, ita Brun. tract. Sta-
tut. fœmin. exclud. art. 12. q. 4.
x Aut qui per habitaculum] Quis dicatur habitare, nota-
tum ſupra c. 1. in verbo, Eorum habitationis, vol. 1.
aa Steterint in Ciuitate Mediolani] † Ex his verbis colligi-
114 tur, quod non ſufficiat habitatio in ciuitate interpollatis
vicibus, quia tunc non dicitur ſtetiſſe, vt not. Barbat. inter
Conſilia Alex. conſ. vltimo, nu. 2. vol. 4.
bb Cum familia] Quid veniat appellatione familiæ, late
notatum in ſimili ſupra capitulo 411. Idem, in hoc verbo,
volum. 1.
cc Annis triginta] Vt quis contrahat domiciliū in aliquo
loco ſufficit decēnium, vt late notatum ſupra d. c. 411. Idē,
in verbo, Per decennium, volum. 1.

De cernedis ſuſtinendis. Cap. CCXIX.

a CErnedæ fiant in ea parte, in qua quis habitabit, tem-
pore ipſius cernedæ tantum, & ſi aliter factum fuerit,
non valeat, nec teneat, ipſo iure, & ſi quæ condemnatio ea
occaſione fieret, non valeat, nec teneat ipſo iure, nec exigi
poſſit, aliquo modo.

a CErnedæ] Arbitror cernedam antiquo tempore fuiſ-
ſe ſegregationem quorundam hominum pro mili-
tia, vel defenſione Ciuitatis, vbi opus fuiſſet contra hoſtiū
incurſum.

De comparatione ſalariorum, & cæterorum aliorum onerum. Cap. CCXX.

a SAlaria Vicariorum, Rectorum, Conſulum, Officialium,
Aduocatorum, Syndicorum, viandatæ, & victuræ, ali-
ter, quam pro exercitu fracturæ, ſeu reapturæ Eccleſiæ, pu-
tei, viciniæ, campanæ, & ſimilium, b diuidantur duæ par-
tes pro hauere, c & tertia, pro perſonis.

SVMMARIVM.

1 *Salariorum onus eſt perſonale. Et quomodo imponatur, nu-
mer. 2.*

a SAlaria Vicariorum] † Onus ſalariorum eſt perſonale de
1 iure communi, ideo imponi debet ſuper capitibus per-
ſonarum, vt not. Bart. in l. 1. num. 33. C. de mulier. & in quo
loco, lib. 10. Alex. conſ. 68. num. 3. vol. 2. Boſſ. ſua praxi cri-
min. tit. de Principe & eius priuileg. numer. 100. vers. Quo
autem. Et ſic inſpicitur natura eius qualitercunque diſtri-
buatur per rurales, vt ibi per Boſſ. num. 101.
b Diuidantur duæ partes pro hauere] † Ideſt pro faculta-
2 tibus, & redditibus, ita not. Iaſ. conſ. 101. num. 4. vol. 4.
c Et tertia pro perſonis] De iure communi totum impo-
nitur ſuper perſonis, cum ſit onus perſonale, vt ſupra fuit
notatum.

De diuiſione, & compartitione quamplurium onerum. Cap. CCXXI.

a CVſtodiæ, quæ fiunt b ſuper ſtratis tenſæ, c reſtitu-
tiones robariarum, d redemptionum, damnorum,
e homines & plauſtra, qui, & quæ mandantur, tam
pro

Digitized by Google

pro guaſtatoribus, quam pro lanceis, quam etiam cerne-
dis,ad aliquem exercitum, vel andatam, *f* ſeu cuſtodiam,
& regolciatura fortiliciorum, *g* aptaturæ ſtratarum pon-
tium, & conſimilia, & expenſæ quælibet, quæ pro prædi-
ctis fieri contingent, ſoluantur, & ſuſtineantur per eos, qui
ad hoc tenentur, *h* ſuper æſtimis, ſeu facultatibus, quæ
inter ſe haberent inter Maiores annis decemocto, & in ea
parte, in qua habitabunt, tempore impoſitionis talis one-
ris, videlicet, *i* duæ partes, pro hauere, & tertia pro
perſonis.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodia eſt onus perſonale.*
2 *Angaria, & perangaria quæ ſit.*
3 *Medicus qui eſt in exercitu excuſatur à munere perſ.*
4 *Milites eximuntur à muneribus Ciuitatis, non tamen cognati & affines.*
5 *Mæniorum reparatio ad quos pertinent, & publici aggeris.*
6 *Onus publici aggeris conſtruendi, an ſit perſonale, vel reale, & num. 7.*
8 *Viarum, & pontium reparatio ad quos pertineat, & in forenſis pro bonis teneatur, num. 9*
10 *Aeſtimationem factam de patrimonio fuiſſe iuſtam quis probare debeat.*
11 *Aeſtimum quando ſit, quis debeat citari.*
12 *Collecta pro mæniorum reparatione, & Pontium ac viarum, quomodo ſit imponenda, & num. 13.*

a Cuſtodiæ] Hoc onus eſt perſonale ad quod non tene-
tur forenſis etiam poſſidens bona in territorio, Ita
1 Natta conſil. 15. nume. 11. & 12. † Excubias habere inco-
lis, & oppidanis eſt iuriſdictionis Dominorum, ita Menoch.
conſil. 28. num. 6. volum. 1. Et hoc ſit ſubire angarias, &
2 perangarias, vt ibi per eum, nume. 26. † Ad has excubias
non tenentur Aduocati fiſci, Ita Rebuff. trac. concor. Rubr.
3 de elect. Borg. verbo, Regium Aduocatum, verſic. 23. † Me-
dicus quoque dum eſt in exercitu excuſatur à munere per-
4 ſonali, ita Mart. Laudenſ. de iure fiſci quæſt. 163. † Milites
quoque ſunt exempti à muneribus Ciuitatis, non autem
cognati vel affines eorum, ita Laudenſ. d. tract. quæſt. 80.
b Super ſtratis tenſæ] Hæc erant ſtratæ antiquitus ſic no-
minatæ.
c Reſtitutione robariorum] De quibus cauetur infra, ca.
375. Si de cætero.
d Redemptionem damnorum] De quibus etiam notatur,
d. cap. 375. Si de cætero.
e Homines & plauſtra] Quæ mittuntur pro ſubueniendo
exercitu Principis.
f Seu cuſtodiam & regolciatura fortilitiorum] In repa-
ratione publici aggeris quis teneatur, not. Gallia Alexand.
5 in conſuetud. Alexandriæ ſuo patrocinio, nu. 7. † Et quod
ad reparationem mæniorum teneantur habitantes in loco,
6 not. Guido Papa ſing. 379. † Onus autem ad aggerum con-
ſtructionem propter fluminis rapinam quod ſoluitur pro
ſingula bebulca dicitur reale, & perſonale, ita Burſat. conſi.
7 186. num. 1. vol. 2. † A quo onere nemo immunis exiſtat,
vt ibi per eum, num. 3.
g Aptaturæ ſtratarum, pontium, & conſimilia] † Ad re-
8 parationem autem ſtratarum, & pontium nemo etiam eſt
immunis, imo & Eccleſia tenetur, per text. in l. Ad inſtru-
ctionem, C. de ſacroſ. Eccleſ. Ripa in l. Si ſe non obtulit, in
9 princ. num. 31. ff. de re iudic. † Tenetur etiam forenſis poſ-
ſidens bona in territorio, ita Natta conſil. 215. num. 1. & 2.
vol. 1. & late notatum infra cap. 251. Omnes ſtratæ, in ver-
bo, Readaptentur.
h Super æſtimis] † Probandi onus Officiali incumbit
10 quod recte æſtimauerit patrimonium, & facultates alte-
rius ſub æſtimo, Bart. l. 1. C. de fideiuſſ. ita Mart. Laud. tract.
11 de iure & priuil. fiſci. quæſt. 159. † Quando æſtimum fit,
debet citari Syndicus Ciuitatis l. Suſceptores Cod. de ſu-
ſcept. lib. 10. Martinus Laudenſ. d. loco, quæſt. 167.
i Duæ partes pro hauere] † Secus de iure communi, cum
12 ſint onera perſonalia, & cauſa perſonarum, ita Nellus tra-
ctat. bannit. 2. parte, ſecundi temporis, quæſtio. 65. ad fin.
13 † Sed ſi tempore belli præcipiat Princeps refici muros, vel
foueas, vel caſtra, onus imponitur pro modo patrimonij
non per capita l. per Biennium Cod. immun. nona con-
ced. vbi Bart. Mart. Laudenſ. dict. tractat. de iure fiſci quæ-
ſtio. 158.

De onere ſalis.
Cap. CCXXII.

a Onus ſalis *b* ſuſtineatur medium *c* pro hauere ſuper æſtimis, *d* & medium pro perſonis, *e* inter maiores annis ſeptem, & in ea parte, in qua quis habitabit, *f* niſi aliter, ex ordinibus Ducalibus caueatur, *g* vel ex cōſuetudine *h* in villis, & locis, ac terris Ducatus Mediolani, hactenus obſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Salis onus an ſit perſonale, vel capitale.*
2 *Salis non ſoluendi libertas, an & quanto tempore præſcribatur.*
3 *Pauperes an debeant compelli ad onera, & num. 4.*
5 *Collecta, & onus imponitur iuxta loci conſuetudinem.*
6 *Onus cum rebus, an tranſeat ad emptores non habitantes.*

a Onus ſalis] † Onus hoc ſalis eſt perſonale, & capi-
1 tale, quod ſuper buccis imponitur, ita Boſſ. ſua pra-
xi crim. tit. de Principe, & eius priuileg. num. 100. ad finem,
Plot. l. ſi quando nu. 77. in fine, verſi. Et Taxæ, C. vnde vi
notat Cephal. conſil. 309. nu. 35. vol. 3.
b Suſtineatur] † Qualiter autem præſcribatur ius hoc nō
2 ſoluendi ſal, & quanto tempore contra ciuitatem vel ga-
bellerios ab vna caſſina, vel villa, not. Rub. Alex. conſil. 21.
num. 3.
c Pro hauere] Secus de iure communi, cum detur ſuper
capitibus, & ſit perſonale, vt ſupra fuit notatum.
d Et medium pro perſonis] † Pauperes, quibus induſtria
3 neceſſaria eſt ad alimenta non debent de iure ad onera cō-
pelli, prout not. Alex. in l. Si ſe non obtulit, in princ. nu. 17.
4 ff. de re iudic. † Tamen ſecus ſeruatur, & quando quis non
poteſt ſoluere propter inhabilitatem, ſit nouum indictum,
vel compartitum per alios habiles, quod ruſtici retalium
appellare ſolent, ita not. Caſſan. d. ſuis conſuetud. in Rub.
9 §. 18. nume. 6. verſic. Sed quæro, & nume. 16. verſi. Item
dictum.
e Inter minores annis ſeptem] Ita hodie ſeruatur, vt ma-
iores ſeptennio taxētur pro vno capite, cum poſſint aliquid
lucrari. Idem in diuiſione facta inter colonos acquiſitorum,
cauetur infra cap. 401. Coloni.
f Niſi ex ordinibus Ducalibus] Qui Ordines nunc confi-
ciuntur per Ill. Magiſtratum Ordinarium.
g Vel ex conſuetudine] † Et tamen aduertendum quod
5 conſuetudo in villis obſeruata diſtribuendi onera, prout
eis magis commodum videtur, non alterat naturam oneris.
Ita quod ſi ſit perſonale, prout eſt onus ſalis, licet ſuper re-
bus, vel hauere diſtribuatur per aliquam villam, tam ex ſta
tuti illius diſpoſitione, quam etiam ex conſuetudine, prout
6 etiam nunc ſit in aliquibus villis Ducatus. † Tamen non
tranſit hoc onus cum rebus ad emptores non habitantes, in
illa villa, ita not. Boſſ. d. ſua praxi crimin. tit. de Principe, &
eius priuileg. num. 101. Quod ſummopere notandum.
h In villis, locis, ac terris, & Ducatus] Comprehenduntur
omnia loca, & terræ Ducatus.

De diuerſis oneribus ſuſtinendis omnimode.
Cap. CCXXIII.

a Debita, expenſæ, & diſpendia *b* aliter quam, vt ſupra diſpoſitum eſt, diuidantur, & ſoluantur, habito reſpectu *c* ad cauſam, ob quam illud debitum euenit.

a Debita, expenſæ & diſpendia] Quæ multa ſunt hodiernis temporibus, & quæ quotidie occurrunt.
b Aliter quam vt ſupra diſpoſitum eſt] In prænarratis ſcilicet capitulis præcedentibus.
c Ad cauſam] Verum ſcilicet ſit perſonalis, vel realis, ad hoc vt poſſit iuxta eius qualitatem fieri diuiſio, & diſtributio.

De his, qui tenentur ſuſtinere certas condemnationes, & pœnas.
Cap. CCXXIV.

A Condemnationibus & pœnis in quas incurreretur *a* pro maleficijs, non denunciatis *b* & pro vetitis, *c* ac captis, *d* & depoſitis, & ſequeſtris, non benecuſtoditis,
ſiue

Digitized by Google

ſiue non ſaluatis & pro conſimilibus, Rectores, Conſules, & Conſiliarij, ſeu illi, in quibus fuerit negligentia, ſiue malitia, ſeu culpa, per capita ſua, ſeu numerum perſonarum, *e* conſeruet communia ſua indemnia, & alios homines ipſorum communium indemnes. Sed propter hoc *f* non impediantur exequutiones contra ipſa communia, *g* & homines quæ alias fieri poſſent.

S V M M A R I V M.

1 *Perſona ſingularis an teneatur pro debito Communitatis.*

a PRo maleficijs non denunciatis] Per Conſules ſcilicet, de quibus cauetur in nouis conſtitut. tit. de accuſat. in princip.

b Et pro vetitis] De quibus ſupra ca. 294. Item quod ipſi, volum. 1.

c Ac captis] De quibus ſupra cap. 209. Aliquis, vol. 1.

d Et depoſitis & ſequeſtris] Iuxta diſpoſita ſupra, cap. 209. Penes communia, vol. 1.

e Conſeruent communia ſua] Cum id eorum culpa, & malitia proueniat.

f Non impediantur executiones contra ipſa communia] Hoc eſt priuilegium fiſci, & Principis, licet dein commune habeat regreſſum contra Conſules, & Conſiliarios.

g Et homines] † Pro debito tamen Communitatis non
1 poteſt ſingularis perſona capi, ita Ang. l. 1. §. Quibus, ff. quod cuiuſcunq; vniuerſ. nomine, Pro ſingulari cõtra exactores, not. Laudenſ. d. tract. de iure fiſci, q. 179.

D E E O D E M.
Cap. CCXXV.

a OMnia banna, *b* omneſque condemnationes, inobedientiæ, *c* pœnæ, *d* damna, expenſæ ſolutiones, *e* & diſpendia, in quas incurrerent, *f* occaſione illorum, qui non ſoluerint ſua debita, & conſimilia, ſuſtineantur, & ſoluantur per illos, quorum occaſione incurrerent *g* pro rata parte eius, ad quod tenentur congrue referendo. Ita tamen, quod per hoc *h* non impediantur exequutiones cõtra ipſa communia, & homines, quæ alias fieri poſſent.

a OMnia banna] De quibus ſupra cap. 10. Si quis cum ſequen. vol. 1.

b Omneſque condemnationes inobedientiæ.] Quando proceditur contra eos per mulctas.

c Pœnę] De quibus in diuerſis ſtatutis cauetur.

d Damna, expenſę] Differunt inter ſe, vt ſupra cauetur, cap. 51. Si debitor, in verbo, Omnes expenſas, vol. 1.

e Et diſpendia] Quæ multa ſunt hodiernis temporibus.

f Occaſione illorum, qui non ſoluerint ſua debita] Occaſione onerum, vel aliter Communi, & hominibus impoſita.

g Pro rata parte eius ad quod tenentur] Veluti ſi duo ſint, vel plures, quilibet pro eorum parte teneatur.

h Non impediuntur executiones contra ipſa communia] Hoc eſt priuilegium cameræ, licet commune habeat regreſſum contra illos particulares, dicetur late in nouis conſtit. tit. de iure, & priuileg. fiſci, in Rubr. in priuilegijs fiſci.

Quod ciues, aut Nobiles non teneantur ſuſtinere certa onera.
Cap. CCXXVI.

CIues, *a* aut nobiles non teneantur ſuſtinere *b* onera guaſtatorum, nec plauſtrorum mittendorum ad exercitum, de mandato Domini, vel Communis Mediolani, *c* niſi ſpecialiter ordinetur, *d* vel cõtineatur in præceptis, quod ciues, & nobiles teneantur ad illa onera.

a CIues, aut Nobiles] Qui ſint ciues, aut Nobiles, late notatum ſupra cap. 218. Omnia onera, in illis verbis.

b Onera guaſtatorum, nec plauſtrorum mittendorum ad exercitum] Cum ſint onera ruralia.

c Niſi aliter ordinetur] Per Principem ſcilicet, vel Ill. Magiſtratum, vel Commiſſarium generalem.

d Vel contineatur in præceptis] Superiorum ſcilicet, vel Commiſſariorum.

De generali diuiſione onerum non determinatorum in Statutis.
Cap. CCXXVII.

ALia vero debita, expenſæ, ſolutiones, & diſpendia, *a* quæ incurrent, aliter, vel alia de cauſa, quam determinatum ſit ſecundum formam præſentium Statutorũ, ſoluantur, & diuidantur *b* habito reſpectu per comparationem, ad alia Statuta, facta ſuper oneribus ſuſtinendis.

a QVæ incurrent aliter, vel alia de cauſa, quam determinatum ſit] In Statutis ſcilicet præcedentibus.

b Habito reſpectu per comparationem ad alia Statuta] Supra cap. 120. Salaria, cum ſequent.

Quod illi de eadem familia teneantur ad contributionem oneris impoſiti vni ex eis, licet alij non ſint nominati.
Cap. CCXXVIII.

FRatres, ſorores, patrui, nepotes, cognati & cognatæ, cæteri *a* de familia eadem, ſi vni ex eis facta ſit impoſitio oneris, ſimul teneantur ad contributionem illius oneris, pro rata bonorum inter ſe, *b* licet ſpecialiter nominati non ſint, & hoc, *c* niſi alibi reperiatur facta eſſe impoſitio, talea, ſeu æſtimum.

a DE familia eadem] Quæ dicatur eadem familia, notatum ſupra cap. 411. Idem, in verbo, Cum familia.

b Licet ſpecialiter nominati non ſint] Et ſic tantum vni ſit facta impoſitio non omnibus.

c Niſi alibi reperiatur facta etiam impoſitio] Veluti in alio territorio.

De ijs, qui tenentur ſuſtinere onera pro facultatibus diminutis. Cap. CCXXIX.

SI contingeret, *a* quod ex ſucceſſione aliqua diminuatur facultas alicuius, *b* & creſcant facultates alterius, teneatur Iudex cum ſuper hoc dignam habuerit informationem, *c* diminuere æſtimum illius, cuius facultates fuerint diminutæ, *d* & acceſcere æſtimum illius *e* cuius facultates creuerint, occaſione prædicta, eatenus, quatenus fuerint illa bona, quæ translata fuerint, vel occurrerint transferenda de perſona ad perſonam vt ſupra. Idem per omnia locum habeat, ſi aliquis de familia, cuius caput fuerit æſtimatum cum aliquibus bonis tranſtulerit, vel qualitercunque *f* receſſerit extra illam familiam.

S V M M A R I V M.

1 *Aeſtimum ſemel factum an ſolent diminui.*
2 *Eccleſiaſticus ſucceſſor in bonis, non grauatur omni onere, impoſito ſuper bonis.*

a EX ſucceſſione aliqua] veluti quia rogatus ſit reſtituere per fideicommiſſum relictum alteri.

b Et creſcant facultates alterius] Cui fuerit relictum hoc fideicommiſſum.

c Diminuere æſtimum illius cuius facultates fuerint di-
1 minutæ] † Non autem diminuitur hoc æſtimum, niſi appareat eum in quem facta eſt alienatio, quod ſit ſoluendo, Ita notat Iaſ. in l. Placet, num. 46. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. declarando vt per Boſſ. tit. de Principe, & eius priuileg. nu. 100. cum ſequen.

d Et accreſcere æſtimũ, cuius facultates creuerint] † Ec-
2 cleſiaſticæ tamen perſonæ ſucceſſores in bonis his non poſſunt grauari hoc onere, quod ſoluebatur per venditorem. Ita Ruin. conſil. 111. volum. 5. Alba. conſil. 8. num. 12. cum ſequen. & ſupra notatum d. c. 218. Omnia onera, in verbo, Omnes homines.

e Cuius caput fuerit æſtimatum cum aliquibus bonis] Et ſic eius perſona fuerit cataſtrata pro æſtimo ratione bonorum.

f Receſſerit extra illam familiam] Quia tunc diminuitur iuxta facultates, & bona quæ reliquerit familiæ.

Quod

Digitized by Google

Quod diuiſi ſoluentes pro ſua portione, non teneantur pro alijs. Cap. CCXXX.

SI fuerint plures quibus impoſitio aliqua facta ſit, vel fiet, *a* communiter, *b* & ſint diuiſi, & diuiſim, *c* ſeu ſeparatim habitent, *d* tempore oneris impoſiti, *e* quilibet eorum obediens, pro ſua rata portione ſit liberatus à reſiduo, nec pro alio, vel aliis poſſit moleſtari, *f* ſaluo iure cameræ Ducalis.

a COmmuniter] Omnibus ſcilicet ſimul eis imponendo onus per vnicam impoſitionem.

b Et ſint diuiſi] Secus ſi communiter ſtarent, quia vnus pro altero poſſet conueniri.

c Seu ſeparatim habitent] Secus ſi ſimul ſtarent, & habitarent, etiam quod diuiſi eſſent, per hæc verba.

d Tempore oneris impoſiti] Secus ſi ex poſt diuiſim habitarent, quia incipitur tempus impoſitionis.

e Quilibet eorum obediens] Quæ ſcilicet ſoluerit pro eius portione.

f Saluo iure cameræ Ducalis] Quod vnus ſcilicet poſſit conueniri pro debito alterius, cum ſit eius priuilegiũ non tamen ſingularis per eum poteſt capi pro debito Vniuerſitatis, Laud. de iure fiſci, quæſt. 79.

De iis, qui poſſunt habitare in Ducatu per certa tempora abſque eo, quod teneantur ſuſtinere onera. Cap. CCXXX.

a QVilibet ciuis habitator Mediolani poſſit ire cum familia ſua extra ciuitatem Mediolani ad habitandũ in quamlibet partem Ducatus Mediolani, vbi habet poſſeſſiones ſuas, vel prædia ſua aut conductas, vel conducta, & ibi poſſit ſtare, à Calendis Maii vſque ad feſtum ſancti Martini, abſque eo, quod teneatur ſoluere, & ſuſtinere aliquid *b* cum Nobilibus, vel cum Communitate, *c* tam Nobilium, quam vicinorum *d* de condiciis, *e* & oneribus, quæ imponerentur Communitati, Nobilium, Communitati, tam Nobilium quam vicinorum, niſi laborauerit, *f* vel laborari fecerit terram ad ſuas manus, vel ſuis ſumptibus, vltra perticas vigintiquinque, ſaluo quod ſemper teneatur quouſque ibi habitauerit cum familia, vel maiori parte familiæ, *g* ad ſaluamentum terræ, vbi ſteterit. *h* Si vero vltra prædicta tempora ibi habitauerit *i* cum familia, vel maiori parte familiæ, vel ſi etiam intra dicta tempora laborauerit, vel laborari fecerit ad ſuas manus, vel ſuis ſumptibus, vltra perticas vigintiquinque, vt ſupra teneatur ſuſtinere onera, & condicia cum Communitate Nobilium ſi fuerint ibi Nobiles, vel cum Communitate vicinorum, ſi ibi non fuerint Nobiles, ſed vicini tantum. Et hoc pro toto tempore, quo ibi ſteterit, & habitauerit cũ familia poſt dictum feſtum ſancti Martini, etiam ſi terras ſuis manibus, vel ſuis ſumptibus non laborauerit. *k* Et intelligatur ibi habitaſſe, ſi reliquerit ibi filium, vel filios, vel aliquos, deſcendentem, vel deſcendentes, vel vxorem, vel nurum. Eodem modo teneatur ille, qui etiam intra dicta tempora habitauerit in terris, vel locis Ducatus Mediolani, ſi laborauerit, vel laborari fecerit terras ad ſuas manus, ſeu ſuis ſumptibus, & expenſis, vltra quantitatem perticarum vigintiquinque. Et hoc, vſque ad id, quod teneretur Maſſarius, qui laboraret illas terras per reſpectum ad quantitatem terræ, quam ipſe Dominus laboraret, ſeu laborari faceret ad ſuas manus, ſeu ſuis ſumptibus, & expenſis vt ſupra, ſaluo quod per hoc Statutum non fiat præiudicium alicui, *l* qui ius aliquod haberet non ſoluendi.

SVMMARIVM.

1 *Agricultura eſt fauorabilis.*
2 *Ciuitas debet reddi populoſior.*
3 *Ciues non prohibetur habitare in villis, ſed non concurrit ad onera ruralia, num 4.*
5 *Familiæ pro maiori parte quid veniat.*

a QVilibet ciuis] Qui ſit ciuis, notatum ſupra cap. 118. Omnia onera, in verbo, Et ciuis.

b Cum Nobilibus] Illius terræ, & loci non autẽ ciuitatis.

c Tam Nobilium quam vicinorum] Illius loci, de quibus notatum ſupra cap. 218. In omnibus, in his verbis.

d De cõdiciis] Impoſitionibus ſcilicet, & repetitionibus imponendis. Quod vocabulum eſt ſumptum à verbo condicere, vt notatur in Lexico Iuris, in verbo, Condicere.

e Et oneribus quibuſcunque] De quibus late notatur ſup. cap. 218. Omnia onera.

f Vel laborari fecerit terras ad ſuas manus] † Secus de
1 iure communi eſt, ex quo agricultura eſt fauorabilis, vt notat in his terminis Corn. conſil. 155. num. 5. & 6. vol. 1.

g Ad ſaluamentum terræ ibi habitauerit] Pro portione ſcilicet cum tangente.

h Si verò vltra prædicta tempora ibi habitauerit, Idem diſponitur in nouis conſtitut. tit. de oneribus. cap. Quicun-
2 que ciuis. † Quod decretum fuit conſectum, vt ciuitas populoſior reddatur, prout in his terminis notat Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 155. nu. 7. licet de iure com-
3 muni ſecus ſit. † Quoquidem iure nemo ciuis prohibetur habitare in villa, & ſi habitet non per hoc tenetur ad onera cum ruralibus, vt tradit Glo. in l. & verum, in verbo, Incolas, C. de incolat. lib. 11. Notat Bart. in l. 1. num. 4. ff. Ad municip. ſequitur Corn. conſil. 155. num. 8. cum ſeq. vol. 1.
4 † Verum diſpoſitio huius Statuti, & nouarum conſtitutionum non ſeruatur ex non vſu, vt not. Plot. in l. Si quando, num. 321. C. vnde vi. Et Ill. Magiſtratus ordinarius ſolet dare literas, quod ciues & habitantes in villis non moleſtentur, modo nõ faciãt aliquod traffic um, vel exercitium, vt ſupra.

i Cum familia, vel maiori parte familiæ] Quid veniat, late notatum ſupra, cap. 411. Idem in verbo, Cum familia.

k Et intelligatur habitaſſe ſi reliquerit filium] † Idem de
5 iure communi ſi reliquerit familiam in villa, Ita Bart. in l. 1. §. 1. num. 5. ff. de lib. agnoſc. late notatum ſupra, cap. 1. in verbo, Eorum habitationis.

l Qui ius aliquod haberet non ſoluendi] Per priuilegium, vel præſcriptionem, vel aliter.

Quod Nobiles per ſe, & vicini per ſe teneantur ſuſtinere onera. Cap. CCXXXI.

SI aliqua onera condicia, vel condemnationes fuerint impoſita, vel impoſitæ, vel facta vel factæ, de aliqua plebe, vel ſuper aliqua plebe, quæ condicia, onera, vel condemnationes tangant, tam Nobiles, quam vicinos vicinis ſoluentibus ſuas contingentes portiones, ſeu partes, *a* nõ compellantur aliquo modo, ad ſoluendum pro Nobilibus, ſeu partibus eis tangentibus, *b* ſed ipſo iure *c* ſint liberati, *d* & è conuerſo. Et ſi vicini paterentur *e* aliquod damnum vel expenſas pro eo, quod Nobiles non ſoluerent, totum reſtituatur per Nobiles ipſis vicinis, & è conuerſo. *f* Et, ſi burgus, *g* vel locus *h* caſtrum, & quilibet alius locus ſoluerit ſuam partem de oneribus, & condiciis, & cõdemnationibus factis, & impoſitis de plebe, & ſuper plebe ſua, non poſſit vlterius pro ipſis oneribus, & vt ſupra *i* moleſtari, inquietari, nec aggrauari, ſed *k* ipſo iure, ſint liberati. Et ſi fuerint Nobiles in loco, vel burgo, vel vt ſupra, & onera, condicia, vel condemnationes fiant, & imponantur ſuper ipſo loco, vel burgo, & vt ſupra tantum, & non ſuper plebe, quæ tangant tam nobiles, quam vicinos, ſimiliter ſoluentibus vicinis ſuam partem non teneantur, nec moleſtentur pro parte pertinenti nobilibus, *l* ſed pro iure, ſint liberati, & è conuerſo. Et ſi quis executor vel Rector contra prædicta fecerit, incurrat ipſo facto, pœnam librarum quinquaginta Imperialium, & ſi fuerit alius officialis, qui contra fecerit, condemnetur, qualibet vice, in libris vigintiquinque Imperialium. Et Iudex qui erit deputatus ad Syndicandum officialem de prædictis inquirere teneatur, & condemnare, & facere reſtitui omnes expenſas, & damna illis, qui feciſſent expenſas, vel damna habuiſſent, occaſione prędicta, quæ pœnæ, de quibus ſupra applicentur pro medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate damnum paſſo. Et ſi quæſtio orietur inter nobiles, & vicinos *m* de parte, teneatur Iuſdicens infra decem dies, ex quo fuerit denunciatum, ordinare, & determinare, quæ pars pertineat Nobilibus, & quæ pars pertineat vicinis, & ſi non concordarentur de hoc, infra decem dies compellantur Nobiles, & vicini per Iuſdicentem ad concordandum inter ſe, captis pignoribus, *n* & omnibus aliis iuris remediis, vel teneatur committere aliquibus probis viris, qui eam diuiſionem faciant.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum Quid ſit.*
2 *Nobiles & vicini. Quibus remedijs iuris poſſint compelli ad concordiam.*

Non

Digitized by Google

a NOn compellantur ad ſoluendum pro nobilibus] Idem dicitur, & cauetur in receptione depoſitorum, ſupra cap. 218. in omnibus, vol. 1.

b Sed ipſo iure] Abſque Iudicis ſententia, vt late not. ſupra c. 1. in verbo, ipſo facto, vol. 1.

c Sint liberati] Vt non teneantur cum aliis hic notatis.

d Et è conuerſo] Vt Nobiles qui ſoluerint non teneantur pro vicinis.

e Aliquod damnum, vel expenſas] Differunt inter ſe damnum, & expenſę, vt late not. ſupra cap. ſi debitor, in verbo, omnes expenſas, vol. 1.

f Et ſi burgus] Qui ſit, not. ſupra c. 90. poteſtas.

g Vel locus] Cuiuſcunque qualitatis ſit comprehenditur.

h Caſtrum] † Quid ſit caſtrum, not. Rebuff. in l. verbis ap-
1 pellatione, verſic. tertio ampliate, ff. de verbor. ſignific.

i Moleſtari, inquietari, nec aggrauari] Comprehenditur omnis qualitas grauaminis per verba hæc geminata, l. Baliſta, ff ad Trebell.

k Sed ipſo iure] Abſque Iudicis ſcilicet ſententia, vt ſupra notatur, cap. 1. in verbo, ipſo facto, volum. 1.

l Sed ipſo iure ſint liberati] Abſque ſcilicet Iudicis ſententia vt ſupra notatum dicto capit. primo in verbo, ipſo facto.

m De parte] Pro qua parte quilibet eorum teneatur.

n Et omnibus aliis iuris remediis] Quę autem ſint iuris
2 remedia, notat Boſſ. ſua praxi crimin. titul. de mulctis ad finem.

DE EODEM.

Cap. CCXXXII.

SI Burgus, vel locus, a eſſet diuiſus per partes, illa pars, quę ſoluerit ſuam partem, non teneatur vlterius ad expenſas, nec damna, quæ fierent, & paterentur, occaſione illius oneris, vel datii, vel condemnationis cuius cauſa ſoluerit ſuam partem, ſeu obedierit pro ſua parte, & Rectores, ſeu exequutores, vel officiales teneantur recipere illam ſuam partem volentium ſatisfacere, & omnes alii de alia parte compellantur per Iuſdicentem b ſummarie, & ſine ſtrepitu iudicii, & datione libelli, officio ſuo ad reſtituendum omnes expenſas, & omnia damna integraliter, quæ incurrerent, vel obuenirent ſuper communi, burgi vel loci, vel illis, vel aliquibus ex illis, qui ſoluiſſent, ſeu ſuper illa parte, quæ ſoluiſſet pro ſuis, vel ſuper illis, vel aliquo de illa parte, ſecundum quod caſus occurreret. Et Rectores, ſeu exequutores, Iuſdicentes, ſi inde fuerint requiſiti, teneantur, & debeant compellere incontinenti, cum eis, vel alicui eorum fuerit denunciatum, ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, vt ſupra, ad requiſitionem illius partis, vel alicuius, vel aliquorum de illa parte, quæ ſoluerit, alios de parte, quæ non ſoluerit inſimul, vel diuiſim, ad reſtituendum omnes expenſas, & damna quas, & quę paſſa fuiſſet pars, quę ſoluit, ſeu ille, vel illi de illa parte, quæ ſoluerit, ſeu commune illius burgi, vel loci, de quo eſſet illa pars, quæ non ſoluiſſet, ita quod obedientes, & ſoluentes omnino ſine damno conſeruentur ad expenſas inobedientis. De quibus expenſis, damnis, & intereſſe, credatur ſacramento Syndici illius burgi, vel loci, ſi burgus, vel locus fuerit paſſus illud damnum, c & Sacramento Syndici illius partis, quæ ſoluerit, ſi illa pars, quæ habuerit illud damnum, haberet Syndicum, vel tribus de illa parte, ſi non haberet Syndicum, d taxatione Iudicis præhabita. Et ſi Iudex, qui requiſitus fuerit de prædictis negligens fuerit, incurrat, ipſo iure pœnam librarum vigintiquinque Imperialium, applicandam vt ſupra, qualibet vice. Et ſi contentio eſſet inter illas partes alicuius burgi, vel loci, ita quod inter ſe non concordarent de facultatibus habendis, Iuſdicens compellat quamlibet ipſarum partium propalare ſuas facultates, vt ſciatur quantum debet ſoluere & ſuſtinere vnaquæque ipſarum partium, & hoc poſtquam ipſi Iudici fuerit denunciatum per vnam partem, ſeu per aliquam de ipſis partibus, non obſtante, quod alij velint recuſare, ſub prętextu, quod non eſſet alia pars, & hoc faciat ipſe Iudex e ex officio ſuo, f captis pignoribus, & mulctam indicendo, g & alijs modis, & remedijs iuris, quibus melius poterit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum damni dato an detur Hæredi non informato.*

a ESſe diuiſus per partes] Separatus ſcilicet eſſe, vt quilibet ſciat quam portionem ſoluere debeat.

b Summarie & ſine ſtrepitu iudicii] Quid releuēt hæ clauſulæ, notatum ſupra capitul. 47. D. Poteſtas, in his verbis, volum. 1.

c Et ſacramento Syndici illius partis quæ ſoluerit] † Vt
1 informati de his; Sacramentum enim maxime de damno dato non datur hæredi non informato, vt in his terminis not. Plor. l. qui quando, num. 619 C. vnde vi.

d Taxatione Iudicis prohibita] Hæc taxatio præmittitur, ne detegatur partis periurium, vt late notatum ſupra, cap. 413. ſi quis, in hoc verbo, volum. 1.

e Ex officio ſuo] Quid ſit, & quotuplex, notatum ſupra cap. 423. ſi quis, in hoc verbo, volum. 1.

f Captis pignoribus, & mulctam indicendo] Hæc enim ſunt inter alia iuris remedia, vt not. Boſſ. ſua praxi, titu. de mulctis ad finem.

g Et aliis modis, & remediis iuris] Quę ſint talia, not. Boſſ. d. tit. de mulctis, ad finem.

DE EODEM.

Cap. CCXXXIII.

SI quis de aliqua Vniuerſitate burgi, vel loci Ducatus Mediolani, vel de alia vicinantia Ducatus Mediolani comparuerit coram aliquo Iuſdicente, & expoſuerit, quod in ſua vniuerſitate ſint a aliqui potentes, b vel Magnates, vel qui aggrauant eum, & alios ſuos vicinos volentes ſoluere, & ſuſtinere eorum contingentes partes ſuæ vniuerſitatis, nec communi Mediolani, obedire prout debent, ita quod commune illius vniuerſitatis, ſeu terræ deſertum, ſeu deſerta redditur, & petierit ab eo Iuſdicente c æſtima homini illius terræ, vel vniuerſitatis coram ipſo Iuſdicente fieri, teneatur, & debeat ille Iuſdicens, cui fuerit expoſitum, vt ſupra, cogere illud commune, ſeu vniuerſitatem, & homines eiuſdem, ad eligendum ęſtimatores, quia illa æſtima in præſentia ipſius Iuſdicentis faciant, & factis illis æſtimis, quilibet de ipſa terra, ſeu vniuerſitate, compellatur ſoluere ſuam contingentem partem onerum illius terræ, vel ſuæ plebis, vel alterius vniuerſitatis, & ſoluta ſua contingenti portione, non poſſit aliquis de ipſa terra, vel vniuerſitate, quouiſmodo, cogi ad ſoluendum pro ipſo communi, vel vniuerſitate, nec pro aliis ſuis vicinis, d ſed penitus ab ipſo onere ſit abſolutus, & liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Potentes qui dicantur.*

a ALiqui Potentes] † Qui dicantur Potentes, notat Spe-
1 culat. tit. de ceſſion. action. §. 1. n. 3. verſ. quid ſi Plebeius, Iaſ. l. ſi ita quis, § ea lege, nu. 13. ff. de verb. oblig.

b Vel Magnates] Qui dicantur Magnates, not. ſupra cap. 443. quilibet in verbo, ex magnatibus, volum. 1.

c Aeſtimi] Reſpectu bonorum, & facultatum, vt ſupra notatum capit. 218. omnia onera, in verbo, ſecundum ſuum æſtimum.

d Sed penitus ab ipſo onere ſit abſolutus] Quod ſcilicet nō teneatur pro eis, & vbi moleſtentur, quod habeant regreſſum, vt notatum in cap. præcedentibus.

De conſeruando indemnem illum, qui ſuſtinuerit damnum pro alieno defectu, vel negligentia. Cap. CCXXXIV.

SI aliquod commune, vel vniuerſitas, condemnationem, vel damnum ſuſtinuerit pro alicuius ſingularis perſonæ illius vniuerſitatis, vel communitatis maleficio, neglig͞etia, contumacia, vel defectu, quod ille, cuius cauſa ſuſtinerentur illa damna, & condemnationes, a teneatur ad conſeruandum indemnem, & indemnes ipſa communia, Conſules, & perſonas eorum communium.

a TEneatur ad conſeruandum indemnem] Idem de iure communi, vt notat Alexand. conſ. 147. num. 2. vol. 2. notatum ſupra cap. 92. quilibet in hoc volum. & infra cap. 439. ſi quis.

Quod

Digitized by Google

Quod communia non teneantur extra ſuum territorium obedire datiarijs. Cap. CCXXXV.

COmmunia non teneantur extra ſuum territorium *a* ad petitionem datiariorum, *b* ire ad aliquam exequutionem, *c* nec ipſos extra ſuum territorium teneantur aſſociare, nec in aliquo eis obedire.

a AD petitionem datiariorum] Publicanorum ſcilicet, qui conducta habent datia, & onera à Camera.

b Ire ad aliquam executionem] Sic dictantibus decretis, vel ordinibus antiquis.

c Nec ipſos extra territorium aſſociare] Virtute aliquorũ ordinum, vel decretorum.

Cum quibus terris caſsinæ teneantur ſuſtinere onera. Cap. CCXXXVI.

OMnes caſſinæ, & omnia molendina, follæ, piſtæ, trauerſeræ, malia, & reſeghæ ab aqua Ducatus Mediolani, teneantur ſoluere, & ſuſtinere onera, & condicia, cum illis burgis, & locis, in quorum territorijs ſint. Et ſi dubiũ emerſerit, de quo territorio ſint, teneantur ſuſtinere onera *a* cum propinquiori terra, vel loco, *b* niſi per quinque annos ad minus, ſuſtinuerint onera cum alio loco, vel terra. Et tunc quo ad onera, intelligantur eſſe de territorio illius terræ, vel loci, cum qua, vel quo ſuſtinuerint, vt ſupra, ſaluo quod ſi aliqua caſſina poſita in aliquo territorio, vel ſi dubium fuerit de quo ſit territorio, fuerit, *c* per decennium *d* continuum *e* in poſſeſſione, ſeu quaſi libertatis non ſoluendi onera cum aliqua terra, vel loco, habeatur pro libera, ne aliqualiter poſſit inquietari occaſione onerum, quæ imponerentur terræ, in cuius territorio fuerit, ſeu illi terræ, cui fuerit propinquior, quando eſt dubium, vt ſupra. Et ſaluo iure pactorum, quę aliqua caſſina, vel Dominus, vel Domini eiuſdem habuerit, vel haberet, ſeu haberẽt ſi qua haberent, cum Communi terræ, vel loci, cum qua ipſa Caſſina ſoluere, & ſuſtinere deberet, ſecũdum formam principij huius ſtatuti. Et hoc ſtatutum non habeat locum in illis caſſinis, *f* quæ eſſent ſeparatæ ab alienis territorijs, ſolitis de per ſe ſuſtinere onera, nec habeat locum in illis caſſinis, *g* de quibus in ſequenti proxime ſtatuto ſit mentio, nec in alijs caſſinis hactenus ædificatis, durantibus temporibus immunitatis, ex forma ſtatutorum, finitis autem ipſis temporibus limitatis exemptioni, ex forma ſtatutorum Communis Mediolani, ſtatutum præſens habet locum.

S V M M A R I V M.

1 *Capſinæ cum quibus terris concurrunt in oneribus.*
2 *Poſſeſſio quadragenaria requiritur ad præſcribendam facultatem concurrendi in onere potius cum vna villa, quam cum alia.*
3 *Facultas non ſoluendi quanto tempore præſcribatur, & numer. 4.*

a CVm propinquiori terra, vel loco] † Si autem ſit inter
1 duas terras, vel loca æque diſtantia, tunc debet fieri diuiſio per partes ad ſolutionem hanc ſiendam, prout in ſimili not. Nellus tractat. bannit. 2. parte ſecundi temporis, quæſt. 65. verſic. quo ad tertium, idem notat Afflic. in conſtitut. regni, Rub. 25. de homine glandeſtino, numer. 23. lib. 1.

b Niſi per quinque annos] Et ſic quinquennalis ſolutio inducit poſſeſſionem ſoluendi in illo loco.

c Per decennium] † De iure communi requiritur poſſeſ-
2 ſio quadragenaria, per l. fundo, C. de fund. patrim. lib. 11. late diſcutit. Rub. Alex. conſ. 21. num. 3. cum ſeq. vt ſupra not. in c. 218. omnia onera in prin.

d Continuum] † Adeo quod non ſufficiat, quod quis per
3 decennium interpolatis vicibus non ſoluerit, quod idem eſt de iure communi ad præſcriptionem inducẽdam, vt requiratur continuata poſſeſſio, not. Bald. tract. de præſcript. 3. parte princip. 3. particula.

e In poſſeſſione, ſeu quaſi libertatis] † Quid ſi ſit in qua-
4 ſi poſſeſſione cum alia terra, vel cum alio territorio, vbi nõ ſit ſita, vtrum poſſit Commune illius territorij ipſum compellere ad ſoluendum eum, crederem quod non, quia licet tunc non dicatur proprie in poſſeſſione libertatis abſolute, dicitur tamen in poſſeſſione libertatis, quo ad illud commune, vbi ſita eſt illa caſſina, adeo quod dicere poteſt, quo ad te liberas ædes habeo, & hæc etiam videtur intentio ſtatuti huius, vt colligitur ex lectura antiqui, ex quo hoc ſumptum, cuius verba hic poſita, cum aliqua terra, ibi exprimuntur, cum illa terra in cuius territorio fuerit, vel quando eſt dubium in quo territorio ſit, cum ea terra, quæ eſt idem propinquior.

f Quæ eſſent ſeparatæ ab alieno territorio] Quo etiam ad onera ſuſtinenda.

g De quibus in ſequenti proxime ſtatuto ſit mentio] Quia habeat immunitatem ibi notatam.

De immunitate caſsinarum. Cap. CCXXXVII.

SI contingat *a* de cætero, *b* de nouo ædificari *c* caſſinam, *d* vel aliam habitationẽ in territorio alicuius burgi, vel loci, longe ab ipſo burgo, *e* vel loco, ſaltem per medium milliare, illa caſſina, ſeu habitatio, ac etiam habitatores ipſius caſsinæ, vel habitationis, *f* ſint, & eſſe debeant immunis, & immunes ab omnibus oneribus communis ipſius burgi, uel loci, uſque ad annos uigintiquinque, à tempore cœpti ædificij, computandos, & hoc duntaxat, *g* reſpectu onerum perſonalium, *h* reſpectu uero onerum realium, *i* & mixtorum, ſint immunes, & exempti ibidem habitationes pro bonis duntaxat, quæ tempore cœpti ædificij, vt ſupra, vel per menſes *k* ſex ante erant inculta, & non laboratiua, & volentes vti beneficio huiuſmodi immunitatis, teneantur comparere ad officium Prouiſionum cõmunis Mediolani, *l* primo anno, quo ædificium ipſum inchoari, vel fieri fecerit, quod gaudere intendunt immunitate præſentis ſtatuti.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum trahitur ad futurum.*
2 *Refectio habitationis deſtructæ, an veniat appellatione nouæ fabricæ, & num. 3.*
4 *Aedificij appellatione, an veniat paries ſine cæmento.*
5 *Habitatio dicitur vocabulum magis generale, & latiuſq; domus, vel capſina.*
6 *Habitationis nomine an veniat locus compoſitus ex aſſidibus exẽptilibus.*
7 *Et quid de parua domuncula facta cauſſa colligendorum fructuũ.*
8 *Immunitas non tollitur per generalem caſſationem Priuilegiorum.*
9 *Immunitas conceſſa an detrahat iuribus fiſci, vel cæteris non exemptis accreſcat onus.*
10 *Onera perſonalia quæ ſint.*
11 *Capitaneo quæ dicatur.*
12 *Onera realia quæ ſint.*
13 *Onera mixta quæ ſint.*
14 *Dictio, & quando requirat concurſu expreſſorum.*
15 *Alternatiua inter inchoari, & fieri quid importat, numer. 16. & 17.*

a DE cætero] † In futurum ſcilicet ad quod regulariter
1 ſtatutum trahitur, vt notat Aſin. ſua praxi iudic. §. 3. cap. 1. num. 6.

b De nouo ædificari] † Quid ſi antiqua habitatio deſtru-
2 cta reficiatur, diſtinguẽdum eſt, quod aut erat penitus euerſa, & ad arcam redacta, & tunc dicitur nouum ædificium, vel noua domus, vel habitatio, aut non erat in totum euerſa, & tunc ſecus, quæ quidem diſtinctio colligitur ex textu, in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. not. glo. in c. quoniam, in verbo, fundatores, de iure patron. ſcribentes omnes, in l. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de oper. nou. nunt. Cœpolla tract. vrban. prædiorum, tit. de refectione, c. 59.
3 in princ. † Quod autem domus penitus euerſa & reædificata non cenſeatur eadem, notat in ſimili Tiraq. tractat. retract. lignag. ad finem, tit. num. 71. cum ſeq.

c Caſsinam] † Quid ſi paries ſit ſine cæmento, an dicatur
4 ædificium, quod ſic, not. Tiraq. ſecundum opinionem Baldi in tract. retract. lignag. §. 1. gl. 7. num. 122.

d Vel aliam habitationem] † Hoc vocabulum eſt magis
5 generale, & latius quam ſit domus, & caſſina, prout etiam notatur de caſamento, & domo, per Caſtrenſ in conſ. 453. in
6 princ. volum. 1. † Ideo comprehenditur habitatio ex aſſidibus exemptilis, vt not. Tiraq. tractat. retract. lignag. §. 1.
7 glo. 7. num. 119. † Comprehenditur etiam parua domuncula facta cauſa colligẽdorum fructuum, vt not. Bart. Ang. & Iaſ. in l. Senatus, § Marcellus, nu. 2. ff. de leg. 1. licet alias

in omni

Digitized by Google

in omni diſpoſitione non comprehenderetur res minima, vt
cumulate not. Bron. tract. ſtatut. fœm. exclud. art. 9 quæſt.
12. idem Caccialup. tract. de debitore ſuſpect. q. 3. prin. nu.
3. vſq; ad finem, & notatum late ſupra c. 328. in alienat. in
verbo, & obligationibus, vol. 1.
e Saltem per miliare] Tanto magis ſi longioris diſtan-
tiæ ſit.
f Sint, & eſſe debeant immunes] † Priuilegium immunita-
8 tis non tollitur per generalem caſſationem priuilegiorum,
vt notat Barbar. inter conſil. Alex. conſil. vii. num. 24. vol.
9 4. † Immunitas hæc conceſſa his locis an trahi debeat ad
præiudicium fiſci, vel debeat accreſcere alijs non exemptis,
not. declarando Caſſa. in ſuis conſuet. Rub. 9. §. 18. in tex-
tu, Talliabilis, num. 16. Rol. à Valle conſ. 76. num. 4. cum
ſeq. volum. 2.
g Reſpectu onerum perſonalium] † Quæ ſint perſonalia
10 onera, explicat Bart. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco,
lib. 10 Iaſ. l. placet, in princ. C. de ſacroſ. Eccleſ. & aliqua
11 fuerunt notata ſupra in præcedentibus capitulis. † One-
ra quæ imponuntur principaliter perſonis dicuntur capita-
tio, ita Thomas Parpalia, d. l. placet, num. 16. C. de ſacroſ.
Eccleſ.
h Reſpectu autem realium] † Quæ ſint, not. Iaſ. & Thom.
12 Parpal. d. l. placet in princ. C. de ſacroſ. Eccleſ.
i Et mixtorum] † Mixta dicuntur, quæ imponuntur per-
13 ſonis pro rebus, vt in his terminis notat Pariſ. conſil. 25.
num. 4. volum. 1.
k Quæ erant inculta, & non laboratina] † Quod autem
14 requiratur concurſus vtriuſque qualitatis, crederem quod
ſic, poteſt enim eſſe fundus, vel prædium incultum, quod ta-
men ſit laboratiuum, & è contra, & ſic hęc ſecunda qualitas
reſpicit aptitudinem, exemplificari poteſt in burgaria ple-
na, illa enim eſt inculta, & non laboratiua vbi eſſet buſca-
ta, idem ſi eſſet paduloſa, ad probationem tamen hanc,
quod vtraq; qualitatis adſit crederem ſufficere, quod pro-
baretur bona eſſe huiuſmodi, ex quibus Latine dicitur fieri
nouale, ut habetur in c. qualiter per nouale, de uerb. ſignif.
& c. fin. de priuileg.
l Primo anno quo ædificium inchoari, vel fieri fecit] †
15 Iſta alternatiua videtur innuere, quod iſte annus computa-
ri poſſit non à die inchoati, ſed perfecti ædificij, verum
contrarium verius, quia verbum, fieri, non importat per-
fectionem, & hæc alternatiua non ponitur pro hac differē-
tia; nam ſi conſiderentur verbamet ſtatuti præcedentia, im-
munitas hæc incipit à die, & tempore cœpti ædificij. De-
bet igitur proteſtatio hæc fieri in illo primo anno, & ſiue
illo primo anno cœperit tantum ædificare, ſiue iam fuiſſet
16 abſolutum ædificium. † Primo anno an quis dicatur pro-
teſtatus, qui intra annum continuum à die cœpti edificij
proteſtatur, vt puta cœpit illud ædificium de menſe Apri-
lis 1580. proteſtatur autem de menſe Martij 1581. Pri-
ma fronte videretur dicendum quod non, quia iſta verba,
primo anno, videntur intelligi ſecundum milleſimum, cō-
trarium tamen credo verius, quia annus dupliciter capi-
tur, videlicet legalis, ſeu emergens, quod eſt dierum 365.
ſecundo modo capitur pro anno communi qui eſt ab vna
Natiuitate ad alteram, vel ab Incarnatione, vel aliter ſe-
cundum conſuetudinem locorum, & late not. ſupra capit.
17 109. more, in verbo, annus, volumin. 1. † Sufficit autem
cum ſimus in fauorabilibus, quod ſecundum unam inter-
pretationem poſſit ſuſtineri, ut notat. Bartol. in l. 1. §. an-
num, ff. de itinere actuque priua. Idem in l. cum hæres,
§. Stichus, numer. 3. ff. de ſtatut. Bart. in l. libellorum, co-
lum. penult. numer. 15. ff de accuſat. maxime ex quo dinu-
meratio iſta reſpicit, & tendit relatiue ad inchoationem
ædificij.

De fodro, oneribus, & datijs non imponendis. Cap. CCXXXVIII.

a DE cætero non imponatur b fodrum, tallea, mutuum, datium, onus, c nec æſtimum d pro commune Mediolani, e nec aliquid aliud, in fraudem, aliquo quæſito colore, f niſi quatenus per Dominum, Dominum noſtrum Mediolani fuerit ex cauſa viſum vtile, vel neceſſarium, ſub pœna contrafacienti librarum quinquecentum Imperialium, pro quolibet applicanda communi Mediolani, & illud, quod fieret in contrarium nullius ſit valoris.

SVMMARIVM.

1 *Onera imponuntur per ſolum Principem non recognoſcentem ſuperiorem num. 2.*
3 *Quid de nouis vectigalibus vel collectis.*

a DE cætero] In futurum ſcilicet, ad quod regulariter
ſtatutum refertur, ita Aſin. ſua praxi iud. §. 3. c. 1. n. 6.
b Fodrum] Hoc eſt, ſpecies oneris, prout ſunt etiam ſe-
quentia.
c Nec æſtimum] Super facultatibus ſcilicet, & haue-
re, vt notatum ſupra capit. 218. omnia onera, in hoc
verbo.
d Per commune Mediolani] † Cum ſolum Princeps non
1 recognoſcens ſuperiorem poſſit onera imponere, ita Pariſ.
conſ. 25. in princ. & per totum, volum. 1.
e Nec aliud] Quod importet onus.
f Niſi quatenus per D. Dominum noſtrum Mediolani] †
2 Qui ſolus poteſt imponere onera, vt not. Pariſ. d. conſ. 25.
3 in princ. vol. 1. † Non tamen poteſt Princeps imponere
noua vectigalia, vel collectas, ita Boſſ. ſua praxi crim. tit. de
Principe, & eius priuileg. nu. 119.

Quod ſuburbiani non teneantur niſi vt ciues. Cap. CCXXXIX.

a ANtiani b burgorum, ciuitati Mediolani coniunctorū, c nec corporum ſanctorum Mediolani, d nec cōmunitates eorum, & illi, qui in eis habitant, e non teneantur ad aliqua onera, f vel factiones, nec ad aliqua alia, g niſi ſicut tenentur alij ciues Mediolani, qui habitant h in corpore ciuitatis, i nec ad aliqua depoſita, nec robationes, nec ſequeſtrationes, k nec æſtimationes, quæ non poſſint fieri de eis, nec ſuper eis, niſi ſicut fit, & poteſt fieri de habitantibus in corpore ciuitatis, & ſi aliter fieret, l nō valeat, & ſit irritum, m non obſtantibus aliquibus exceptionibus, quod ſtatutum non habeat locum reſpectu ſequeſtrorū, & depoſitorum, n quæ ex forma ſtatutorum Cōmunis Mediolani penes eos fieri poſſunt. Nec habeat locum in his, quæ in contrarium ordinata ſunt, o ſeu in futurum ordinabuntur per Dominum noſtrum Mediolani. Si per decreta Ducalia, vel ordines Ducales reperiatur circa onera aliter, quam per præſentia ſtatuta eſſe diſpoſitum ſeruentur, & ſeruari debeant ipſa decreta, & ordines Ducales, p quo ad ipſam cameram tantum.

SVMMARIVM.

1 *Suburbani qui dicantur.*
2 *Suburbia Ciuitatis quæ dicantur, & num. 3.*
4 *Habitans in ſuburbijs dicitur habitare in Ciuitate.*
5 *Ciuitatis appellatione proprie quid veniat.*

1 † SVburbiani, qui dicantur, not. Cœpolla conſ. 19. num.
5 cum ſeq.
a Antiani] Antiani hi qualiter eligantur, ſupra cauetur cap.
188. eligantur.
b Burgorum] † Quæ dicantur ſuburbia ciuitatis, not. Cœ-
2 polla, conſ. 19. in princ. † Statutum vbi loquitur de ſub-
3 urbijs intelligi debet de habentibus viciniam, ita Bonacoſ.
in quæſt. crim. in verbo, ſtatutum, verſ. ſtatutum quod lo-
quitur.
c Nec corporum ſanctorum] De his corporibus ſanctis
in materia onerum, not. Rub. Alex. conſ. 21. numer. 2. cum
ſequent.
d Nec communitates eorum] In ſuburbijs poſitorum.
e Non teneantur ad aliqua] Onera ſcilicet cuiuſcunque
generis.
f Vel factiones plauſtrorum, & hominum] De quibus in
cap. præced.
g Niſi ſicut tenentur alij ciues] † Et hoc quia habitando
4 in ſuburbijs dicitur habitare in ciuitate, ita Menoch. tract.
arbitr. lib. 2. centur. 2. caſu 155. num. 7.
h In corpore Ciuitatis] † Intra muros ſcilicet, cum pro-
5 prie Ciuitatis appellatione veniat, quod intra muros con-
tinetur, ita not. Hier. de Monte tract. finium regund. cap. 5.
in princ.
i Nec ad aliqua depoſita, nec robationes, nec ſequeſtra-
tiones] De quib. ſupra c. 229. penes Communia, vol. 1.
k Nec æſtimationes] De quibus ſupra c. 230. ad petitio-
nem, volum. 1.
l Non valeat, & ſit irritum] Quid importet clauſula irri-
tatiua in ſtatutis, l. c nota. uin in præludiis.

Non

Digitized by Google

m Non obſtantibus aliquibus exceptionibus] Remotis exceptionibus, quæ exceptiones cenſeantur remotæ, & quæ non notatum ſupra c. 42. ſi quis, in verbo, omni exceptione remota, volum. 1.

n Quæ ex forma ſtatutorum] De quibus cauetur ſupra, c. 129. penes Communia, volum. 1.

o Seu in futurum ordinabuntur per Dominum noſtrum Mediolani] Cum ipſe poſſit in contrarium ſtatuere tollendo diſpoſitionem hanc ſtatutorum, vt late notatum in præludijs.

p Quoad ipſam cameram tantum] Cum in multis camera habeat diuerſa priuilegia, pluſquam priuatus, vt alias diſcuſſum in nouis conſtitutionibus, tit. de iure & priuileg. fiſci, in princip. vbi eſt locus.

R V B R I C A G E N E R A L I S,
De aqua & iure molendinorum, & de ſtratis.

† DE iure Molendinorum, & eorum priuilegijs, late notant ſcribentes, in l. quominus, vbi præcipue Iaſ. & Ripa, ff. de flumin.

Quod habentes antiquam ſedem molendini, poſsint illud molendinum conſtruere, nulla obſtante temporis præſcriptione. Cap. CCXL.

a SI quis *b* ſedem *c* molendini *d* habeat, *e* quam longiſſimo tempore, *f* ſeu tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat, ſteterit, g quod illud non conſtruxerit, *h* & inferior, *i* vel ſuperior vicinus aliud molendinum ædificauerit, k vel aliquid aliud fecerit quod antiquo molendino, *l* ſeu antiquæ ſedi *m* noceat, *n* etiam ſi triginta, vel quadraginta annis illud poſſedit, *o* vel ſine aliqua interruptione tenuerit, *p* Domino veteris molendini, ſeu ſedis antiquæ non obſit, quo minus, in ſtatum antiquum ſuum poſſit molendinum conſtruere, & poſſit ſuperiorem, & inferiorem vicinum *q* cogere *r* vt omne opus, *ſ* ab eo factum, quod antiquæ ſedi, *t* ſeu antiquo noceat molendino, *u* deſtruat, *x* nulla obſtante temporis præſcriptione, cum de antiquo molendino, ſeu de antiqua ſede, *aa* conſtet, vel ipſum ibi antiquitus fuiſſe, vel ſtetiſſe *bb* appareat; vel aliquæ vetuſtatis molendini veteris *cc* ſigna, ſeu veſtigia appareant.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum quando comprehendat tam maſculos, quam fœminas.*
2 *Foreſes an poſſint vti beneficio ſtatuti reſpicientis deciſoria cauſæ.*
3 *Molendini appellatione quid comprehendatur.*
4 *Si duo voluerint molendinum ædificare quis præferatur.*
5 *Aedificare volens molendinum faciendo cluſam in flumine non poteſt immittere tigna.*
6 *Molendinum facere in ſuo cuilibet eſt permiſſum, declarat nu. 7.*
8 *Quid in flumine non nauigabili.*
9 *Tempus centum annorum eſt immemorabile.*
10 *Præſcriptio centenarium cuius ſit effectus.*
11 *Præſcriptio centenaria an cenſeatur excluſa per ſtatutum.*
12 *Molendinum deſtructum pendente locatione per quem debeat reſtaurari.*
13 *Molendinum qui promiſſit reficere intelligitur pro prima vice.*
14 *Molendinum commune reſtauratum ab vno ex ſocijs, altero recuſante fit totum reficientis.*
15 *Molendinum habens inferius quando poſſit prohibere ne ſuperius ædificetur, & nu. 16. ac 19. & 20.*
17 *Quid de cluſa ad tranſuerſum, & nu. 19.*
18 *Molendinum habens ſuperius licitè tempore æſtatis, & ſiccitatis colligit aquas pro eius molendino in præiudicium inferioris.*
21 *Molendino deſtructo ſi Dominus per annum neglexerit reficere dicitur habere illud pro derelicto declara multipliciter vſque ad num. 26. 27. 30 & 31.*
28 *Molendinum volens conſtruere qua actione poſſit impediri, & num 29.*

a SI quis] † Comprehendit tam maſculos, quam fœmi-
1 nas, cum loquatur de materia indifferenti congruenti
vtrique ſexui, per textum in l. 1. vbi Rebuff. late. ff. de
verbor. ſignific. & cauetur ſupra c. 126. in ciuitate, vbi nota-
2 tum, volum. 1. † Foreſes autem quod non poſſint vti be-
neficio huius ſtatuti reſpicientes deciſoria cauſarum nota-
tum ſupra c. 180. in fauorem, non ſic in clericis, licet non
dicantur ſubditi, vt ibi diſcuſſum.

b Sedem] Id eſt, locum & veſtigia, vbi erat ſitum, vt infra
deducetur.

c Molendinum] † Molendini appellatione comprehen-
3 duntur aquæ, molæ, & alia inſtrumenta eius, vt in his ter-
minis notat Iaſ. l. quominus, num. 113. cum ſeq. maxime
num. 118. ff. de flumin. contrarium not. Bald. conſil. 107.
4 volum. 3. † Qui primo loco opus molendini, vel aquæ-
ductus inchoauit, in eo procedendo, quamuis non perfe-
cerit, dicitur acquiſiuiſſe ius, vt poſſit prohibere alium vo-
lentem poſtea facere aliud molendinum, ita notat Iaſ. poſt
Bar. in d. l. quominus, nu. 54. cum ſeq. declarando duobus
modis, nu. 55. ad fin. & 56. ff. de flum. Viuius ſuis commun.
5 lib. 2. opin. 182. Molendini. † Aedificare volens Molendi-
num faciendo cluſam in flumine, non poteſt immittere ti-
gna, & alia ædificia in ripa vicini eo inuito, ita not. Iaſ. poſt
Bart. & alios in d. l. quo minus, num. 63. cum ſeq. ff. de flu-
min. declarando vt per eum.

d Habeat] † Quilibet in ſuo poteſt facere molendinum,
6 niſi iure permittente poſſit prohiberi ab alio per priuile-
gium, vel per præſcriptionem legitimam, ita not. Vrſil. ad
7 Afflict. deciſ. 388. in princ. † In alieno autem non licet
facere, nec ſuper aqua aliena, ita Iaſ. d. l. quo minus, nu. 50.
8 ff. de flumin. † licet in flumine publico non nauigabili
quilibet poſſit facere molendinum, vt not. Iaſ. d. l. quo mi-
nus, num. 1. declarando vt per eum, num. 45. cum ſeq. ff.
de flumin.

e Quamquam longiſſimo tempore] Quod eſt annorum
triginta, vel quadraginta, toto titu. C. de præſcript. 30. &
40. annorum.

f Seu tanto, cuius initij memoria non exiſtat] † Quod
9 eſt in ſpacio annorum centum, vt notat ſignanter Soc. iun.
10 conſil. 76. num. 91. vol. 1. † Cuius autem effectus ſit hæc
præſcriptio centenaria, & cuius initij memoria non exiſtat
not. Soc. iun. d. conſ. 76. nu. 92. cum ſeq. vol. 1. not. in nouis
conſtit. tit. de iure & priuileg. fiſci, cap. nulla præſcriptio.
11 † Statutum vbi non excluſiſſet expreſſe hanc præſcriptio-
nem centenariam, ea quidem non cenſetetur excluſa per
quæcunque verba generalia, tollentia omnem præſcriptio-
nem, ita Iaſ. in d. l. quo minus, nu 42. ff. de flum. Petrus Ra-
uen. ſing. 675. Petr. Gerard. ſing. 18. Boſſ. ſua praxi crimin.
tit. de fiſco, & eius priuileg. nu. 55. Afflict. in conſtit. regni,
Rub. 8. de probat. per inſtrumentum, num. 12. & Rub. 31.
de præſcript. num. 18. & 19. lib. 3. Bald ſuo tract. præſcript.
in 5. par. princip. 4. particula, quæſt. 6. num. 5. Soc. conſil.
76. num. 94. vol. 1.

g Quod illud non conſtruxerit] † Molendinum locatum
12 alicui ſi fuerit deſtructum durante locatione, ad quem per-
tineat eius refectio locatorem, vel conductorem, diſtinguit
Bart. in l. cotem, § qui maximos, ff. de Publician. Practic. in
forma libelli, in actione confeſſoria, verſic. ſeruitus, il 2 nu.
13 11. † Molendinum ſi quis conduxit reficiendum, intelligi
debet de prima vice, ita not. Ant. Trigona, ſing. 20. Iaſ. d. l.
14 quo minus, num. 153. ff. de fluminib. † Molendinum com-
mune vbi reficiatur ab vno ex ſocijs altero recuſante velle
reficere, vel contribuere refectioni, fit in totum reficientis,
ita notat Cremen. ſing. 98. late diſtinguit Iaſ. d. l. quominus,
num. 109. ff. de flumin.

h Et inferior] † Habens molendinum inferius, quando
15 poſſit prohibere ſuperiorem ædificare aliud molendinum,
diſtinguit Viuius ſuis communibus, lib. 2. opin. 181. mo-
lendinum habens.

i Vel ſuperior vicinus aliud molendinum fecerit] † De
16 iure communi ſuperior Vicinus non poteſt facere molen-
dinum per quod impediatur commodum naturale curſus,
ſcilicet, aquæ habentis molendinum inferius, ita not. Iaſ.
d. l. quo minus, num. 84. ff. de flumin. & Viuius d. opin. 181.
molendinum habens.

k Vel aliquid aliud fecerit] † Veluti conſtruendo clu-
17 ſam ad tranſuerſum, quod quidem nocet inferiori molen-
dino antiquo reficiendo, vt tradit Iaſ. d. l. quo minus, nu.
18 104. ff. de flumin. † Habens autem molendinum ſuperius
poteſt licite tempore æſtatis, & ſiccitatis colligere aquas
pro eius molendino in præiudicium inferioris, ita not. re-
latiue Iaſ. d. l. quominus, num. 41. explicite Bernard. Diaz
reg. 371. Molendinum, limitando quinque modis, vt per
eum, ibi relatiue notat Ripa dict. l. quominus, num. 18. ff.
de flumin.

l Seu antiquæ ſedi] Dum tamen ſit in promptu, quod ea
reficiatur, vt hic cauetur expreſſe.

i Noceat

Digitized by Google

m Noceat] † Etiam quod hoc ſit minimum nocumentum,
19 vt in his terminis notat Iaſ. d. l. quominus, num. 80. ff. de
20 flumin. † Vbi autem aliquod nocumentum non afferat
molendinum dein extructum, vt quia aqua ſit ſufficiens pro
ambobus, tunc Dominus antiqui molendini non poteſt im
pedire, nec conqueri, ita notat. Iaſ. d. l. quominus, num. 57.
ff. de flumin.

n Et ſi triginta, vel quadraginta annis illud poſſedit] † Cor
21 rigitur in hac parte iuris communis diſpoſitio, ex qua di-
ſponitur, quod deſtructo penitus molendino, ſi dein Do-
minus eius differt, & negligēs ſit in eius refectione, & aquę-
ductione, vel alıter habeat illud pro derelicto per annum,
tunc poteſt alius aquam præoccupare, & quantumq; opus
in præiudicium dicti antiqui molendini facere, iuxta tra-
dita per Bart. d. l. quominus, q. 15. nu. 26. vbi Iaſ. nu. 97. &
Ripa, nu. 104. cum ſeq. ff. de flum. idem diſtinguit Practic.
d. forma libelli in act. confeſſoria, verſ. aquæductus, nu. 20.
22 † Licet iuuetur quis beneficio reſtitutionis in integrum
iuſta ex cauſa impeditus, vt tradit Iaſ. d. l. quominus, nu.
23 101. Vrſill. ad Afflict. dec. 392. in princ. † Quæ tamen con-
cluſio non procedit, quando molendinum non fuit penitus
deſtructum, quia poteſt etiam lapſo anno refici, & quis vti
aquis, prout ſolebat, ita not. Iaſ. dict. l. quominus, num. 97.
24 Clarius, Vrſillus d. deciſ. 392. nu. 2. † Aedificii autem in
flumine conſtructi & impetu aquarum collapſi, quanto tē-
pore eius Dominium amittatur diſtinguitur, an ſit penitus
deſtructū, vel ne, vt per Iaſ. d. l. quominus, nu. 3. ff. de flum.
25 † Habens pariter molendinum in flumine publico non de-
ſtructo, ſi vicinus ſuperior fecerit cluſam, vel aliud molen-
dinum propter quod impeditur antiqui molendini ius,
quod poſſet prohiberi per Dominum eius ſi id paſſus fue-
rit per longum tempus, amittit illud ius prohibendi, ita no
tat Iaſ. d. l. quominus, num. 104. ff. de flum. quod quidem
non eſt correctum per diſpoſitionem huius ſtatuti loquen-
tis de molendino deſtructo.

o Vel ſine aliqua interruptione] † Qualiter autem prę-
26 ſcriptio interrumpatur, late diſcutit Franc. Balb. ſuo tract.
præſcript. 6. parte princ. 3. particula.

p Domino veteris molendini, ſeu ſedis antiquæ non obſit]
27 † Hoc potuit valide diſponi per Principem, vel ſtatutum
contra iuris communis diſpoſitionem, de qua ſupra in præ-
iudicium tertii, ita not. Ruin. conſil. 191. num. 12 volum. 1.
declarando vt per eum.

q Cogere] † Ex diſpoſitione, & condictione huius ſtatu-
28 ti officio iudicis implorato, vt notat. in ſimili ſupra, c. 433.
29 ſi quis vol. 1. † De iure autem communi qua actione quis
poſſit impediri, & prohiberi, ſi velit ædificare molēdinum
ſupra, vel infra, ex quo ſiat nocumentum molendino anti-
quo alterius, diſcutit Iaſ. d. l. quominus, num 51. cum ſeq.
ff. de flumin.

r Vt omne opus ab eo factū] † Dubiū non leue oritur, an
30 per hæc verba tam generalia inferatur, quod nullum opus
penitus fieri poſſit, quod noceat molendino iſti antiquo,
cum de iure communi poſſint fieri aliqua, vt in hac ſpecie
notat Cœpol. tract. ſeruit. ruſtic. prædio. cap. 4 de aquædu
ctu, nu. 51. Imò etiam aliquando poſſit fieri molendinum
ſuperius in præiudicium inferioris adhuc exiſtētis, vt not.
Dec. conſil. 373. num. 3. Ruin. conſil. 191. num 3. volum. 1.
Caſus hic cum aliquando obrigiſſet inter Illuſtriſſ. Mar-
chiones Triuultios, & Magnificos Spetianos, qui diu pe-
pendit, allegabatur ab vna parte ſtatuti huius diſpoſitio,
quod non liceret Domino diuertere aquam à ſolito ſuo
curſu nocendo molendino inferiori, verum ſtatuti huius
diſpoſitio eſt ſane intelligenda, vt habeat locum, vt molen-
dino deſtructo, ſi Dominus eius velit eum reficere, quod
tunc non poſſit alter prohibere ea, quæ de iure ei liceret
facere deſtructo, vel ſucceſſo molendino, de quibus per
Bartol. d. l. quominus, quæſt. 15. num. 26. & Iaſ. & Ripa,
locis allegatis, non autem cenſetur prohibere ea, quæ de
iure etiam fieri poſſunt in præiudicium molendini adhuc
exiſtentis, de quibus per Cœpollam, Dec. & Ruin. locis al-
legatis, quia alias eſſet nimia læſio iuris communis diſpo-
ſitionis, tanto magis cum mens ſtatuti arguatur non eſſe,
in hoc velle lædere, & corrigere ius commune, ſed tantum
illud ius reſtituere Domino Mediolani antiqui, quod erat
amiſſum propter deſtructionem eius, & hæc eſt mera ve-
ritas.

ſ Ab eo factam] Poſt deſtructionem huius antiqui mo-
lendini.

t Seu antiquo noceat Molendino] In hoc verſatur iu-
dicium peritorum, & architectorum.

u Deſtruat] † Et vbi nolit deſtruere poteſt cogi iuris re
31 medijs, de quibus per Boſſ. tit. de mulctis ad fin.

x Nulla obſtante temporis præſcriptione etiam de cuius
initij memoria non extat] Quæ quidem non cenſeretur
ſublata per ſimplicem remotionem omnis præſcriptionis,
vt not. infra cap. 266.

aa Conſtat] Quando quid dicatur conſtare not. late ſupra
cap. 455. non ſit, in hoc verbo, vol. 1.

bb Appareat] Quando quis dicatur apparere, diſcuſſum ſu
pra, cap. 42. ſi quis, in verbo, apparuerit, vol. 1.

cc Signa, vel veſtigia appareant] Ex inſpectione loci, quæ
multa eſſe poſſunt.

De fodendo, & purgando lectum aquæ in fauorem molendini, & qualiter poteſt conduci aqua ad prata irriganda. Cap. CCXLI.

Molendinorum cauſa, *a* quorum fauor publicus eſt, *b* iure noſtro municipali, alia regula approbata eſt, vt qui molendinum habet, *c* poſſit alueum fodere, *d* purgare, *e* limam ſecare, *f* lutum proijcere, ab vtraque parte, prope ripas dextrorſum, & ſiniſtrorſum, *g* & omne obſtaculum, quod eſſet in eo alueo nociuum ipſi molendino, *h* ſi nocet antiquo molendino remouere, *i* non obſtante aliqua præſcriptione, *k* inuitis etiam illis, qui prope ripas, etiam ab vtraque parte, prædia poſſident. *l* Et hoc vſque ad inferius molendinum, ſed & illi, qui prata irrigare poſſunt, & volunt, prohibere non poſſunt, ne hoc faciat. Et iuſdiceus molendinorum fauore, pœnam poſſit apponere librarum ſexdecim Imperialium, ſi contrafactum fuerit, & camparios ad cuſtodiendum aquam deputare, excepto, *m* ſi cui permiſſum foret prata irrigare, *n* vel per ſententiam, *o* aut alio legitimo modo, & excepto, quod quilibet habens ius deriuandi aquam poſſit tenere obſtaculum, die Sabbati poſt occaſum ſolis, vſque ad ortum ſolis ſecundæ feriæ, eo intellecto quod per hoc ſtatutum *p* non acquiratur ius irrigandi, niſi vt ſupra, *q* nec auferatur illi, qui habet ius irrigandi, *r* vel niſi tempore plenæ. Quibus temporibus plenæ, ſeu plenarum prædicta non ſeruantur. Et idem habeat locum in vigilijs beatæ Mariæ, & Apoſtolorum, & aliorum feſtorum principalium, quibus vigilijs, ab occaſu ſolis vſque ad ortum ſolis ſequentis diei poſt illud feſtum, poſſint prata irrigari, vt ſupra *ſ* per habentes ius deriuandi, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Cluſa Antiquior molendino non deſtruitur.*
2 *Molendinum habentes non poſſunt immittere tigna in Ripam vicini, amplia nu. 3.*

a Quorum fauor publicus eſt] Vt late not. Bart. & ſcribentes, d. l. quominus, ff. de flumin.

b Iure noſtro municipali] Vbi non fuiſſet facta expreſſio
iuris municipalis, ſed ſimpliciter dictum de iure, intelligeretur eam de iure communi, quam etiam de ſtatutario, & & conſuetudinario, vt late not. ſupra c. 44. ſi quis, in verbo, de iure, volum. 1.

c Poſſit alueum fodere] Illud profundius faciendo.

d Purgare] Lutum extrahendo.

e Limam ſecare] Quod vulgo dicitur, il Zeuo, quod naſcitur in aquis.

f Lutum proiicere ab utraque parte prope ripas] † Quę ſunt vicinorum, & in quibus non licet habentem molendinum in aliquo flumine immittere tigna, & alia ædificia in ripa vicini, vt not. Iaſ. d. l. quominus, num. 63. cum ſeq. ff. de flumin.

g Et omne obſtaculum] Veluti cluſas, & ſimilia.

h Si nocet antiquo molendino] † Secus dicendum, ſi mo-
1 lendinum eſſet nouum, & cluſa antiquior, quia potior con-
ditio præoccupantis, vt late not. Iaſ. d. l. quominus, nu. 97.
cum ſeq. ff. de flumin.

i Non obſtante aliqua præſumptione] Non tollitur ex hoc præſcriptio centenaria, vel cuius initij memoria non extat, cum hic non exprimatur, vt ſupra not. cap. praeced. in verbo, ſeu tanto cuius initij.

k Inuitis etiam illis qui prope ripas] † De iure commu-
2 ni, nec particulares perſonæ habentes molendina poſſunt
immittere tigna, vel ædificia in ripa vicini, vt tradit Iaſ.
3 d. l. quominus, nu. 63. cum ſeq. † Nec etiam homines Vni-
uerſitatis poſſunt hoc facere in ripa alterius Vniuerſitatis,
ita Hier. de Monte tract. fin. regund. cap. 24, nu. 8. ad finem.

l Et hoc

Digitized by Google

l Et hoc vſui ad inferius Molendinum] Nam abſude iuſta hoc onus peteret habenti molendinum inferius.

m Si cui permiſſum ſit prata irrigare] Quia tunc eo caſu tolli non poſſunt obſtacula, nec cluſæ ab habente molendinum in præiudicium eius irrigationis.

n Vel per ſententiam] Super dicta controuerſia latam.

o Vel alio legitimo modo] Id probando per teſtes, vel per inſtrumentum, quę dicuntur legitimæ probationes.

p Non acquiratur ius irrigandi niſi vt ſupra] Veluti licet ſit dictum ſupra poſſe irrigari diebus ſupra notatis, tamen non per hoc acquiritur ius aliquod irrigendi non habentibus ius.

q Nec auferatur illi, qui ius habeat] Modo quo ſupra fuit notatum.

r Vel niſi tempore plenæ] Pluuiarum ſcilicet, quia tunc propter aquarum abundantiam licet cuique abducere aquas pro irrigatione, etiam tempore prohibito, cum tunc non poſſit fieri nocumentum habentibus molendina.

ſ Per habentes ius irrigandi vt ſupra] Alijs autem nullum ius irrigandi habentibus, ius aliquod non attribuitur ex diſpoſitione huius ſtatuti.

Quod penes flumen publicum non fiat caput ſorcedilis. Cap. CCXLII.

a NVllus b de cętero poſſit facere c caput alicuius ſorcedilis d penes flumen publicum, e per citatas f quatuor ſub pœna librarum centum Imperialium cuilibet contrafacienti applicandarum, g ipſo iure, communi Mediolani. Et vltra teneatur contrafaciens, ſuis expenſis h reduci facere opus in priſtinum ſtatum.

a NVllus] Comprehenditur tam maſculus, quam fœmina, cum loquatur ſtatutum hoc de materia indifferenti, & vtrique ſexui congruenti, vt notatur ſupra cap. 126. in ciuitate, volum. 1.

b De cætero] In futurum ſcilicet, ad quod regulariter ſtatutum trahitur, vt late notatum in præludijs, & alibi ſæpe.

c Caput alicuius ſorcedilis] Fontanilis ſcilicet.

d Penes flumen publicum] Quid ſit, & qualiter diſtinguatur à priuato, notat Dec. conſ. 244. num. 2. cum ſeq. Iaſ. d. l. quominus, nu. 37. ff. de flumin. Cæpolla tract. ſeruit. ruſt. præd. cap. 4. de aquæduct. q. 5. num. 28. Bertrand. §. 77. nu. 2. cum ſeq vol. 6.

e Per citatas] Eſt ſpecies menſuræ, quod vulgo appellatur Trabucco.

f Quatuor] Hoc ideo ſtatutum ex quo per venas ſubterraneas facile aquæ fluminis mergerentur ob propinquitatē, vt experientia rerum magiſtra docet.

g Ipſo iure] Abſque ſententia Iudicis, licet tamen requiratur declaratoria facti, vt late diſcuſſum ſupra, c. 5. in verbo, ipſo facto, volum. 1.

h Reduci facere opus in priſtinum] Et vbi nolit cogitur iuris remedijs officio Iudicis, & cōdictione ex hoc ſtatuto, vt in ſimili dicitur ſupra c. 433. ſi quis, vol. 1.

Quod penes fontanile nôn fiat âliud fontanile. Cap. CCXLIII.

a PEnes aquæ lectum fontanilis non poſſit fieri alia teſta fontanilis b per brachia trecentum c ad brachium terræ, & ſi contrafactum fuerit, contrafaciens incurrat pœnas, de quibus in præcedenti ſtatuto fit mentio. Et reliqua faciat, prout in proximo præcedenti ſtatuto continetur.

SVMMARIVM.

1 *Fontanile non poteſt fieri penes aliud fontanile.*
2 *Brachij menſura diuerſa eſt.*

a PEnes aquæ lectum] † Secus de iure communi, l. 1. §. idē
1 autem, verſic. deniq; Marcellus ſcripſit, ff. de aqu. plu. arcend.

b Per brachia trecentum] Minor autem diſtantia conſtituitur hic in volente facere fontanile penes aliud fontanile quam penes flumen publicum, ex eo quod facilius per venas ſubterraneas poteſt diuerti vena alterius fontanilis, quam fluminis publici, quod habet decurſum amplum, & ibi ortum non habet.

c Ad brachium terræ] Diuerſæ enim ſunt qualitatis brachium terræ lignaminis, panni & ſericei, & ſecundum mo-
2 rem, & conſuetudinem Ciuitatum, & locorum. † Qualiter autem fienda ſit hæc menſuratio, notat in his terminis ſignanter Iaſ. conſil. 150. colum. 3. verſic. non obſtat illud, volum. 2.

Quod in flumine publico non fiat obſtaculum. Cap. CCXLIV.

a IN flumine publico nō remaneat, b nec teneatur de cętero aliqua cluſa, vel obſtaculum, quominus aqua fluat libere per flumen publicum, & ſi adſit, c quilibet ſua authoritate, d impune poſſit remouere, e & remoueri facere. Et inſuper quilibet Iuſdicens teneatur, & debeat, poſtquam ei denunciatum fuerit, remoueri facere, f ſaluo iure Molendinorum, & ſaluo iure illorum, g qui habent legitimum ius tenendi ipſum obſtaculum.

SVMMARIVM.

1 *Nemini licet in loco publico aliquid facere, & aquas diuertere.*
2 *Detinens aquam deſcendentem ex flumine publico, & eam conducens in fundum ſuum an priuetur fundo.*
3 *Aqua ex flumine, an & quando poſſit extrahi.*
4 *Molendinum in flumine publico, quando quis dicatur habere.*
5 *Aquæductus conceſſio facta pluribus diuerſo tempore valet.*

a IN flumine publico] Quod ſit, & quod priuatum, notatū ſupra cap. 242. nullus, in hoc verbo.

b Non teneatur de cætero aliqua cluſa] † De iure etiam
1 communi in loco publico nō licet aliquid facere, nec aquas diuertere abſque Principis licentia, ita Iaſ. d. l. quominus,
2 num. 16 ff. de flumin. † Imo deriuans ſcienter aquam ex flumine publico eam conducendo ad fundum ſuum priuatur fundo ſuo, l. ſi quis de cætero, C. de aquæduct. lib. 11.
3 Martin. Lauden. de iure & priuileg. fiſc. quæſt. 174. † Licet tamen ex flumine publico non nauigabili extrahere aquas, dum tamen reuertantur in flumen publicum illud, ita Iaſ. dict. leg. quominus, num. 11. & numer. 15. declarando, vt per eum, num. 45. cum ſeq.

c Quilibet ſua authoritate] Siue ſcilicet Iudicis aliquo miniſterio.

d Impune poſſit remouere] Ita quod non poſſit incurrere pœnas comminatas ius ſibi fauentibus propria authoritate, tanquam attentatoribus, & ſpoliatoribus.

e Remoueri facere] Officio Iudicis, & iuris remedijs poſtulatis.

f Saluo iure molendinorum] Qui habent molendina in dicto flumine, quia poſſunt illa obſtacula, & cluſas, eo caſu tenere.

g Qui habent legitimum ius tenendi ipſum obſtaculum] Per inſtrumentum ſcilicet, vel per præſcriptionem legiti-
4 mam. † Quando autem quis dicatur habere legitime molendinum in flumine publico, not. Iaſ. d. l. quominus, num. 38. cum ſequen. ff. de flumin. Quis autem poſſit concedere licentiam ędificandi molendinum in flumine publico, not.
5 Iaſ. dict. l. quominus, numer. 39. † Conceſſio aquæductus facta pluribus diuerſo tempore valet, vbi aqua ſit ſufficiens pro omnibus, ita Iaſ. in §. aquæ ſi, numer. 32. Inſtit. de actio.

Qualiter liceat ducere aquam ad tranſuerſum fluminis, vel rugiæ, vel ſoratoris, non obſtante contradictione vicini ſui. Cap. CCXLV.

AD tranſuerſum a fluminis, tam publici, quam priuati, vel alicuius b rugiæ, c vel ſoratoris, non obſtāte contradictione alicuius prætendentis habere ius in conductu dictæ aquæ fluminis rugiæ, vel ſoratoris liceat vicino, d habenti terras ab vtraque parte, e aquam ducere. Et hoc impune facere poſſit, & ſub forma infraſcripta, videlicet per canalem ſuperponendum, vel canales ſuperponendos ad dictum flumen, vel rugiam, vel ſoratorem, abſq; læſione decurſus aquæ dicti fluminis, vel rugiæ, vel ſoratoris. Et eodem modo liceat vicino habenti terras ab vtraque parte, vel ſi ab vna parte habeat terram, f & ab alia ſit via, ad tranſuerſum dicti fluminis, rugiæ, vel ſoratoris, g pontem facere, h & manu tenere.

Digitized by Google

a FLuminis tam publici, quam priuati] Quæ ſint, notatũ relatiue ſupra cap. 242. nullus, in verbo, penes flumẽ publicum.

b Rugiæ] Fontanilis ſcilicet, vel alterius qualitatis.

c Vel ſoratoris] Ex quo ſcolatitia pratorum deſcendunt.

d Habenti terras ab vtraque parte] Dicti fluminis ſcilicet, vel vt ſupra.

e Aquam] Cuiuſcunque generis, & qualitatis ſit, ex quo ſtatutum generaliter loquitur, & infra late dicetur, c. 247. omnibus.

f Et ab alia adſit via] Publica ſcilicet.

g Pontem facere] De nouo illud conſtruendo.

h Et manu tenere] Perpetuis temporibus.

DE EODEM.
Cap. CCXLVI.

LIceat vnicuique & licitum ſit, etiam conducere, & deriuare, ſeu cõduci, & deriuari facere aquam *a* ſub alueis, quorumcunque habentium ius aquę ducendæ, fieri faciendo quęcunque cauamenta opportuna & neceſſaria, ita tamen quod per talem conducere volentem, fiant aquęductus opportuni, de lapidibus, & cęmento, vel ligamine, prout fieri poterit cum minori detrimento talis conducere volentis, qui aquęductus fieri debeant, vt pręmittitur, lapidibus, & cęmento, aut liguamine, ad electionem, & arbitrium eligendi per Dominum Vicarium prouiſionum, ita tamen quod firmi & ſtabiles ſint, & aquę illorum, qui per alueum ſuperiorem ius ducendi habent, poſſint, & valeant libere decurrere, abſque eo, quod vlla pars ipſius aquę diuertãtur, ſeu decidat inferius, quem quidem aquęductum, tenẽãtur, & obligati ſint tales conducentes, ſemper, *b* & omni tempore, manutenere firmum, & illęſum, ita vt conducendi aquam deſuper, nullum per hoc pręiudicium poſſit generari in aquę ſuę decurſu, qui aquęductus taliter conſtrui debeant, quod alueus ipſe ſuperior, nec eleuatus, nec depreſſus, vltra ſolitum remaneat, ſed aqua dicti aluei ſuperioris, iuxta ſolitum libere, & abſque ullo impedimento decurrat. Et pro tollendis diſcordijs, primo ante ipſam fabricationem adſit fabricationi prędictorum unus deputandus per Dominum Vicarium Prouiſionum, confidens partium, uel unius in contumaciam alterius, qui in talibus ſit expertus, qui modum det circa prędicta. Et ſi aliqua partium ab eius ordinatione forte querelauerit, de huiuſmodi querela cognoſcatur per ipſum Dominum Vicarium, qui eã reijciat, uel admittat, & deinde rem moderetur, & reformet, ut ſibi uidebitur. Liceat tamen, & licitum ſit omni tempore habenti ſuperiorem alueum, ipſum fundare, ſi id ſibi neceſſarium, & utile fuerit, abſque contradictione habentis inferiorem aquęductum. Quo caſu, talis habens aquęductum inferiorem teneatur ſuis expenſis ipſum inferiorem aquęductum ita aptare, & etiam fundare, ut nullo modo obſit, uel obeſſe poſſit habenti alueum ſuperiorem. Et ſi ſuper prędictis contigerit oriri differentiã, primo uideatur, & declaretur per ipſum Dominum Vicarium, ſeu per aliã perſonam confidentem partiũ, ſeu unius in contumaciam alterius, per ipſum D. Vicarium eligendam, & in talibus expertam, antequam poſſit ad talem nouitatem deueniri.

SVMMARIVM.

1 *Cluſæ aquæ publicæ decurrentis per prædia priuatorum, quibus impenſis fieri debeant.*

a SVb alueo] In capitulo præcedenti notatum, quod poſſit fieri ad tranſuerſum ſupra, hic autem ſubtus.

b Et omni tempore manu tenere firmum & illæſum] Eius ſemper expenſis, dubium autem vbi oriatur ex antiquitate temporis quis prior eorum habuerit illum alueum ſubtus, vel ſupra, hoc decidi debet per inſtrumenta, ſcripturas, vel teſtes, alias potior eſt conditio rei conuenti, vt notatum late

1 infra ſequens, in verbo, manu tenere. † Qui autem teneantur ad expẽſas clauſuræ ſeu cluſæ aquæ publicæ decurrentis per prædia priuatorum, not. relatiue Iaſ. d. l. quominus, num. 134. ff. de flumi.

De aquis conducendis.
Cap. CCXLVII.

a OMnibus, *b* & ſingulis *c* habentibus ius, *d* & facultatẽ *e* aquæ deriuandæ, *f* tam ex fontanilibus, *g* quam aliter, *h* liceat ipſam aquam deriuare, & cõducere, ſeu deriuari, & conduci facere, *i* cauando cluſas, *k* & alia quælibet neceſſaria faciendo, *l* per quaſcunque terras, *m* & poſſeſſiones *n* cuiuslibet perſonæ, *o* Communis, *p* vel Vniuerſitatis, *q* Ducatus Mediolani, *r* & per vias publicas, *ſ* & etiam priuatas, & acceſſia, *t* & etiam ducẽte, & ſecus vias publicas, *u* ad minus tamen damnum, *x* & incommodum partium. *aa* Ita quod liber ſit ipſius aquæ decurſus, *bb* ipſis tamen deriuantibus, & conducentibus, prius ſoluentibus omne, & totum illud terrenum, *cc* quod occupabitur in ipſis cauamentis, ex terreno alieno, *dd* ad æſtimationem duorum, vel plurium virorum, in talibus expertorum, *ee* per partes eligendorum. Et hoc tam reſpectu precij, & valoris rei, quæ occupabitur, *ff* quam etiam dãni dandi, *gg* quod æſtimari poſſit, vſque in duplum, & nõ vltra. *hh* Et quilibet conducentes, & deriuantes huiuſmodi aquam, *ii* & quicunque *kk* ea gaudentes, *ll* teneãtur, & debeant *mm* facere, *nn* & manutenere *oo* pontes, & *pp* ſoratoria, *qq* & aggeres, *rr* ac alia neceſſaria, *ſſ* prout expediens fuerit, ita quod prædia, & poſſeſſiones aliorum, ex ipſa aqua conducenda, maxime temporibus pluuiarum, *tt* non habeant inundare, nec aliquod damnum ſupportare, *uu* nec etiam ſtratæ, & viæ publicæ *xx* deuaſtari poſſint, ita quod pontes cõſtruendi, & manutenendi ſuper ſtratis, & vijs publicis, fiant *aaa* de ſaricio, *bbb* vel de lapidibus coctis, & fortis, & cæmento, ac in bono ordine, *ccc* & debeant ingerari, & hoc in electione facere debentis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando comprehendat tam maſculos, quam fœminas.*
2 *Clerici an vtantur ſtatuto laicali de aquis conducendis.*
3 *Forenſes an vtantur ſtatuto de aquis conducendis.*
4 *Ius aquæ ducendæ an præſcribatur, nu. 5. & 6. ac 11.*
5 *Factum hominis inducenda aqua quid operetur, & quomodo probetur, num. 7. & 8.*
9 *Fluxus aquæ ſolus non conſtituit quem in poſſeſſione, vel quaſi num 10.*
11 *Præſcriptio ſeruitutis aquæ ducendæ ad hoc vt locum habeat, quid requiratur & num. 13.*
14 *Ius aquæ ducendæ habens an poſſit eas aliò diuertere, & numer 15.*
16 *Scolatitia an & quando veniant ſub nomine aquarum principalium.*
17 *An poſſint præſcribi, & num. 18.*
19 *Aqua publica an poſſit duci per fundum alterius.*
20 *Vicinus an & quando teneatur præſtantiam per fundum ſuum, & quomodo num. 21.*
22 *Aqua priuata an poſſit duci per priuatum per fundos priuatorum vſq; ad num 27.*
28 *Poſſeſſiones ſecundum communem vſum loquendi ſignificant prædia.*
29 *Aqua an poſſit per bona clericorum duci. Et dato quod poſſit, per quem debent in huiuſmodi cauſis iudici, vſque ad numero 32.*
33 *Communitas vnde dicta & quæ ſit.*
34 *Vniuerſitas quæ ſit, & quot modis dicatur.*
35 *Ducatus appellatione quid veniat.*
36 *Via publica quæ ſit, & quotuplex, & an per eam poſſit duci aqua, & quid ſubtus viam, vſque ad num. 38.*
39 *Via vicinalis dicitur priuata.*
40 *Vicinus vbi patitur damnum ex aquæductu, an poſſit eum impedire.*
41 *Aqua quomodo poſſit duci per plures fundos priuatorum ad minus damnum.*
42 *Aquæ ducendæ ſeruitus pro irrigatione alicuius petiæ terræ non poteſt ampliari.*
43 *Aquam qui vult ducere per fundus alienus tenetur ſoluere, & quomodo num. 44.*
45 *Ripa an ſit menſuranda in venditione quæ fit de fundo ob tranſitum aquæ ducendæ.*
46 *Aeſtimationes per quos fieri debeant.*
47 *Quilibet eſt verbum diſtributiuum.*
48 *Quicumque dictio ſtat diſtributiuè.*
49 *Aquas qui tenetur alicui dare quibus poſſit remedijs iuris cogi, & an ſuis expenſis num. 50.*
51 *Pontem ſuper viam publicam, vel ſolum alienum an facere liceat.*
52 *Manutentio Pontium quæ ſpectat pluribus, an ſpectat pluribus in ſolidum vel pro parte, & num. 53.*
54 *Aquæductus diuiſio inter plures conſortes qualiter ſit facienda, num. 55. & 56.*
57 *Agens qui ſint.*

Simile

Simile decretum habetur in nouis conſtit. tit. de aquis,
& fluminibus, c. omnibus.

a OMnibus] Comprehenditur Vniuerſitas, & Collegiũ
quodlibet, per verbum hoc generale, omnibus, cum
etiam per verbum, ſingulis, ſequens hoc demonſtretur.
1 † Comprehenduntur pariter tam maſculi, quam fœminæ,
cum ſimus in materia indifferenti, congruenti vtriq; ſexui,
vt cauetur ſupra, cap. 126. in ciuitate, vol. 1. vbi idem not.
eſſe de iure communi, in multis caſibus.
b Et ſingulis] † Clerici quoque huius ſtatuti beneficio
2 poſſunt vti, cum ſuis tamen qualitatibus omnibus, nec à
beneficio ſtatutorum prohibentur, ex diſpoſitione ſtatuti
ſupra cap. 180. in fauorem, vbi late notatum, tanto magis
cum ſimile decretum fuerit editum in curia Archiepiſco-
3 pali Mediolani, anno 1572. die 25. Auguſti. † Forenſes ta-
men, & non ſubditi non poſſunt vti benefico huius ſtatuti,
cum arceantur à ſtatutorum horum beneficio in deciſoriis,
vt not. Soc. ſen. conſil. 120. num. 2. cum ſeq. volum. 1. & ſu-
pra expreſſa cauetur d. ca. 180. in fauorem, & hoc maxime,
cum etiam prohibeãtur acquirere bona immobilia in hoc
Ducatu, niſi intra annum vendant, vt infra cauetur in cap.
488. quilibet, & latius notatur, in nouis conſtit. tit. de pœ-
nis, cap. collegiis, nec Senatus ſolet diſpenſare niſi adiecta
qualitate, quod intra annum vendant ſubdito, vel veniant
habitatum in ſtatu.
c Habentium ius] Quoquomodo habeant illud, vel ple-
no iure, vel ratione vtilis.
d Vel facultatem] Etiam ſimpliciter, prout habent condu
ctores bonorum, idem in aquis nauigii Marteſanæ adeſt
decretum antiquum, & ſpeciale confectum a Duciſſa Blan-
cha Maria, & Galeaz Maria, quod poſſint cõductores aqua-
rum illius Nauigii tranſire per prædia aliena, ſoluendo pre-
tium ſolum terreni occupandi, & ſi tranſiuerint per foſſa-
ta nil ſoluere habeant, quod quidem decretum fuit edi-
tum anno 1467. die 10. Septembris, & validum quippe eſt,
tam fauore publicæ vtilitatis, vt bona fiant pinguia, & ma-
ioris vbertatis, vt infra dicetur, quam etiam fauore Prin-
4 cipis, vt aquæ illius nauigii facilius locari poſſint. † Aqua
intrans per territorium alicuius fit eius propria, ita Bur-
5 ſatus conſil. 156. num. 23. volum. 2. † Ius Aquæ ducen-
dæ non præſcribitur etiam per mille annos, ſi in ducenda
aqua factum hominis non interueniat, ita Burſat. conſil.
41. num. 20. volum. 1. declarando, vt per eundem conſil.
6 156. num. 28. & 30. volum. 2. † Quod quidem factum
hominis non ſufficit quod ſimpliciter adſit, ſed quod pro-
betur adfuiſſe iure ſeruitutis, not. Burſatus d. conſil. 156.
7 num. 36. vol. 2. † Quod vlterius probari debet teſtibus,
8 non iuramento, vt not. Burſat. d. conſil. 156. nu. 37. † Pro-
batur autem ex cauationibus, & inundationibus aluei, vt
9 tradit idem Burſ. conſ. 87. nu. 5. ad finem, & nu. 6 † Solus
autem fluxus aquæ non conſtituit quem in poſſeſſione, vel
quaſi ſeruitutis, licet cõſtitutum conſeruet, ita Burſ. d. conſ.
10 87. nu. 11. † Cum etiam per non vſum aquæ, quando oc-
caſio vtendi non euenerit, nõ poſſit induci præſcriptio, nec
vſus aquæductus, amittitur, vt per Burſ. d. conſ. 87. nu. 15.
11 declarando, nu. 58. † Cum facto hominis autẽ inducitur
præſcriptio ſpatio annorũ 30. cum ſcientia Domini eius,
vt not. Burſ. d. conſ. 87. nu. 2. ad finem, & 3. declarando, nu.
12 16. & 17. † Et quod debeat in præſcribenda hac ſeruitu-
te aquæ articulari ſcientia, patientia, & præſentia Domini,
& quod bona fide præſcribens ſit vſus, notat Burſat. conſil.
13 156. nu. 38. cum ſeq. maxime, nu. 44. vol. 2. † In aquædu-
ctu non ſolum ponderatur aquæ initium, & curſus, ſed etiã
meatus, & aluei antiqui, ita Burſat. conſil. 156 num. 21. vo-
14 lumin. 1. † Habens ius aquæ ducendæ poteſt eas aquas
alibi diuertere, etiam quod afferat aliquod damnum alie-
no circa lucri amiſſionem, vt tradit Burſat. d. conſil. 156.
15 nume. 48. volum. 2. † Imo non poteſt impediri per in-
feriores, quin alibi diuertatur ad loca inferiora, vt ibi per
eum, num. 49.
e Aquæ deriuandæ] Tam viuæ quam ſcolatitiorum, vt
infra dicetur.
f Tam ex fontanilibus] Quæ dicuntur aquæ viuæ.
g Quam aliter] † Ex hoc verbo comprehenduntur etiam
16 ſcolatitia, quod magis colligitur ex verbis decreti, in nouis
conſtit. loquentis per verba magis generalia, quomodocun
que, quæ comprehendunt, quæ alias non comprehenderen-
tur, vt notat Virgin. Boccat. in conſtit. Marchiæ, gloſſ. 7.
nu. 10 & ita cenſuit Senatus in mutuis precibus, & reſpon-
ſis magnificorum Dominorum fratrum de Mediabarba ex
vna, & D. Franciſci Veggii, I. D. ex alia Papienſium Ci-
uium anno 1544. 3. Martij ad fauorem illorum D. Me-
diabarba penes acta egregij Secretarij D. Io. Iacobi Cat-
17 tanei. † Quæ quidem ſcolatitia, & diuerſoria aquarum
minus præſcribi poſſunt, vt not. Burſat. conſil. 87. num. 20.
18 volum. 1. † Cum ſecundum naturam eius aqua ſemper
ad inferiora loca deſcendere dicatur, vt notat ibi Burſa-
tus num. 19.
h Liceat ipſam aquam deriuare] † Hoc idem conceditur
19 inſpecto iure communi in aqua publica deriuanda, per l.
1. C. de aquæduct. lib. 10. ſic notat Ripa tract. de peſte pri-
20 mo perſeuerat. num. 23. & 24. † Sicut etiam Vicinus te-
netur præſtare viam ſuper fundo, ſi publica ſit ab aquis, vel
aliter diruta, & in totum deſtructa, per text. in l. ſi locus. §.
21 cum via publica. ff quemad. ſeruit. amit. † Soluto tamen
pretio per fiſcum, vt ibi cauet gloſſ. per l. ſecundum C. de
ſeruit. & aqua, licet dicat eadem gloſſa hoc non ſeruari de
conſuetudine, quam pro ſingulari extollit Natta ſuo con-
ſil. 554. num. 25. volum. 3. Dicens eam non extendendam
22 ad alios caſus. † A priuato autem, & in aquis priuatis nõ
licet ducere eas aquas per bona, & fundos priuatorum eis
inuitis, ita pariter diſtinguit Ripa d. 1. præſeruat. de peſte,
23 nu. 23 & 24. & Ruin. conſil. 88. nu. 6 & 7. vol. 4. † Quo fit
vt ſtatutum hoc & decretum in nouis conſtit. ſit correcto-
rium, ſeu potius limitatorium in hac parte iuris cõmunis,
vt tradit Ripa d. loco, nu. 24. idem notat Iaſ. conſ. 150. col.
3. verſ. non obſtat aliud, vol. 2. clarius not. Rub. Alex. conſ.
24 92. nu. 3. † Quod quidem valet ob publicam vtilitatẽ de
qua ſupra dictum, vt bona reddãtur fertiliora, & vberiora,
vt etiam tradit Cœpoll. tract ſeruit. Ruſtic. prędior. c. 4 de
aquæductu, quęſt. 5. nu. 28. verſic. poſſet etiam, & num. 69.
25 verſic. vlterius quęro. † vbi dicit hoc eſſe fauorabile pro-
pter dictam publicam vtilitatem. Idem notat in hac ſpecie
Rub. Alex. d. conſ. 92. nu. 1. & 2. Ambroſ. de Opizon. in l.
filiusfam. §. Diui, num. 88. & 89. ff. de leg. 1. vbi pulchre lo-
26 quitur. † Quę quidem publica vtilitas debet ſemper prę-
ferri priuatæ, vt tradit gl. in l. 1. §. hoc autem, in gl. magna,
circa fin. ff. de oper. nou. nunt. & in l. vnica. §. fin. ubi Bart.
nu 2. C de Caduc. tollen. late Bart. in l. 1. nu. 26. verſ. cum
27 enim quæritur, vbi cæteri ſcribẽtes. ff. ſolut. matri. † Quod
etiam procedit ubi eſſet commixta cauſa priuata, vt not it
Speculat. tit. de feud. §. quoniam, num. 32. verſ. 16. ibi, na n
pro defenſione.
i Cauando cluſas] Ex quo conſtituuntur aggeres, de qui-
bus per Cephal. tractat. ruſtic. prędio. cap. 37. de aggeribus.
k Et alia quælibet neceſſaria faciendo] Quę multa requi-
runtur in deriuandis aquis.
l Et quaſcunque terras] Cuiuſcunque qualitatis ſint, ſiue
vrbanæ, ſiue ruſticæ.
m Et poſſeſſiones] † Proprietates ſcilicet, quę ſic intelli-
28 guntur ſecundum communem uſum loquendi, proprie, ita
Bart. in l. cum antiquitas, nu. 2. C. de uſufruct.
n Cuiuſlibet perſonę] † Etiam quod ſint clericorum, &
29 hoc quia reſpicit publicã vtilitatem, quod quidem potuit
valide ſtatui etiam in eorum prędiudicium per ſtatutum lai
corum, ut in hac ſpecie notat ſignanter, Salic. in Auth. Caſ
ſan. nu. 12. C. de ſacroſ. Eccleſ. quem extollit, & magnificat
pro ſingulari eum comprobando, Ambroſ. de Opizon. d. l.
30 filiusfam. §. Diui, nume. 88 & 89. ff. de leg. 1. † dicunt ta-
men Salicet. & Opizon. d. locis, quod ad hoc compelli de-
beat per Iudicem Eccleſiaſticum, cum in clericos Iudex
31 laicus non habeat iuriſdictionem, † niſi conueniantur eo-
32 rum coloni, & inquilini. † Verum quod conſultius ſit im-
petrare licentiam à Iudice Eccleſiaſtico compelli poſſendi
eos, not. Salic. d. loco & Hippol. Rim. conſ. 2. nu. 26. vol. 1.
Quod etiam exequi poteſt uirtute decreti pręnarrati Ar-
chiepiſcopalis.
o Communis] † Communitas unde dicta, & quæ ſit, not.
33 Virg. Boccat. in conſtit. Marchiæ, gloſſ ſexta, num. 22.
p Vel Vniuerſitatis] † Vniuerſitas quæ ſit, & quibus mo-
34 dis dicatur, notat idem Virg. Boccat. in conſtitut. Marchiæ
glo. 6 num. 3. cum ſeq.
q Ducatus Mediolani] Quid ueniat appellatione Duca-
tus, not. ſupra c. 130. ubicunque. uol 1.
r Et per uias publicas] † Secus eſt de iure communi, per
35 textum in l. & in publico, §. fin. ff. de aqu. plu. arcend. Iaſ. l.
quominus, num. 90. ff. de flumin. Cœpoll. tractat. ſeruitut.
ruſtic. prędict. capit. 3. de ſeruitute uię, nume. 24. & 25.
36 † Niſi adſit permiſſio Principis, ut not. Burſ. conſ. 87. num.
37 27. uolum. 1. † Quę autem ſit uia publica, & quotuplex,
not. Cœpoll. d. tract. ruſtic. pręd. cap. 3. de ſeruit. uię, nu. 16.
cum ſeq. & infra late diſcutietur cap. 252. omnes, in uerbo,
38 & uiæ publicæ. † Poterit tamen duci etiam iure cõmuni

Digitized by Google

inſpecto ſubtus viam publicam per tubam ſubterraneam, vel alio modo, qui nemini noceat, ita Burſ.conſ.87.nu.27. & nu.28.vol.1.

f Et etiam priuatas, & acceſſia] † Inter quas veniunt etiam
39 viæ vicinales, de quibus cauetur in textu, l.2.§.viarum, ff. ne quid in loco publico, not.etiã Cæpol.tract.ruſtic.præd. cap.3.de ſeruitute viæ, num.16.

t Et etiam ducente, & ſecus vias publicas] Dum tamen non impediatur eorum acceſſus, & latitudo, vt not Cæpolla in ſimili, in tract.ruſtic.præd.c.3.de ſeruitute viæ, nu 26. & infra dicetur in c.ſequent.

u Ad minus tamen damnum] † Quid ſi inferatur dam-
40 num vicino in ſuo aquæducto, vel aquis eius vicinis in fundo tranſuerſando exiſtentibus, tunc quod ceſſet hoc beneficium, faciunt tradita per Cæpollam d.tract.ruſtic.prædio. cap.4.de aquæductu, num.69. Quod habet locum ſiue illæ aquæ, in quibus infertur damnum, ſint viuę, ſiue ſcolatitię, quia ceſſare debet diſpoſitio huius ſtatuti, ita cenſuit Senatus in controuerſia pendente inter reuerendos fratres Carthuſienſes ex vna, & P.Simonem Mantegatium ex alia Anno 1570. die 28. Aprilis.

x Et incommodum partium] † Quid ſi per diuerſos agros
41 plurium perſonarum fiendus ſit cauus, & aquęductus, & vno modo eum faciendo ſit minus incommodum vni, ſed alteri maius, quid fiendum, crederem ponderandum eſſe, vel arbitrandum per Architectũ, vel Iudicem, quod ſit maius damnum in genere ambabus partibus, quia in hoc ſtatuto, & decreto non ſolum conſideratur incommodum prędij, & fundi, qui tranſuerſari intenditur, ſed etiam eius, qui habet ius tranſuerſandi, ponderando hęc verba, & incommodum partium.

aa Ita quod liber ſit aquę decurſus] † Seruitus tamen aquę
42 ducendę pro irrigatione alicuius petiæ terrę non poteſt ampliari, ita Alciat.conſi.22.num.5.

bb Ipſis tamen deriuantibus prius ſoluentibus] Et ſic ad actionem hanc conſequendam debet fieri hęc ſolutio, etiam quod hoc non fuerit petitum, iuxta diſtinctionem traditam ſupra per nos, cap.44.ſi quis in verbo, teneatur, volum.1.
43 † Hanc ſatisfactionem etiam inſpecto iure communi debet facere tranſuerſare volens bona alterius, etiam quod ſtatutum hoc id expreſſe non diſpoſuiſſet, ita in hac ſpecie notat Felyn.in c. quę in Eccleſiarum, num.28.de conſtit. vbi multos allegat, ſequitur Ripa tract.de peſte d.1.prçſeruat.n.23.
44 & 24 Rui.conſil.88.num.8.volum.4. † Vicinus hic cuius bona occupari intenduntur, ſi noluerit pretium hoc recipere, tunc eius pretij ſit oblatio, & depoſitio, vt in ſimili not. Tiraq tract.retract.lignag.§ 7.gloſſ.3.in princ.quæ quidem ſit modo quo notatur ſupra, c.417.ſi quis, in verbo, offerens, & verbo, deponens, vol.1.

cc Quod occupabitur in ipſis cauamentis] † In ea occu-
45 patione debet etiam fieri menſuratio riparum aluei propter purgationem fiendam de eo per tempora. Non tamen licet occupãti plantare arbores in dicta Ripa vel prope eam pro eius fortificatione, vt tradit Menoch.tract.retinend.poſſeſſ. remed.7.nu 35.& nu.36.

dd Ad æſtimationem duorum vel plurium in talibus exper-
36 torum] † Prout ſunt Architecti, & ingenieri, & ita practicatur.

ee Per partes eligendorum] Per nominationem fiendam in actis.

ff Quam etiam damni dandi] Aliter quam in aquæductu, vel aquis viuis, vel ſcolatitijs vicini, quia tunc non licet hoc facere, & ceſſare hæc diſpoſitio, vt ſupra fuit notatum.

gg Quod æſtimari poſſit vſque ad duplum] Hoc reſpectu terreni quod occupatur, in quo computatur ſimplum ſemper, vt ſupra not.in præludijs, 1.vol.

hh Et quilibet] † Hoc eſt verbum diſtributiuum, vt notat
47 Bart.in l.ſi pluribus, in princ.ff.de leg.2.

ii Et quicunque] † Dictio hæc, quicunq; diſtribuit cuiq;
48 inſolidum, & opponitur dictioni, Omnis, ita Virg. Boccat. in conſtit. Marchiæ, gloſſ.7.num.9.

kk Et gaudentes] Etiam quod non ſint ipſimet Domini, ſed conductores ſimplices.

ll Teneantur & debeant] † Et ad hoc cogi poſſunt inuiti
49 conductione ex hoc ſtatuto officio Iudicis, omnibus iuris remedijs, de quibus per Boſſ. ſua praxi crim.titul. de mulctis
50 ad finem. † Dominus tamen alicuius rugiæ, qui tenetur dare aquas aliquibus, tenetur dare ſuis expenſis, etiam ſi ſit fiſcus, ſiue aliqua prorſus expenſa eius, cui danda eſt, ita Alciat.conſ.353.per totum.

mm Facere] † De nouo tempore aluei conficiendi, de iure
51 autem communi aliter non licet facere pontes ſuper viam publicam, vel ſolum alienum, ita Afflict.in feud.titul.quæ ſint regalia, in verbo, viæ publicæ, nu 12.

nn Et manu tenere] Tempore futuro perpetuis tempori-
52 bus. † Quid ſi fuerint plures conſortes conducentes, vel gaudentes, vel à Principe, vel per ſucceſſionem, vel alio titulo, an ad hanc manutentionem pontium, & aliorum hic notatorum in dicto decreto poſſint cogi in ſolidum, an
53 vero quilibet eorum pro eius portione? † Quęſtio hæc eſt notabilis, & multum vtilis, & quæ quotidie in praxi occurrit, adeo quod multum refert eam diſcutere. Et prima fronte videbatur dicendum eos teneri tantum pro rata ſuæ portionis per regulam l.reos, §.cum in tabulis, ff. de duob.reis. Facit ſecundo quia incommodum debet commenſurari cõmodo, nec videtur faciendam vim, quod is conſors conuentus poſſit eam partem recuperare à condomino, quia ideo nemo debet obligari eo ex quod id ſit recepturus ab alio, quod præſtiterit, argum. l. nemo, ff. de reg.iur.& l. ſuper iter, §.apud ferocem, ff.de aqu.plu.arcend. verum his minime refragantibus contrarium teneo verius, quod quilibet poſſit inſolidũ per hoc conueniri, ad quod facit text. in l.fideicommiſſa, §.ſi in opere. ff. de leg.3. capiendo argumentum à diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem legis, vel ſtatuti, ſi.n.plures hæredes grauati ſunt opus facere, cum opus illud ſit indiuiduum, quilibet ad illud tenetur inſolidum per d.§.ſi in opere, ad idem facit, l.hæredes, §.an ea ſtipulatio, ff.famil.erciſc. Idem eſt & in contractib. quia licet regulariter hęredes teneantur tantum pro portionib. hęreditarijs, tamẽ vbi eſt promiſſio operis, quia opus facere eſt quid indiuiduum, cum non afferat tantã vtilitatẽ fabricando illud in parte, prout in toto ſecundum deciſionem Bart. in l.ſtipulationes non diuiduntur, nu.25.ff.de verb.obligat. omnes tenentur inſolidum, l.in executione in princ. vbi omnes ſcribentes, ff.de verb.oblig.facta tamen interpellatione acceſſoria alterius cohæredis, iuxta text.d.§.ſi in opere, vt declarant Doctores prææallegati d.l.in executione, vlterius quod teneantur inſolidum hoc caſu conducentes, & gaudentes ad hanc manutentionem, faciunt verba ſtatutimet Quilibet conducentium cuius ſignificatio eſt, & importat, vt teneantur inſolidũ, vt notat late in ſimili Tiraq.retract.lignag. §.31.gl.vnica, num.11.vbi ſic limitat regulam d.§. Cum in
54 talibus, quod valde notandum in praxi. † Diuiſio autem aquæductus inter plures conſortes qualiter fienda ſit, di-
55 ſcutit Menoch.tract. arbitr.lib.2.cent.2.caſu 128. † Quid ſi dubium inſurgat, ad quem ſpectet, onus hoc, cum propter antiquitatem ignoretur, an rugia ſuperior ſit antiquior inferiore, cum tranſuerſans poſſit ire ſupra, ſubtus, vt ſupra cap.præced.cauetur. Quo ad pontes non eſt hæſitandum ex quo bona, & fundi prius extitere antequam aquæductus fierent, & propterea ad pontium manutentionem tenentur habentes aquæductus. Quo autem ad ſoratorio, & aggeres idem dicendum, vt Domini aquarum in dictis aquæductibus teneantur eadem ratione. Maius dubium circa aluea ſuperiora, & inferiora ad quem ſpectet hoc onus, & vtrum quis poſſit dici anterior, & poſterior, & tunc ſi hoc poteſt colligi ex inſtrumentis de anterioritate, & poſterioritate, tunc poſterior tenetur, iuxta diſpoſitionem cap.præcedent. verſic.Ita tamen quod firmi, ad finem verſic. Si autem hoc modo poteſt colligi, crederem potiorem partem eſſe rei
56 conuenti. † Ex quo agens tenetur fundare eius intentionem contra reum conuentum, vt poſſit eum cogere ad refectionem hanc, alias actore non probante reus abſoluitur, l.Qui accuſare, C.de edend. Et cum quæſtio hæc occurriſſet me aduocante pro Magnificis Dominis fratribus Raudenſibus contra Magnificum I. Dominum Melchionem Vimercatum, coram Magnific.D.Camillo Trotto I.C.De Collegio noſtro, poſt longam diſcuſſionem diſceſſum à lite per tranſactionem.

oo Partes] Idem de Iure communi, ita Cæpol.tract.ſeruit. ruſtic.præd.ca.4.de aquæductu, numer.71.& numer.91.ad finem.

pp Soratoria] Ex quibus diuertuntur aquæ ſuperabundantes, vel ſcolatitia.

qq Et aggeres] † Quæ ſunt valla aquæductum, not.Cæpol.
57 tract.ſeruit.ruſtic.præd.cap.37.De aggeribus.

rr Ac alia neceſſaria] Quæ multa ſunt, prout experientia rerum magiſtra docet.

ſſ Prout expediens fuerit] Arbitrio Iudicis, vel peritorũ, vt ſupra notatum.

ts Non habeant incidere, nec aliquod damnum inferre] Et ſic vndequaque debet conſuli indemnitati vicinorum.

mm Nec

nn Nec etiam ſtratæ, & viæ publicæ] Quid differant ſtratæ, & viæ publicæ, notatum infra capit. 252. Omnes ſtratæ in princip.

xx Deuaſtari poſſint] Nam reficiendæ ſunt ab eo, cuius cauſa fuerint deteriores factæ, vt cauetur cap. ſequenti vbi notatum.

aaa De ſarizio] Eſt ſpecies lapidis viui.

bbb Vel de lapidibus coctis, & fortibus] Ita paſſim fiunt ob inopiam ſariziorum.

ccc Et debeant ingectari] Circum circa.

DE EODEM.
Cap. CCXLVIII.

a NVllus *b* cuiuſcunque conditionis, *c* vel ſtatus exiſtat, *d* vltra formam Statutorum communis Mediolani, debeat, nec poſſit immittere aliquam aquam *e* ſuper ſtratis publicis, *f* vel iuxta ſtratas publicas, *g* per quam ſtrathæ deuaſtentur, *h* vel deteriores fiant, *i* nec aliud facere, nec fieri facere in deteriorationem ipſarum ſtratarũ, nec per quod ipſæ ſtratæ deuaſtentur, nec deteriorentur. Et ſi quis contrafecerit, condemnetur in libris quinquaginta Imperialium, & pluribus, inſpecta qualitate rei, *k* arbitrio Iudicis ſtratarum, applicandis Communis Mediolani, *l* & vlterius compellatur, *m* ſine aliquo proceſſu, *n* ad refectionem ipſarum ſtratarum, & ad tollendum, ſeu reformandum omne opus, per quod ipſæ ſtratæ deteriores fierent, vel factæ erunt. Et pro prædictis, omnia eius bona ſint Communi Mediolani *o* obligata. Et hoc ſi contrafaciens fuerit ſubditus Poteſtati Mediolani, vel Iuſdicentibus Ducatus Mediolani. Si vero non fuerit ſubditus, vt ſupra, liceat vnicuique *p* impune authoritate propria, remouere, & remoueri facere omne id, cuius occaſione ſtrata in aliquo lędatur. Et ſi ſuper hoc data fuerit *q* accuſa, vel querela, aut denuncia ad inſtantiam alicuius non ſuppoſiti, vt ſupra, vel aliter, per nullum Iuſdicentem recipiatur, & proceſſus factus in contrarium non teneat.

SVMMARIVM.

1 *Minor quando comprehendatur ſub ſtatuto.*
2 *Clericus an comprehendatur ſub ſtatuto.*
3 *Strata publica quotuplex ſit.*
4 *Via publica an ſit Regis, vel communis.*
5 *Princeps an poſſit prohibere ne exteras deambulet per viam publicam.*
6 *Arboris nati ſunt propè poſſidentia prædia.*
7 *Currus duo qui obuiam ſint in via ſtricta ſi non poſſunt tranſire, quis eorum debeat retrocedere, & 8.*
9 *Domus habens duas vias publicas diuerſarum Parochiarum de qua parrochia eſſe dicatur.*
10 *Viam publicam deuaſtans tenetur ad refectionem.*
11 *Quid ſi non ſit ſoluendo an vicini teneantur, & nu 12.*
13 *Via publica deuaſtata impetu aquarum, vel alio facto ſine culpa alicuius per quem debeat refici, & num. 14. vſq; ad 17. & à num. 21. vſq; ad 23.*
18 *Impediens refectionem viæ publicæ qua pœna puniatur.*
19 *Appellatio tollitur per clauſulam abſq; alio proceſſu, & num. 20.*
24 *Via publica donec eſt deuaſtata licet viatori tranſire cum beſtijs per fundum vicinum.*
25 *locus antiquæ viæ ſit illius ſuper cuius fundo effecta fuit via noua.*
26 *Viam publicam deteriorem facienti poteſt impunè reſiſti, amplia num 28. 29 & 30.*
27 *Hypotheca tacita inducitur in bonis deuaſtantis viam publicam.*

a NVllus] Comprehenditur maſculus, & fœmina, cum tractatur de materia congruenti vtrique ſexui, vt latè diſcuſſum ſupra c. 126. in Ciuitate, vol. 1.

b Cuiuſcunque conditionis] † Comprehenditur etiã mi-
1 nor, in quem poteſt cadere delictum, l. ita not. Rebuff. tract.
de nominat. q. 8. princ. num. 8. ad finem.

c Vel ſtatus] † Comprehendit etiam clericum, vt notat
2 Rebuff. d. tract. de nominat. q. 8. num. 21.

d Vltra formam Statutorum Communis Mediolani] De quo ſupra cap. præcedenti.

e Super ſtratis publicis] † Quotuplex ſit ſtrata publica,
3 notat Napod. in conſuet. Neapol. tit. 17 de iure congrui,
verſ. Vbi domus, in verbo, via publica, num. 16. & 15. Cepoll. tract. ſeruitut. vrbano. prædio. cap. 3. de ſeruitut. viæ,
numer. 16. & 17. Idem Afflict. in tit. de feud. tit. Quæ ſint
Regalia, in verbo, Viæ publicæ, nu. 6. Vbi dicit etiam quo-
4 modo differat à via vicinali. † Viæ publicæ an ſint Re-
gis, vel Communis, diſtinguit Afflict. dict. verbo viæ pu-
5 blicæ, num. 1. † Quicquid ſit quod Princeps non poſſit
prohibere ne exterus deambulet per viam publicam, not.
6 ibi Afflict. num. 2. † Et arbores nati ſunt vicinorum ha-
7 bentium ſecus prædia, ita Afflict. d. loco, num. 15. † Via
publica ſi ſit adeo ſtricta, vt ſi duo currus ſe obient, non poſſint vterque pertranſire, quis eorum debeat retrocedere, de-
8 clarat Afflict. dict. verbo, viæ publicæ, num. 8. † Via pu-
blica eſt optima cohærentia pro demonſtratione rei, ita
9 Afflictus dict. verbo, Viæ publicæ, numer. 11. † Domus
habens publicas diuerſarum Parochiarum, de qua Parochia eſſe dicatur, not. Afflict. dict. verbo, Viæ publicæ, numer. 16.

f Vel iuxta ſtratas publicas] Id eſt penes, & ſecus eas.

g Per quam ſtratæ deuaſtentur] In eorum ſcilicet.

h Vel deteriores fiant] Ita quod difficilius per eas poſſit pertranſiri.

i Nec aliud facere, vel fieri facere] Aliter quam per immiſſionem aquarum.

k Arbitrio Iudicis ſtratarum] Qualiter regulari debeat eius arbitrium Iudex ſtratarum, cauetur capit. ſequentibus.

l Et vlterius compellatur] † Tenetur igitur deſtruens, vel
10 dans cauſam deuaſtationi viæ publicæ, non autem Vicini,
vt hic cauetur, & notat Cœpolla tract. ſeruit. ruſtic. Præd.
11 cap. 3. de ſeruit. viæ, num. 57. † Si autem ipſe non eſt ſol-
uendo, tunc tenentur vicini prædiorum, Ita Cœpol. d. c. de
12 ſeruit. viæ num. 58. † Præterquam in vijs maſtris, vt no-
13 tabitur infra cap. 253. Fiat impoſitio. † Si autem via publi-
ca aliter deuaſtetur, quam facto alicuius priuati, vt puta
impetu aquarum fluminum, vel aliter aliquo caſu, tunc ad
eius refectionem tenentur Domini Prædiorum circumuicinium, ſi tamen non ſint ſtratę maſtræ, vt infra cauetur, c.
253. Fiat impoſitio, & quod teneantur vicini Domini prędiorum, notat Affl. in feud. tit. Quæ ſint regalia, in verbo,
Viæ publicæ, num. 10. Boerius in ſuis conſuetud. libro Des
14 couſtumes de tours, tit. 7. des droict. de Pigges, art. 4. † Ad
hanc autem impenſam fiendam poſſunt etiam cogi coloni,
inquilini, & conductores dictorum prædiorum, quam dein
computabunt in penſionem locatori, vel Domino, per l.
ædiles, ff. de ædilit. edicto, ita notat Napod. in conſuetud.
Neapol. tit. 28. de ſeruit. verſ. Si quis habens, in verbo, Nec
15 apparet, num. 25. Borgn. d. deciſ. 44. numer. 54. † Ad hanc
etiam impenſam tenentur omnes priuilegiati, tam Eccleſiaſtici, quam aliter, & etiam forenſes & Principes, ſi habẽt
prædia vicina, vt notatur etiam infra c. 251. Omnes ſtra-
16 tæ, in verbo, Reaptentur. † Cauſa autem huius refectionis
poterit iri per loca non ſeruientia, per textum, in l. Refectiones, ff Communia prædiorum, & infra in domo reficiẽ-
17 da cauetur, c. 349. Licitum ſit. † Si autem fuerit via pri-
uata, quæ fuerit deuaſtata impetu aquarum, vel caſu, tunc
tenetur Dominus viæ illius, non autem vicini, per textum in
l. 1. §. Iuliæ, ff. de itiner. actuque priuat. & in l. 4. § Vtilitas
ff. eod. tit. ad idem textus in l. 2. verſ. Has quoque publicas,
ff. vt quid in loco publico, not. Boer. in conſuet. Aurelianẽſ.
18 tit. de ſeruit. c. 18. † Contra impedientem refectionem viæ
publicæ qualiter agatur, not. Affl. d. tit. Quæ ſint Regalia,
in verbo, Viæ publicę, num. 22.

m Sine aliquo proceſſu] † Sublata cenſetur per hæc verba
19 appellatio, vt notat Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de appellatio.
20 num. 16. † quod idem firmat ſaltem quo ad executionem
ſententię ſuperinde ferendæ, non obſtante appellatione,
Rebuff. tract. de ſentent. prouiſ. artic. 3. Gl. 6. num. 2 quia
eſt periculum in mora.

o Ad refectionem dictarum ſtratarum] De iure communi
21 via publica ſi in totum ſit deſtructa, & amiſſa, tunc vicinorum fundorum Domini tenentur ſuper ſuo præſtare eã viã
publicam, per tex. in l. ſi locus, § cum via publica, ff quemadmod. ſeruit. amit. Ita Roman ſingul 798. Idem notat Bonacoſſ. in q. crimin. in verbo, Tranſitus, quod alias nõ liceat
facere viam in alieno, vt not. Affl. d. verbo, Viæ publicæ, nu.
22 3. † Sed precium debet reſtitui à fiſco priuatis, licet de cõ-
ſuetudine non ſeruetur, ita Gl. ſing. d. §. Cum via publica
ad finem, per text. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua, idem Alberic.
& cæteri dict. §. cum via publica, Boer. in conſuetud. Aurelianenſibus, tit. de ſeruitut. cap. 15. Natta conſil 554 nu-
23 mer. 25. volum. 3. † Quæ conſuetudo vti iuri communi
contraria non debet extendi ad alios caſus, ita Felin. in capit. Quæ in Eccleſiarum, numer. 28. vbi Dec. numer. 19. de
conſtitut. Cœpol. tract. ruſtic. præd. cap. 1. de ſeruit. Itineris,
num.

Digitized by Google

num.21.circa finem,& cap.3.de ſeruit.viæ.num.38.vbi lo-
quitur relariue,l.Iaſ.l.Barbarius,nu.36.cum ſeq ff.de offic.
Prętor.idem nouiſſime concludit declarando,Natta d.conſ.
24 554.num.25.volum.3. † Donec autem remaneat deuaſta-
tio,& dirutio viæ publicæ quilibet viator etiam,cum beſtijs
licite poteſt ingredi fundum vicinum, & impune pertranſi-
re,nec tenetur eo caſu de damno dato,nec de turbata poſſeſ
ſione,niſi aliter inferatur damnum,ita Alberic.d.§.cum via
publica Cœpol.d.cap.3.de ſeruitut.viæ, num.38.Affliċt.in
traċt.feud.tit.Quæ ſint Regalia,verſic.Vię publicę,num.9.
Ioannes de Arnono epitome 56.Plot.l.ſi quando,num.818.
C.vnde vi,& notatum infra c.369.Quilibet,in verbo,Dam-
25 num datis. † Via autem publica refecta,locus alias illius
in quo ſiebat via,ſit eius proprius in recompenſatione one-
ris ſeruitutis ſupportata, Ita Roman.ſingul.798.numer.3.
26 † Si quis ſub clipeo refectionis viam publicam deteriorem
facere velit, poteſt impune prohiberi, etiam per vim, vt
not.Affliċt.d.tit.Quę ſint Regalia, in verbo, Vię publicę,
num.20.
o Obligata] † Hęc eſt tacita hypotheca quę inducitur
27 per Statutum hoc. De his tacitis hypothecis ſimilibus caue-
tur infra cap.390.Dominus,& late Anton.de Fauo traċt.pi-
gnor.2.par.princ.membro 4.
p Impune propria authoritate] † Hoc ideo diſpoſitum
28 ex quo non ſubditus non poteſt conueniri, in hac iuriſdi-
ctione, vt late notatum ſupra cap.3.Si de cętero,volum.1.
29 † Alias non liceret niſi authoritate iudicis, vt not.Cœpol.
in traċt.ſeruit.ruſtic.pręd.c.3.de ſeruit.vię,nu.30.& 31.
q Accuſa,vel quęrela, vel denuntia] † Tanquam quod
30 turbauerit poſſeſſionem, vel dederit damnum, vel aliter
incurrerit pœnas, l.Si quis in tantum, C.vnde vi,& ſimiles.

DE EODEM.
Cap. CCXLIX.

a NVllus b poſſit conducere aquam c extra Ducatum
Mediolani, d nec extra terras communes, d ad alia
territoria, f niſi prius ipſa aqua ſeruierit g molendinis,
& irrigationi pratorum Ducatus Mediolani,& terrarum cō-
munium,debite referendo, h quibus commode ſeruire poſ
ſit, i ſub pœna amiſſionis cuiuſcunque iuris, quod ha-
buerit, ſeu habuerint,ille,vel illi, qui contrafecerit, ſeu con-
trafecerint.

SVMMARIVM.

1 *Conducens aquam per tranſitum, an poſſit extra dominium du-
cere.*
2 *Aqua facit campos fertiliores.*
3 *Commode, quid importet.*
4 *Pœna in dubio fiſco applicatur.*

a NVllus] Comprehenditur maſculus,& fœminas,ac Cle
ricus & forenſis,ob publicam vtilitatem, vt not.cap.
pręcedenti,in princ.& ſeq.in princ.
b Poſſit conducere aquam] † Non tamen habet locum
1 in conducente aquas per tranſitum,quę ſit etiam extra Du-
catum, argumento Gloſſę ſingularis, in l.ſi quis poſt hanc,
in verbo,Solummodo,C.de ędif.priuat.Alber.traċt.Statut.
2.parte, quęſt.3.
c Extra Ducatum Mediolani] Quid veniat appellatione,
Ducatus, notatum late ſupra c.130.Vbicunq; , vol.1.
d Nec extra terras communes] Quę comprehenduntur ſub
diſpoſitione Statutorum horum, vt cauetur ſupra cap.153.
Statuitur, vbi notatum,vol.1.
e Ad alia territoria] Extra Ducatum ſcilicet exiſtentia.
f Niſi prius illa aqua ſeruierit] Mediante pretio congruo
ęſtimando per peritos.
g Molendini, vel irrigationi pratorum Ducatus Mediola-
2 ni] † Hoc ideo Statutum, vt vberiores, & fertiliores terrę
Ducatus reddantur ratione publicę vtilitatis, vt notatum
ſupra c.247.Omnibus in verbo,Cuiuſlibet perſonę.
h Quibus commode ſeruire poſſit] † Quid importet hoc
4 verbum, commode, notatur in textu l.Nepos Proculo vbi
Alciat.ff.de verb.ſignific.Rebuff.in l.Proprie bona,circa fi.
ff.eod.tit.
i Sub pœna amiſſionis cuiuſcunque iuris quod habuerit]
4 † Quę pœna in dubio applicatur fiſco, cum hic non expli-
cetur cui applicanda veniat, not.Barr.l.Agraria, nu.3.ff.de
termino moto,& late notatum in Pręludijs.

De foſſatis faciendis per habentes terras iux-
ta ſtratas. Cap. CCL.

a OMnes, b & ſinguli c cuiuſcunque ſtatus, d condi-
tionis, e & præeminentię exiſtant,habentes terras
iuxta ſtratas maſtras in Ducatu Mediolani longe à redefoſ-
ſis Mediolani, vſque ad ſex milliaria, g debeant manute-
nere, & facere, debite referendo, ſuper ipſis ſtratis foſſata,
quę ſint latitudinis brachiorum duorum cum dimidio, ſaluo
quod ex talibus foſſatis non diminuatur amplitudo ſtrata-
rum,ad hoc, vt illa foſſata recipiant aquas illarum ſtratarū.
h Et prędicta expediantur per Iudicem ſtratarum.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes quando ligentur ſtatuto imponente onera pro foſſatis
faciendis.*
2 *Clerici an ligentur ſtatuto facto ſuper refectione viæ publicæ, &
Pontium, & quomodo & quid de eorum colonis an per laicum
compellantur, vſq; ad num.5.*
6 *Princeps tenetur ad purgationem aquæductuum publicorum, &
quando.*
7 *Princeps tenetur ad tutum iter, alias ad damna viatorum.*

a OMnes] Comprehendit Vniuerſitatem, & Collegium,
cum ſit dictio generalis, maxime ſtantibus verbis ſe-
quentibus, & ſinguli.
b Et ſinguli] Tam maſculi, quam fœminę, cum ſit de ma-
teria indifferenti congruenti vtrique ſexui,vt cauetur ſupra
cap.126.In ciuitate,vol.1.
c Cuiuſcunque ſtatus] Siue ſit maior, ſiue minor, vt nota-
tum ſupra cap.248.Nullus,in princ.
d Conditionis] † Siue ſit ſubditus,ſiue forenſis, cum lo-
1 quatur Statutum hoc ad publicam vtilitatem bonorum,pro
refectione ſtratarum,& pontium, vt in his terminis not.Nat
ta conſ.215.nu.1.volum.1.
e Pręeminentię] † Ligantur etiam ex huius Statuti diſpo-
2 ſitione, & ſimilibus, vbi tractatur de vijs publicis, & ponti-
bus reparandis, & manutenendis, Clerici, & Eccleſiaſticę
perſonæ,& etiam bona Eccleſiarum,etiam quod aliter Cle
rici non poſſunt ligari Statutis laicorum, ita in hac ſpecie
tradit Salic.d.Auth.Caſſa.num.12.vbi Alciat.num.10.C.
de ſacroſ.Eccleſ.quod extollit vti valde notādum,Ambroſ.
Opizon.in l.filiusfamil.§.Diui,num.88.& 89.ff.de legat.1.
3 comprobando alijs fundamentis. † De iure etiam Com-
muni ſic diſponitur,vt Clerici,& Eccleſiæ met teneantur ad
reparationem, & refectionem, & manutentionem viarum
publicarum, & pontium & ſimilium, per text.in l. Ad in-
ſtructiones,C.de ſacroſanċt.Eccleſ.cū notatis ibi per Bart.
4 & per nos congeſtis,cap.ſeq.in verbo,Reaptentur. † Quæ
tamen perſonæ Eccleſiaſticæ debent cogi, & compelli ad
hoc per Iudicem Eccleſiaſticum deficiente in hoc poteſta-
5 te Iudicis laici in Clericos, quo ad eorum perſonas. † Poſ-
ſent tamen hoc caſu compelli per Iudicem laicum condu-
ctores & inquilini dictorum bonorum Eccleſiaſticorum,
licet tutius ſit, & conſultius, quod habeatur licentia à Iu-
dice Eccleſiaſtico, vt Iudex laicus poſſit eos ad hæc com-
pellere, ita Salic.d.Auth.Caſſa,num.12.& Alciat.num.16.
Opizon.d.§.Diui, num.88.& 89.Idem Capra ſuis commu-
6 nibus,in verbo,Clerici qui in caſibus. † Princeps quoque
tenetur ad purgationem aquæductuum publicorum, niſi
aliquid conceſſerit, vel erogauerit priuato, vt hoc onus ſu-
ſtineat, ita notat Menoc.traċt.retinen.poſſeſſ.remed.7.n.32.
7 † Tenetur etiam tenere tutum iter, alias tenetur ad damna
verſus viatores, ita Menoch.traċt.retinen.poſſeſſ.remed.7.
quæſt.7.num.3.
f Iuxta ſtratas maſtras] Quæ ſint,notatur hic,& infra cap.
253.Fiat impoſitio.
g Debeant manutenere,& facere.] Hoc non ſeruatur vn-
dique incuria D.Iudicum ſtratarum.
h Et prædicta expediantur per Iudicem ſtratarum] Qui
quidem procedit ſummarie, modo quo cauetur infra cap.
283.Statuitur.

De ſtratis ciuitatis, & ſuburbiorum reaptan-
dis. Cap. CCLI.

a OMnes b ſtratæ c ciuitatis, & burgorum Mediolani
videlicet, d intra redefoſſa, e reaptentur f & ap-
tatæ teneantur,taliter, g aquæ decurrant, g vbi cōſueue-
runt

Digitized by Google

runt decurrere, *h* vel vbi melius decurrere poſſint, *i* cũ minori incommodo cuiuſlibet, & taliter, quod non morentur ſuper ipſis ſtratis. *k* Et quod Iudex, qui erit ſuper ipſis ſtratis, teneatur hoc fieri facere, & ſi non fecerit, ipſo facto pro condemnato habeatur in libris quinque Imperialium, qualibet vice, qua contra fecerit. Et prædicta fieri debeant quolibet anno de mẽſibus Martij, Aprilis, & Maij. *l* Et hæc fiant expenſis habentium domos ſuper ipſis ſtratis, pro rata ipſarum domorum, *m* & vbi non adſunt ipſæ domus tunc fiant expenſis habentium prædia ſuper ipſis ſtratis pro rata ipſorum prædiorum. Et ſi reperientur aliqua loca occupata, ſeu impedita, per quæ aqua ſolebat decurrere ad Nironem, vel Seuiſum, vel ad alium locum pro fugando, quod ipſa loca ſpacientur, & euacuentur *n* expenſis illorum qui ea habent occupata. Et hoc, niſi reperiatur *o* aliquas fagias, aliquorum Communium ad hoc eſſe obligatas.

SVMMARIVM.

1 *Strata proprie quæ dicatur.*
2 *Ius reficiendi ſtratas & vias publicas eſt reale.*
3 *Impediens refectionem viarum publicarum punitur.*
4 *Refectionis, & reparationis nomine venit purgatio.*
5 *Purgatio ſtratæ quomodo fiat.*
6 *Aqua non debet diuerti à ſolito curſu limita vt nu. 7.*
8 *Strata ante domum debet refici per dominum illius domus quæ eſt ante dictam ſtratam limita, num. 10. & 11. amplia num. 12. vſque ad num. 19.*
19 *Refectio ſtratarum dicitur onus reale.*
20 *Emphyteota domus an teneatur ſuis expenſis ad refectionem ſtratæ ante domum, & nu. 21.*
22 *Quid in vſufructuario.*
23 *Quid in marito poſſidente domum dotalem.*
24 *Quid in conductore & Inquilino.*
25 *Quid in gratis poſſidente domum.*

a OMnes] Ex hoc verbo generali comprehenduntur omnes ſtratæ cuiuſcunque generis, & qualitatis.

b Stratæ] † Opportune ſtatuentes expreſſere hoc verbum,
1 ſtratæ, quæ proprie intelliguntur Matonatæ de lapidibus viuis, & Matonis coctis, quæ ſunt in ciuitate, & ſuburbiis, vt not. Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de via public. & in l. abſit, nu. 2. C. de priuileg. domus auguſtæ, lib. 11. Sequitur Cœpolla tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 3. de ſeruit. viæ, num. 3. Afflict. tract. feud. titu. Quæ ſint Regalia, verſic. viæ publicæ, num. 14. Strata autem quod differat à via, not. Anton. Corſet. in ſing. Pœna, il Quarto, Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo, Via publica.

c Ciuitatis, & burgorum Mediolani] Poſita ſunt hæc verba burgorum, ad tollendum dubium, quod in iure eſt, vtrũ appellatione ciuitatis veniant ſuburbia, de quo notatum ſupra cap. 38 Omnes, in verbo, in ciuitate, volum. 1.

d Intra redefoſſa] Hoc verbum appoſitum ad tollendam hæſitationem, quæ poſſit oriri, vtrum appellatione ciuitatis, & burgorum venirent etiam continentia extra muros, de quo notatum d. cap. 38. Omnes in verbo, in ciuitate, & ſeq. volum. 1.

e Reaptentur] † Ius hoc reficiendi ſtratas, & vias publi-
2 cas eſt reale, per text. in l. per Bithyniam, C. de immunit.
3 nemini conceden. lib. 10. † Impediens refectionem hanc viarum, qua actione conueniatur, not. Specul. tit. de proprietate, §. 1. Cœpol. tract. de ſeruit. viæ, num. 62. cum ſeq.

f Et aptare teneantur] † Appellatione refectionis, & re-
4 aptationis venit etiam purgatio ſtratarum, ita Cœpol. d. c.
5 3. de ſeruit. viæ, num. 55. & melius num. 60. † Pro purgatione autem non ſufficit, quod lutum & immunditiæs tollatur à lateribus domorum, & proiiciatur in medio ſtratarum, ſed in totum debet auferri, per text. in l. 1. §. Purgare, ff. de via publica, Idem Cœpol. d. ca. 3. de ſeruit. viæ, n. 61. Afflict. d. tract. de feud. tit. Quæ ſint Regalia, verſic. viæ publicæ, num. 28.

g Vbi conſueuerunt decurrere] † Nam aquæ non debent
6 diuerti à ſuo ſolito curſu, not. Decius. conſ. 244. num. 1.

h Vel vbi melius decurrere poſſint] Et hoc quando aliquo caſu non poſſunt decurrere ad ſolitum curſum.

i Cum minori incommodo cuiuſlibet] In hoc verſatur iuditium, & arbitrium Iudicis, & Architectorum.

k Et quod Iudex] Cuius authoritas & poteſtas notatur infra, cap. 283. Statuitur. Annis ſuperioribus per excellum Conſilium Secretarius erectum fuit nouum tribunal Nobilium huius Ciuitatis cuiuſlibet Portæ, quibus præeſt Illuſtr. Senator breuioris togæ, & ex d. Conſilio Secretiori Petrus Antonius Lonatus, qui totis viribus incumbunt reformationi & readaptationi ſtratarum huius ciuitatis, & burgorum, & æqualitati, & decori earum, opus quippe laudabile, vtile, ac neceſſarium, ciuibus pedeſtribus, & equeſtribus.

l Et hæc fiat expenſis habẽtium domos ſuper iſtis ſtratis]
8 † Etiam de iure cõmuni quilibet tenetur reficere, & aptare vias, & ſtratas publicas ante eius domum eius expenſis, per tex. in l. ædiles, §. Construunt autem, vbi Bart. num. 2. ff. de via publica Cœpol. d. tract. ſeruit. ruſtic. præd. c. 3. de ſeruit. viæ, & nu. 7. Afflict. tract. protomiſ. §. Nonus, nu. 8. & tract. feud. tit. Quæ ſint Regalia, verſic. Viæ public. num. 10. Idem Caſſan. in ſuis conſuetud. Burgund. Rub. 1. in tex. & drotet,
9 d'Icelles, nu. 38. † Quod onus dicitur reale, ita Burſ. conſ.
10 16. nu. 8. vol. 1. † Vbi autem Dominus domus non ſit ſoluendo, tenetur eius vicinus, iuxta Gloſſam ſingularem in l. fin. in Gloſſ. fin. ff. de via publica, notat Roman. ſing. 817. Cœpol. tract. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. de ſeruit. viæ nu.
11 58. † Vtrum autem Dominus domus vel is, qui tenetur ad hanc refectionem, vt infra dicetur, ſi velit, poſſit potius cedere iuri domui, vel prædij confinantis viam publicam, ad hoc ne poſſit cogi ad eius refectionem, diſtinguit aliquos caſus Alberic. tract. Statut. 1. parte, quæſt. 130. ſequitur referendo Cœpol. tract. ſeruit. urban. præd. cap. 57. de Puteo, nu. 4. relatiue idem Cœpol. d. cap. 3. de ſeruit. uiæ, num. 56. Boer. ſuis conſuetud. libro des couſtumes de tours, titu. 16.
12 Reparationes, ad finem. † Ad hanc refectionem ſtratarum publicarũ tenetur etiam Princeps habens domos in ciuitate, uel prædia extra, per tex. in l. abſit, ubi Bart. C. de priuileg. dom. auguſt. lib. 11. Cœpol. d. c. 3. de ſeruit. uiæ, nu. 42.
13 † Tenetur etiam forenſis iure communi inſpecto, cum hoc ſit onus reale ad publicam utilitatem cenſitum, ut not. Natta
14 conſ. 215. num. 1. uol. 1. † Clericus pariter, & Eccleſia obligantur ad hanc refectionem, & manutentionem uiarum publicarum, & pontium & ſimilium, tam ex diſpoſitione iuris communis, iuxta textũ in l. ad inſtructiones, ubi Bart. & cæteri C. de ſacroſ. Eccleſ. not. Pract. in forma libelli in actione reali, verſ. Iure Dominij, num. 53. Cœpol. d. c. 3. de ſeruit. uiæ, nu. 47. cum ſeq. & de ſeruit. urban. præd. c. 19. de refectione, nu. 21. Ripa l. ſi is non obtulit, in princ. nu. 31. ff. de re iud. Papo in ſuis commentar. ff. 361. Camil. Salern. ad Napodam. ad conſuetud. Neapol. in proœm. uerſ. Poſſunt prætati in literis C. & D. Natta conſ. 215. nu. 1. uol. 1. Oſaſc. deciſ. 67. nu. 11. Hipp. Rimin. conſ. 2. nu. 15. uol. 1,
15 communiorem dicit Burſat. conſ. 25. nu. 3. uol. 1. † Quicquid in contrarium allegauerint Dyn. Rayner. ſing. 4. Quã opinionem contrariam not. Ruin. conſ. 111. nu. 16. uol. 5. dicens diſpoſitionem d. l. Ad inſtructiones, hodie connexa eſſe cum allegatis, in addit. ad Practicum d. uerſ. Iure dominij, in litera G. incip. Eccleſia, circa finẽ, & notatis per Oſaſc. deciſ. 68. nu. 3. Cum communis ſit in contrarium ut in ſpecie tradit Rebuff. tract. ſenten. prouiſ. art. 3. Gl. 6. nu. 3. Viuius ſuis communibus, lib. 2. opin. 42. Clerici tenentur.
16 † Vltra iuris communis diſpoſitionem ligantur etiam Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ ex diſpoſitione huius Statuti confecti ad publicam utilitatem, licet alias non ligarentur ex Statutis laicorum, ita tradit Salic. in Auth. Caſſa, nu. 12. ubi Alciat. nu. 16. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. ſequitur extollendo Opizon. in l. filiusfamil. §. Diui, nu. 88. & 89. ff. de leg. 1.
17 † Licet dicat cõueniendas has perſonas Eccleſiaſticas corã Iudicibus Eccleſiaſticis ob defectum Poteſtatis in eos per
18 Iudices laicos, † vel ſaltem habendi licentiam ab eis ſic compellendi ad hanc refectionem, vt etiam notat Hyppol.
19 Rimin. conſ. 2. nu. 26. vol. 1. † Quæ tamen concluſio procedit duobus concurrentibus, vbi ſcilicet refectio ſit neceſſaria, non ad decus. Secundo quod hæ Eccleſiaſticæ perſonæ poſſideant bona temporalia vltra Eccleſiam ſuam, ita declarat Rebuff. tract. de ſent. prouiſ. d. art. 3. Glo. 6. nu. 4. & 5. Exemplificando non habere locum in religioſis cordigeris & alijs ſimilibus non poſſidentibus bona aliqua tem-
20 poralia. † Emphyteuta quoque domus tenetur & ipſe ad hanc refectionem ſuis expenſis, ita Iaſ. in l. 1. nu. 25. C. de iure emphyt. Ita Afflict. in tit. quæ ſint Regalia, in verbo,
21 Viæ publicæ, nu. 27. Borgn. deciſ. 44. nu. 54. † Limitãdo in conductore ad longum tempus ſoluente mercedem correſpondentem fructibus, non quid minimum, vt notat ibi Borgn. nu. 55. Verum per nouas conſtit. tit. de vijs publicis cap. Quia oriebatur, diſponitur emphyteutam teneri pro duabus partibus, & pro tertia Dominum directi. Emphyteuta quoq; fiſci licet ſit immunis ab oneribus extraordinarijs, non tamen à reſtauratione viarum, ita notatur in l. 1. C. de collat. fund. Mart. Laudenſ. tractat. de fiſco, & eius
22 priuileg. quæſtio. 83. † Vſufructuarius etiam tenetur ſuis expenſis ad hanc refectionem, ita notat Cœpoll. dict. cap. 3. de ſeruit. viæ, nu. 52. & 53. idem Afflict. tract. de feud. tit.

Quæ

Digitized by Google

Quæ ſint Regalia, verſ. viç publicæ, nu. 27 Borg. d. deciſ. 44.
33 num. 54. † Maritus habens domum dotalem quam gratis
inhabitat tenetur ſuis expenſis ad hanc refectionem, vbi ſit
modica expenſa, ſecus ſi ſit magna, & perpetuo duratura,
ita not. Cœpol. d. cap. 3. de ſeruitute viç, numer. 54 & 55.
34 † Conductor autem, & inquilinus, licet poſſint cogi ad ex-
penſas, & refectionem hanc, tamen eas compenſant in pen-
ſionem cum locatoribus ſuis, vt not. Bart. d. l. Ædiles, num. 2.
verſ. Tertio nota, ff. de via publica, Bal. l. 3. C. de act. & oblig.
Alex. in l. Diuortio, § Impendia, nume. 3. verſic. Idem etiam
ff. ſolut. matr. Iaſ. d. l. 1. nu. 25. C. de iure emphyt. Cœpol. d.
cap. 3. de ſeruit viæ, num. 51. Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de re-
miſſ. merced. conduct. num. 54. verſic. Non obſtante textus,
Afflict. d. tract. Feudorum, tit. quæ ſint regalia, verſ. Viç pu-
blicç, num. 26. Idem Carocius, tract. Locati, verſic. Expenſis,
nu. 18. exemplificando, etiam in alijs ſimilibus, vt per eum.
35 † Gratis habens domum tenetur ad purgationem, ſi eſt ad
vtilitatem momentaneam, nō perpetuam vtilitatē, ita Bart.
d. l. ędiles, nu. 3. ff. de via publica.
m Et vbi non adſint ipſç domus] Sed tantum viridaria, &
prçdia, vt infrà ex verbis ſeq. cauetur.
n Expenſis eorum; qui ea habent occupata] Ad refectio-
nem enim viarum publicarū tenentur hi, cuius cauſa ſecuta
ſit deuaſtatio, vel deſtructio earum, ita notatū ſupra c. 248.
Nullus, in verbo, Et vlterius compellatur.
o Aliquas fagias aliquorum Communium] De quibus
notatur infrà cap. ſequen. in princ. & cap. 271. Eligantur, &
cap. ſequen.

Quod ſtratæ reducantur ad antiquum modum. Cap. CCLII.

a OMnes ſtratç, *b* & viç publicç, *c* & foſſata ſtratarū,
& viarum publicarum, *d* reducantur ad antiquos
modum, & ſtatum, *e* à quocunque detineantur occupatç, &
quilibet, qui aliquid occupaſſet ex prçdictis, *f* inconti-
nenti cogatur ad ſpaciandum eas, & ea per Iudicem ſtrata-
rum, & per quemlibet alium Iuſdicentē, *g* & etiam ex of-
ficio, *h* & omni iuris ſolennitate prçtermiſſa, *i* ſaluo ſi in
contrarium haberet diſpenſationem, *k* vel conceſſionem
authoritate Ducali.

SVMMARIVM.

1 *Strata quæ dicatur.*
2 *Viæ publicæ ſpecies quales ſint.*
3 *Viæ publicæ ſunt de regalibus.*
4 *Strata via publica, & foſſata debent reduci ad antiquum modum.*
5 *Viæ publicæ non poſſunt præſcribi, limit. num 6.*
7 *Viæ vicinales poſſunt præſcribi.*
8 *Viæ publicæ non poſſunt occupari citra ſacrilegium, & quæ ſit pœna, & quomodo poſſit agi, vſq; ad num. 13.*
14 *Via publica non poteſt claudi vno tantum diſſentiente, limita nu. 18. & 19.*
15 *Gradus in via publica, an poſſint fieri.*
16 *Appellatio tollitur per dictionem incontinenti.*
17 *Item ex clauſula omni iuris ſolemnitate prætermiſſa.*
20 *viæ publicæ non poſſunt alienari in præiudicium ſucceſſoris.*
22 *Platea, vel locus publicus an poſſit vendi per ciuitatem.*

a OMnes ſtratç] † Matonatç ſcilicet ex lapidibus viuis,
1 vel coctis, vt not. Bartol. in l. Abſit, C. de priuileg.
domus auguſtç, lib. 11. Cœpoll. d. tract. ſeruit. ruſtic. prçd.
cap. 3 de ſeruit. viç, num. 3. Afflict. tract. feud. tit. Quç ſint re-
galia, verſic. Viç publicç, num. 14.
b Et viç publicç] † De ſpeciebus earum notat Napod. in
2 conſuetud. tit. 17. de iure congrui, verſic. Vbi domus, uerbo,
Viç publicç, nu. 16 & 17. Idem Afflict. tract. iuris protomiſ.
§. Nonus, num. 4. cum ſeq. & tract. feud. tit. Quç ſint regalia,
3 uerſic. Viç publicç, nu. 6. † Viç publicç regulariter ſunt de
regalibus, ut notat Alciat. conſ. 300. nu. 1. quo ad proprie-
tatem tantum, ubi per eum, nu. 5. ad finem, quç non poſſunt
alienari, ut per eum.
c Et foſſata ſtratarum, & uiarum] Modo quo cauetur ſu-
pra cap 250. Omnes.
d Reſtituantur ad antiquum modum] † Idem de iure
4 cauetur, textus eſt in l. 1. §. 1. ff de uia publica, notat. Ang.
conſi. 18. nu. 3. uſque ad finem, Cœpoll. d. cap. 3. de ſeruitut.
5 uiç, num 61. uerſic. De ſecundo. † Hinc infertur, quod uiç
publicç non poſſunt prçſcribi, ita not. Afflict. tract. iuris pro-
tomiſ. §. Nonus, num. 8. & d. tract. feud. tit. quç ſint regalia,
uerſic. Viç publicç, num. 7. Quod etiam expreſſe cauetur in-
fra cap. 266. Officiales, in uerbo, Non obſtante quacunque
6 prçſcriptione, ubi notatum. † Fallit tamen in prçſcriptio-
ne centenaria, quia ea nunquam cenſetur ſublata, niſi hoc
in ſpecie ſit dictum, prout ſupra diſponitur c. 240. Si quis ſe-
dem, ita Petr. Gerald. ſing. 18. num. 19. Soc. iun. conſ. 76. num.
13. & 14. uolum. 1. cum notatis d. cap 240. Si quis, in uerbo,
7 Cuius initij memoria non extat, † Viç tamen uicinales poſ-
ſunt prçſcribi, ita in fortioribus terminis notat Bal. conſil.
44. uolum. 5. quem referendo ſequitur Boer. ſuis conſuet.
Galliç, Rubr. 3. des couſtumes de frez, & cen. §. Quinto,
circa medium, Vbi loquitur in terminis Statuti diſponen-
tis uias uicinales debere diſgombrari, non obſtante aliqua
prçſcriptione, & tamen per çdificium factum, & prç-
ſcriptum decidit non poſſe çdificantem moleſtari, ut ibi
per eos, quos corrupte allegat Boſſ. ſua praxi crim. tit. de
uia publica.
e A quocunque detineantur occupatç] † De iure etiam
8 communi viæ publicç non poſſunt occupari ab aliquo, abſ-
que licentia Principis, vel Ciuitatis, vel ex Conſuetudine,
ita not. Cœpoll. d. cap. 5. de ſeruit. viæ, numer. 26. ſequitur
Ludouicus Borgn. conſ. 55. num. 3. Idem Caſſan. in ſuis con-
9 ſuetud. Rubr. 1. in textu, & droicts, d'Icells, num. 38. † Vbi
dicit occupantem vias publicas, & foſſata ciuitatis commit-
tere ſacrilegium, idem not. Boſſ. ſua praxi, tit. de aquis, & flu-
min. nu 35. verſic. tamen reuera, & tit. de via publica, nu. 3.
ad finem, & 4. Idem Afflict. d. tract. iuris protomiſ. §. Nonus,
num. 9. & Afflict. in feud. tit. Quæ ſint Regalia, in verbo, Viç
10 publicæ, num. 5. & nu. 18. † Imò talis occupans incurrit
pçnam librarum 50. auri, vt notat Caſſan. ſuis conſuet. Rub.
2. des confiſcationes, §. 1. in textu, qui confiſque le corps, ca-
11 ſu 64. † quo fit, vt contra occupantem agatur tam ex di-
ſpoſitione iuris communis, ſecundum notata per Cœpoll.
d. cap. 3. de ſeruit. viæ, num. 29. quam huius Statuti condi-
12 ctione. † Non tamen propria authoritate poteſt quis tol-
lere occupationem, ſed iudicialiter agendum eſt cōtra eum,
etiam per habentem minimum, aut nullum intereſſe, vt not.
13 Cœpol. d. cap. 3. de ſeruitu. viæ, nume. 30. & 31. † Agitur
etiam interdicto, quid in loco publico contra claudentem
viam publicam, ita not. Afflict. in feud in tit. Quæ ſint Re-
14 galia, in verbo, Viæ publicæ, nume. 19. † Contradictio quã
vnius plus operatur, ne claudatur via publica, quam con-
15 ſenſus omnium, Ita Afflict. notat d. loco, nu. 23. † Gradus
autem an fieri poſſint in via publica, vt aſcendatur in do-
mum priuati, notat quod nō, ſine licentia Principis, vel Iu-
dicis ſtratarum, Afflict. d. verbo, viæ publicæ, nu. 17.
f Incontinenti cogatur ad ſpaciandam] † Ex his verbis
16 à ſententia ſuperinde lata videtur ſublata appellatio, iuxta
tradita per Marant. ſuo Speculo 6. parte principali 2. actu
iudic. nu. 319. notat etiam Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de ap-
17 pellatio. nume. 16. † Videtur etiam ſublata appellatio ex
verbis ſequentibus omni iuris ſolennitate prætermiſſa ex eo
quod appellare, vel ne videtur reſpicere ordinem procedē-
di, vt tradit Alexand. conſil. 188. ad finem, volum. 2. Iaſ. in l.
Cunctos populos, num 20. & 21. 1. lectura, vbi Alciat. num.
23. C. de ſacroſ. Eccleſ. Verum in appellatione à diffinitiua
patitur difficultatem hæc concluſio, vt notatum ſupra cap.
47. D. Poteſtas, in verbo, Reſpiciente ordinem procedendi,
volum. 1.
g Et ex officio] Quid ſit officium, & quale, notatum ſupra
cap. 433 Si quis, in hoc verbo, vol. 1.
h Et omni iuris ſolennitate prætermiſſa] Quid importent
hæc verba, late notatum ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, in
his verbis, d. vol. 1.
i Saluo ſi in contrarium habet diſpoſitionem Ducalem]
18 Immediate à Principe conceſſam licentiam huius occupa-
tionis viæ publicæ, quæ poteſt fieri, vt ſupra notatum, & fir-
mat Cœpol. d. c. 3. de ſeruit. viæ, num. 26.
k Vel conceſſionem authoritate Ducali] † Ciuitate ſci-
19 licet cum licentia, & authoritate Principis, non ab alio of-
20 ficiali, Ita notat Cœpol. d. c. 3. de ſeruit. viæ, nu. 27. † Sed
quod non poſſint alienari in præiudicium ſucceſſoris, cum
ſint de Regalibus, not. Alciat. conſi. 300. nu. 1. Berous conſi.
21 136. nume. 3. & 9. volum. 3. † Verum autem ciuitas poſſit
plateam, vel locum publicum vendere, notat. Marſil. rela-
tiue d. tract. bannit. in verbo, Ciuitate, num. 80. vbi dicit
poſſe, vbi non recognoſcat ſuperiorem, alias non ſine Prin-
cipis licentia, dando cautelam eo caſu, vt faciat Statutum,
quod talis locus publicus poſſit vendi, quia tunc teneret
alienatio, vt per eum, idem notat Marſil. in verbo, Aliena-
ta, numer. 123. notat etiam Berous d. conſil. 136. numer. 14.
volum. 3.

Digitized by Google

Quod fiat impoſitio de ſtratis aptandis. Cap. CCLIII.

a FIat impoſitio generalis omnibus, & ſingulis Communibus Collegijs, & Vniuerſitatibus diſtrictus, diœceſis, & iuriſdictionis Mediolani, de ſtratis, ſeu ſquadris ſtratarum reformandarum, & manutenẽdarum, ita quod nulli aliquo modo proſit priuilegium, nec prærogatiua, qualiſcunq; ſit, nec poſſint ſe iuuare ex aliqua ſententia proinde in contrarium lata, nec conſuetudine, nec alia quauis conceſſione, vel ordinatione, quin omnes teneantur ad contributionem quarumcunque expenſarum, occaſione ipſarum ſtratarum. Et idem intelligatur eſſe ſtatutum de pontibus.

S V M M A R I V M.

1 *Onus pro reparatione viarum quomodo imponi debeat, & numer. 2. ac 3.*
4 *Collegia ex quibus conſtituantur.*
5 *Forenſes, & Clerici an teneantur ad reparationem ſtratarum, viarum, & pontium num. 6. & 7.*
8 *Strata, & Pontes purificantur.*
9 *Pontes, & portus fluminum connumerantur inter regalia.*

a FIat impoſitio generalis] † Impoſitio hæc facta fuit ab
1 antiquo pro reparatione, & manutentione ſtratarum
maſtrarum circumcirca ciuitatem Mediolani per milliaria
octo, vel decem ad plus, limitatis terminis omnibus Communitatibus Ducatus per lapides, qui termini appellantur ſangiæ, de quibus ſtratis maſtris, & ſangiis cauetur infra c. 271. Eligantur, verſic. Nec non ſtratæ maſtræ, & capit. ſeq.
2 † Quæ dein impoſitio per Duces poſtrema fuit alienata titulo gratuito quibuſdam de Braſchis, quæ quotannis per eorum ſucceſſores exigitur ad computum ſolidorum 23. pro ſingulo Communi: Adeo quod cum nunc dictæ ſtratæ maſtræ egent refectione, coguntur eadem Communia pro eorum ſangijs ad earum refectionem, licet aliquæ dictarum ſangiarum ſint deperditæ. Hac autem de cauſa Iudex ſtratarum bis in anno viſitat dictas ſtratas maſtras, iuxta diſpoſitionem cap. infra 272. Teneatur, vbi etiam tunc temporis citantur Communia ſingula ad memoratam viſitationem, iuxta diſpoſitionem cap. infra 284. Item quod & tūc temporis notantur condemnationes fiendæ contra memorata communia, quorum ſangiæ indigent refectione, & reparatione, vt cauetur infra d. c. 272. & ſeq. Nec aliqua ſit compenſatio in actu viſitationis earum, iuxta diſpoſitio-
3 nem, capit. infra 270. Non poſſit. † Impoſitio hæc debet diuidi, & imponi per dicta Communia, tam pro condemnationibus, quam pro refectione, & manutẽtione ſuper capitibus, per æs, & libram, iuxta diſtinctionem Bar. in l. 4. §. Actor, nu. 2. & 3. ff. de re iudic. idem Bar. in l. Ne quid, nu. 5. ff. de incend. ruina naufragio.

b Omnibus] Habita ratione omnium ſimul in taxatione fienda.

c Et ſingulis] Quoad diſtributionem fiendam ſeparatim ſingulis.

d Communibus] Quid ſit Communitas, notatum ſupra c. 247. Omnibus, in verbo, Communis.

e Collegijs] † Collegia conſtituuntur ex ſocijs publica-
4 rum vectigalium, & ſimilium, not. Virgi Boccat. in conſtit. Marchiæ, glo. 6. num. 70.

f Et Vniuerſitatibus] Vniuerſitas quæ ſit, & qualiter conſtituatur, notatum relatiue ſupra d. c. 247. omnibus, in hoc verbo.

g Diſtrictus, diœceſis, & iuriſdictionis] Quid importent, & differant hæc verba, late notatum ſupra c. 175. Statuta Ciuitatis, in his verbis.

h De ſtratis, ſeu ſquadris ſtratarum] Intellige de maſtris, de quibus infra cap. 271. Eligantur, verſic. Necnon, & cap. ſequenti.

i Reformandarum] Reſtaurandarum ſcilicet & reficiendarum, vbi ſit neceſſarium.

k Et manutenendarum] In futurum ſcilicet.

l Proſit priuilegium] Quod ſcilicet non teneatur ad aliqua onera in genere.

m Nec prærogatiua qualiſcunque ſit] † Nam ad onus hoc
5 tenetur etiam Princeps, forenſes, Clerici, & Eccleſia, vt late
diſcuſſū ſupra c. 251. Omnis, in verbo, Et hoc fiat expenſis.
6 † Imo Hypol. Riminald. in conſi. 2. num. 15. vol. 1. ampliat
vt Clerici, & Eccleſia teneantur ad reparationem, & refectionem murorum Ciuitatis, pariſicando refectioni viarum
7 publicarum, & pontium. † Declarando tamen ſi id fiat ad tuitionem Ciuitatis, non ad pompam, vt not. Boer. in ſuis commentar. Des couſtumes de tours, tit. 7. art. 4. Caſtan. ſuis commentar. Rubrica 1. in textu, De dieict. d'Icelles, num. 38.

n Ex aliqua ſententia perinde in contrarium lata] Vbi eſſet deciſum aliquem non teneri ad hoc onus.

o Nec conſuetudine] Quæ contra ius ſcriptum non poteſt allegari, vt ſupra cauetur c. 176. Conſuetudines.

p Statutum de pontibus] † Cum purificentur eadem ratio-
8 ne, ita Burſatus conſ. 142. num. 2. vol. 2. † Pontes & por-
9 tus, fluminum inter Regalia Principum numerantur, ita
Burſatus conſ. 142. num. 18. vol. 2.

De banchis, & obſtaculis non tenendis in ſtratis publicis. Cap. CCLIV.

a NVllus *b* in Ciuitate Mediolani *c* poſſit, nec debeat tenere aliquod banchum, *d* nec aliquod aliud obſtaculum *e* in ſtratis, *f* & vijs publicis. Et qui contrafecerit, condemnetur, qualibet vice, in libris quinque Imperialium, & quilibet poſſit accuſare. Medietas eius condemnationis ſit accuſatoris, & altera Communis Mediolani, & quod Iudex ſtratarum poſſit *g* ex officio procedere, & inquirere, & condemnare contrafacientem, & teneatur dictus Iudex ſemel omni menſe ire, *h* vel mittere per Ciuitatem ad inquirendum, ſi quis fecerit contra prædicta. *i* Et hoc teneatur facere præconizari ſemel ſingulis menſibus, ſub pœna Iudici ſtratarum librarum quinque Imperialium, qualibet vice, quæ pœna perueniat, vt ſupra, *k* ſaluo prout in præſentibus Statutis continetur.

S V M M A R I V M.

1 *Viæ publicæ an poſſint occupari, & præſcribi num. 2. Quid in vicinalibus, num. 3.*

a NVllus] Comprehendit tam Maſculum, quam fœminã; cum loquatur de materia vtrique ſexui congruenti, vt cauetur ſupra c. 126. in ciuitate, vol. 1.

b In ciuitate] An comprehendantur ſuburbia, late diſcuſſum ſupra c. 38. Omnes, in verbo, In Ciuitate, & cap. 45. Si quis, in ſimili verbo. vol. 1.

c Poſſit nec debeat tenere aliquod banchum] Vbi vendant res, & merces ſuas.

d Nec aliud obſtaculum] De iure communi viæ publicę
non poſſunt occupari ab aliqua perſona, vt not. ſupra cap.
1 252. Omnes ſtratę, in verbo, A quocunq; detineãtur. † Non
ẽt poteſt pręſcribi hęc facultas tenendi hoc impedimentũ,
& obſtaculum in vijs publicis prout de Via communi, vt
notat Affl. tract. Iuris protomiſ. §. 9. num. 8. & tracta. feud.
tit. Quę ſint regalia, verſi. Vię publicę, num. 7. Quam etiam
2 ſtatutario, vt infra cauetur c. 266. Officiales, † niſi ſit pręſcriptio centenaria, quę nunquam cenſetur excluſa per generalem ſublationem pręſcriptionis, vt not. ſignanter Petr. Geraldi Sing. 18. num. 9. Soc. iun. conſi. 76. numer. 13. & 14. volum. 1. & notatum ſupra ca. 240. Si quis, in verbo, Cuius
3 initij memoria non extat. † Fallit etiam in via vicinali, quę quidem poteſt pręſcribi, ita Bal. conſ. 44. vol. 5. Boer. ſuis cõſuetud. Rub. 3. Des couſtumes des fiez des Ceu. §. 5. circa medium, corrupte allegati per Boſſ. ſu praxi crimin. tit. de via publica, num. 9.

e In ſtratis] Scilicet Matonatis, vt notatum ſupra c. 253. Omnes ſtratę, in prin.

f Et vijs publicis] Locus, & via publica dicitur, per quam publice itur, ita Petr. Rauen. ſing. 549.

g Ex officio] Quid ſit officium Iudicis, late notatum ſupra c. 433. Si quis, in hoc verbo, vol. 1.

h Vel mittere per Ciuitatem ad inquirendum] Hę inquiſitiones, & accuſationes ſolent facere illi quinque electi vltra doctorem, de quibus infra c. 271. Eligantur, & etiam duo Seruitores, & Officiales dicti officij ſtratarum, de quibus infra cap. 278. Per Dominum. Hi autem inquirentes habẽt partem illarum condemnationum, prout in hoc Statuto diſponitur.

i Et hoc teneatur facere pręconizari ſemel ſingulis menſibus] Hoc proclama ſit ſemel tantum in anno tempore cœpti officij cuiuſlibet Iudicis eligendi, vt infra cauetur cap. 271. Eligantur.

k Saluo prout in præſentibus ſtatutis continetur] Veluti in habentibus conceſſionem, vel licentiam Ducalem, vt ſupra cauetur c. 253. Omnes ſtratæ, ad finem.

Quod

Digitized by Google

Quod turpitudo non fiat in Eccleſia, nec in ciuitate. Cap. CCLV.

a QVicunque, qui *b* fecerit turpitudinem in Eccleſia, *c* vel cœmiterio condemnetur in libris quinque Imperialium omni vice, cuius pœnæ medietas ſit accuſatoris, & altera ſit Communis Mediolani, & quilibet poſſit accuſare.

a QVicunque] Comprehenditur tam maſculus, quam fœmina, cum ſit de materia indifferenti vtrique ſexui congruenti, vt ſupra cauetur c. 126. In ciuitate.

b Fecerit turpitudinem] † Tripliciter autem in alia mate-
1 ria dicitur quid turpe, vt not. Ang. de Gambellion. tract. de teſtam. glo. 104. num. 5.

c Vel cœmiterio] † Cœmiterium eſt locus deputatus ſe-
2 pulturis, vt notat Cardinalis Alexand. in Clemen. 1. num. 4. De Sepultur.

De cloacis, & magolcijs remouendis. Cap. CCLVI.

a CVm cloacæ, *b* & magolcia in ciuitate Mediolani *c* peſtilentem reddant aerem, ſtatuitur quod aquę, quę de plateis decurrunt in domibus priuatorum, & ibi faciunt cloacas, vel magolcia, ſi poſſibile eſt, reducantur ad foſſatũ, vel ad Nironem, vel ad Seuiſum, vel Cantaranam, *d* vel Canoſſiam, per viam illam, per quam melius, & facilius decurrere poſſint. Et quod Iudex ſtratarum, ſub pœna librarum quinq; Imperialium, qualibet vice, ſi requiſitus fuerit, teneatur hoc exequi. Et poſſint hoc facere illi in quorũ domibus ſunt cloacæ, vel magolcia hoc fieri petentium, & cum minori læſione aliorum, quam fieri poteſt.

a CVm cloaca] Quæ ſint, notat Cœpol. in tract. ſeruit. ruſti. præd. c. 6. de cloaicis, in prin.

b Et magolcijs] Idem ſpecies cloacarum.

c Peſtilentem reddant aerem] † Niſi ſpatientur ſæpe, vt
1 not. Ripa tract. de peſte, in preſeruatiuis remedijs contra peſtem, num. 48. cum ſeq.

d Vel Canoſſiam] Species eſt Cantaranæ.

Quoe nullus eijciat aliquod turpe de domo. Cap. CCLVII.

SI *a* de domo alicuius *b* aliquod turpe *c* deiectũ fuerit, *d* vel effuſum *e* in vijs publicis, *f* qui habitat in ea domo *g* condemnetur in ſoldis triginta Imperialium, qualibet vice, & quilibet poſsit accuſare, medietas eius cõdemnationis ſit communis Mediolani, & altera accuſatoris, liceat tamen vnicuique habere, & tenere riuos, ſeu riales, ex quibus aqua, & ſchoratucium domus illius poſsit fluere, & fluat in vijs publicis, tempore pluuiæ, & quando nix diſſoluitur, vel etiam glacies.

SVMMARIVM.

1 *Deijcere de propria domo aliquid an liceat, & num. 2. & quæ ſit pœna, num. 5.*
3 *Habitator domus pro deiectis tenetur.*
4 *Deiectio facta à domo, per quem cenſeatur facta.*

a DE domo alicuius] Siue propria ſiue conductitia vel præcatia, cum puniatur inhabitans, vt hic cauetur.

b Aliquod turpe] Quod fœdet, vel noceat alicui viatori.

c Deiectum fuerit] † Qualecunque ſit quia prohibetur,
1 Bart. l. ædiles, num. 4. ff. de viæ public.

d Vel effuſum] Quod liquidum ſit.

e In vijs publicis] † Qua itur, vt notatur ex textu in l. 1. in
2 prin. ff. de his qui deiecerunt, uel effud.

f Qui habitat in ea domo] Siue ſit propria, ſiue conducti-
3 tia, ut ſupra notatum fuit. † Si autem ſint plures inhabitantes, & ignoretur cuius ſit, tunc tenentur inſolidum, iuxta notata in l. 1. § ſi. cum ll. ſeq. ff. de his qui deiecer. vel ef-
5 ſud. † Ex eo autem quod reperiantur ante domum alicuius in dubio præſumuntur proiectæ ab eius domo, ita Bart. l. ædiles, nume. 4. ff. de via publica, Lucas de Penna in l. 2. C. Aquæduct. lib. 11. confirmat Bonacoſ. in q. crim. in verbo Statutum verſ. ſi ſtatutum dicit.

g Condemnatus in ſoldis triginta Imperialium] † Quæ autem ſit pœna iuris communis, cauetur in textu in d. l. 1. in prin. ff. de his qui deiecer. vel effud. declarando vt per Paponem ſuis Comment. Burgund. §. 161.

Quod nullus teneat ledamen in vijs publicis. Cap. CCLVIII.

a NVllus *b* teneat, nec teneri permittat in vijs publicis ante Domum ſuæ habitationis aliquod ledamen, nec aliquam rem putridam, vltra triduum. Aliter contrafaciens, qualibet vice, condemnetur in ſoldis quinquaginta Imperialium, applicandis, vt ſupra proxime. *c* Cętera vero non putrida, poſſint teneri per octo dies.

SVMMARIVM.

1 *In vijs publicis ante domum non licet aliquid putridi tenere.*

a NVllus] Comprehenditur maſculus & fœmina, cum loquatur de materia indifferenti, & congruenti vtrique ſexui, ita cauetur ſupra c. 126. In ciuitate, vol. 1.

b Tenetur] † Non ſufficit quando eſt in lateribus viarum
1 quod proijciatur in medio, ſed debet in totum auferri, alias incurritur pœna, per tex. in l. 1. §. purgari §. de via publica, ita Cœpo. d. tract. Seruit. Ruſtic. præd. cap. 3. de Seruitute Viæ, nu. 61. Afflict. tract. feud. tit. Quæ ſint regalia, verſ. Viæ publicæ, num. 28.

c Cætera autem non putrita] Veluti terra, lignamina, quę apponuntur quandoque cauſa ædificij fiendi, vel facti, vel aliter.

Quod nullus debeat ſcorticare equos in ciuitate. Cap. CCLIX.

a NVlla perſona *b* debeat ſcorticare equum, vel aquam, mulum, vel mulam, aſinum, vel aſinam, canem, vel muſipulam, in ciuitate Mediolani, nec prope ciuitatem, per milliare vnum, *c* nec alibi in ſtrata, nec prope eam, ſub pœna ſoldorum quinquaginta Imperialium, qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem condemnationis, & alteram habeat Commune Mediolani. Et Iudex ſtratarum poſſit, & debeat contra prædictos procedere, & eos inquirere, & condemnare.

a NVlla perſona] Cuiuſcunque qualitatis, & conditionis ſit.

b Debeat ſcorticare equum] Hoc officium fuit cœptum tempore ultimi Ducis Sfortiadum conferri vti munus per priuilegium, & fuit collatum in perſonam Chriſtophori Chiochini. Eo autem defuncto longa fuit controuerſia inter filios memorati Chriſtophori, & agentes Federici cuiuſdam Vterinarij Sereniſſimi Regis noſtri in Curia eius, cui fuit collatum per dictum Sereniſſimum Regem, & propter hoc tranſmiſſæ fuere diuerſæ relationes ab Illuſtriſſimis gubernatorib. huius dominij cum voto etiam Excellentiſſimi Senatus, & Magnifici Magiſtratus Extraordinarij me aduocante ad fauorem dictorum Chiochinorum ad ſuam Maieſtatem Catholicam, quæ adhuc remanent indeciſæ, & interim dicti de Chiochinis remanent in poſſeſſione exercendi dictum munus per neceſſarium huic ciuitati, tamen res eſt in tractatu compoſitionis inter ipſos contendentes.

c Nec alibi in ſtrata] Per totum ſcilicet Ducatum in vijs tamen publicis.

De pœna ædificantis, vel occupantis ſuper ſolo Communis Mediolani. Cap. CCLX.

a NEmini, *b* qui ſine licentia Ducali, *c* occupauerit ſolum Communis Mediolani *d* ſuperædificando, *e* vel alio modo inuadendo, *f* vel ab alio occupatum detinendo, *g* ſi de hoc exiſtat memoria, *h* reddatur ius in ciuili cauſa, donec certiorauerit dominum Vicarium Prouiſionum Communis Mediolani, & officialem Stratarum, ſe tale inuaſiſſe, & paratum ſe dicat, ratione eius ſoli congruam penſionem præſtare Communi Mediolani. Et ſi multum viui publico noceat talis occupatio, arbitrio ipſius dominij Vicarij relinquatur, donec talis ſoli ſic occupati facta fuerit reſtitutio Communis Mediolani. Similis pœna inferatur

ei,

eſt, qui aliquid ex prædictis, *k* vel aliquid aliud Communis Mediolani ſine licentia Ducali occupauerit. Et vltra condemnetur in libris duodecim cum dimidia Imperial. ſoluendis Cõmuni Mediolani, niſi denunciauerit ipſi Domino Vicario dictam occupationem infra dies triginta numerandos à die occupationis eiuſdem.

SVMMARIVM.

1 *Locus publicus, ſeu via, an poſſit ab aliquo occupari. nu. 2.*
3 *Quid in flumine publico.*

a NEmini] Cuiuſcunque qualitatis, vel conditionis, cum indefinite, & generaliter Statutum loquatur.

b Qui ſine licentia Ducali] Solus enim Princeps concedit hanc licentiam, vt ſupra notatum c. 252. Omnes Stratæ, circa finem.

c Occupauerit] † De iure etiam communi locus, & via
1 publica, quod non poſſit ab aliquo occupari, notat Cepol. tracta. ruſtic. præd. tit. De ſeruit. viæ, num. 26. Ludouic. Bologn. conſil. 55. num. 3. & notatur in l. vnali, in princ. ff.
2 de viacap. † Et hoc ſine licentia Principis, vt notat Boſſ. ſua praxi crimin. titulo de aquis, & flumin. num. 35. Ad finem, & tit. de Via publica, num. 3. ad finem, & num. 4. late Sylua. conſil. 96. vol. 2. notat etiam Soc. iun. ſuis Communibus, in verbo, in publico ædificare. Limitando vt per eum in flumine publico vſque ad dimidium, & ſupra notatum, c. 252. Omnes ad fin. † Ad probandũ autem quod
3 via ſit publica non ſufficit; quod teſtes deponant, quod publice itum fuerit per omnes per longum tempus, ita Iohannes de Arnono Problemate 91. rationibus, vt per eum.

d Superædificando] Id eſt ſuper eo ædificium cõſtruendo.

e Vel alio modo inuadendo] Nam is proprie dicitur inuaſor l. Inuaſor, & l. Si quis in tantum, in princip. C. vnde vi.

f Vel ab alio occupatum detinendo] Quia ipſe non dicitur tunc inuaſor, ſed qui illud occupauerit.

g Si de hoc exiſtat memoria] Ex his verbis clare colligitur non tolli præſcriptionem, cuius initij memoria non extat, licet tollatur præſcriptio omnis generaliter; iuxta c. infra 266 Officiales. vbi notatum.

h Reddatur ius in ciuili cauſa] Et ſic in hoc habetur pro bannito, iuxta tradita ſupra cap. 10. Si quis, in verbo, Non audiatur, vol. 1.

i Arbitrio ipſius Domini Vicarij relinquatur] Taxatio penſionis huius.

k Vel aliquid aliud Communis Mediolani] Pertinens, ſcilicet Communi Mediolani, quod non conſiſtat in ſolo.

DE EODEM. Cap. CCLXI.

SI fuerit *a* aliqua perſona, *b* Commune, Collegium, vel Vniuerſitas, *c* quæ occultauerit, vel in futurum occultabit ficta, vel iura, vel alias res, vel iure de quibus illud fictum ſolet præſtari Communi Mediolani, vel tenuerit illas res, pro quibus illa ficta ſint occulta, quæ debebantur Communi Mediolani, ſeu Commune Mediolani ſolitum ſit habere, vel res, & iura, de quibus illud fictum ſolet præſtari Communi Mediolani, infra dies decem à die publicationis horum ſtatutorum debeat prædicta propalare ipſi Domino Vicario, *d* ſub pœna dupli valoris rei, vel iuris occultæ, vel occultati. Et præteritis dictis diebus decem, liceat cuilibet accuſare contrafacientes, quæ pœna perueniat, vt ſupra.

a ALiqua perſona] Singularis ſcilicet.

b Commune, Collegium, vel Vniuerſitas] Quæ ſint, notatum ſupra cap. 247. Omnibus, in his verbis.

c Quæ occultauerit] Scienter tamen.

d Sub pœna dupli] † In ea continetur ſimplum, vt late
1 notatum in Preludijs. Pœna autem occultantis bona, & iura confiſcata, & ad fiſcum ſpectantia, eſt quadrupli, ex diſpoſitione nouarum conſtitut. titu. de off. q. extraordin. in edicto cridarum.

De putredine non portanda in paſquerijs. Cap. CCLXII.

DOminus Iudex Stratarum Mediolani teneatur, & debeat curare, quod nullum lutum, nec aliqua putredo, nec animal mortuum conducatur, portetur, nec deferatur in paſquario ſancti Ambroſij, brolio *a* nec in alia parte intra Ciuitatem Mediolani, & quod nullum moſticium proijciatur in Stratis publicis, nec cœmiterijs Eccleſiarum.

a NEc in alia parte intra Ciuitatem] † Intra ſcilicet mu-
1 ros Ciuitatis, & ſic non continentur ſuburbia, vt notat Hieron. de monte tractatu fin. regund. cap. 5. in princ.

Quod proceſſus & condemnationes Iudicis ſtratarum, & aquarum fiant per ſcripturam, & ſecundum ordinem iuris. Cap. CCLXIII.

OMnes condemnationes, banna, mulctæ, præcepta, & exequutiones, cæteri; proceſſus, cuiuſcunque conditionis, & modi exiſtant, quæ fient per iudicem, vel Officialem ſtratarum, ſeu pontium, vel aquarum, fiant *a* ſecundum iuris ordinem, & diſpoſitionem, *b* & per ſcripturam ſolemniter, & regiſtrentur in libro actorum ipſius officij, aliter non valeant, nec teneant, aliquo modo, ſaluo in caſibus, in quibus ſpecialiter per Statuta Communis Mediolani ſit aliter diſpoſitum. Et pecunia, quæ occaſione ipſius officij exigetur, ſoluatur canepario Communis Mediolani deputato, vel deputando ad recipiendum illas condemnationes, ſeu pecunias Cõmunis Mediolani. Et ſi contra factum fuerit, condemnetur, & puniatur officialis ipſe in triplo eius, de quo aliquo proceſſerit, vel exegerit, etiam durante ſuo officio, & nihilominus teneatur conſeruare Commune Mediolani indemne de talibus condemnationibus, bannis, mulctis, præceptis, & exequutionibus. Et prædictæ condemnationes, & alia, vt ſupra *c* non fiant ſine cõſenſu dominorum ſex cameræ, vel maioris partis eorum.

a SEcundum iuris ordinem & diſpoſitionem] Quo ad deciſoria, ex quo remota eſt ſolennitas, & ordo procedendi in his cauſis, ex Statuto infra capit. 283. Statuimus ad finem.

b Et per ſcripturam ſolemniter] Sententia enim quælibet maxime diffinitiua debet ferri in ſcriptis, vt notatum late ſupra cap. 31. Poſſit, volum. 1.

c Non fiant ſine conſenſu Dominorum ſex] Hodie non ſeruatur, ſed ea expediuntur per Dominum Iudicem ſtratarum cum interuentu D. Auditoris eius.

De ſtratis, & certis prædijs Communis Mediolani non locandis. Cap. CCLXIIII.

a STratæ publicæ, *b* prata communia Ciuitatis Mediolani, plateæ, paſquaria, & loca, in quibus *c* conſueuerunt fieri nundinæ, vel mercatus, *d* non locentur de cætero, nec in emphyteuſim dentur, nec occupari permittantur, & ea, quæ ſunt occupata, ſiue de eis facta ſit inueſtitura, ſiue non, ſpacientur, & ipſæ inueſtituræ factæ, vel quæ fierent, *e* ipſo iure ſint inanes, & non valeant, nec obſeruentur, ſed ipſæ ſtratæ, prata, plateæ, paſquaria, & loca, ſpatientur, & in ſtatum priſtinum reducatur, & ſpaciata remaneant perpetuo vſui publico ad ſeruiendũ. Et prædicta expediantur, & fiant, & exequutioni mandentur per officium ſtratarum, ſub pœna librarum duodecim cum dimidia Imperialium, cuius pœnæ medietas perueniat in accuſatorem, & altera in Commune Mediolani, & quilibet poſſit accuſare, *f* ſaluis tamen conceſſionibus factis per Dominum, Dominum noſtrum, ſeu de eius licentia.

SVMMARIVM.

1 *Via publica quæ ſit.*

a STratæ publicæ] † Quæ ſit Via publica, late notat Ce-
1 pol. tract. ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. de ſeruit. viæ, num. 16. & notatum ſupra cap. 253. Omnes, in verbo, vt viæ publicæ.

b Prata communia ciuitatis Mediolani] Quorum duo principaliter erant, alterum extra portam Comanam penes nauigium Marteſanæ, alterum extra portam Orientalem, alienata ſuperioribus annis.

c Conſueuerunt fieri nundinæ] Quod hodie non fit.

d Non locentur de cætero, nec in emphyteuſin dentur] Verum dicta prata Communia alienata, & diſtracta fuere,

k cum

cum diſpenſationibus opportunis. † Viæ item publicæ nõ poſſunt capi in ſolutum contra Ciuitatem, Ita Mart. Laud. de Principib. quæſt. 44.

e Ipſo iure ſint inanes] † Tollitur ex his verbis ſententia Iudicia reſciſſoria, licet declaratoria requiratur, vt late notatum ſupra c. 1. in verbo, Ipſo facto, vol. 1.

f Saluis tamen conceſſionibus factis per Dominum Dominum noſtrum] Qui ſolus poteſt hoc facere, vel de eius licentia, vt cauetur ſupra cap. 252. Omnes, ad finem, vbi notatum. † Ciuitas poteſt vendere loca publica, puta plateam, ſi non recognoſcat ſuperiorem, alias non, ita Mart. Lauden. d. loco quæſt. 533.

Quod brolium, in quo ſit mercatus beſtiarum ſpacietur. Cap. CCLXV.

BRolium, *a* vbi ſit mercatus beſtiarum apud Eccleſiã ſancti Stephani *b* ſpacietur, & euacuetur, & coadæquetur, & de cætero nulli locetur, ſed coæquatum, ſpatiatũ, & euacuatum teneatur, & in priſtinũ ſtatum reducatur. Et prædicta expediantur, fiant, & exequutioni mandentur per Dominum Vicarium officij Prouiſionum, & per Officialẽ ſtratarum, & per quemlibet eorum.

a VVbi ſit mercatus beſtiarum] Quod hodie ſublatum per diſpoſitionem huius ſtatuti.

b Spatietur] Brolium hoc anno 1555. 26. Ianuarij à Senatu excellentiſſimo & ſupremo Cancellario gubernantibus ob obitum gubernatoris fuit conceſſum vener. Fabricę templi maioris pro fienda piſcaria cum transportãdo a ſtrata compitali conceſſa eidem Vener. Fabricę anno 1548. per Illuſtriſſ. gubernatorem tunc Ferdinandum Gonzagam ex diplomate ob ampliationem per eum factam Plateæ eiuſdẽ Templi maioris. De hac autem conceſſione Brolij conſtat diploma penes acta nunc quon. D. Auguſtini Montij Secretarij Conſilij Secretioris die prædicto 26. Ianuarij 1555. confectum. Dicta autem tranſportatio, & commutatio fuit facta ob incommoditatem dictæ viæ compitalis ob eius anguſtiam, & multitudinẽ perſonarum illuc confluentium, ac fœtorem ipſorũ piſcium, maxime tempore æſtatis. Quod quidem brolium me initante, & deputato exiſtente anno 1576. adminiſtrationi dictæ Fabricæ, fuit ſtratum lapidibus in omnibus ad formam memoratæ conceſſionis, vt idem locaretur piſcatoribus, quod dein factum non fuit ingruente tunc temporis peſte, nec hodie etiam ob diſcordiam deputatorum laicorum, qui non reſident per aliquot annos ob formam iuramenti ad quam aſtringi vellent vltra ſolitum, licet nunc cœperint reſidere, moderata forma iuramenti præſtandi per eos in ingreſſu officij.

De officio Iudicis ſtratarum ſuper vijs publicis, & alijs, ad vſum publicum pertinentibus. Cap. CCLXVI.

OFficiales ſtratarum teneantur ſolicite curare, quod *a* aliqua via publica, *b* vel aliquod ad vſum publicum pertinens *c* non occupetur. Et ſi occupatum fuerit, relaxetur, & ſpacietur, *d* non obſtante præſcriptione tẽporis, & illud debito ſui officij notificare officio Prouiſionum.

S V M M A R I V M.

1 *Viæ publicæ quæ ſint.*
2 *Via publica ſeu locus, an & quando poſſit præſcribi, vſque ad num. 8.*

a ALiquę vię publicę] † Quę ſint, notat Cœpol. tract.
1 Seruit. ruſtic. præd. cap. 3. de Seruitut. viæ, nume. 16. cum ſeq.

b Vel aliquod ad vſum publicum pertinens] Quod non ſit via publica.

c Non occupetur] Idem de Iure communi, vt late diſcuſſum ſupra cap. 251. Omnes ſtratæ, in verbo, A quocunque detineantur occupatæ.

d Non obſtante præſcriptione] † Idem de Iure commu-
2 ni, vt non poſſit præſcribi occupatio viæ publicę, not. Ioan. de Platea in l. Iuſtus, 3. colum. 1. verſic. quarto quarto, C. de iure fiſc. & in l. 1. col. fin. in 3. quæſt. C. de bon. vacat. lib. 10. Afflict. tract. iuris protomiſ. §. Nonus, num. 8. Idem in tract. feud. tit. quæ ſint regalia, verſic. vię publicę, num. 7. Berous
3 conſ. 136. num. 2. & 3. † Quod idem eſt in loco publico per text. l. fin. ff. de vſucap. Ita Berous d. conſi. 136. num. 4.
4 vol. 3. † Fallit tamen in præſcriptione centenaria, quia ea nõ cenſetur ſublata per ſublationem generalem omnis pręſcriptionis, niſi hoc in ſpecie ſit dictum, ita Ripa l. nemo poteſt, nu. 125. ff. de leg. 1. Idem Iaſ. l. Quominus, nu. 42. ff. de flumin. Petr. Gerald. d. Singul. 18. nu. 9. Petr. Rauen. Singula. 675. Afflict. in conſtitutio. regni, Rubrica 8. De probab. per inſtrumentum, nu. 12. lib. 3. Idem Rubrica 31. De præſcriptio. num. 18. & 19. libro eodem, Boſſ. ſua praxi criminal. titulo de fiſco, & eius priuileg. nume. 55. Balba. ſuo tractatu præſcript. 4. parte principali, 4. particula, quęſt. 6. nu. 5. & 6. particula quęſt. 9. num. 2. Socinus iun. conſ. 76. nu. 94. vol. 1. Lambert. in tractatu ad ſtatut. de alienatio mulier. Gloſſ. 1. num. 313. Ripa l. nemo poteſt, num. 115. ff. de legat. 1. Burſatus conſi. 23. numer. 22. volum. 1. & conſi. 186. numer. 34.
5 volum. 2. † Ea tamen tolli poſſet per Principis priuilegiũ,
6 ita Burſatus conſi. 23. num. 23. † Quod autem ex pręſcriptione immemorabili via, & reſpublica præſcribatur, notat Bero. d. conſi. 136. num. 6. cum ſeq. volum. 3. Burſat. conſ. 87.
7 num. 24. volum. 1. † Requiritur tamen in ea etiam bona
8 fides, ita Burſ. conſ. 142. nu. 22. vol. 2. † Via pariter publica non amittitur per populum ea non vtentem, Ita not. Menoch. conſi. 143. num. 3. vol. 2.

Iterum de officio Iudicis ſtratarum. Cap. CCLXVII.

a OFficiales ſtratarum teneantur exequutioni mandare *b* omnia ordinamenta de ſtratis, & pontibus, *c* & immundicia ciuitatis ſub pœna librarum 12. Imperialium applicandarum, vt ſupra, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit.

a OFficiales ſtratarum] Qui ſunt Iudex, & Domini ſex, de quibus infra c. 271. Eligantur.

b Omnia ordinamenta] De quibus ſupra c. præced.

c Et immundicia Ciuitatis] Tollenda ſcilicet prout ex c. ſupra 262. Dominus, & alijs præced.

De neceſſarijs in æſtate non ſpatiandis Cap. CCLXVIII.

a NVllum neceſſarium ſpacietur in ciuitate Mediolani *b* à Calendis Aprilis, vſque ad feſtum ſancti Michaelis, ſub pœna librarum trium Imperialium applicandarum, vt ſupra, qualibet vice, a feſto autem ſancti Michaelis, vſq; ad proximas Calendas Aprilis, abſque aliqua impetratione alicuius licentiæ poſſit ſpaciari. Idem habeat locum in cloacis, & ciſternis.

a NVllum neceſſarium ſpatietur] Hoc prohibitum his temporibus ob fœtorem vitandum tempore ęſtatis.

b A Calendis Aprilis vſque ad feſtum ſancti Michaelis] Secus tamen ſeruatur, quia paſſim conceditur licentia etiam hoc tempore, verum in danda licentia ad officium ſanitatis per Cancellarium, exiguntur ſolidi decem pro qualibet licentia dicto tempore, licet alio tempore permiſſo exigatur ſolum ſolidi duo.

Pro rebus fœtidis ducendis extra Ciuitatem. Cap. CCLXIX.

a PAltranum, *b* nec aliquod fœtidum, *c* non deferatur in ſtratis, nec locis publicis, infra Ciuitatem, ſub pœna prędicta, applicanda, vt ſupra, ſed extra Ciuitatem ſive loca ad hoc apta, vbi res fœtidæ conducantur. Et hoc expediatur per officium ſtratarum.

a PAltranum] Species luti, liquidum tamen eſt.

b Nec aliquod fœtidum] Ex quo aer reddi ſolet peſtiferus.

c Non deferatur in ſtratis, nec locis publicis] Idem diſpoſitum ſupra in Paſquariis, cap. 262. Dominus Iudex.
1 † Viam autem publicam qui tenetur purgare, non ſolum lutum penes murum ponere debet, ſed in totum auferre, ita Afflict. d. tit. Quæ ſint regalia, in verbo, Viæ publicæ, numer. 28.

DE

DE EODEM.
Cap. CCLXX.

IVdex ſtratarum, pontium, & aquarũ, teneatur, & debeat, *a* ſine ſpe alicuius remunerationis, *b* ac etiam ſine ſalario *c* ire ad videndum ſtratas, & pontes Communis Mediolani, & notificare earum, & eorum defectus officio Prouiſionum Communis Mediolani, quæ officia Prouiſionum, & ſtratarum, & vtrunque eorum teneantur ſub pœna librarum duodecim cum dimidia Imperialium reformari facere defectus notificatos, vt ſupra.

a SIne ſpe alicuius remunerationis] Eius laboris, & expenſæ ſiendæ.

b Ac etiam ſine ſalario] Vltra ordinarium ei taxatum.

c Ire ad videndum ſtratas, & pontes] Hoc hodie non fit ex officio, niſi aliquo inſtante vel denunciante.

De electione Iudicis, & Dominorum ſex Cameræ ſtratarum, pontium, & contraſcriptoris. Cap. CCLXXI.

ELigatur, *a* per Dominum D. Mediolani, vel eius locumtenentem Iudex ſtratarum, & pontium, *b* nec non Domini ſex Cameræ probi viri, *c* inter quos ſit vnus Doctor de Collegio Dominorum Iudicum Mediolani, & qui etiam ſit conſultor pro dicto officio, vbi non ſit ſuſpectus, videlicet vnus pro qualibet porta, maiores annis viginti quinque pro quolibet. *d* Qui omnes præſint officio ſtratarum, & pontium, & qui omnes antequam ſe intromittant in dicto officio, *e* iurent in manibus Domini Vicarij Prouiſionum, vel eius locumtenentis, quod vtile, recte, & fideliter, & ſine fraude exercebunt officium eis iniunctum, & qui omnes, vel ſaltim maior pars eorum, ſemper interueniente ipſo Doctore, vt ſupra debeant ſolicite, & cum omni cura, & diligentia prouidere, *f* quod omnes ſtratæ Ciuitatis, ſuburbiorũ, *g* necnon oẽs ſtratæ maſtræ, & põtes Ducatus Mediolani *h* bene, ordinatę, aptatę & refectæ ſint, & manuteneantur, & qui ſe præſentare habeant quotidie ſaltim die iuridica ad officium ſtratarum, iuſto ceſſante impedimento, nec poſſit Iudex aliquid agere, aut ordinare, ſine conſenſu, & interuentu ipſorum Dominorum ſex, vel maioris partis eorum, & inter quos ſemper adſit Doctor, vt ſupra. *i* Item eligatur contraſcriptor, qui non poſſit eſſe ex Dominis ſex, ad dictum officium, qui habeat in concernentibus dictum officium ſtratarum, & pontium facere quaſlibet expedientes, & neceſſarias ſcripturas, maxime in viſitationibus ſtratarum maſtrarum, & tenore bonum contum, ne Communia indebite condemnentur.

S V M M A R I V M.

1 *Domus vicini an poſſit deſtrui pro reficienda, vel reformanda ſtrata, & quando num. 2.*

a PEr Dominum Dominum Mediolani] In electione, ſeu nominatione aliorum Officialium, qui eliguntur in fine cuiuſlibet anni per D. Vicarium Prouiſionum, & Dominos ſex, nominantur etiam tres pro officio Iudicis ſtratarum, quorum vnus ſeligitur per Illuſtriſſimum Gubernatorem, pro anno ſequenti pro Iudice.

b Necnon Domini ſex Cameræ] Hi hodie eliguntur à D. Vicario & XII. Prouiſionum, & alias diu permanebant in officio illo.

c Inter quos ſit vnus Doctor] Hic pariter eligitur à D. Vicario Prouiſionum, & XII. ad nutum tamen D. Iudicis.

d Qui omnes præſint officio ſtratarum, & pontium] Qualiter autem procedere habeant in eorum officio, cauetur infra c. 273. Statuitur quoque.

e Iurent in manibus D. Vicarij Prouiſionum] Hoc iuramento hodie non præſtatur.

f Quod omnes ſtratæ Ciuitatis, ſuburbiorum] Modo quo
1 ſupra fuit notatum, c. 251. Omnes ſtratæ. † Habent etiã authoritatem Iudices ſtratarum deſtruẽdi propria authoritate domum Vicini, vt Ciuitas pulchior reddatur, per l. Ædificia, C. de ædifi. priuat. Ita not. Roman. ſing. 718. Cum addit. ibi. Verum hoc non habet locum Mediolani, ex quo habent Iuriſdictionem limitatam, vt infra dicetur.

g Necnon ſtratæ maſtræ] † De quibus ſupra notatum
2 c. 253. Fiat impoſitio. Nec authoritas dicti Iudicis, & illorũ ſex extendatur vltra ſtratas maſtras, & omnes partes Ducatus, ita expreſſe cauetur infra cap. 279. Statuitur. Verum quod authoritas memorati Iudicis extendatur etiam ad alias vias publicas, videtur colligi ex ſtatuto ſupra c. 248. Nullus, verſic. Et ſi contrafecerit, in verbo, Arbitrio Iudicis Stratarum, niſi dicatur illud Statutum intelligi ſecundum aliud, d. cap. 279. ad hoc ne contrarietur, vt diſcuſſum late in Præludiis. Quicquid ſit, vidi eos ſibi Iuriſdictionẽ attribuere in omnibus vijs publicis totius Ducatus, in eiſq; conſtituere Commiſſarios.

h Bene ordinatæ, aptatæ, & refectę] Ad quę tenentur Cõmunia in ſtratis maſtris, vbi caſu ſit facta deuaſtatio eorũ, vt cauetur ſupra cap. 253. Fiat impoſitio. Vbi autem fuerit ſecuta deuaſtatio facto alicuius ille tenetur, vt cauetur ſupra d. c. 248. Nullus, ver. Et ſi contrafecerit, In refectione autem aliarum viarum publicarum tenentur Vicini, niſi ſecutum ſit, facto pariter alicuius Vicini, vt late notatum ſupra d. cap. 248. Nullus.

i Item eligatur contraſcriptor] Hic pariter eligitur per D. Vicarium Prouiſionum.

De viſitatione ſtratarum facienda per Iudicem & ſocios. Cap. CCLXXII.

TEneatur Iudex ſtratarum *a* bis in anno viſitare ſtratas maſtras, & fagias, & pontes ſuper eis exiſtentes, videlicet de menſibus Martij, Aprilis, Auguſti, & Septembris, quibus temporibus ſecum habeat contraſcriptorem; Notarium dicti officij, ſeruitorem, & vnum ex Dominis ſex, eligendum per alios ex dictis ſex, vel per maiorem partem eorum, aduertendo tamen in eligendo, ne eligatur ille de illa porta, extra quam viſitationem fieri contingat. Et quod ipſi viſitantes fagias, & pontes ſuper ſtratis prædictis, non recedant à loco cuiuſlibet fagiæ viſitatę, donec cognitum, & ordinatum fuerit per ipſos omnes tres in ſcriptis, an fagiæ ſint bene aptatæ, vel ſint reaptandæ, vel condemnandæ ſingulariter referendo. Et idem de pontibus ſit, & quæ ordinatio reducatur in ſcriptis per dictos tres, Iudicem, contraſcriptorem, & tunc electum ex ſex, ac ipſum Notarium, vt poſſit poſtea videri publice. Et perfectis omnibus viſitationibus, & dictis omnibus ordinationibus, intra quindecim dies tunc proxime futuros, teneantur Iudex, contraſcriptor, & electus ex ſex, conferre prædictas ordinationes ſuper dictis ſtratis factas, cum alijs ex ſex, ſemper interueniẽte Doctore, vt ſupra, & qui omnes, ſiue maior pars eorum, prius viſis relationibus, ordinent, & declarent, & cõdemnent, interueniente ſemper Doctore, prout eis iuri videbitur conuenire. Et quæ condemnationes, & declarationes deſcribantur ſuper vno quaterneto per Notarium Officij ſtratarum, & ſuper vno alio quaterneto per contraſcriptorem, & qui quaterneti ambo ſint ſubſcripti per Iudicẽ, contraſcriptorem, Dominos ex ſex, qui interuenerint, declarationibus, & per Notarium, antequam ſiant condemnationes, & declarationes ipſæ, & quorum vnus, tunc detur exactori, alter remaneat penes Notarium dicti Officij, & ſi contrafactum fuerit condemnationes ſint nullę, & Iudex ipſæ, & contraſcriptor cadant in pœnam ducatorum quinquaginta, pro quolibet eorum, qualibet vice, Communi Mediolani applicanda.

a Bis in anno] Hoc hodie ſeruatur ad vnguem.

De officio, & poteſtate Iudicis ſtratarum, & Dominorum ſex cameræ. Cap. CCLXXIII.

STatuitur quoque, quod Iudex ſtratarum vna cum dictis ſex, vel maiori parte eorum, inter quos ſemper adſit Doctor, habeant authoritatem, bailiam, & poteſtatẽ *a* cognoſcendi, terminandi, iudicandi, & declarandi, *b* & quaſlibet condemnationes pecuniarias faciendi, *c* pro quibuſcunque, occaſione *d* dictarum ſtratarum, & pontium, *e* & dependentium ab eis. Et quod prędicta expediri poſſint *f* ſummarie ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, *g* & ſola facti veritate inſpecta, & *h* etiam remoto omni ordine iudiciario procedendi, *i* ſeruatis tamen præſentibus Statutis ſtratarum.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula ſummarie ſimpliciter, & de plano an tollat inſtantiam. & num. 2.*

Digitized by Google

3 *Clauſula ſola veritate inſpecta, quid releuet nu. 4. & 5.*
6 *Sententia ſuper refectione viarum non admiſſis appellationem.*

a COgnoſcendi, terminandi, & declarandi] Quid releuēt, & differant hæc uerba inter ſe, notatum ſupra c. 47. Dominus Poteſtas, in his verbis, volum. 1.

b Et quaſlibet condemnationes pecuniarias faciendi] Et hoc iuxta viſitationem ſtratarum faciendam, de qua in cap. præced.

c Pro quibuſcunque occaſione] Quid releuet hoc Verbum, occaſione, notatum ſupra c. 516. Si filiusfam. in verbo, Occaſione negotiationes, vol. 1.

d Dictarum ſtratarum] Maſtrarum, ſcilicet, & pontium Ducatus, pro vt ſupra, c. 271. Eligantur, verſ. Nec non ſtratæ maſtræ.

e Et dependentium ab eis] Quid dicatur dependens, late notatum ſupra, c. 100. Statuitur, in verbo, Et dependentibus, volum. 1.

f Summarie, ſimpliciter, & de plano] Quid releuent hæ clauſulæ, late diſcuſſum ſupra c. 47. Dominus Poteſtas, in
1 his verbis, vol. 1. † Per has clauſulas non tollitur tamen
inſtantia ſecundum communiorem, de qua per Alex. conſ.
2 50. num. 19. vol. 2. † Et quod habeat locum in omnibus
cauſis etiam ſummarijs, & extraordinarijs, late firmat idē
clarando Aſin. ſua praxi iudic. in princ. cap. 3. nume. 32.
cum ſequen.
g Et ſola facti veritate inſpecta] † Quid releuet hæc
3 clauſula, late diſcutit Aſin. d. ſua praxi iud. §. 3. cap. 3. cum
4 multis ſeq. † Inter alia operatur, vt poſſit procedi manu
regia, ita not. etiam Iaſ. in l. Certi conditio, §. Quoniam,
5 num. 33. ff. ſi cert. petat. † Imò tanquam Deus in terris
poteſt procedere, ita Aret. c. Dilecti col. pen. ver. in quæſt.
autem, De iudicijs.

h Etiam remoto ordine iuditiario] Quo ad procedendum vt concordet cum ſtatuto ſupra cap. 263. Omnes condemnationes. Quid autem cenſeatur remotum per hanc clauſulam, notatum late ſupra c. 47. Dominus Poteſtas, in verbo, Reſpicientibus ordinem procedendi, vol. 1.

i Seruatis tamen præſentibus Statutis] Maxime, vt ſen-
tentia feratur in ſcriptis, vt cauetur ſupra cap. 263. Con-
6 demnationes. † Sententia, quod pontes, & via reficiantur,
mitti debet executioni ſtatim non obſtante appellatione,
cum ſit periculum in mora, ita not. Rebuff. tract. de ſenten.
prouiſ. art. 3. glo. 6. num. 2. & 5. & ſupra notatum cap. 248.
Nullus.

De citationibus faciendis pro ſtratis viſitandis. Cap. CCLXXIIII.

ITem, quod Iudex ſtratarum, & Domini ſex, teneantur citari facere omnia Communia, ſeu Conſules, ſeu agentes pro Communibus, locorum, terrarum, burgorum, & caſſinarum *a* deſcriptarum, ſuper libro ſtratarum, ante viſitationes ſtratarum, per ſeruitores ad id deputatos de 15. dieb. ante viſitationes, vt ſagias ſuas aptent, *b* & lapides cum literis apponant, & compareant in die viſitationis eis ordinata, ſuper ſagia ſua, & ad videndum, & audiendum laudari, vel reprobari, & pro condemnato haberi, ſi ſagiam ſuam non bene aptauerint, quarum citationum fiant relationes *c* nec poſſint allegare aliquod priuilegium, immunitatem, cōceſſionem, gratiam, aut exemptionem, quomodocunque, & qualitercunque conceſſam, quia quilibet ad onera ſtratarum, & pontiū tenetur, & ſi reperiantur *d* aliquæ ſagiæ vacantes, quod dicti Iudex ſtratarum, & Domini ſex, vel maior pars eorum *e* prouideant ſecundum ordines, ſtatuta, & decreta, quod ſtratę ipſę aptentur, *f* omni exceptione remota.

SVMMARIVM.

1 *Stratam qui deuaſtat reficere tenetur, limita nu. 2. & 3.*

a DEſcriptarum ſuper libro ſtratarum] Adeſt liber antiquus in charta, in quo deſcripta ſunt omnia Communia ad id obligata.

b Et lapides cum literis apponant] Hoc non ſeruatur ex deſuetudine, licet bonum eſſet, quod ſeruaretur ex quo multæ ſangiæ fuere deperditæ, quod non fuiſſet ſecutum ſi id fuiſſet obſeruatum.

c Nec poſſunt allegare aliquod priuilegium. Immunitatem, gratiam, & exemptionem] Nam omnes etiam forenſes, & Clerici, & Eccleſiaſtici, & Princeps ipſe tenetur ad manutentionem, & reparationem pontium, & viarum publicarum, vt late notatum ſupra, cap. 253. Fiat impoſitio, verſic. Item quod nulli.

d Aliquæ ſangiæ vacantes] Veluti quæ deperditæ ſunt ob ſignum lapidis amiſſum.

e Prouideant ſecundum ordinem Statuta, & decreta] Circa has ſtratas maſtras reficiendas, non vidi aliquod Statutum ſpeciale aliquid diſponens, niſi illud de quo ſupra cap. 253. Fiat impoſitio generalis, Et illud ſpeciale ſupra capit. 248. Nullus diſponens, teneri eos qui dederunt cau-
ſam deuaſtationi propter immiſſionem aquarum ſuper eis,
1 † quod idem de iure communi eſt, vt tradit Cæpol. tractat.
Seruitut. Ruſtico. Prædio. cap. 3. de ſeruitut. viæ, num. 57.
2 † Et ſi ipſe non eſt ſoluendo, tenentur vicini, vt ibi per
eum, num. 58. Idem Roman. Singu. 817. ibi per eum alle-
3 gatus, proueetiam tenentur Vicini, † vbi caſu, vel impe-
tu aquarum fuerit dirutæ viæ publicæ, vt not. Boer. ſuis
conſuet. lib. Des couſtumes de tours, tit. 7. Des droiect. de
peages, art. 4. & notatum late d. cap. 248. Nullus in verbo,
Et vlterius compellatur.

f Omni exceptione remota] Exceptione remota, quæ exceptiones ſint remotæ, & quæ non, late diſcuſſum ſupra cap. 42. Si quis in verbo, Omni Exceptione remota.

De citationis antequam fiant exequutiones condemnatorum. Cap. CCLXXV.

a FActis condemnationibus per Iudicem ſtratarum, & ſex, vel maiorem partem eorum *b* pro erroribus ſtratarum viſitatarum contra aliqua communia, loca, vel burgos, terras, villas, vel caſſinas, quocunque nomine nuncupentur Ducatus Mediolani, antequam concedantur exequutiones aliquæ contra tales condemnatos, ſtatuitur, quod prius citentur tales condemnati, *c* & eis ſtatuatur terminus dierum decem, à die citationis, ad comparendum coram Domino Vicario Prouiſionum Communis Mediolani, ad docendum, & allegandum, quare condemnationes factas ſoluere non teneantur, vel quare ſagias ſuas temporibus viſitationum non aptauerint. Qui, ſi termino prędicto elapſo, nihil legitime, & iuridicum probauerint, exequutiones reales, & perſonales fieri poſſint, & ſi probatum, vel oſtenſum fuerit in termino prædicto, condemnationes fuiſſe *d* contra ius factas, condemnationes ipſæ ſint nullę, & qui viſitauerint dictas ſagias, *e* ſoluere teneantur dictas condemnationes, ſic contra ius factas, vna cum expenſis exinde factis, & ad hoc compelli poſſint realiter, & perſonaliter per Dominum Vicarium Prouiſionum Communis Mediolani, ad ſoluendum.

a FActis condemnationibus] Modo quo cauetur ſupra c. 272. Teneatur Iudex.

b Pro erroribus ſtratarum viſitatarum] Ex quo in viſitatione fuere repertæ dirutæ, & non adaptatæ.

c Et eis ſtatuatur terminus] Fit præpoſterus ordo, quod fiat condemnatio, dein ſtatuatur terminus condemnato ad probandum, & docendum, & allegandum, quare condemnationes factas ſoluere non teneantur. Quod ideo Statutum, ex quo condemnatio fuit facta etiam inordinate, eis Communibus non citatis.

d Contra ius factas] Et conſequenter contra diſpoſitionem Statuti ſupra c. 263. Omnes condemnationes.

e Soluere teneantur] Hoc non ſeruatur.

Quod per Iudicem ſtratarum, nec alios non fiant compoſitiones. Cap. CCLXXVI.

NOn poſſit Iudex ſtratarum, nec qui viſitabunt ſtratas cum eo, nec alij in actu viſitationum ſtratarum, vel pontium, nec ante, nec poſt, facere aliquas compoſitiones, vel pactiones, *a* occaſione aptaturæ, ſtratarum, vel pontium, vel dependentium ab eis, *b* vſque ad tempus declarationum, & condemnationum. Et ſi contrafactum fuerit, cadat, *c* ipſo iure, contra faciens in pœnam librarum centum Imperialium, qualibet vice, applicandarum pro duabus partibus Communi Mediolani, & pro tertia parte accuſatori, & de qua contrafactione *d* credatur accuſatori cum ſacramento, *e* & cum vno teſte fide digno, & nihilominus ſtratæ aptentur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vnius dicto ſine ſacramento non credatur.*
2 *Teſtis fide dignus & idoneus quis dicatur.*

a OCcaſione aptaturæ ſtratarum, vel pontium] Vt Cõmunoia illa non moleſtentur, etiam quod eorum ſangiæ ſint dirutæ.

b Vſque ad tempus declarationum, & condemnationum] Poſt autem fieri poteſt, & ita ſeruatur.

c Ipſu iure] Requiritur tamen ſententia Iudicis declaratoria ſuper ipſo facto, vt late notatum ſupra c. 1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.

d Credatur accuſatori cum ſacramento] † Aliter ſoli
1 dicto alicuius non creditur abſque ſacramẽto, etiam quod
Statutum ſimpliciter diceret credi dicto alicuius, ita not.
Soc. io cap. Quoniam frequcoter, § Si ſuper rebus, num. 5.
verſ. Et nota quamuis, vt lite noo conteſtata.

e Et cum vno teſte fide digno] † Dicitur autem teſtis
2 fide dignus, & idoneos, qui non patitur aliquam exceptionem, notat Abb. in c. vt dilectus, nu. 14. De Appellationib.

De electione Theſaurarlj ſtratarum. Cap. CCLXXVII.

ITem eligatur vnus ex dictis Dominis ſex, excepto Doctore, per Dominum Iudicem ſtratarum, & alios ex ſex, pro Theſaurario, ad recipiendarum pecunias condemnationum ſtratarum, & qui vna cum contraſcriptore teneat libros ratioonum, & coororum, de datis, & receptis, & de eis, quæ contiogent exigi, occaſione condemnationum, & dicti officij, qui Theſaurarius poſtea dicto Iudici, & alijs ex Dominis ſex, & alijs officialibus deputatis, & ſalariatis ſatisfaciet iuxta ſolitum, nec audeat aliquis alius pecunias aliquas condemnationum exigere, recipere, nec componere, niſi conſignauerit dicto Theſaurario, poſtquam exegerit, iofra tres dies, & ſi contrafactum fuerit, condemnetur, qualibet vice contrafaciens in ſalario menſis vnius, pro duabus partibus Communi Mediolani, & pro tertia parte accuſatori applicando, & contraſcriptor, & theſaurarius iurent in manibus Iudicis ſtratarum, & aliorum Dominorum ſex, vel maioris partis eorum, bene, fideliter, & ſine fraude adminiſtrare, ac bonum contum, & rationem reddere de receptis, & agitatis per eos, dicto Iudici ſtratarum, & alijs ex Dominis ſex cameræ, & ad eorum, vel partis eorum requiſitionem, rationes oſtendere.

Hoc hodie ſeruatur.

De electione Seruitorum ad officium ſtratarum. Cap. CCLXXVIII.

PEr Dominum Iudicem ſtratarum, & Dominos ſex, vel maiorem partem eorom, eligantur tres ſeruitores, & officiales, pro occurrentibus dicto officio Stratarum, & qui habeant facere, adimplere, & exequi, quæ per dictum Domioum Iudicem, & Dominos ſex, vel maiorem partem eorum iniunctum fuerit. Et hoc cum ſalario, prout ordinatum, & taxatum fuerit, ſoluendo de condemnationibus, quę fient ad dictum officium, & quando ſatisfiet Iudici ſtratarum, & Dominis ſex cameræ.

a ELigantur tres Seruitores] Hodie tantum duo eligun tur.

Quod Iudex ſtratarum, & Domini ſex non ſe intromittant, niſi de ſtratis maſtris. Cap. CCLXXIX.

STatuitur, quod Iudex ſtratarum, nec Domini ſex, a nõ poſſint b ſe aliqualiter intromittere de aliquibus c acceſſijs, vijs d nec ſtratis Ducatus Mediolani, ſitis extra redefoſſum Mediolani, niſi de ſtratis maſtris, deſcriptis in libro chartæ ad offieium ſtratarum, e nec aliqua diſpenſatio fieri poſſit in contrarium, & ſi fieret, non valeat, & ſit nullius momenti.

a NOn poſſint] Verbum hoc, Poſſint, cum negatiua pręposita tollit omnimodam poteſtatem, & inducit formam, vt late notatum ſupra c. 21. Termini, in verbo, Non duret, nec durare poſſit.

b Se intromittere] Secus tamen videtur inferri ex verbis Statuti ſupra cap. 248. Nullus, verſ. Et ſi contrafecerit; tameo ne contrarietur huic Statoto, dicendum, illud loqui etiam de ſtratis maſtris, prout hoc Statutum.

c Acceſſijs] Priuatis, ſcilicet, itineribus.

d Nec ſtratis Ducatus] Publicis, ſcilicet, non maſtris.

e Nec aliqua diſpenſatio fieri poſſit in contrarium] Senatus tamen quotidie dat literas, concedendo authoritatem dicto D. Iudici procedendi etiam in alijs vijs publicis non maſtris, vt ſupra notatum io c. præced.

De electione officialis aquarum. Cap. CCLXXX.

ELigatur vnus a Officialis foraſterius Iuriſperitus, prout videbitur Domino, Domino noſtro Mediolani, qui debeat ſupereſſe ad faciendum, quod aquæ b Olonæ, Vepre, c Nauigij, Nironis, & Seucſi continue fluant ad Ciuitatem Mediolani, & prohibere, ne aquæ dictorum fluminum deriuentur contra formam ſtatutorum Cõmunis Mediolani. Et quod etiã ſi Officialis aliarũ aquarũ Cõmunis Mediolani, cuius officium duret per annum, & non vltra, quo elapſo, ſyndicetur, & ſyndicari debeat, d & teneatur ſatiſdare, prout tenentur alij Officiales Communis Mediolani, ex forma ſtatutorum, qui Officialis non habeat aliud officium.

a OFficialis Foraſterius Iuriſperitus] Hoc non ſeruatur, ſed eligitur vnus breuioris togæ, etiã quod nõ ſit foraſterius, qui appellatur Commiſſarius Olonæ, qui omnia peragit, quo ad aquas dicti fluminis, cum conſilio vnius ex Illuſt Senatoribus ad id deputati.

b Olonæ] Ad neceſſaria, & opportuna aquarum dicti fluminis eligitur Commiſſarius.

c Nauigij] Nunc autem ſunt duo nauigia, quorum muneri incumbunt Illuſt Præfecti Magiſt. extraordioarij.

d Et teneatur ſatiſdare] Modo, & forma qua cauetur infra, cap. 294 Iudex qui deputatus.

De rupis, ſeu bucchis aquæ Olonæ. Cap. CCLXXXI.

IVdex, Officialis aquarum teneatur, & debeat quam velocius poterit, videre omnes rugias, ſeu bucchas excuntes de lecto Olonæ, & eas reduci facere a ad modum, & ordinem, prout continetur in præſentibus Statutis.

a AD modum, & ordinẽ prout continetur in pręſentibus Statutis] Prout infra cauetur, c. 284. Nulla perſona.

De ſatiſdatione facienda per deriuantes de aqua Olonæ. Cap. CCLXXXII.

NVlla perſona poſſit releuare aliquam rugiam, nec ponere, ſeu infigere aliquod incaſtrom, per quod deriuari poſſit de aqua Olonæ pro adaquando aliqua prata, a niſi prius habuerit ius id faciendi, & niſi prius ſatiſdederit coram Officiali aquæ Olonæ, de libris quinquaginta Imperialium, applicandis vt ſupra, de non deriuando de dicta aqua vltra formam præſentium Statutorum, & qui contrafecerit, cõdemnetur in ſoldis quinque Imperialium, pro qualibet pertica prati, quę adaquari poſſet per contrafacientes de dicta aqua per dictam rugiam, ſeu incaſtrum. Et Notarius officij aquarum oon poſſit accipere pro omnibus remunerationibus, quæ requiruntur circa ipſam ſatiſdationem, vltra ſoldos duos Imperialium à quolibet ſatiſdante, & quę ſatiſdatio nõ requiratur, niſi ſemel in anno.

a NIſi prius habuerit ius id faciendi] Vel per inſtrumentum, vel præſcriptionem, vt ſupra notatum in ſimili cap. 244. In flumine publico.

De pœna tenentis cluſam, vel obſtaculum in lecto Olonæ. Cap. CCLXXXIII.

NVlla perſona audeat, nec præſumat facere, nec fieri facere, nec habere, nec tenere aliquam cluſam, nec aliquod obſtaculum in lecto Olonæ pro deriuãdo de aqua Olonæ, & qui cõtrafecerit condẽnetur, pro qualibet cluſa, ſeu obſtaculo in libris vigintiquinque Imper. Saluo quod

hoc Statutum *a* non habeat locum in molendinis, nec occaſione molendinorum tantum illorum, *b* qui haberent ius vtendi illis aquis.

a NOn habeat locũ in molendinis] Maxima habent priuilegia molendina, & habentes ius in eis, vt notatum late ſupra c. 240. Si quis & c. ſeq.

b Qui haberent ius vtendi dictis aquis] Per inſtrumentum ſcilicet, vel præſcriptionem, modo quo notatum ſupra cap. 244. In flumine.

De incaſtris ordinandis, & aptandis. Cap. CCLXXXIV.

NVlla perſona poſſit habere, nec tenere ſuper alueo Olonæ aliquam rugiam, nec aliquod incaſtrũ, *a* niſi ius habuerit illam, vel illud tenendi, & niſi illa rugia, ſeu incaſtrum habuerit pedem cum ſuis ſpallis de lapidibus, & cæmento, altum à fundo aluei Olonę per tertias duas vnius brachij, ad brachium terræ, & lignaminis, accipiendo menſuram per medium aluei, ſeu lecti Olonæ, & nulla rugia, ſeu Buccha rugiæ fieri poſsit, nec teneri ſuper dicto alueo pro deriuando de dicta aqua, quæ ſit lata, vltra brachia duo, & medium, ad dictum brachium. Et ſi qua buccha aliter reperiatur, reducatur, ad modum prædictum. Et prędicta fiant, aptato prius alueo Olonæ, ſecundum formam horum ſtatutorum. Et qui contrafecerit condemnetur in libris vigintiquinq; Imperialium, qualibet vice, applicandis, ut ſupra.

a NIſi ius habuerit illud, uel illud tenendi] Per inſtrumẽtum ſcilicet, uel pręſcriptionem, ut notatum cap. pręcedentibus.

De lecto Olonæ adamplando in certis partibus. Cap. CCLXXXV.

ALueus fluminis Olonæ aptetur à loco de Certiate, uſque ad locum de Caſtignate, taliter, quod dictus alueus ſit largus, ſeu in amplitudine ad minus per brachia duodecim, ad brachiũ terræ, & lignaminis, & illa adamplatura fiat ab illa parte dicti loci, quę uidebitur Iudici ipſarum aquarum, qui Iudex teneatur, quam citius fieri poterit, ire ad examinandum, & uidendum dictum alueum, & determinandũ *a* per quos, & quorum expenſis, & in quibus partibus dictus alueus debeat adamplari.

a PEr quos, & quibus expenſis] † Aquęductus autem
1 publici, quod debeant purgari, & refici expenſis Principis eorum domini, niſi aliquid fuerit conceſſum priuato, ut hanc purgationem, & refectionem faciat, not. Menoc. tract. retinen. remed. 7. num. 32.

Quibus diebus & horis licitum eſt deriuare de aqua Olonæ. Cap. CCLXXXVI.

LIcitum ſit cuilibet *a* habenti buccham aliquam rugię ſuper flumine Olonę, ſecundum formam pręſentium Statutorum, uel habenti ex forma horum Statutorũ, *b* ius deriuandi, & deriuari faciendi per ipſam rugiam de aqua Olonę, deriuare, & deriuari facere de dicta aqua, pro adaquando eorum prata, & terras, ab hora ueſperarum dierum Sabbati uſque ad horam ueſperarum dierum Dominicorũ, & ab hora veſperarum uigiliarum beatę uirginis Marię, uidelicet, de menſibus Februarij, Martij, Auguſti, & Septembris, & cuiuſlibet Apoſtoli, uſque ad horam ueſperarum cuiuſlibet ipſarum feſtiuitatum, & ab hora ueſperarum diei Iouis ſancti, uſque ad diem dominicam ſequentem, poſt feſtum Paſchatis Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ab hora ueſperarum uigilię Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, uſque ad octauam, poſt feſtum dictę Natiuitatis, horam ueſperarum. Et prędicta conceſſa ſunt, & conceduntur fieri poſſe, ut ſupra. Et hoc impune, & libere. In alijs uero diebus, & horis, *c* nulli liceat deriuare, nec deriuari facere de dicta aqua, ſub pęna ſoldorum quinque Imperialiũ pro qualibet pertica, qualibet uice, *d* niſi aliter expreſſe conceſſum reperiatur, *e* uigore pręſentium Statutorum.

a HAbenti ex forma horum Statutorum] Modo quo cauetur infra c. 284. Nulla perſona.

b Ius deriuandi] † Per conceſſionem apparentem ex inſtrumento, vel alia ſcriptura, vel per præſcriptionem, vt notatum ſupra cap. 244. In flumine, & not. Iaſ. Quominus, num 99. ff. de flumin.

c Nulli liceat deriuare] Hoc fauore molendinorum ſuper eo flumine exiſtentium, vt idem cauetur ſupra cap. 241. Molendina.

d Niſi aliter expreſſe conceſſum] Quo fit, vt tacita conceſſio per patientiam, vel præſcriptionem non ſufficiat.

e Vigore præſentium Statutorum] Veluti tempore plenę, vt cauetur c. ſequ. & in reali Communis Parabiagi, vt infra cauetur c. 301. Liceat Communi, & c. ſeq.

Quod tempore plenæ ſuperfluitatis aquarum, quilibet poſsit deriuare. Cap. CCLXXXVII.

a TEmpore plenæ ſuperfluitatis aquarum, *b* licitum ſit cuicunque habenti buccham regiæ, & ius in aqua fluenti ex dicta rugia, ſecundum formam horum Statutorum deriuare, & deriuari facere de aqua Olonæ, quocunq; die, nocte, hora, tam feriata, quam non feriata, & hoc libere, & impune.

a TEmpore plenæ ſuperfluitatis aquarum] Quo quidem tempore abundantia aquarum nocet molendinis.

b Licitum ſit] Id permittitur hoc tempore, ex quo non affertur aliquod nocumentum, ſed potius iuuamen molendinis, idem cauetur ſupra c. 241. Molendinorum, ad finem.

Quod tempore ſiccitatis nullus poſsit deriuare, etiam diebus feſtis. Cap. CCLXXXVIII.

TEmpore ſiccitatis, non liceat alicui deriuare, nec deriuari facere de aqua Olonæ, aliquo die, nocte, & hora, *a* etiam ſi ſit dies Dominica, vel aliud feſtum quoduis *b* Et hoc, ſi per Iudicem aquarum præceptum, & prohibitum fuerit eis, ne vtantur de dicta aqua, tempore illius ſiccitatis ſic durãte. Et qui contrafecerit condẽnetur in ſoldis quinque Imper. pro qualibet pertica, & qualibet vice.

a Etiam ſi ſit dies Dominica, vel aliud feſtum quoduis] Hoc ſtatuitur his diebus etiam, ex quo etiam diebus feſtiuis ob neceſſitatem machinatur.

b Et hoc ſi per Iudicem aquarum ſit pręceptum] Vbi autẽ non pręceptum in contrarium permittitur.

Quod deriuantes de aqua Olonæ habeant ſoratorem. Cap. CCLXXXIX.

QVilibet, qui deriuabit, vel deriuari faciet de aqua fluminis Olonæ teneatur, & debeat facere, ſeu habere ſoratorem, per quem ſcoraducium *a* dictæ aquæ poſſit reuerti, & reuertatur in lecto Olonæ, antequam attingat ad tertium molendinum, exiſtens ab ea parte lecti dictæ aquę, ex qua deriuatur ipſa aqua. Et hoc à loco de Parabiago infra, verſus Mediolanum. A loco vero de Parabiago, ſupra, antequam attingat ad quartum molendinum, exiſtens ab ea parte lecti dictę aquę, ex qua deriuatur ipſa aqua. Et qui contrafecerit condemnetur in ſoldis quinque Imperialiũ pro qualibet pertica, & qualibet vice.

a Dictę aquę poſſit reuerti, & reuertatur in lecto Olonæ] Hoc diſpoſitum fauore, & beneficio molendinorum, qui multi ſunt, vt notatum ſupra c. 241. Molendinorum.

De pœna deriuantis de aqua Olonæ contra formam præſentium Statutorum. Caput CCXC.

DE cætero, nullus audeat, nec præſumat deriuare, nec deriuari facere de aqua Olonæ, aliter quam conceſſum ſit per formam præſentium Statutorum. Et ſi quis cõtrafecerit, vel fieri fecerit, condemnetur contrafaciens, vel fieri faciens in ſoldis quinque Imperialium pro pertica terræ, quæ irrigaretur ex tali deriuatione. Et intelligatur quemlibet contrafeciſſe, *a* in cuius prato, vel terra reperta fuerit fluere aqua in die, vel hora, aliter quam ſit conceſſum per formam præſentium Statutorum.

In

SVMMARIVM.

1 *Aqua præſumitur deriuata ab eo, ad cuius commodum fluit.*

a IN cuius prato, vel terra reperta fuerit fluere aqua] † Idē
1 de iure communi præſumitur eum deriuaſſe aquam ad cuius vtilitatem, & commodum diſcurrit, per textum in l. 2. §. Si quis in ſuo, vbi Alberi. in hiſce terminis, numer. 3. ff. Ne quid in loco publico, Sequitur Boſſ. ſua praxi Crimina. tit. de Indit. & conſid. ante torturam, nu. 58. verſ. Et ſi duas, Alciat. conſ. 357. Circa finem, & conſ. 373. circa finē † Quod idem eſt in delictis, per tex. in ca. Eccleſiam, ver. Item peccatum Iſraelitum, 1. q. 4. Si autem fuerint plures vtentes, tunc primo vtens præſumitur diuertiſſe, ita not. Menoch. tract. arbitr. cen. 5. caſu 467. numer. 8. lib. 2. quod idem cauetur in nouis Conſtitut. tit. de aquis, & flumin. in prin. §. Iſque.

De auxilio dando Iudici aquarum per Communia. Cap. CCXCI.

a COmmunia burgorum, locorum, caſſinarum, & molendinorum propinqua per tria milliaria prope dictum lectum Olonæ, teneantur, & debeant, ſi requiſiti fuerint ex parte Iudicis ipſarum aquarum, ire b cum ſappis, badilibus, ſecuribus, & alijs inſtrumentis opportunis, pro ſplanando omnia foſſata, per quæ deriuari poſſet dicta aqua Olonæ, & hoc ſub pœna librarum quinque Imperialium, pro quolibet communi. Quod capitulum habeat locum tantum vna vice quolibet anno, qui Iudex ipſarum fieri facere teneatur contenta in hoc capitulo expenſis illorum, qui habebunt prædictas rugias explanandas, ſeu in caſu debendi eſſe explanatas, ſecundum formam præſentium Statutorum.

a COmmunia burgorum] Qui ſit burgus, notat Rebuff. l. 2. ver. 7. & l. pupillus, §. oppidum, ff. de verb ſign.
b Cum ſappis, badilibus] Expenſis de quibus infra in fine cauetur, & hoc fauore publico coguntur, licet alias cogi non poſſent.

De pœna deriuantis de aqua Olonæ propter eius potentiam. Cap. CCXCII.

a SI quis b cuiuſcunque cōditionis, & ſtatus ſit, qui propter eius potentiam c per vim deriuauerit, vel deriuari fecerit, vel deriuatam tenuerit de aqua Olonæ, contra formam præſentium Statutorum, condemnetur in libris quinquaginta Imperialium, qualibet vice. Et inſuper ipſe Iudex aquarum cum auxilio Poteſtatis Mediolani, teneatur facere arari cum bobus, & aratris dicta ſua prata per longum, & tranſuerſum, ita quod non videantur eſſe prata. Et hoc infra quindecim dies proxime futuros, poſtquam ſibi ſignificatum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Miner delicti capax præſumitur ad ſui commodum deriuaſſe aquam.*

a SI quis] Comprehenditur tam maſculus, quam fœmina, cum tractetur de materia indifferenti congruenti vtrique ſexui, vt cauetur ſupra cap. 126. in ciuitate, vol. 1.
b Cuiuſcunque conditionis, & ſtatus ſit] † Per hæc verba
1 comprehenduntur etiam minores delicti capaces, vt not. Rebuff. tract. de nominat. q. 8. nu. 8. ad fi. Quod etiam comprehendantur Clerici, notat num. 21.
c Per vim] Secus ſi furtiue, quia tunc minor pœna imponitur, vt cauetur ſupra c. 290. De cætero.

Quod Iudex aquarum teneatur procedere ſuper accuſis coram eo latis. Cap. CCXCIII.

a IVdex deputatus officio aquarum, teneatur, & debeat ad petitionem cuiuſlibet accuſantis aliquem feciſſe contra formam præſentium Statutorum de aquis procedere ſuper accuſis coram eo delatis, & ſuper eis facere condemnationes ſecundum formam horum Statutorum, ſi dictæ accuſæ fuerint probatæ a per ſacramentum accuſatoris legitime, b & per vnum teſtem fide dignum, aliter teneatur facere abſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Dicti alicuius ſine ſacramento non creditur.*
2 *Teſtis fide dignus quis dicatur.*

a PEr ſacramentum accuſatoris legitime] † Alias enim
1 dicto eius ſimplici abſque ſacramento non eſſet credendum, vt not. Soc. in capit. Quoniam frequenter, §. Si ſuper rebus, num. 5. ver. Et Nota quamuis, vt lite non conteſtata.
b Et per vnum teſtem fide dignum] † Qui ſit omni ex-
2 ceptione maior, vt not. Abb. in cap. Vt debitus, num. 24. De appellatio.

De ſatiſdatione facienda per Iudicem aquarū. Cap. CCXCIV.

IVdex, qui deputatus erit officio aquarum, teneatur, & debeat a facere bonam ſatiſdationem coram Dominis Magiſtris Ducalium intraiarum extraordinariarum, vel coram officio Prouiſionum Communis Mediolani, de libris quinquecentum Imperialium de faciendo officium ſuum aquarum bene, iuſte, & legaliter, & de non faciendo, b nec committendo aliquam Baratariam in dicto ſuo officio, & aliter non poſſit dictum officium exercere.

a FAcere bonam ſatiſdationem] Quæ dicatur bona, & idonea ſatiſdatio, notatum late ſupra cap. 44. Si quis, in verbo, Idonee vol. 1.
b Nec committendo aliquam barattariam] Quæ ſit barataria, notat Bonacoſſa in q. crimin. in verbo, barataria, & cauetur ſupra c. 41. Baratarla.

De officio Camparij, qui per tempora fuerit electus per molinarios aquæ Olonæ à Raude infra. Cap. CCXCV.

CAmparius, qui per tempora fuerit electus per molenarios, ſeu Conſules molenariorum aquæ Olonæ de Raude, & citra Raude, ſi fuerit confirmatus per Officium Prouiſionum habeat bailiam a accuſandi, & denunciandi quoſlibet, quos inuenerit feciſſe, vel commiſiſſe contra præſentia ſtatuta de aquis.

a ACcuſandi, & denuntiandi] Eiſque creditur cum ſacramento, & vno teſte fide digno, vt cauetur ſupra cap. 293. Iudex deputatus.

Quod liceat molenarijs adaquare certas Inſuletas. Cap. CCXCVI.

LIcitum ſit molenarijs adaquare a eorū inſuletas, omni die, tam feriata, quam non feriata, dum non ſint vltra perticas quinque, pro quolibet molendino, b ſine pœna, c ſaluo, quam in tempore ſiccitatis.

SVMMARIVM.

1 *Modicitatis cauſſa multa permittuntur quæ alias non concederentur.*

a EOrum inſuletas] † Penes eorum molendinum exiſten-
1 tes, & hoc ratione modicitatis terræ, nam ratione modicitatis multa permittuntur, vt late notat Brun. tract. ſtatut. fœmin. exclud. art. 9. q. 12. & diſcuſſum ſupra, 1. vol. c. 328. In alienationibus, in verbo, Et obligationibus.
b Sine pœna] De qua ſupra c. 290. De cætero.
c Saluo quam in tempore ſiccitatis] Nam dicto tempore fauore molendinorum prohibentur etiam habentes ius tempore feſtiuo, vt cauetur ſupra cap. 288. Tempore ſiccitatis.

De pœna Iudicis aquarum negligentis in eius officio. Cap. CCXCVII.

SI Iudex deputatus officio aquarum fuerit a negligens in eius officio, b vel aliter deliquerit, c poſſit, etiam durāte eius

Digitized by Google

eius officio, condemnari per Dominum Vicarium Prouiſionum Communis Mediolani, vel per alium Iudicem deputandum, ſi deputabitur, arbitrio ſuo, *d* inſpecta qualitate negligentiæ, *e* vel facti.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis regulariter durante officio non poteſt conueniri.*

a NEgligens in eius officio] Et ſic punitur etiam de negligentia, & omiſſione, ſed mitius, quæ tamen ſit dolo proxima, vt not. Boſſ. ſua praxi, tit. de Offic. corrupto pecunia, num. 26.

b Vel aliter deliquerit] In committẽdo, & eo caſu magis, & grauius punitur.

c Poſſit etiam durante eius officio condemnari] † Regula-
1 riter tamen Officialis non poteſt condemnari, nec conueniri durante eius officio, ſed ſolum in fine tempore ſyndicatus, demptis quibuſdam caſibus, de quibus per Afflict. in Conſt. regni, Rub. 37. De officio Magiſtri, nu. 49. & 50. lib. 1. & ſupra notatum c. 31. Poſſit in verbo, Et debeant ſyndicari etiam durante officio, vol. t.

d Inſpecta qualitate negligentiæ] In omittendo ſcilicet, & mitius punitur.

e Vel facti] In committendo ſcilicet, & grauius punitur.

De pœna offendentis Iudicem aquarum vel cãparium aquæ. Cap. CCXCVIII.

NVllus præſumat nec debeat *a* offendere, nec offendi facere Iudicem deputatum officio aquarum nec aliquem camparium aquæ, *b* nec alterum eorum impedire quominus ipſi, & vterq; eorum poſſint exercere ſuum officium. Et hoc ſub pœna, & banno, arbitrio Domini Poteſtatis Mediolani auferenda, inſpecta qualitate perſonarum, & facti.

S V M M A R I V M.

1 *Offendere quando quis dicatur.*

a OFfendere] † Offendere dicitur qui alium ad iuſtam
1 turbationem inducit, ita Bar. l. Cum filium, numer. 1. ff. de hęred. inſtit. Idem in l. cum te, nu. 1. & 3. C. de inoff. teſtam.

b Nec alterum eorum impedire] Aliter quidem, quam per offenſionem.

Quod molenarij debeant tenere incaſtra leuata, & hoſtieras canalium molendinorum apertas. Cap. CCXCIX.

QVilibet molenarius teneatur, & debeat, cum habuerit aquam ad ſuum molendinum, tenere incaſtra leuata, & hoſtieras canalium ipſius molendini leuatas, quæ fuerint neceſſaria pro deriuando aquam per illum lectum, *a* & dum poſſint macinare, ita quod aqua libere poſſit fluere per lectum Olonæ. Et qui contrafecerit condemnetur qualibet vice, & pro quolibet incaſtro, ſeu hoſtiera, clauſo, ſeu clauſa, in ſoldis triginta Imperialium, applicandis, vt ſupra.

a ET dum poſſint macinare] Et ſic conceditur ſemper facultas, vt poſſint macinare fauore molendinorum, de quo ſupra c. 241. Molendinorum.

De molendinis aquæ Olonæ, Seuexi, aquæ lõgæ fontanæ, Areſij, Carrariæ, & Romani, abaſſandis. Cap. CCC.

QVodlibet molendinum aquæ Olonæ debeat abaſſari, *a* expenſis illorum, quorum ſunt illa molendina, ita vt aqua libere fluat ad Ciuitatem Mediolani, arbitrio Iudicis aquarum. Idem fiat de molendinis fluminum Seuexi, aquæ longæ fontanæ, Ariſij, Carrariæ, & Romani. Et ad hoc compellantur per Iudicem ſuper aquis deputatum, vel deputandum.

a EXpenſis illorum, quorum ſunt illa molendina] † Vbi
1 autem non adeſſent molendina teneretur Princeps, in aquis publicis, not. Menoc. tract. retin. poſſeſſ. remed. 7. n. 32.

De riali Communis loci de Parabiago ordinando, & manutenendo. Cap. CCCI.

LIceat Communi, & Vniuerſitati loci de Parabiago, *a* quacunque die, nocte, & hora, tam feriata, quam non feriata, deriuare, & deriuari facere, & vti de aqua fluminis Olonæ per riale illud dicti fluminis per quod deriuare cõſuetum eſt per ordinem infraſcriptum, videlicet, quod dictũ commune faciat taliari, ſeu perforari in vno lapide marmoreo, vel ſarricio, taliter, quod per dictum foramen poſſit fluere aqua in dictum riale in quantitate Vnciarum ſex, ſcilicet, tertiam vnam vnius bracchij ad bracchium terræ, & lignaminis, in longitudine dicti fluminis, & mediam quartã ad dictum bracchium in altitudine dicti foraminis. Et quod dictus lapis ita taliatus, ſeu perforatus debeat claudi ad buccham, ſeu ſpondam lecti Olonæ de bono muro, facto de lapidibus, & cæmento, taliter, quod dictum foramen, ſeu ſpacium foraminis remaneat altum à fundo dicti lecti Olonæ ꝑ tertiã vnã vnius brachij, quib. lapide, & muro ſic aptatis, nulla perſona ſingularis, Communitas, nec Vniuerſitas audeat dictũ lapidẽ, & ordinẽ deriuandi remouere, nec remoueri facere, ſub pœna librarum centũ Imperialium, pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice. Et vltra contrafaciens, vel fieri faciens teneatur ſuis expenſis reducere in priſtinum ſtatum, *b* dum tamen de dicta aqua nõ adaquetur aliquod pratum, & dum tamen dicta aqua poſtea *c* reuertatur ad lectum, ſeu alueum fluminis Olonæ.

a QVacunque die, nocte, & hora] Corrigitur in hac parte diſpoſitio Statuti ſupra c. 258. Licitum ſit.

b Dum tamen de dicta aqua non adaquetur aliquod pratum] Cum hoc ſit conceſſum occaſione loci, non autem pratorum.

c Reuertatur ad lectum, ſeu alueum fluminis] Ob vtilitatem molendinorum.

De reali Communis de Raude ordinando, & manutenendo. Cap. CCCII.

LIceat Communi, & Vniuerſitati loci, ſeu curiæ Raude, *a* quocunque die, nocte, & hora, tam feriato, quam non feriato deriuare, & deriuari facere, & vti de aqua fluminis Olonæ per riale illud dicti fluminis, per quod deriuare conſuetum eſt per ordinem certorum foraminum, & per infraſcriptum ordinem, videlicet quod dictum commune faciat taliare, ſeu perforari in vno lapide marmoreo, vel ſarricio, taliter, quod ex dicto foramine poſſit fluere aqua in dictum riale in quantitate vnciarum ſex ſcilicet, tertiam vnam vnius bracchij ad bracchium terræ, & lignaminis in longitudine dicti fluminis, & mediam quartam ad dictum bracchium in altitudine dicti foraminis. Et, quod dictus lapis ita taliatus, ſeu perforatus debeat claudi ad buccham, ſeu ſpondam lecti Olonę de bono muro, facto lapidibus, & cæmento taliter, quod dictum foramen remaneat altum à fundo dicti lecti Olonæ per tertiam vnam unius bracchij. Quibus, lapide, & muro ſic aptatis, nulla perſona ſingularis, Communitas, nec Vniuerſitas audeat dictum lapidem, & ordinem deriuandi remouere, nec remoueri facere, ſub pœna librarum centum Imperialium, pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice. Et vltra contrafaciens, vel fieri faciens teneatur ſuis expenſis reducere in priſtinum ſtatũ, dum tamen ex dicta aquæ non adaquetur aliquod pratum, & dum tamen dicta aqua poſtea reuertatur ad locum, ſeu alueum fluminis Olonæ.

a QVacunque die, nocte, & hora] Corrigitur eodem modo diſpoſitio antedicti c. 286 Licitum ſit.

De his, qui non poſſunt eſſe camparij, nec Officiales fluminis Olonæ. Cap. CCCIII.

a NVllus, qui habeat prata ſuper flumine Olonæ, nec cuius prata adaquantur de aqua dicti fluminis, *b* nec aliquis eius agnatus poſſit eſſe Camparius, nec Officialis dicti fluminis Olonæ, & ſi aliter electio facta fuerit, non teneat.

a NVllus qui habeat prata] Adhoc vt euitetur omnis ſuſpitio fraudis, & falſitatis ob intereſſe partium.

b Nec

Digitized by Google

b Nec aliquis eius agnatus] Non ſufficit hoc caſu, quod ſit de parentela iuxta diſpoſitionem Statuti ſupra cap. 301. Agnati, ſed requiritur quod ſint de conſanguinitate, prout etiam cauetur ſupra c. 417. Si quis, vol. 1.

De certis bucchis Olonæ banniendis, & claudendis. Cap. CCCIV.

SI qua rugia, ſeu buccha per quam deriuetur, vel deriuari poſſit aqua fluminis Olonæ de cætero reperiatur, cuius ſchoraducium non reuertatur in lectum maſtrum fluminis Olonæ, antequam attingat ad tertium molendinum, ſeu ſecundum quod eſt diſpoſitum *a* per formam præſentium Statutorum, ipſa rugia, ſeu buccha ſit bannita, & debeat claudi, & aliter ſtoppari, quod non poſſit deriuari aqua per ipſam buccam. Et hoc capitulum mandetur executioni per Officialem aquarum, quam citius fieri poterit, dum fiat infra duos menſes à tempore inchoati ſui officij. Et prædicta non intelligantur de rugiis, *b* quæ fuerunt cameræ Illuſtriſſimi Principis, & Ducis noſtri Mediolani, ſeu quondam Illuſtriſſimorum prædeceſſorum ſuorum.

a PEr formam præſentium Statutorum] De quo ſupra ca. 189. Quilibet quo deriuabit.
b Quæ fuere cameræ Illuſtriſſimi Principis] Dein priuatis alienatæ.

De pontibus conſtruendis, & manutenēdis per habentes bucchas, rugiarum ſuper flumina Olonæ. Cap. CCCV.

QVilibet habens aliquam buccham rugiæ ſuper flumine Olonæ teneatur conſtruere, & manutenere ſupradictam buccham, & iuxta lectum fluminis Olonæ, pontem vnum bonum, & ſufficientem, de bonis lapidibus, & cæmento, largum per bracchia tria ad bracchium terræ, & lignaminis, *a* & ad conſtruendum, & manutenendum dictum pontem teneantur omnes, & ſinguli habentes vtilitatem ex aqua fluente ex dicta rugia. Et hoc ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium, applicanda, vtſupra, cuilibet prædictorum.

a AD conſtruendum, & manutenendum dictum pontem] Idem cauetur in conducentibus aquas ad tranſuerſū bonorum alterius ſupra c. 247. Omnibus.

De aqua multiplicanda in lecto Olonæ. Cap. CCCVI.

SI reperiatur modus, per quem poſſit multiplicari, & addi aqua in lecto veteri aquæ Olonæ, & videatur Iudici aquarum illud opus fore bonum, & vtile, *a* & poſſit deduci ad effectum, tunc fiat illud cauamentum, ſeu opus in deliberatione ipſius Iudicis, & peritorū in talibus, qui ad illud opus deputabuntur per Dominum Vicarium Prouiſionum.

a ET poſſit deduci ad effectum] Ita quod ſequatur effectus augmenti aquarum, alias non debet fieri hæc ſuperflua expenſa.

De fontibus remundandis pro multiplicando aquam in lecto Olonæ. Cap. CCCVII.

OFficialis aquarum teneatur, & debeat quam velocius poterit fieri, cum conſilio, & deliberatione ſex, vel quatuor de habentibus prata in valle Olonæ, facere *a* remundari fontes veteres, & nouos, ex quibus aliqua aqua fluat in lectum Olonæ in eis partibus, in quibus videbitur eis conuenire, adhoc, vt aqua poſſit multiplicari, & abundātius fluere in lecto Olonæ, quam fluat, nec fluxerit hinc retro. Et prædicta fiant *b* expenſis illorum, qui habent prata, & molendina ſuper flumine Olonæ, & aliis aquis exeuntibus de lecto Olonæ. Et de cætero ſingulis annis cū conſilio, vtſupra, remundari, & aptari debeant, cura, & ſolicitudine dicti Officialis in partibus, in quibus diſpoſuerit fore vtile pro multiplicando aquam, vtſupra, dum expenſæ ſoluantur, vtſupra, quæ quidem expenſæ *c* compartiri, & diuidi debeant per ipſum Officialem, cum conſilio prædictorum habentium prata, & molendina ſuper dicto flumine, vtſupra.

a REmundari fontes veteres] Purgando, & ſpatiando eos.
b Expenſis eorum qui habent prata, & molendina] Ex quo illud augmentum cedit ad eorum vtilitatem.
c Compartiri, & diuidi debeant per ipſum Officialem] Secundum ſcilicet qualitatem, & quantitatem vſus diſtarum aquarum.

Quod dealbatores fuſtaneorum, aciarum, & drapporum poſſint auferre aquam pro arte ſua. Cap. CCCVIII.

LIcitum ſit dealbatoribus fuſtaneorum, aciarum, & aliorum drapporum, *a* quocunque die, & tempore, & in quacunque parte Ciuitatis, ſuburbium, & corporum ſanctorum Mediolani, *b* impune deriuare, & auferre quamlibet aquam eis *c* neceſſariam, & vtilem pro dicta ſua arte exercenda, dum tamen non vtantur ipſa aqua pro adaquādo aliqua prata. Et, ſi quis deriuaret, vel deriuari faceret in fraudem, condemnetur in ſoldis quinque Imperialium, qualibet vice, & pro qualibet pertica prati, quæ adaquaretur ex ipſa aqua.

a QVocunque die, & tempore] Quo fit exercitium.
b Impune deriuare, & auferre] Non refragrante diſpoſitione Statutorum præcedentium.
c Neceſſariam, & vtilem pro dicta ſua arte] Arbitrio expertium.

De electione vnius Camparij, & vnius Notarij ſuper certis aquis. Cap. CCCIX.

ELigantur per Officium Prouiſionum *a* Camparius, *b* & vnus Notarius, qui Camparius cum eius Notario inquirant, & inueſtigent, ſi aqua fluminis Seueri, aquæ lōgæ fontanæ, Arriſij, Carrariæ, & Romani extrahitur de lecto contra ſtatuta, & ordinamenta Communis Mediolani, & ſcribatur in quaterno, *c* cuius eſt terra, per quam aqua ipſorum fluminum ducatur, & condemnetur deriuans in libris quinque Imperialium, qualibet vice, & credatur *d* ſacramento dictorum Camparii, & Notarij, *e* cum vno teſte fide digno. Saluo quod tempore ſiccitatis *f* Iudex officij aquarum deputatus poſſit maiorem pœnam imponere, quibus, Notario, & Campario ſatisfiat de eorum mercede, ſiue ſalario, prout diſpoſitum fuerit in literis eorum officij.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis fide dignus, & idoneus quis dicatur.*

a CAmparius] Hoc ſeruatur.
b Et vnus Notarius] Hoc non ſeruatur, eſt Notarius Officij Stratarum, eſt Notarius pro his aquis Officium hoc exercens.
c Cuius eſt terra per quam aqua ipſorum fluminum ducatur] Nam his præſumitur deriuaſſe, in cuius terra aqua fuit reperta, vt late notatum ſupra c. 290. De Cætero.
d Sacramento dictorum Camparij, & Notarii] Sufficit autem ſacramentum alterius eorum, vt infra cauetur, capit. 324. Statuitur.
e Cum vno teſte fide digno] † Qui ſit omni exceptione
1 maior, quia is dicitur teſtis idoneus, vt notat Abb. capit. vt Debitus, num. 24. De appellatio.
f Iudex officii aquarum] Hic eſt hodie Iudex Stratarum.

De camparijs aquæ Lambri. Cap. CCCX.

ELigantur per Officium Prouiſionum Communis Mediolani vnus Camparius, qui ſit *a* camparius, & cuſtos Lambri, à Carſenzago ſupra, & qui habeat ſolutionem prout in literis officii ſui continebitur. Et, à dorſo de Carſenzago

Digitized by Google

ſenzago infra non poſſit ille Campariua, nec Iudex officij aquarum deputatus ſe intromittere de illa camparia, nec aqoa, nec aliquid exigere, occaſione illius Campariæ.

a CAmparius, & cuſtos Lambri à Carſenzago ſupra] Arbitror hoc dic non ſeruari.

De lecto Seueſi ſpaciando quando expedierit. Cap. CCCXI.

LEctus Seueſi ſpacietur, & ſpaciari debeat quando expedierit, à molendino Monaſterij Sancti Dioniſij, exiſtentis extra portam Orientalem, vſque ad molendinum fratrum de la Colombera, & illud laborerium fiat a expēſis illorum, qui habent ab oppoſito, ab vtraque parte dicti Seueſi. Et ad hoc compellantur, & compelli poſſint per Camparium, & Notarium, qui fuerint poſiti, & electi ſoper dicta aqoa Seueſi. Et adhoc teneantur Poteſtas, & eius Iudices dare dictis Officialibus b efficax auxilium ad prædicta. Et, ſi reperire ur lectum dicti Seueſi tranſire per terram alicuius Communitatis, ad hoc teneatur ipſa Communitas, & Iudex aquarum ex debito ſui officij hoc fieri facere quando expedierit, vt ſupra.

a EXpenſis illorum qui habent ab oppoſito ab vtraque parte] Hoc idem diſponitur in Vijs publicis ſupra cap. 252. Omnes.

b Efficax auxilium ad prædicta] Concedendo eis eorum familiam pro prædictis exequendis.

De clusa pontis archeti manutenenda, & reficienda. Cap. CCCXII.

CLuſa pontis archeti a debeat tenſarij b & defendi per Commune Mediolani, & per Iudicem officio Aquarum depūtatum ne deuaſtetur. Et, ſi deoaſtaretur, omnes, & ſinguli habentes, c & percipientes aliquam vtilitatem de aqua, qoæ decurret occaſione dictæ deuaſtarionis, ſeu rupturæ teneātur, & compelli debeant per Iudicem aquarum ad reſtituendum, & reintegrandum ipſam cluſam iñ priſtinum ſtatum. Et vltra hoc condemnetur delinquens, in libris quinque Imperialium, qualibet vice. Et prædicta, in hoc capitulo contenta non habeanr locum tempore plenæ ſuperfluitatis aquarum, quo tempore, ſi ipſa cluſa ſe rumperet, vel deuaſtaretur, d tunc omnes, & ſinguli habentes vtilitatem ex aqua Nironis à dicta cluſa infra teneantur, & compelli poſſint reficere, & reaptare ipſam cluſam.

a DEbeat tenſari] Conſtrui ſcilicet.

b Et defendi] Manutenendo quippe.

c Et percipientes aliquam vtilitatem] Ex quo præſumitur eam deſtruxiſſe vt aquas ad eorum bona deuiarent, vt cauetur ſupra c. 290. De cætero, Vbi notatum.

d Tunc omnes, & ſinguli habentes vtilitatem] Nam cum ſit eorum vtilitas debent etiam onus ſuſtinere.

Quibus diebus, & horis liceat deriuare de aqua Nironis. Cap. CCCXIII.

NVlli a habenti ius liceat aquam Nironis de lecto auertere, nec deriuare, nec deriuari facere, b niſi ab hora veſperarum dierum Sabbati, vſque ad horā veſperarum dierum dominicorum. Et ab hora veſperarum vigiliarum Beatæ Virginis Mariæ de menſibus Februarii, Martii, Auguſti, & Septembris, & cuiuſlibet Apoſtoli, vſq; ad horam veſperarum cuiuſlibet ipſarum feſtiuitatum, & ab hora veſperarum diei Iouis ſancti, vſque ad diem Dominicam ſequentem poſt feſtom Paſchatis Reſurrectioois Domini hora veſperarum, vigiliæ Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vſque ad octauam poſt feſtum dictæ Natiuitatis hora veſperarum, c & prout in Statotis aquæ Olonæ continetur. Et ſi quis contrafecerit condemnetur in ſoldis viginti imperialium, omni vice.

a HAbente ius] Quoquomodo, vel per titulom, & conceſſionem expreſſam, vel per præſcriptionem legitimam, vt alias notatum in ſimili.

b Niſi ab hora veſperarum dierum Sabbati] Hoc diſpoſitū tam fauore molendinorum, quam etiam vt aquæ poſſint ad Ciuitatem deriuare.

c Et put in Statutis Olonę] De quo ſupra c. 286. Licitū ſit.

De pœna deriuantis aquam Nironis, ſi non habuerit incaſtrum ſchiaſſarum. Cap. CCCXIV.

NVlli liceat deriuare, nec deriuari facere aquam Nironis, niſi habuerit iuxta domum a incaſtrum ſchiaſſarum, per quod non dimittat deriuare dictam aquam. Et ſi quis contrafecerit condemnetur io ſoldis ſexaginta imperialium omni vice.

a INcaſtrum ſchiaſſarum] Quid ſit hoc ex vſu dignoſcitur.

De pœna occludentis lectum Nironis. Cap. CCCXV.

NVlli liceat occludere lectum Nironis de palis, nec lignis, vel terrā a ad hoc, quod aqua noo poſſit fluere ad Ciuitatem Mediolani. Et ſi quid contrafecerit condemnetur in ſoldis quadraginta Imperialiū qualibet vice.

a AD hoc, quōd aqua non poſſit fluere ad Ciuitatem Mediolani] Et hoc fauore poblico Ciuitatis pro eius purgatione, & pro exercitio dealbatorum, fuſtaneorum, & aliorum.

Quod lectus Nironis teneatur ſpaciatus, & ampliatus. Cap. CCCXVI.

QVilibet habens bona ſupra, vel iuxta dictum Nironem debeat eatenus, quatenus dictum flumen tendit iuxta ædificia, vel prædia ſua, a pro portione ſua ſpaciare, & ſpatiatum tenere lectum dictæ aqoæ amplum ſecundū mēſuram per Commune Mediolani alias datam, quæ eſt ad ſāctam Trinitatem extra portam Cumanam Mediolani, ad terminum dādum per Iudicem aquarum, ſub pœna ſoldorum viginti imperialium omni vice, pro quolibet.

a PRo ſua portione] Iuxta ſcilicet eius bona, & ædificia.

De lecto Nironis aptando taliter, quod aqua ſit alta per medium brachium. Cap. CCCXVII.

LEctus Nironis taliter aptetur, & manuteneatur, quod aqua ſit alta in illo lecto a per medium brachium ad brachium terræ, & lignaminis.

a PEr medium brachium] Ad hoc vt facilius poſſit ad Ciuitatem decurrere.

De ſoratore habendo per quemlibet de aqua Nironis. Cap. CCCXVIII.

QVilibet, qui deriuabit, vel deriuari faciet de aqua Nironis, teneatur, & debeat facere, ſeu habere ſoratorem, per quem ſeoraducium dictæ aquæ a fluere poſſit in dictum lectum Nironis, antequam attingat ad ſecundum molendinum, exiſtens ab ea parte lecti aquæ, ex qua deriuatur ipſa aqua, & qui contrafecerit condemnetur in libris quinque imperialium, qualibet vice, & vltra non poſſit ipſa aqoa vti.

a FLuere poſſit in dictum] Reuerti ſcilicet in flumen prædictum, fauore molendinorum, & Ciuitatis vt notatū capitulis præcedentibus.

De lino non adaquando in Nirone prope ciuitatem. Cap. CCCXIX.

NOn liceat alicui a adaquare linum in dicto Nirone per milliare vnum, prope Ciuitatem Mediolani, ſub pœna ſoldorum viginti Imperialium, omoi vice & pro quolibet.

a Ada-

Digitized by Google

a A Daquare linum] Hoc ideo, quia ex eo valde aqua diuerteretur à curſu ſuo ad Ciuitatem.

Quod Iudex aquarum perſonaliter accedat ad coercendum contrafacientes. Cap. CCCXX.

IVdex aquarum debeat perſonaliter ire cum Campario, vel ſine ad ſuam voluntatem ad coercendum, & videndũ ſi quis faceret contra præſentia Statuta aquæ Nironis in toto, vel in parte. Et ſi inuenerit contra eſſe factum, ipſe contrafaciens condemnetur in ſoldis viginti imperialium, qualibet vice, qua contrafecerit.]

HOC non ſeruatur ex officio niſi requiſiti fuerint.

DE EODEM. Cap. CCCXXI.

SI prædictus Iudex, vel alius inuenerit, quod Camparius Nironis permitteret deriuare de dicta aqua a frau dolose, ſe ſciente, vel veriſimiliter ſcire poſſente, quod ipſe Camparius condemnetur per ipſum Iudicem, prout condẽnari deberet ille, qui indebite deriuaſſet de dicta aqua.

a FRaudoloſe] Secus ſi per negligentiam citra dolum.

De molendinis Nironis coadæquandis, & moderandis. Cap. CCCXXII.

MOlendina, quæ ſunt in flumine Nironis, debeant a coadęquari, & moderari, arbitrio Iudicis aquarum.

a COadęquari, & moderari] Vt omnes ſint æquales vndequaque.

Quod aqua Nironis decurrat ad ciuitatem. Cap. CCCXXIII.

IVdex officio aquarum deputatus, teneatur, & debeat, omnibus modis, bona fide, operam dare, vt aqua Nironis decurrat, ſeu fluat, a & decurrere, ſeu fluere poſſit, libere ad Ciuitatem Mediolani. Et ille, qui eſt, vel erit camparius ſuper illa aqua, campariam illam faciat, & facere debeat, bona fide, & illæ aquæ, quę decurrunt, vel decurrere conſueuerunt, ſeu fluere in ſupraſcriptum flumen Nironis, decurrant, ſeu fluant in ipſum flumen, & maxime aqua, quæ dicitur Pubigera, & Rouerſella, & quod alibi non decurrãt, nec ducantur. Et ſi quis dictas aquas alibi, quam in dictum flumen duxerit teneatur Camparius accuſare contrafaciẽtem coram Iudice aquarum, & contrafaciens condemnetur in ſoldis viginti imper. qualibet vice.

a ET decurrere, ſeu fluere poſſit libere Ciuitatem Mediolani] Cauſa eius purgationis, & dealbatorum fuſtaneorum, vt notatum capitulis præcedentibus.

De officio Camparij aquæ Nironis. Cap. CCCXXIV.

STatuitur, quod Camparius aquæ Nironis poſſit, & debeat accuſare quoſlibet facientes contra prædicta Statuta Nironis, vel aliquod eorum, coram Iudice aquarum toties, quoties inuenerit facientes contra ipſa ſtatuta, vel aliquod eorum. Et detur fides a ſacramento accuſatoris, cum vno teſte fide digno. Et Iudex officio aquarum deputatus teneatur ſuper ipſis accuſis, ſic delatis, & probatis, vt ſupra, facere condemnationem.

a SAcramento accuſatoris, cum vno teſte fide digno] Idem cauetur in aqua Olonæ ſupra capit. 293. Iudex deputatus.

De illis, qui debent ſuſtinere expenſas quæ fient pro cluſa pontis Archeti, Nirono, & Rouerſelia. Cap. CCCXXV.

OMnes, & ſinguli de Vniuerſitate Aciariorum, & dealbatorum fuſtaneorum, & illi, qui habent prædia ſuper lecto, ſeu ripa Nironis percipientes vtilitatem ex aqua Nironis, & Rouerſellæ, & maxime habentes molendina ſuper lecto Nironis, ſiue in Ciuitate, ſiue extra Ciuitatem, teneantur, & debeant ſoluere, & ſuſtinere ſuam partem expẽſarum, quæ fient in cluſa Nironis, quæ eſt prope pontem de Archeto, & aliarum expenſarum, quæ fient in Nirone, & Rouerſella, & in defendendo, & manutenendo illam aquam, ad hoc, vt libere fluat ad Ciuitatem Mediolani, tam in cluſa, quam extra cluſam. Et Iudex aquarum teneatur cogere quemlibet prædictorum a ad ſoluendam ſuam partẽ prædictarum expenſarum, & ſi neceſſe fuerit taleam fieri, occaſionibus prædictis, vel aliqua earum, fiat talea per prudentes viros ſuper hoc deputandos per officium Prouiſionum.

a AD ſoluendam ſuam partem prædictarum expenſarũ] Arbitrio prudentum virorum ſit hæc diſtributio, & talea, vt infra cauetur.

Quod dealbatores fuſtaneorum debeant tenere aquam in rozalibus. Cap. CCCXXVI.

STatuitur, quod Aciaroli, & dealbatores fuſtaneorum teneantur aquam, quam extraxerint de lecto Nironis, tenere a in rozalibus, & areis ſuis, ita quod non exeat de ipſis rozalibus, niſi reduci facerent, vt ea ad lectum Nironis reuertatur. Et quod eodem die, ducant, vel dimittant illam aquam ire, ſeu fluere per bracchia decem prope ſtratam, quę dicitur de monacha. Et ſi quis contrafecerit condemnetur, qualibet vice, in ſoldis viginti Imperialium. Et dealbatores fuſtaneorum nõ poſſint trahere, nec deriuare illam aquã de lecto, niſi quando habent fuſtaneos, vel telas in area, vel prata. Et ſi contrafecerint, camparius poſſit accuſare, omni vice, qua contrarium fecerint, & Iudex aquarum teneatur eos condemnare, vt ſupra.

a IN rozalibus, & areis ſuis] Vbi artem ſuam exercent dealbando.

De pœna illius, qui recuſaret ſuſtinere ſuã partem expenſarum, quæ fieret pro aqua Nironis. Cap. CCCXXVII.

SI aliquis ſe defenderet, vel recuſaret ſuſtinere a ſuam partem expẽſarum, quæ à modo fieret, occaſione aquæ Nironis, & cluſæ, quæ eſt prope pontem de archeto, defendendo, vel manutenẽdo, vel alia occaſione illius aquę, nõ poſſit illam aquam deriuare, nec vtilitatem ſuper ea habere, donec ſoluerit id, quod debuerit. Et ſi ea deriuaret, Camparius debeat accuſare contrafacientem ſicut alias, vt ſupra dictum eſt, & Iudex aquarum teneatur condemnare contrafacientem accuſatum, in ſoldis viginti Imperialium, omni vice.

a SVam partem expenſarum quæ à modo ſi[er]et] Modo quo cauetur ſupra c. 325. Omnes, & ſinguli.

De aqua Ticinelli, ſeu nauigij Communis Mediolani. Cap. CCCXXVIII.

NVlla perſona a vndecunque ſit, b & cuiuſcunque conditionis, & ſtatus exiſtat, poſſit, nec debeat ducere, trahere, nec duci, nec trahi facere, modo aliquo, vel ingenio, aquam de flumine Ticinelli, ſeu nauigij magni, niſi per legitimam, & rationabilem conceſſionem eis, vel anteceſſoribus ſuis per Commune, vel dominationem Mediolani factam, vel faciendam, c vel aliter ius habentibus deriuandi de ipſa aqua, & maxime per illos, quibus per formam Statutorum, & ordinamentorum, & prouiſionum Communis Mediolani fuit, & eſt conceſſum ipſos poſſe conducere, & trahere, nec maiorem quantitatem aquæ vltra ius ſibi competens

Digitized by Google

petens in dicta aqua, & non per aliquos alios, aliquo modo, cauſa, vel ingenio, directe, vel per indirectum, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, cuilibet contrafacienti, qualibet vice, d ipſo facto, applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate accuſatori. Item ad declarationem quantitatum aquarum, quæ exire debent de ipſo Nauigio, ſtatuitur, quod infraſcripta flumina, quæ intrant in eo, & quod illi, qui habent iura, & quibus conceſſum fuit, & eſt, legitime per Commune Mediolani in ipſis fluminibus intrantibus, & in bucchis exeuntibus de ipſo Nauigio, habere poſſunt tantam aquam, à parte inferiori dicti nauigij, quantam inferius declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Minor quando comprehendatur ſub ſtatuto.*
2 *Clericus an comprehendatur ſub ſtatuto.*

a Vndequaque ſit] Siue ſit ſubdita, ſiue non.
b Et cuiuſcunque conditionis, & ſtatus exiſtat] † Com-
1 prehenditur in his minor, in quem poſſit cadere delictum, ita not. Rebuff. tract. De nominatio. q. 8. prin. nu. 8. ad finẽ.
2 † Comprehenduntur etiam Clerici, vt not. idem Rebuff. d. tract. de nominat. q. 8. prin. num. 21.
c Vel aliter ius habentibus] Per introductionem aliarum aquarum ſuarum in nauigio.
d Ipſo facto] Requiritur tamen ſententia Iudicis declaratoria ſuper ipſo facto, vt notat late ſupra c. 1. in verbo, Ipſo facto, vol. 1.

Nomina quorum fluminum ſunt hæc. Cap. CCCXXIX.

Flumen Miſchiæ, quod eſt à mane, parte pontis de Vermetio, vbi eſt quædam Buccha, quæ Buccha ſit, & eſſe debeat alta, à fundo lecti nauigij verſus cœlum per tertias duas vnius bracchij ad bracchium terræ, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quod aqua exinde poſſit fluere in quantitate ſufficienti pro duobus rodiginis, arbitrio Dominorũ Magiſtrorum intratarum extraordinariarum. Flumen Baronæ, de Gagiano, vbi eſt quędam Buccha, quæ ſit, & eſſe debeat alta à fundo lecti Nauigij verſus cœlũ per tertias duas vnius brachij ad brachium terræ, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quod aqua exinde poſſit fluere in quantitate ſufficienti pro vno Rodigino in arbitrio præfatorum Dominorum Magiſtrorum. Flumen Baronæ de Luyrano, vbi eſt quędam Buccha à mane, parte loci de Treciano. Flumen, vbi dicitur ad Horonellas, vltra locum de Corſico, citra pôtem de Solcio, vbi eſt quędam Buccha, quę ſit, & eſſe debeat alta à fundo lecti Nauigij verſus cœlum per tertias duas vnius brachii ad brachium terræ, & lignaminis, lata, & longa taliter, quod aqua exinde poſſit fluere in quantitate ſufficienti pro vno rodigino, in arbitrio præfatorum Dominorum Magiſtrorum. Flumen, vbi dicitur ad Refregium, vbi eſt quædam Buccha, ſeu Bouaregius, prope locum de Corſicho, ſit, & eſſe debeat alta à fundo lecti Nauigij, verſus cœlum, per tertias duas vnius brachii ad brachium terræ, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quod aqua exinde poſſit fluere in quantitate ſufficienti pro duobus rodiginis in arbitrio præfatorum Dominorum Magiſtrorum. a Flumen Bettochani, quod eſt citra locum de Roncheto, vbi eſt quędã Buccha, ſit, & eſſe debeat alta à fundo lecti Nauigij verſus cœlum per tertias duas vnius brachii ad brachium terrę, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quod aqua exinde poſſit fluere in quantitate ſufficienti pro duobus rodiginis. Et hoc ſi legitime probatum fuerit poſſe, & debere de iure habere tantam quantitatem aquę, alioquin gaudentes ipſa aqua, à parte inferiori, ſoluere teneantur Communi Mediolani, vel habenti datum ab eo, ſingulis annis ad computum librę vnius Imperialium, pro qualibet vncia dictę aquę, qua inde vteretur ſine legitimo, & probato iure, vtſupra. Et hoc vltra uncias vigintiquatuor aquę dicti Ticinelli, poſſint ſimiliter fluere de lecto Nauigij, pro quibus tamen vncijs vigintiquatuor, ſolui debent Communi Mediolani, ſingulis annis, librę vigintiquatuor imperialium. Flumen Lambrelli cum Mayrola, quę eſt prope ſanctum Euſtorgiũ, vbi eſt quędam Buccha, ſeu Bouaregius, ſit, & eſſe debeat alta à fundo lecti Nauigij, verſus cœlum, per tertias duas vnius brachii ad brachium terrę, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quod aqua exinde poſſit fluere in quantitate ſufficienti pro duobus rodiginis in arbitrio præfatorum Dominorũ Magiſtrorum. Nomina vero Bucchharum, ex quibus poſſit extrahi, & deriuari de aqua Nauigii ab illa Buccha, quæ eſt in territorio de Boſſalora, excluſiue, verſus Mediolanũ, ſunt hęc. In primis Buccha, ſeu rugia vna, quæ eſt in territorio de Treciano, à ſero, parte dicti lecti, quæ fluit verſus prata, quæ alias tenebantur per Dominum Mediolani, & nunc tenentur per Monaſterium Chartuſiæ Papiæ. Item Buccha, ſeu rugia vna, quæ eſt à meridie, parte loci de Cagiano, & à ſero, parte pontis de Cagiano, quæ eſt magis propinqua ſoratori Communis Mediolani, quæ eſt vltra pôtem de Cagiano. Et prædictæ duę Bucchæ proxime ſint, & eſſe debeant altæ à fundo lecti Nauigij, verſus cœlum in ea menſura, prout diſponetur per præfatos Dominos Magiſtros, & latæ, & altæ, prout per ipſos Dominos Magiſtros diſponetur. Item Buccha, ſeu Cornicius, quam, ſeu quem Lancialotus, & fratres de Robiano ſolebant tenere in flumine Nauigij prope locum de Ronchero, debet eſſe larga, ſeu lata, per brachium vnum, & tertias duas. Et ſolia dictæ Bucchæ, ſeu Cornicij, debet eſſe alta per tertias duas à fundo lecti fluminis Nauigij, & alta ipſa Buccha, & vacua, & expedita tota à dicta ſolia, verſus cœlum, abſq; aliquo obſtaculo, vel impedimento, ita & taliter, quod à dicta ſolia ſupra, nullum ponatur, nec dimittatur obſtaculum, capellũ, nec impedimentum. Et ſpallæ dictæ Bucchæ debeant æqualiter intrare in dictũ flumen Nauigij, ita & taliter, quod vna ſpalla dictæ Bucchæ non intret pluſquam altera dicto flumini Nauigij. Item Buccha vna, ſeu Cornicius vnus, quę ſeu qui eſt citra locum de Roncheto, & fluit verſus Baraccham, ſit, & eſſe debeat alta à fundo lecti Nauigij, verſus cœlum, per tertias duas vnius brachij ad brachium terrę, & lignaminis. Et lata, & longa taliter, quod aqua exinde poſſit fluere in quantitate ſufficienti pro duobus rodiginis, in arbitrio præfatorum Dominorum Magiſtrorum. Ex iſtis Bucchis, ſiue rugijs, & cornicijs poſſunt ducere, & deriuare de aqua Nauigij, ſeu Ticinelli, illi, qui ſoliti ſunt deriuare, & eorum ſucceſſores à dictis Bucchis, ſiue rugiis, & cornicijs, ipſis ſoluentibus Communi Mediolani, pro qualibet vncia aquæ, ad computum libræ vnius Imperialium, pro qualibet vncia dictæ aquę, niſi doceant legitime habere ius ducendi de ipſa aqua, ſine aliqua ſolutione pecuniæ. Buccha, ſeu Cornicius, qui appellatur cornicius de Bernate, ad requiſitionem monaſterii de Bernate, aptetur expẽſis ipſius monaſterii per hunc modum, videlicet, quod ſtrutile dicti cornicii ſit altum à fundo dicti Nauigii, verſus cœlum per brachia tria ad brachium terræ, & lignaminis. Et quod dictus cornicius, ſeu buccha, debeat fieri de bono muro, videlicet, de bonis lapidibus, & cæmento. Et quod de ſubtus à dicto cornicio fiant ſchalæ lapidum viuorum, prout eſt ad Cornicium de Cagiano, quo cornicio ſic aptato, vtſupra, & non aliter, liceat ſit ipſi monaſterio deriuare, & deriuari facere quocunque die, nocte, & hora, tam feriato, quam nõ feriato, de aqua dicti Nauigii per dictum cornicium aptatum, vtſupra, ipſo monaſterio ſoluente Communi Mediolani, ad computũ libræ vnius Imperialium, pro qualibet vncia dictæ aquæ, omni anno, niſi ipſum monaſterium doceat legitime habere ius ducendi, & deriuãdi de dicta aqua ſine ſolutione pecuniæ. Buccha, ſeu cornicius ſitus in territorio loci de Boſſalora, qui dicitur cornicius de cribellis aptetur per hunc modum videlicet; quod ſtrutile dicti cornicii ſit altum à fundo lecti Nauigii, verſus cœlum per brachia, duo in brachium terræ, & lignaminis. Et ſolia dicti cornicii ſit, & de cætero remaneat lata, prout ſteterit, & eſt ad præſens. Et quod dictus cornicius, ſeu buccha debeat claudi de bono muro, videlicet, de bonis lapidibus, & cæmento. Et quod de ſubtus à dicto Cornicio fiant ſchalę lapidum viuorum, prout eſt ad cornicium de Gagiano. Et hęc omnia expenſis illorum, qui percipiunt vtilitatem de aqua fluente ex dicto cornicio, quo cornicio ſic aptato, & non aliter, liceat ei, vel eis, qui poteſt, vel poſſunt ducere aquam per dictum cornicium, quocunque die, nocte, & hora, tam feriato, quam non feriato, deriuare, & deriuari facere de aqua dicti Nauigij, ex dicto cornicio aptato, modo prędicto. Et de ipſa aqua facere ſuam vtilitatem. Et quod ipſę, vel ipſi, ſoluere teneantur Communi Mediolani, ad computum librę vnius imperialium pro qualibet vncia dictę aquę omni anno, niſi doceant legitime habere ius ducẽdi, & deriuandi dictam aquam ſine aliqua ſolutione pecunię. A Buccha de Bernate, excluſiue, ſuper omnes bucchę per quas defluit, ſeu deriuatur aqua ex flumine Nauigii, ſeu Ticinelli, obturentur, & obturare teneantur, taliter, quod aqua non fluat, nec poſſit deriuari per ipſas bucchas, nec aliquam earum. Et prędicta non intelligantur in ſoratoribus Communis, vel Domini Mediolani. Buccha vna, ſeu

Digitized by Google

ſeu forator, q̃ appellatur forator de corbis, manuteneatur per Commune vel Dominum Mediolani per modum deſcriptum de flumine Lambrelli, pro qua ſoluantur Communi Mediolani ſingulo anno, libræ viginti quatuor imper. pro vncijs vigintiquatuor aquæ dicti Nauigij fluentis per ipſũ foratorem. Et hęc per illos, qui ſoliti ſunt ſoluere dictos denarios, vel per eorum ſucceſſores. Omnes foratores bouaregij, ſeu bucchæ Nauigij, de quibus inferius mẽtio habetur, aptentur expẽſis Communis, vel Domini Mediolani, quam citius fieri poterit ſecundum diſpoſitionem, & ordinẽ præfatorum Dominorum Magiſtrorum, per quos foratores, ſeu bouaregios, vel bucchas, vel per aliquem ipſorum non poſſit, aliquo modo extrahi, nec deriuari aqua Ticinelli aliquo tempore, per aliquam perſonam, Collegium, nec Vniuerſitatem, nec de ipſis foratoribus, ſeu bouaregijs, vel bucchis poſſit, aliquo modo de dicta aqua defluere, nec exire, niſi p̃ maximam abundantiam, & ſuperfluitatem aquarum. Qui, & quæ ſunt hęc. In primis cluſa magna de Noſate, quę eſt apud Buccham magnam, cluſa, quę eſt, vbi dicitur ad portas de Lauẽdera. Sorator vnus, vbi dicitur in prera de retro, ſiue de caſtano. Buccha vna, ſeu forator, vbi dicitur ad eigogneram, qui eſt in territorio de Turbicho. Buccha vna quæ eſt ſubtus pontem de Padregnano. Sorator ſancti Andreæ, qui eſt in territorio de Cugiono, ſiue de Padregnano. Buccha vna, vbi dicitur ad Gambitonum. Cluſa vna prope Gagianum. Sorator vnus, vbi dicitur ad medium inter Trecianum, & Bonayrolſi. Boueregius vnus, ubi dicitur ad pontem de Solcio. Boueregius vnus, ubi dicitur ad Oronellas. Boueregius vnus, vbi dicitur ad pontem ſancti Chriſtophori. Boueregius vnus, inter Corſichum, & Roncheтum. Fiant Portæ ſuper flumine Nauigij, expenſis Communis, vel Domini Mediolani, largæ, & magnæ & in illis partibus, in quibus, & prout præf. Dominis Magiſtris videbitur in tempore ſuperfluitatis aquarum, ſi expedierit, vt aqua poſſit per ipſas exire de lecto ipſius Nauigij. Item ſtatuitur, quod per ſupraſcripta Statuta non intelligatur eſſe derogatum aliquib. habentibus priuilegia conceſſiones, vel aliquod ius extrahendi de dictis aquis, vel aliqua earum, ſed ea iura in robore ſuo perſiſtant.

SVMMARIVM.

a *Ius præſumitur ex diuturno vſu, & num. 2.*

a FLumen Reſtochiani, ibi. Et hoc ſi legitime probatum
1 fuerit] † Ex Diuturno vſu autem quis releuatur, ne id teneatur docere, nec probare, quia ius præſumitur ex diuturnitate tẽporis, per l. finalem, vbi gl. ff. de aqua pluuia arcen. notat Iaſ. conſ. 150. col. 1. ver. Tertio facit, vol. 2.
b Buccha ſeu Corniſium ibi. Niſi ipſum miniſteriũ doceat
2 legitime] † Ab hac tamen probatione releuatur ſi eſſet in diuturno vſu eius, vt ſupra notatum.

De electione, & officio Camparij Ticinelli, ſiue Nauigij. Cap. CCCXXX.

COnſtituatur per officium Prouiſionum, *a* vel Dominum Mediolani vnus Camparius, qui habeat curam, & cuſtodiam fluminis Ticinelli, ſeu Nauigij, qui ad illod officium intendat, & qui habeat bailiam accuſandi, & pignorandi quemlibet deriuantem de aqua dicti fluminis Nauigij, ſeu Ticinelli contra formam præſentium Statutorum, & quemlibet, qui aliquid commiſerit in dicto flumine contra formam Statutorum. Et *b* habeat pro ſuo ſalario ſecundũ quod eidem ordinabitur per Dominum Mediolani, vel per dictum officium, cui Campario credatur, & credi debeat de his, quæ ſpectabunt ad ipſius officium *c* cum ſacramento ſuo, & vno teſte fide digno.

a VEl Dominium Mediolani] Hodie conſtituitur Commiſſarius à Mag. Magiſtratu extraordinario, ſuper toto illo Nauigio, qui ſub ſe habet Camparios.

b Habeat pro ſuo ſalario] Quod hodie taxatum eſt vniformiter.

c Cum ſacramento, & vno teſte fide digno] Idem cauetur in Campario Olonæ, ſupra c. 293. Iudex deputatus, & Campario Nironi ſupra c. 324. Statuitur.

De Moleſtatis indebite, occaſione Officij Stratarum, & Aquarum. Cap. CCCXXXI.

SI contingat aliquod Cõmune, Vniuerſitatem, uel ſingularem perſona ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, detineri, robari, vel aliter moleſtari, in perſona, vel rebus, *a* indebite, *b* occaſione officij ſtratarum, *c* vel aquarum, pro eo, q̃ non teneatur ad id, per quod ſit, vel fuerit moleſtatus, vt ſupra, uel pro eo, quod reperiatur obediuiſſe ante talem moleſtationem, tunc, in prædictis caſibus, & vtroque eorum, talis moleſtatus non teneatur *d* ad aliquod ſalarium, *e* nec expẽſas, ſed libere, & ſine expenſis conſeruetur indemnis per Officiales dictorum officiorũ, & eorum Notarios, & ſeruitores, ſub pœna Officiali præcedenti, & prędicta non obſeruanti, qualibet vice, librarum decem Imper. & eius Notario librarum trium Imperialium, & ſeruitori ſoldorum uiginti Imper. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatẽ, & ſtetur ſacramento eius, cum uno teſte fide digno. *f* Et quilibet Iuſdicens in Mediolano ad inſtantiam moleſtati accuſantis, hoc Statutum exequutioni mandare teneatur.

a INdebite] Contra diſpoſitionem iuris, & Statutorum noſtrorum.

b Occaſione officii ſtratarum] De quo in cap. 252. Omnes ſtratę, cum cap. ſequentibus.

c Vel aquarũ] De quo ſupra c. 280. Eligatur, cum ſeq. cap.

d Ad aliquod ſalarium] Debitum occaſione condemnationis ſecutę.

e Nec expenſas] Qualcunque hac cauſa indebite factas.

f Et quilibet Iuſdicens] Ordinarius ſcilicet, De quibus ſupra cap. 6. poteſtas, cum ſeq.

RVBRICA GENERALIS, De ſeruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutum plures ſunt ſpecies.*
2 *Seruitus in dubio non præſumitur.*
3 *Seruitus quibus modis acquiratur.*
4 *Seruitus an requirat cauſam.*
5 *Seruitutis in poſſeſſione quando quis dicatur.*
6 *Seruitutes omnes ſunt iura prædiorum.*
7 *Statutum loquens de ſeruitute ligat forenſem.*
8 *Seruitus prædialis tranſit in ſucceſſorem.*
9 *Item in emptorem declara vt num. 10. & 11.*
12 *Seruitus lenior non durior poteſt fieri.*
13 *Vicinus quando tenetur præſtare ſeruitutem viæ vicino.*
14 *Seruitus non poteſt imponi ſup. re emphyteutica per emphyteutã.*
15 *Item in re feudali per Vaſſallum.*
16 *Seruitus non præſumitur conſtituta in bonis diuiſis, & alienatis, num. 17.*
18 *Quid in re legata.*
19 *Seruitus quando cenſeatur remiſſa.*
20 *Seruitus hauriendæ aquæ, an competat de nocte, & quando dicatur committi, & quid in ſeruitute eundi.*
21 *Seruitutis impedimentum an poſſit tolli de facto, & nu. 22.*
23 *Seruitus paſcendi collectis fructibus an attendatur.*
24 *Seruitus quando poſſit imponi ſub conditione, & ad tempus.*
25 *Conceſſio facta alicui quando non habeat naturam ſeruitutis, & an tranſeat in ſucceſſorem, num. 26.*

† DE Materia ſeruitutum late notat Cępolla tract. ſeruit.
1 vbi diſtinguit plures ſpecies earum. Aliquas notat ẽt
2 Socin. ſen. conſ. 141. vol. 1. † Seruitus in dubio non præſumitur, ſed quęlibet res libera pręſumitur, Ita not. Iaſ. in l.
3 Quominus, nu. 179. ff. de Flumin. Alba. conſ. 56. num. 1. † Seruitus tribus modis acquiratur pacto, vltima voluntate,
4 & pręſcriptione, Ita Burſat. conſ. 156. nu. 45. vol 1. † Seruitutis conſtitutio non requirit aliquã cauſam, vt not. Iaſ. in
5 l. 1. n. 2. ff. de condict. ſine cauſa. † Quãdo autẽ quis dicatur eſſe in poſſeſſione ſeruitutis, not. Iaſ. in § ęque ſi, nu. 41. In-
6 ſtit. de actio. † Seruitutes omnes ſunt iura prędiorũ, l. quid aliud, vbi gl. ff. de verb. ſignifi. ad idem, l. 1. ff. de ſeruit. ruſtic.
7 pręd. † Statutum loquens de ſeruitute ſiue vrbana, ſiue ruſtica, ligat forenſem, Ita Cœpoll. tract. ſeruit. vrban pręd. c.
8 27. de ſeruit. Altius Tollendi, num. 5. ad finem. † Seruitus pręedialis regulariter tranſit actiue, & paſſiue in ſingularem ſucceſſorem, l. cum fundus, ff. Communia prediorum, Corn.
9 conſ. 90. numer. 26. volumin. 2. † Tranſit etiam in emptorem, etiam quod ea non exprimatur, per l. Si aquęductus, ff. de contra empt. Corraſ. in Miſcell. c. 15. num. 2. cum ſeq. vol. Declarando quatuor modis, vt per Roman. d. l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. nu. 17. ff. de verb. oblig.
10 per Cępol. tract. ſeruit. vrb. pręd. c. 62. de feneſtra. † Res licet cenſeatur uendita libera, & ſine ſeruitute, tamen ſi Dominus binarum ędium uendat unam, in qua adſit

l ſeruitus,

ſeruitus, vel tigna annexa, quam ſeruitutem ſciebat emptor
adeſſe, cum ea apparens eſſet, ea ſeruitus remanet, nec te-
netur venditor eam ſeruitutem ſtillicidij, vel tigni infixi tol
lere, textus eſt in l. 1. §. 1. ff. de act. empt. & in l. Eaque, §. 1.
ff. de contrah. empt. Sic determinat Vincent. de Franchis, ad
Napodamum, in conſuetud. Neapol. tit. 21. de aperturis non
faciendis, verſic. Amplius in verbo, Inſeruiat, in litera B.
Idem notat Cœpolla tract. vrban. præd. cap. 37. de ſeruitut.
oner. ferendi, ad finem, & clarius cap. 38. De ſeruitut. itiner.
11 ſeu actus, numer. 6. ad finem, volum. 2. † Et conſequenter
quod cenſeatur conſtituta ſeruitus luminis per illud inſtru-
mentum, vt per Bartol. l. 1. ff. de ſeruit. legata, Berous conſ.
12 132. ad finem vol. 3. † Seruitutem habens non poteſt durio-
rem ſeruitutem facere, ſed leuiorem, ſic l. Seruitutes, §. Stil-
licidium, & l. cuius ædificium, ff. de ſeruit. vrb. præd. Practi.
in forma libelli in actione confeſſ. verſic. Seruitus, il 1. nu. 4.
Cœpolla tracta. ſeruit. vrban. præd. cap. 28. De ſeruitute
ſtillicidij, num. 4. Afflict. in trac. protomiſ. § 9. nu. 11. Lucas
de Penna, in l. Partiphum, ad finem, C. De curſu publico,
libr. 12. declarat. Corn. d. conſi. 90. num. 27. & 29. volum. 2.
13 Idem cauetur infra cap. 358. l. ſi cui, & cap. ſequenti. † Vi-
cinus tenetur præſtare ſeruitutem viæ vicino, quãdo aliun-
de non habet eam. Ita Buer. deciſ. 322. vbi tradit etiam li-
mitationes, ſequitur Vrſil. ad Afflict. deciſ. 265. nu. 114. ad
14 finem. † Emphyteuta non poteſt imponere ſeruitutem ſuper
re emphyteutica, niſi pro tempore ſuo, vt notat Iaſ. in l. fina.
quæſt. 8. nu. 117. & 118. C. De iure emphyt. Idem notat Me-
15 noch tract. de retinend. poſſeſſ. remed. 4. n. 31. & 32. † Quod
idem dicitur in Vaſallo in re feudali, ita not. Vrſil. poſt Affl.
deciſ. 380. nu. 1. ad fin. & 2. limitando, vt ibi per eum, niſi
16 ſecuta ſit ſententia. † Seruitus aliqua non præſumitur fa-
cta, nec conſtituta in aliqua parte bonorum diuiſorum, ſi
non apparet de ea, etiam quod quis longo tẽpore poſt diui-
ſionem ſit ea vſus, Ita notat Vrſil. ad Afflict. deciſ. 289. nu. 2.
17 † Idem eſt in venditione, vel diuiſione rei, vt non cenſeatur
conceſſa, vel alienatum ius viæ, & itineris, Ita not. Anchar.
18 iun. in ſuis quæſtionibus, quæſt. 63. num. 3. libr. 1. † Quid
autem ſi legetur fundus, vel vſusfructus eius, an cenſeatur le-
gatum iter ad eam, diſtinguit Practic. in forma libelli pro le
19 gato rei ſingularis, in prin. num. 62. cum ſequen. † Serui-
tutes quando quis duas patitur, quando vna remiſſa, cenſea
tur etiam altera remiſſa, diſtinguit Cœpol. tract. ſeruit. vrb.
20 præd. cap. 28. de ſeruitute ſtillicidij, nu. 11. † Habens ſerui-
tutem aquæ hauriendæ non poteſt ea vti de nocte, & ſi non
vtatur ea de die longo tempore eam amittit, ita not. Roma.
ſing. 819. cum addit. ibi Menoch. tract. retinen. poſſeſſ. remed.
8. nu. 11. cum ſeq. Vbi idem dicit in ſeruitute eundi per do-
21 mum vicini. † Et ea dicitur ſeruitus perſonalis, ita not. Borg.
22 deciſ. 15. nu. 21. inferendo, vt per eum. † Habens ius ſeruitu-
tis in aliqua re, ſi impediatur per clauſuram oſtiorum, vel
muri, non poteſt ea frangere, vt illa vtatur, ita notat Abb.
c. 1. num 5. verſ. ex d. cauſis De immunit. Eccleſ. Idem notat
ſequendo Faller. in conſtit. regni, Rubr. De officio iuſtit. in
23 princ. nu. 44. † Patiens ſeruitutem paſcendi collectis fructi-
bus eius bonorum an poſſit plantare vites, & olıueta, notat
Didac. Couar. tract. practic. quæſt. cap. 37. num. 4. verſ. Sed
24 infertur ex his. † Seruitus quando poſſit imponi ſub condi-
tione, & ad tempus, notat Soc. ſen. conſi. 141. num. 4. volu. 1.
25 † Conceſſio ſi fiat faciendi aliquid in alieno alicui, qui nõ
habeat prædium vicinum, non poteſt dici ſeruitus, ſed ius
quoddam perſonale, Ita Iaſ. in §. aquæ ſi, nu. 19. Inſtit. De
26 actionib. † Quod quidem non tranſit in ſingularem ſucceſ-
ſorem, ita not. Iaſ. ibi num. 15.

Quod ſeruitutes acquirantur præſcriptione tẽporis. Cap. CCCXXXII.

SEruitutes *a* tam prędiorum vrbanorum, *b* quam ru-
ſticorum, *c* præſcriptione temporis acquirantur *d* &
amittantur, eo *e* modo, quo diſpoſitum de Iure com-
muni. *f* Item in ſeruitutibus, tam prædiorum vrbanorum,
quam ruſticorum, *g* allegato titulo, *h* per illum, *i* qui
bona fide vſus fuit ſeruitute longo tempore, *k* videlicet,
ſpatio annorum decem inter præſentes, & viginti inter ab-
ſentes, *l* præſumatur ſeruitus cõſtituta, *m* niſi in contra-
rium per illum, contra quẽ pręſumitur, probetur, *n* quod
vi aut clam, *o* vel precario vſus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes vrbanorum prædiorum quæ ſint.*
2 *Seruitutes ruſticorum prædiorum quæ ſint, & quomodo cogno-ſcantur, num. 3.*
4 *Seruitus an acquiratur, & ammittatur, num. 5. & 6.*
7 *Seruitus titulus de Iure communi debet allegari, declara vſque ad num. 12.*
13 *Titulus ſeruitutis debet eſſe ſpecialis, & admittit probationem contrariam, num 14.*
15 *Bona fides in dubio præſumitur, & quam, num. 16. & 17.*
18 *Bona fides debet allegari, & num. 19. limita & declara vſque ad num. 26.*
27 *Bona fides qualiter probetur, & an ſit probanda nu. 28.*
29 *Præſumptio iuris debet allegari, & quando.*
30 *Præſumptio immemorabilis non procedit cum mala fide.*
31 *Mala fides in initio præſcriptionis nocet.*
32 *Mala fides præſumitur ex titulo iniuſto, & ex pluribus alijs, vide vſque ad num. 42.*
43 *Bona fides an ſemper requirat titulum.*
44 *Bona fides an requiratur in præſcriptione ruſticæ ſeruitutis.*
45 *Præſcriptio regularis in ſeruitutibus continuis, & diſcontiauis, quæ ſit, & qualis differentia, vſq; ad num. 47.*
49 *Seruitus ſine titulo quomodo probetur, vſq; ad num. 53.*
54 *Scientia in ſeruitute quomodo probetur, vſq; ad num. 56.*
57 *Seruitutem qui allegat tenetur probare bonam fidem, ſcientiam, & patientiam aduerſarij.*
58 *Seruitus violenta, & clandeſtina quomodo probetur, & qualiter contraria probatio fiat, vſq; ad num. 63.*
64 *Precarium quomodo probetur.*

a TAm prędiorum vrbanorum]. † Quę ſint ſeruitutes
1 vrbanorum prędiorum, not. late Cœpol. d. trac. ſeruit.
vrb. pręd. Seruitus urbana an poſſit obligari, uel pignorari,
notat Iaſ. in l. Item Seruiana, num. 117. Inſtit. de actio. Vbi
tenet quod non.

b Quam ruſticorum] † Quę ſint ſeruitutes ruſticorum
2 prędiorum, not. Cœpol. tract. ruſtic. pręd. † Seruitus utrum
3 ſit urbana, vel ruſtica qualiter dignoſcatur, diſcutit Iaſ. in §.
aquę ſi, nu. 23. Inſtit. de actio.

c Pręſcriptione temporis acquirantur] † Quomodo au-
4 tem acquirantur de Iure cõmuni, late not. Cœpol. ſuo tract.
ſeruit. urb. pręd. c. 17. 19. 20. & 21. & Balb. ſuo trac. pręſcript.
4. parte princip. 2. particula.

d Et amittantur] † Qualiter autem amittantur ſeruitutes
5 not. Cœpol. d. trac. ſeruit. urb. pręd. c. 24. Quãdo, & qualiter
ſeruit. amitt. Idem Balb. tract. pręſcript. nu. 1. parte prin. 3.
6 particula per totũ. † Libertas autem contra ſeruitutes ruſticã
eas pręſcribitur ſpatio annorum decem abſq; aliquo facto
pręſcribentes, etiam ſine titulo, & bona fide ex ſola negligẽ-
tia non vtentis. Secus in ſeruitutibus vrbanis, ut not. Iaſ. in
l. Ex hoc edicto, col. 2. nu. 8. ff. de eo per quem factum erit.

e Modo quo diſpoſitum eſt de Iure communi] Saluis tamẽ
diſpoſitis in uerſ. ſequenti.

f Item] Dictio hęc eſt repetitiua pręcedentium, cum de-
claratione, prout eſt regulariter, vt not. Scrib. in l. in repe-
tendis, ff. de leg. 3. Iacob. de Beluiſ. in auth. vt cum appella-
tione cognoſcatur, q. 3. late glo. Pariſ. §. 37. gl. 1. per totum,
licet aliquando ſtet ampliatiue, ut not. Alexã. conſ. 117. nu.
2. ad finem, uol. 1.

g Allegato titulo] † De Iure communi quod titulus de-
7 beat allegari, & probari, notat Specul. titu. de pręſcript. nu.
8 25. † Quod autem in pręſcriptione ſeruitutis continuę
non requiratur allegatio tituli ſecundum Communem, no-
tat late Balb. ſuo tracta. Pręſcript. 4. parte principali, 2. par-
ticula, quęſtio. 2. declarando ut per eum, Burſatus ſequitur
9 dicendo communem, in conſil. 87. num. 23. uolum. 1. † Et
hoc maxime in ſeruitute aquę ductus, licet probari debeat
ſeruitus uſus uidente, & patiente aduerſario, ut ibi per eũ,
10 nu. 29. & 30. uol. 1. † Et hoc per actus notatos ibi per eum,
11 nu. 57. † In ſeruitute autẽ diſcontinua, quod requiratur al-
legatio tituli, & multa alia, notat Balb. d. tract. pręſcript. d.
12 4. parte principali, 4. particula, quęſt. 1. n. 3. † Et iſta allega-
tio debet fieri in principio iudicij cum etiam capitulari, &
probari debeat per pętendentẽ ſeruitutem ſe uſum ex illo
titulo, notat ſignanter Alex. conſ. 113. num. 2. cum addit. ibi
glo. Pariſiens, uol. 1. Idem Alex. conſ. 108. ad finem uol. 2. late
Balb. d. trac. Pręſcript. 4. parte principali, 2. particula, quęſt.
1. num. 3. & in 3. parte principali, 1. particula, quęſtio. 10.
nume. 22. uerſic. 2. limita, Concludit idem Ruin. conſi. 129.
nume. 10. uolum. 4. ubi dat modum, & formam capitulandi,
13 Idem Crauet. conſil. 226. nu. 1. cum duobus ſeq. † Titulus
hic allegandus debet eſſe ſpeciali, & non generalis, ita not.
14 Ruin. d. conſ. 129. nu. 10. uerſ. tertio, uol. 4. † Contra titulũ
hunc allegatum poterit contrarium probari, ut not. Ruin. d.
conſ. 129. nu. 10. uer. tertio, uol. 4. Multas autem quęſtiones
circa titulum hunc licet uidere ſupra cap. 113. ubi autem,
in hoc uerbo, uolum. 1.

h Per

Digitized by Google

h Per illum] Vel ſucceſſorem eius cum bona fide conti-
nuantem, vt infra dicetur.
i Qui bona fide] Bona fides in dubio præſumitur, vt not. Ro
15 doanus tract. de reb. Eccleſ. non alien. quęſt. 17. verſ. Bona
16 fides, nu. 4. præcipue in incorporalibus, nu. 8. † Maxime
ex titulo, Ita Rodoanus d. quęſt. 17. verſic. Bona fides, nu. 1.
17 † Cauſatur etiam ex lōga poſſeſſione ſine titulo, vt ibi per
Rodoanum, nu. 2. late deducit poſt alios Gabriel ſuis com-
munibus titulo, in criminalibus, concluſ. 2. num. 27. limi-
18 tando, & declarando, vt per eum numeris ſeq. † Quæ li-
cet præſumatur, tamen debet allegari, licet enim in contra-
rium tenuerit Abb. in c. Quoniam omne, num. 34. de Præ-
ſcript. quod ſcilicet ſufficiat allegare præſcriptionem, qua
probata includatur bona fides, quæ conſiſtit in animo, vt
ibi per eum, quod idem tenet Barbatia, conſ. 41. num. 8. &
conſ. 51. verſ. Et ſi dicatur, vol. 1. Tamen in contrarium eſt
communis, quod debeat allegari, Ita Bald. in l. Si quis per
triginta, Si de feud. fuerit controuerſia, per Abb. d. c. Quo-
niam omne, nu 24. de præſcript. ſequitur Oria. c. Quoniã
contra, cap. 8. de teſtium depoſitione, num. 90. verſic. opor-
tet tamen, de probat. Idem Alex. conſ. 76. num. 7. verſ. Non
obſtat & conſil. 94. num. 10. & conſil. 200. num. 3. vol. 2. &
conſ. 69. nu. 11. vol. 3. Iaſ. in l. Non hoc, nu. 17. c. vnde legit.
19 Gabr. d. tit. in criminalib. concluſ. 2. nu. 41. † Quod maxi-
me dicendũ, vt debeat allegari, & deduci in caſibus, in qui-
bus requiritur de iure, Ita in hac ſpecie not. Cœpoll. tract.
ſeruit. vrban. pręd. c. 20. Quæ ſint neceſſaria ad inducendã
præſcriptionem, nu. 3. Balb. tract. pręſcript. 3. parte princi-
pali, particula 1. quęſt. 10. nu. 19. & in l. Celſus, 3. par. prin-
cipali, nu. 4. ff. de vſucap. Idem Afflict. deciſ. 40. nu. 5. latius
deciſ. 178. nu. 14. Foller. in conſtit. regni, Rubr. de Magiſtra-
20 tu iuſtitiario, Kitus, nu. 63. † Limitando, vt per eum, nu.
75. In præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria
non extat, Idem Rodoanus, d. quæſt. 17. verſ Bona fides, nu.
3. Sufficit autem, quod allegatio hæc tacite colligatur ex
deductis, vt not. Tiraq. tract. pręſcript. § 1. gl. 2 verſ. Cæte-
21 rum intellige. † Bona hęc fides licet pręſumatur per aſ-
ſertionẽ, & conſcientiã allegantis eam, ut not. glo. Inſtit. de
vſucap. in principio, in verbo, Bonã fidem, Idẽ glo. in §. Sed
iſte, glo. fin Inſt. de actio. gl. in l. ſuper longi, in verbo, Pro-
betur, C. de præſcript. longi temporis, & in cap. ſi diligenti,
in glo. penult. in verbo, Bona fides, vbi Felin. late de præ-
ſumpt. Bart. in l. Celſus, num. 17. C. de vſucap. Iaſ. in §. Sed
iſte, nu. 99. & 100. Inſt. de actio. & not. Rodoa. d. q. 17. verſ.
22 Bona fides, num. 10. † Tamen fallit hęc concluſio in non-
nullis caſibus. Primo, vt non procedat in incorporalibus,
quia ea non pręſumitur etiam ſi allegetur niſi probetur, Ita
not. Gabr. ſuis communibus, tit. in criminali, concl. 2. n. 42.
23 Secundo fallit ſi allegatur ex titulo ſimulato, vel præſum-
pto, quia tunc etiam requiritur probatio eius, vt not. Bart.
in l. quemadmodum, num. 3. C. de agricol. & cenſit. lib. 10.
24 Iaſ. in §. Sed iſte, nu. 99. & 100. Inſtit. de actio. † Et in ſpe-
cie, & in caſu ſtatuti noſtri, quando non apparet de titulo,
ſed illud allegetur, & poſſit allegari, vt hic cauetur, quod
requiratur probatio bonæ fidei, not. Bart. in l. 1. §. Hoc in-
terdictum, nu. 9. ff. de itin. actuq; priuato, Practic. in forma
libelli in actione confeſſ. verſ. Seruitus, nu. 23. Idem Balb.
tract. præſcript. 4. par. principali, 2 partic. q. 1. nu. 11. verſ.
Et in hac materia, Idem Menoch. tract. retinend. remed. 5.
25 nu. 25. & 26. † Ratio illa adducitur potiſſimũ in hac fal-
lentia, quia huic præſcribenti ſine titulo ius commune re-
ſiſtit, cum quælibet res pręſumatur libera, nimirum ſi pro-
batio bonæ fidei requiretur ſecundum communem, de qua
per Practic d. forma libelli in actione confeſſ. in verbo, Ser
uitus, nu. 23. Balb. in l. Celſus, 3. par. princip. nu. 9. ſigniter,
26 Menoch. d. tract. retinen. remed. 5. nu. 25. & 26. † Tertio
requiritur probatio bonæ fidei, quãdo ea requiritur à Sta-
tuto; vt hic cauetur, ad hoc vt Statutum aliquid operetur
vltra ius cõmune, Ita Calcan. conſ. 28. nu. 11. cum ſeq. Cra
uet. conſ. 201. nu. 13. Idem tract. antiq. temp. 1. par. verſic.
Quęritur etiam, nu. 40. licet contrarium teneat, nu. 41. Idẽ
27 nouiſſime tenet Vrſill. ad Afflict. deciſ. 179 nu. 17. † Quali
ter autem probetur bona fides, not Bart. in d. l. 1. §. Hoc in-
terdicto, nu. 9. ff. de itin. actuq; priuato, Practic. d. forma li-
belli, in act. confeſſ verſ. Seruitus, nu. 23. ad finem, cum ad-
dit. ibi, Dec. conſ. 272. num. 9. Balb. dict. tract. de præſcript.
4 parte princip. 2. particula, quæſt. 1. num. 11. verſic. Et
circa modum, Menoch. tractat. retinend. remed 5. num. 27.
quod ſcilicet probetur ex ipſo quod conſtat de quaſi poſ-
28 ſeſſione, tempore, & actibus confirmata. † Vbi autem non
requiritur eius probatio, quod ſufficiat allegare eam bonã
fidem tempore diſputationis, etiam quod non ſit allegata
à principio; prout dicitur in titulo, & illud probari debeat,
ita not. Alex. in l. 2. nu. 5. C. vt qui deſunt Aduocati, Idem
Balb. d. l. Celſus, 3. par. princip. nu 8. ff de vſucap. Afflict. de-
ciſ. 178. nu. 11. Idẽ in Conſtit. regni, Rubr. 42. de offic. iuſtit.
29 nu. 11. & 12. lib. 1. Vrſill. ad Affli. d. deciſ. 178. nu. 16. † Pro
vt idẽ dicitur de pręſumptione iuris, quę ſufficit quod al-
legetur poſt concluſionẽ in cauſa, Ita Afflict. d. conſtit. re-
gni, Rubr. 19. de matrim. public. nu. 17. lib. 3. Idem not. Ti-
raquel. tract. pręſcript. § 1. glo. 2. verſic. Intellige ſecundo.
30 † Pręſcriptio etiam immemorabilis non procedit cũ mala
31 fide, Ita not. Burſat. conſ. 23. nu 19. vol. 1. † Et mala fides
in initio pręſcriptionis nocet etiã omnibus hęredibus vni-
uerſalibus in infinitum ex cõmuni, Ita Burſat. d. conſ. 23. n.
32 20. vol. 1. † Mala fides autem pręſumitur in poſſidente
cum titulo à lege reprobato, Ita not. Rodoan. d. quęſt. 17.
33 verſic. Mala fides, nu. 1. † Inducit etiam pręſumptionem
malæ fidei denuntiatio facta alicui, ne aliquid emeret, Ita
34 Rodoa. ibi, nu. 2. † Præſumitur vlterius mala fides in eo,
qui non curauit videre mandatũ Procuratoris, Ita Rodoan.
35 ibi nu. 3. † Idem ſi contrahat ſine ſolennitatibus requiſi-
36 tis à iure, Rodoan. ibi nu. 4. † Mala fides etiam præſumi-
tur ex occupatione, & fama publica, ibi, Rodoanus, nu. 6.
37 † Mala pręterea fides pręſumitur in mittente falcẽ in meſ
38 ſem alienam, Ita Rodoanus ibi, num. 7. † Idem ex multis
39 cautelis adhibitis, ibi Rodoanus, nu. 8. † Mala autem fi-
des authoris cenſetur continuata in ſucceſſores in arduis,
40 Ita Rodoanus, ibi, num. 8. † Mala etiam fides pręſumitur
contra præſcribentem ſeruitutem, cum nihil fuerit proba-
tum per eum, vnde poſſit cognoſci illum putaſſe dictã ſer-
uitutem fuiſſe conſtitutam, Ita Burſat. conſ. 156. num. 4.
41 vol. 2. † Bona fides hęc debet eſſe continua toto tempore
pręſcriptionis, Ita Balb. d. tract. præſcript. 4. par. princ. 2.
42 partic. q. 1. num. 11. verſ. Ex quo infertur. † Ideo requiritur
non ſolum in eo qui cœpit pręſcribere, ſed etiam in hęrede
eius, & ſucceſſore, vt not. Balb. d tract. pręſcript. 6. par. prin
cip. 3. particula, q. 2. nu. 2. & Tiraquell. d. tract. pręſcript. §.
43 1. Gloſſa 2. verſic. Nec ſufficit. † Bona fides an requirat
ſemper titulum de iure communi, & qualiter cenſeatur, &
multas alias quęſtiones licet videre, ſupra cap. 113. vbi de
44 iure communi, in hoc verbo, vol. 1. † Bona fides autem
non requiritur in pręſcriptione ſeruitutis ruſticæ, Ita Bur-
ſat. conſ 87. num. 53. vol. 1.
k Videlicet, ſpatio annorum decem inter pręſentes, & vi-
45 ginti inter abſentes] † Hæc pręſcriptio eſt regularis in ſer
uitutibus continuis, non autem in diſcontinuis, niſi proben-
tur qualitates hic notatæ, & aliæ per Cœpollam, in d. tract.
ſeruit. Vrban. c. 19. Quomodo, & qualiter conſtituatur Ser-
uitus, nu. 4. cum ſeq. late not. Balb. tract. pręſcript. in 4. par
46 te princip. 2. partic. q. 1 nu. 3. cum ſeq. & quæſt. 2. † Quę
fuere ſublatæ per hoc ſtatutum ſalua allegatione tituli, &
probatione bonæ fidei per dictũ tempus pręſcriptionis to-
tum, vt not. Balb. d. 4 par. princip. 2. particula, q. 1. nu. 11.
verſ. ex quo infertur, Et ſufficit probatio vſus ſeruitutis per
aliquod tempus, licet non dicatur quanto, Ita Alex. conſ.
47 69. nu. 3. vol. 5. † In ſeruitute diſcõtinua requiritur pręſcriptio
immemorabilis, vt not. Alex. conſ. 108. nu. 4 vol. 2.
Borg. deciſ. 17. nu. 33. Et quod interuenerit hominis factũ,
Ita Burſat. conſil 156 num. 42. vol. 2.
l Pręſumatur ſeruitus conſtituta] † Alia autem requiſita
48 vltra hæc de iure communi requirebantur in eis probandis
ſine titulo, de quibus late per Practic. in forma libelli in
actione confeſſ. verſ. Seruitus, il ſecundo, num. 2. verſ. nũc
49 reſtat quærere, vſque ad numerum 26. † Veluti probatio
ſcientiæ, & patientia aduerſarij, vt notat Bartol. in d. l. 1 §.
Hoc interdicto, nu. 11. ff. de itiner. actuq; priuato, Cœpoll.
d tract. vrban. prædic. d. cap. 10 num. 5. Tiraquellus tract.
præſcript § 1. Gloſſa 6 verſic. Sed poſt Balb. tract. præſcri-
ptione, dict. 4. parte principali, 2 particula, quæſt. 4 num.
3. & melius, num. 12. & 13. deciſio Pedemontana, 101. nu.
50 19. † Limitando, niſi ſit præſcriptio immemorabilis, ibi,
51 n. 20. † Quo autem ad vſum interdicti, de quo in d. l. 1. §.
Hoc interdicto, ff. de itiner. actuq; priuato, in diſcontinua
ſeruitute non requiritur ſcientia aduerſarij, vt ibi decla-
rat, Bart. d. loco, nu. 10. & Menoch d. tract. retinen. remed. 5.
52 nu. 34 & 35. † Minus requiritur probatio ſcientię, & pa-
tientiæ in pręſcriptione tanti temporis cuius memoria
non extat in contrarium harum ſeruitutum; vt notatur
53 dict. deciſio. Pedemont. 101 num. 20. & 21. † Nec ſuffi-
cit hoc caſu vbi requiritur probatio ſcientię & patientię,
quod probetur ſcientia & patientia conductorum, vt no-
tat in hac ſpecie Caſtrenſ. conſil. 243. volum. 2. ſequitur
Balb. tract. pręſcript. 4. parte princip. 2. particula, quęſt. 1.

Digitized by Google

num. 13. Ruin. conſil. 163. nu. 7. vol. 5. Idem Rebuff. tract.
de materia poſſeſſoria, in præfat. nu. 139. Sed debet proba-
ri ſcientia & patiẽtia Dñi, vel quaſi, vt notat Mart. Laudeſ.
54 in l. Seruitutes nu. 46. ff. de ſeruit. † Scientia autem quod
probetur etiam ex multiplicitate actuum quæ Iudex ar-
bitrio ſuo perpendet, vt tradit Menoch. tract. arbitr. lib. 2.
55 cẽtur. 2. caſu 161. nume. 5. Et infra late dicetur. † Requi-
rebatur etiam probatio, quod quis vſus fuerit iure ſeruitu-
tis, credens vti iure ſuo, vt not. Bart. d. l. 1. §. Hoc interdi-
cto, nu. 9 ff. de itin. actuq; priuato, Vbi dat modum id pro-
bãdi, ſequitur Balb. d. 4. parte principali, 2. partic. 1. quæſt.
nu. 9. verſ. Secũdo quo ad præſcriptionem, declarat Ruin.
conſil. 191. nu. 5. vol. 1. Menoch. nouiſſime d. tract. Retinen.
remed. 5. nu. 13. cum ſeq. Quod autem probetur iuramen-
to eius, qui probauit vſum viæ, vel itineris, not. Caſſan. in
ſuis conſuetud. Rubr. 1. Des Iuſtices. §. 5. in text. S'il, n'a,
56 Grâce, nu. 176. verſ. Vigeſimus primus. † Aliud etiam re-
quiſitum erat neceſſarium in probatione ſeruitutis negati-
uæ, veluti altius nõ tollendi, quod probaretur prohibitio,
nam tunc à die prohibitionis incipiebat præſcriptio illius
ſeruitutis, vt not. Balb. d. q. 1. nu. 16. in fine illius quæſtionis.
Quæ quidem hodie ſublata fuere per diſpoſitionem huius
Statuti in his ſeruitutibus acquirendis, & præſumendis.

m Niſi contrarium per illum contra quem præſumitur
57 probetur] † In hoc corrigitur diſpoſitio iuris communis,
ex qua requirebatur probatio ex latere allegantis ſeruitu-
tem, etiam cum bona fide, ſcientia & patientia aduerſarij,
vt notat Bart. d. l. 1. § Hoc interdicto, num. 11. & 12. ff. de
itin. actuq; priuato, Cœpoll. d. cap. 10. num. 5. Tiraqu. d.
tractat. præſcript §. 1. gloſſ. 6. verſ. Sed poſt, Balb. d. 4. parte
principali, 2 partic. quæſt 1. num. 12. & 13. Oſaſc. d. deciſ.
101. nu. 19. vt ſupra notatum.

n Quod vi aut clam] † Qualiter autem probetur, quod
58 quis vi, aut clam vſus fuerit aliqua ſeruitute, not. ſignanter
Bart. d. l. 1. § Hoc interdicto, nu. 8. cum addit. ibi. ff. de itin.
59 actuq; priuato. † Contra autem hanc probationem ad-
mittitur probatio in contrarium, probando ſcilicet ſcien-
60 tiam & patientiam aduerſarij. † Qualiter autem ſcientia
& patientia hæc probetur, & conſequenter, quod quis,
nec clam, nec vi, nec precario vſus fuerit ſeruitute aliqua,
61 not. Bart. d. l. 1. §. Hoc interdicto, nu 12. † Probatur autẽ
etiam ſcientia, & patientia hęc ex multiplicitate actuum, &
alijs circumſtantijs, vt not. Abb c. Cum Eccleſia Sutrina,
nu. 25 cum addit. ibi. de cauſa propriet. & poſſeſſ. Roman.
d. conſ. 481. per totum, Ruin. conſ. 191. num. 5. & 6. vol. 1.
Menoch. tract. retinen. remed. 5. nu. 27. Idem tract. arbitr.
62 lib. 2. centu. 2. caſu 161. num. 5. † Probatur etiam ſcientia
hęc ex vicinitate & propinquitate, vt tradit Alex. conſ. 23.
nu. 4 vol. 5. Idem ſentit Grat. conſ. 9. nu. 12. cum ſeq. vol. 1.
Ruin. conſ. 66. num. 11. vol. 3. Crauet. conſ. 226. num. 10.
63 † Scientia enim, & patientia probatur præſumptionibus,
vt notat Practic. Papien. in forma libelli in actione confeſſ.
verſic. Seruitus aquæductus, num. 25.

o Vel precario vſus fuerit] Probatur autem precarium
64 per inſtrumenta, vel per teſtes. † Præſumitur etiam ali-
quando precarium, vel ius familiaritatis, vt quis non dica-
tur vſus iure ſeruitutis, docet pulchre explicãdo Ruin. con-
ſil. 5. num. 13. vol. 4. De eo ſcilicet qui fit ſæpius hoſpita-
tus ad domum amici, quia non præſumitur hoſpitatus iu-
re ſeruitutis, ſed familiaritatis. Alium caſum not. Menoch.
d. tract. retinen. d. remed. 5. num. 13. In eo qui via publica
diruta fecit iter ſępius per fundum vicini, quia non pręſu-
mitur vſus iure ſeruitutis, cum hoc caſu liceat impune in-
gredi fundum vicini, vt late notatum ſupra, cap. 248. Nul-
lus, in verbo, Ad refectionem dictarum Stratarum.

De feneſtris, & ſtillicidijs.
Cap. CCCXXXIII.

a SI aliquis *b* in pariete domus, *c* de nouo *d* feneſtrã,
ſeu feneſtras, *e* quę reſpiciat, ſeu reſpiciãt immedia-
te *f* in *g* alienam, fecerit, ſeu fieri *h* fecerit, *i* ſtil-
licidium in alienũ immiſerit vel immitti fecerit, *k* à pro-
ximo ſuo vicino *l* poſſit coerceri, etiam *m* ſummarie, &
de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt feneſtram, vel fe-
neſtras obturet, & ſtillicidium remoueat, *n* niſi doceat ſe
habere ſeruitutẽ luminis *o* vel ſtillicidij immittendi, *p* vel
niſi pedem, ſaltem vnum extra illum parietem habuerit,
q quo caſu feneſtras, *r* & ſtillicidium intra dictum pe-
dem, *ſ* ei habere permiſſum ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Proprium dicitur quod pleno iure competit.*
2 *Feneſtras facere in pariete communi non licet.*
3 *Seruitus feneſtrarum qualiter cenſeatur impoſita.*
4 *Præſcriptio an detur ſine facto.*
5 *De nouo quid fieri quando dicatur.*
7 *Feneſtras facere in pariete domus ad proſpectum in alienum ſe-
dimen non licet & num. 8.*
9 *Intus dictio quid ſignificet, & num.* 10
11 *Feneſtras in muro proprio cuilibet licitum eſt facere, & nu.* 12.
Ampliatur, declara vſq; ad nu. 21.
22 *Stillicidium in alienum immitti non poteſt.*
23 *Feneſtras habens in frontiſpicio ſine ſtillicidio, dicitur habere ſer-
uitutem luminis.*
24 *Seruitus luminis. Et ſeruitus ne luminibus officiatur differunt.*
25 *Feneſtras habere iure ſeruitutis, & iure proprio differunt.*
28 *Stillicidium qui habet longo tempore caſſitans in aream vicini, an
dicatur iure dominij, vel ſeruitutis habere.*
29 *Fundus ſuper quo caſſitat ſtillicidium præſumitur eſſe domini
ſtillicidij.*
30 *Stillicidij ius non ammittitur destructo ædificio.*
31 *Stillicidium habens in alieno, non poteſt illud extẽdere ampliãdo.*
32 *Sed altius tollere poteſt.*
33 *Stillicidij refectio ad quẽ ſpectet, & verũ qs ad eũ poſſit cogi* 34.
35 *Vicin⁹ in quo caſſitat ſtillicidiũ an poſſit ędificari ſup loco ſeruiẽte*
36 *Altius quam ſit ſtillicidium, an poſſit vicinus ædificare.*
37 *Pedem quando quis teneatur relinquere volens penes alium ædi-
ficare, & an præſumatur relictus, nu* 38 *&* 39.
40 *Feneſtras qui poteſt facere, poteſt etiã balconum, & oſtiũ facere.*
41 *Quid de oſtio pro eundo in locũ in quo pedẽ reliquit, vſq; ad* 43.
44 *Feneſtras an poſſit facere, qui habet partẽ ſuperiorẽ, et ſuperficiẽ.*

a SI aliquis] Comprehenditur tam maſculus, quam fœ-
mĩna, cum loquatur Statutum de materia indifferenti
congruenti vtrique ſexui. Vt cauetur ſupra, cap. 126.
in ciuitate, vbi late notatum, uol. 1.

b In pariete domus] † Propria ſcilicet pleno iure, uel uti-
1 li tantum, cum alias quis in alieno non poſſit ædificare, uel
facere feneſtram inuito Domino, ita Cœpol. tract. Seruit.
2 urban. pręd. c. 62. De feneſtra, nu 6. † In muro autem cõ-
muni non licet ſocio facere aliquas feneſtras, etiam ſi aliun
de non habeat lumen, niſi de expreſſo conſenſu alterius ſo-
cij, alias poſſunt obturari, ita Burſat. conſ. 111. nu. 1. 2. & 3.
3 uol. 1. † Niſi ille murus eſſet ad uſum luminis paratus, ut
ibi per eum, Nec ſeruitus cenſetur impoſita eos faciendo,
in muro Communi ex non contradictione, uel ſcientia, ſed
4 requiritur aſſenſus expreſſus, ut ibi per eum, nu. 4. † Nec
illa pręſcriptio potuit currere, uel allegari, cum non inter-
uenerit factũ uicini, uel eius prohibitio, ut ibi per eũ nu. 8.

c De nouo] † De nouo autem quid dicitur fieri etiam,
5 quod reficiatur aliquid, quod in totum erat euerſum, non
6 autem habet † locum in reficiente quod non erat penitus
euerſum. Et hoc iuxta tex. in l. Inter ſtipulantes in § Sacrã,
ff. de uerb. oblig. gloſ. in c. Quoniam, in uerbo, Fundatores,
de iure patron. Scribentes omnes, in l. 1. §. Si quis ædificiũ,
ff. de oper. nou nunt. Cœpol. tract. ſeruit urban. pręd. c. 59.
De refect. in princ. & nu 26. Iaſ. in l. Quominus, num. 183.
& 184. ff. de flumin. Tiraquell. late tract. retract. lignag. ad
finem tituli, num. 72. cum ſequen.

d Feneſtram ſeu feneſtras] † Hic loquitur Statutũ de fene-
7 ſtris reſpicientibus immediate in alienum, ut debeant tolli,
infra autem cap. 348 Si quis de cętero, loquitur de baltreſ-
chis, ponticellis, & glorietis eodem modo tollendis.

e Quæ reſpiciat, ſeu reſpiciant immediate] † Id eſt, con-
8 tinuatiue, ſine aliquo medio, ut notat Bald. in l. 1. nu. 3. C.
de condit. inſert.

f In] † Intus ſcilicet, quia ita importat hęc dictio, In,
9 not. Bart. in l. 1. §. flumina, ff. de fluminib. idem Napod. in
conſuetu. Neapol. tit. 21 de ſeruitute, uerſ. Et ſi ex latere, in
uerbo, In ipſum, nu. 23. Bal. tract. Statut. in uerbo, Domus,
10 uerſ. 6. † Alias ſignificationes multas dictę dictionis, In,
notat Roman. conſil. 376. num 8. cum ſeq. Tiraquell. tract.
retract. lignag. §. 1. gloſſ. 11. num. 74.

g Alienum] Statutum ſi diceret, quod liceret habere fene
ſtram, ſeu glorietam reſpicientem in domum Vicini, lo-
cum haberet etiam ſi reſpiceret in hortum, vel ſupra tectũ
vicini, vt infra late dicetur in c. 348. Si quis, in verbo, Do-
mum Vicini.

h Fecerit] † De iure communi regulariter quis poteſt
11 facere feneſtras in eius muro ſine aliquo impedimento, ut
notat Bald. in l. Altius. Vbi etiam Caſtrenſ. num. 5. C.
de ſeruitut. & aqua. Idem late Cœpoll. tractat. Seruitut. vr-
ban.

Digitized by Google

ban. prӕd. cap. 62. De feneſtra, num. 1. tam vitreas, quam li-
gneas & papyreas, ut ibi per Cӕpol. num. 16. Idem Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 225. in princ. Berous conſil. 135. num. 2 uol. 3.
12 † Quӕ concluſio procedit etiam ſi quis promittat non fa-
cere feneſtras in muro ſuӕ domus ſub certa pœna, quia ſi
domum illam uendat, emptor non prohibetur facere fene-
ſtras, cum ea dicatur obligatio perſonalis, niſi in prohibi-
tione exprimeretur cauſa, quia tunc fieret ſeruitus realis,
ita Speculat. tit. de empt. & vendit. §. 1 num. 24. uerſic. Sed
pone, Sequitur Cœpoll. d. cap. 62. De feneſtra, nume. 8 Mar-
ſil. Singul. 334. numer. 1. Idem Vrſill. ad Afflict. deciſ. 285.
num. 2. Fallit tamen hӕc concluſio in tribus caſibus. Pri-
mo ſi fuerit impoſita ſeruitus eas feneſtras non faciendi, ut
13 notat Cœpoll. d. cap. 2. num. 2. † Secundo non procedit ſi
id fiat ad ӕmulationem tantum, non ut ſibi proſit; ut notat
Bald. ad Caſtrenſ. d. l. Altius, num. 5. C. De ſeruitut. Alexan.
conſil. 174. num. 4. uolum. 4. Iaſ. in l. Ex hoc iure, num. 8. ff.
De iuſtitia & iure, Cœpoll. d. cap. 62. num. 2 Bertrand. ſuo
conſilio 333. uolum. 3. 1. parte, Berous conſilio 135. num. 7.
14 uolum. 3. † Quomodo autem dicatur facta ad ӕmulatio-
nem, notat Alexand. conſil. 174. num. 5. uolum. 2. ſignanter
explicat Berous, d. conſilio 135. num. 7. uolum. 3. Cœpoll.
15 conſilio 190. per totum, uolum. 1. † In dubio autem non
prӕſumitur quis ad ӕmulationē ӕdificare, ut notat Alexand.
d. conſil. 147. num. 5. Iaſon d. l. Ex hoc iure, nume. 11. ff. de
iuſtit. & iure; Idem Cephal. tracta. Seruit. urb. prӕd. cap. 39.
16 De Solo, nu. 2. uerſi. 5. † Fallit hӕc concluſio, ſi iuxta mu-
rum adſit hortus, uel aliqua area puellӕ, uel religioſarum,
ut notat Cœpolla d. cap. 62. De feneſtra, numer. 2. ad finem.
Idem Caſſan. ſuis Commentarijs, Rubric. 13. §. 9. uerſic. 1.
17 Idem notat Vrſill. ad Afflict. deciſ. 225. num. 1. & 2. † Si ta-
men fiat ut eas uideat non ad propriam utilitatem, ita Be-
rous conſil. 135. num. 2. & 3. declarando, ut per eum, num. 9.
18 & 10. & 11. uolum. 3. † Quarto, ſecundum aliquos uide-
tur non habere locum hӕc concluſio, quando hӕ feneſtrӕ ui-
cino nocerent, ut notat Berous, dicto conſil. 135. numero 6.
19 uolum. 3. quod tamen non firmat pro uero, num. 9. † In mu-
ro autem communi non licet facere feneſtram inuito ſocio,
ut notat Angel. in l. Quidam Hyberus, colum. 7. num. 8. ff.
de ſeruit. urb. prӕd. late Cœpoll. d. cap. 62. de feneſtra, nu. 3.
Declarando, ut per eum, d. num. 3. Idem notat Socinus ſe-
20 nior, conſil. 44. numer. 2. uolum. 4. † Si autem ille murus
communis fuerit eleuatus per unum ex ſocijs, tunc in par-
te eleuata poteſt ille qui eleuauit facere feneſtras, pro ut
notat Cœpoll. d. capitulo 62. num. 4. declarando, ut per Pa-
21 riſ. conſil. 63. nume. 12. uolum. 2. † Poteſt tamen Vicinus
ſocius in caſu quo poſſint fieri feneſtrӕ uerſus eleuando cul-
men eius domus, & ipſe obſcurare illas feneſtras factas in
illa parte eleuata, non obſtante aliqua prӕſcriptione, quӕ
in contrarium opponeretur, ut ſignanter declarat Cœpoll.
d. cap. 62. num. 5. Idem notat Iaſon conſi. 98. colum. 2. uerſ.
Quinto principaliter, uolum. 1. Quod magis ſuadetur ſtante
Statuto ſequenti, cap. 335. Si contingat, niſi adſit ſeruitus lu-
minis in contrarium, ut ibi cauetur.
i Vel ſtillicidium in alienum immiſerit] † Idem caue-
22 tur de iure communi, ut qui non habet ſeruitutem illud im
mittendi, non poſſit illud immittere, ut notat Cœpoll. tract.
ſeruit. urban. prӕd. cap. 28. De ſeruitute ſtillicidij, nu. 2.
k A proximo ſuo uicino] In cuius locum introſpicitur
immediate, uel immittitur ſtillicidium, modo quo ſupra
exponitur.
l Poſſit coerceri] Medio iuris, ut infra declaratur per uer-
ba ſequentia.
m Summarie, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij] Quid
releuent hӕ clauſulӕ, late diſcuſſum, ſupra cap. 47. Dominus
Poteſtas, in uerbis his, uol. 1.
n Niſi doceat ſe habere ſeruitutem luminis] † Habens
23 feneſtras in frontiſpitio, & ſine Stillicidio dicitur habere
ſeruitutem luminis, ita notat Alba. conſi. 20. ad finem, num.
19. & cauetur infra, cap. 337. Si ſeruitutem, ad finem, & cap.
24 346 Si dubium. † Multum autem differt in iure, utrum
quis habeat ſeruitutem luminis, & ſeruitutem, ne lumini-
bus officiatur, ut late notat Cœpoll. tractat. ſeruit. urban.
prӕd. cap. 35. De ſeruitute luminum, & cap. ſequenti, ue-
rum per Statutum infra, cap. 345 Seruitus, diſponitur idem
25 importare. † In iure, & multum differt, utrum quis ha-
beat feneſtras iure ſeruitutis, ut nuper dictum, uel iure
proprio, ut quia reliquerit pedem; Nam ſi habet iure ſer-
uitutis, & ſic luminis, non poteſt ampliores facere, nec plu-
res, quam ſint in dicto muro, ut cauetur infra, cap. 338. Si
cui. Nec uicinus poteſt ӕdificare ad oppoſitum hoc caſu
per decem brachia, & brachia quinque à latere, ut cauetur
infra cap. 337. Si ſeruitutem, verſic. Si vero. Quando autem
habet feneſtras iure proprio, eo quod reliquerit pedem, tūc
quidem poteſt facere omnes feneſtras, quas velit, vt hic in-
27 fra cauetur. † Tamen vicinus relinquendo alium pedem,
poteſt ӕdificare & occupare, ne per eas feneſtras proſpicia-
tur in ſuum. Ita cauetur infra, c. 336. Si pedem, Vbi notatū.
o Vel ſtillicidij immittendi] † Quando quis antiquo tem-
28 pore habet Stillicidium caſſitans in Vicini area, vel loco,
an prӕſumatur iure dominij, vel ſeruitutis illud habere, di-
ſtinguit ſignanter Cœpoll. d. cap. 28. De ſeruitute ſtillicidij,
nume. 10. melius notatur infra, cap. 346. Si dubium, quod
refert ſcire, vt cognoſcatur cuius ſit fundus, in quo caſſitat,
& propter feneſtras fiendas, de quibus ſupra, & infra etiam
dicetur, & propter alia multa, de quibus dicetur d. cap. 346.
29 Si dubium. † In dubio autem fundus, ſuper quo caſſitat
ſtillicidium, prӕſumitur eſſe Domini ſtillicidij, niſi ſit lo-
cus publicus, vel demonſtretur, quod quis habeat ſtillicidiū
iure ſeruitutis, vt notat Cœpoll d. cap. 28. nume. 9. & infra
30 cauetur, d. cap 346. Si dubium. † Ӕdificium, in quo erat
ſtillicidium ſuper alieno ſi corruerit, non per hoc amittitur
ius ſeruitutis, quin domo reӕdificata poſſit denuo incorpo-
rari in eo Statu, & qualitate ſtillicidium illud, ita notat
Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrba. prӕd. cap. 28. de ſeruitute ſtilli-
31 cidij, num. 6. † Stillicidium habens in alieno, non poteſt il-
lud extendere ampliando, ſed retrahere quidem licet, ita no
32 tat Cœpoll. d. cap. 28 De ſeruit. ſtillicidij, num. 4. † Poteſt
etiam altius tollere, non autem deponere, ita Cœpoll. dict.
33 cap. 28. num. 5. † Refectio ſtillicidij ſpectat ad Dominum
ſtillicidij, & ita poteſt cogi à Domino loci ſeruitutis ad il-
lud reficiendum. Ita notat Cœpoll. d. tractat. ſeruit. vrban.
prӕd. cap. 29. de ſeruit. ſtillicidij, num. 2. Tenetur vlterius
incruſtare ſolum, vbi caſſitat, & aquam extraducere, ad hoc
ne marceſcat murum Vicini ibi propinquum, vt notat Cœpol.
34 d. tractat. ſeruit. vrban prӕd. cap 40. de muro, num. 7. † Vici-
nus in cuius locum caſſitat ſtillicidium vtrum poſſit ӕdifi-
care ſuper loco ſeruiente, & in quo caſſit ſtillicidium, quod
non, notat Cœpoll. d. cap. 28. de ſeruit. ſtillicidij, numer. 7.
35 † Vtrum autem poſſit ӕdificare prope locum, vbi caſſitat
ſtillicidium, declarat Cœpolla ibi numero 8. & infra, cap.
336. Si quis, ad finem, cauetur Vicinum ӕdificare volen-
36 tem, teneri relinquere pedem vltra ſtillicidium. † Si quis
habuerit duas ſeruitutes cum uicino, uidelicet, altius non
tollendi, & ſtillicidij recipiendi, utrum remiſſa ſeruitute
per uicinum altius non tollendi, poſſit ille vicinus tunc
ӕdificare tam alte, ut non recipiat ſtillicidium, tanquam
quod etiam illud cenſeatur remiſſum, quod non, notat Cœ-
pol. d. cap. 28. De ſeruitute ſtillicidij, num. 11. declarando,
ut ibi per eum, quando remiſſa una ſeruitute cenſeatur etiā
altera remiſſa.
p Vel niſi pedem ſaltem unum extra illum parietem ha-
37 buerit] † Pedem quando autem quis cenſeatur reliquiſ-
ſe in dubio, uel ne, ſi tractetur de ӕdificio antiquo ſolet di-
ſtingui, An ipſe habens ſtillicidium poſſideat locum infe-
riorem, & tunc cēſetur reliquiſſe, aut cum poſſidet uicinus,
& tunc non prӕſumitur relictus pes. Quando autem à ne-
mine locus ille poſſidetur, ueluti ſi ſit incultus, tunc ſub-
diſtinguitur, ut late declaratur per Cœpol. d. tractat. Seruit.
urban. prӕd. cap. 40. De muro, num. 8. & d. cap. 28. De Ser-
uitute ſtillicidij, num. 10. Verum per Statutum noſtrum in-
fra, cap. 346. Si dubium, cenſetur ſemper pes in dubio reli-
38 ctus, ut ibi cauetur. † Et illud ſolum remanet ſemper Domi-
ni ſtillicidij, ut notat Cœpoll. d. cap. 28. num. 9. & c. 40. nu. 5.
39 † Inter duos autem muros Vicinorum ſi pes unus, uel plu-
res fuerint relicti, & non appareat quis reliquerit, in dubio
locus ille, & fundus communis prӕſumitur, ita notat Cœ-
poll. d. cap. 40. De muro, num. 9.
q Quo caſu feneſtras] † Qui poteſt facere feneſtras, po-
40 teſt etiam facere balconum, uel oſtium, & illud aperire in
locum publicum, donec ſe extendit ſtillicidium, ut notat
Cœpoll. d. tracta. ſeruitut. vrban. prӕd. cap. 62. De feneſtra,
41 num. 7. † Poteſt etiam aperire oſtium, vt poſſit ire in illo
loco ſuo, cuius pedem reliquit, ita not. Cœpol. d. cap. 40. De
42 muro, num. 6. † Dum tamen non lӕdat ius publicum, vel
vicini ius, vt notat Practic. in forma libelli quo agitur pro
43 hӕredit. vel re ſingul. verſic. In futurum, num. 6. † Nam in
ſuo licet cuique facere quicquid velit, dum tamen non fa-
ciat ad ӕmulationem, velut vt vicino noceat, vt habetur in
44 addit. Zileti ad Practicum d. loco, in verbo, Parietem. † Ha-
bens partem ſuperiorem, & ſuperficiem ſine feneſtris, an
poſſit facere feneſtras ſicut inferior poteſt facere, declarat
Afflict. deciſio. 224. Vbi etiam Vrſillus.
r Et ſtillicidium intra illum pedem] Hӕc uerba, intra illū

Digitized by Google

pedem, reſpiciunt ſtillicidium, vt quis poſſit illud habere intra illum pedem.

f Et habere permiſſum ſit] † Vtrum autem hoc caſu poſ-
45 ſit quis habere, & facere feneſtras etiam in caſibus exceptis à iure communi, de quibus ſupra, videlicet ad æmulationẽ & quãdo adeſt vicina puella, vel religioſa, crederem quod ſic, cum in cęteris ſit correcta diſpoſitio iuris communis feneſtras faciendi, & in hoc caſu Statutum indiſtinctè, & indiffinite loquatur, nec ſe reſtringat ad diſpoſitionem iuris communis, confirmatur ex eo, quod habet Vicinus facultatem ſe retrahendo alium pedem ædificare, & impedire, ne proſpiciatur in eius locum, vt cauetur infra, cap. 336. Si quis pedem.

Quod ædificanti ſuper ſuo, non ſit neceſſe aliquid extra relinquere. Cap. CCCXXXIV.

a CVm quis, b domum, c vel parietem d ſuper ſuo e vult conſtruere, f non habeat neceſſe aliquid extra relinquere, g ſed ſi pedem vnum foris non reliquerit, h nec feneſtras habere, i nec ſtillicidium immittere ei permiſſum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Parietis appellatione quid veniat.*
2 *Maceries quæ ſit.*
3 *Suum quod modis accipiatur.*
4 *Ciuitas ornatur ædificijs.*
5 *Seruitutem vt quis tollat an liceat ædificare vſq; ad nu. 7.*
8 *Viæ latitudo quanta debeat eſſe. & nu. 9.*
10 *Aedificare non licet quando ventus vicino tollitur, nè poſſit triturare in area ſua.*
11 *Conſuetudo in ædificijs ſeruanda eſt.*
12 *Aedificans domum tenetur dimittere duos pedes Parientem autem conſtruens vnũ tantũ, nu. 13. an autẽ ſeruatur vidi ibid.*

a CVm quis] Comprehenditur tam maſculus, quam fęmina, cum loquatur Statutum de materia congruente vtrique ſexui, vt cauetur ſupra, cap. 126. In Ciuitate, vbi notatum, volum. 1.

b Domum] Appellatione, Domus, quid veniat, notatum late ſupra, capit. 434. Si quis, in verbo, Alicuius domus, volum. 1.

c Vel parietem] † Parietis Appellatione venit murus,
1 quod idem importat l. Quantum ad ius pertinet. ff. de ver.
2 ſignif. † Maceries autem dicitur murus ſine Cæmento, ita not. gloſſ. in d. l. Quantum ad ius, ff. de verb. ſignif. not. Cœpoll. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 40. De muro, in princ. & cap 79. De macerie, num. 2.

d Super ſuo] † Suum ſex modis accipitur, ſecundum Na-
3 podam. d. conſuetud. Neapol. tit. 22. De faciendo centualia, verſic. Non licet, verſic. Sua propria, num. 10. & tit. 7. De alimentis preſtandis, in verbo, Suis, num. 13.

e Vult conſtituere] † Intereſt autem Reipublicę, vt quis
4 ędificet, & ornet ciuitatem, per tex. in l. Prętor, §. Hoc edictum. ff. De damn. infect. Boer. in conſuetud. Aurelian. tit.
5 de ſeruit. cap. 20. † Aedificare cuilibet licet in ſuo patiẽs aliquam ſeruitutem, modo vſus ſeruitutis nõ impediatur, per text. in l. Seruitutes, §. fin. Vbi Bart. ff. de Seruit. vrban.
6 pręd. Corraſ. in Miſcell. cap. 25. lib. 5. † Non tamen poterit ædificare vt noceat iuri eundi quod habet Vicinus, per
7 ea quę not. Socin. ſen. conſil. 105. num. 1. vol. 1. † Nec in pręiudicium ſeruitutis, quam patitur, ita Burſat. conſ. 57. num. 15. ad finem, & num. 19. vol. 1. vel quando id facit ad
8 æmulationem, vt ibi per Burſatum, nu. 15. † Quanta autem debeat eſſe latitudo viæ, quę relinqui debet ratione illius ſeruitutis, notat Soc. ſen. d. conſil. 105. nu. 1. ad finem.
9 † Debet autem eſſe tanta quanta vehiculum poſſit ire, ita not. Cœpoll. tract. ſeruit. ruſtic præd. cap. 3. De ſeruit. viæ,
10 nume. 4. † Non poterit pariter ædificare ſuper ſuo, per quod tollatur vicino ventus, ita quod non poſſit triturare in area ſua, per text. in l. finali, C. de Seruit. & aqua. notat Iaſ. in l. ex hoc iure, num. 14 ff. de iuſtit. & iur. Idem Boer. deciſ. 320. nu. 14. & deciſ. 322. nu. 12. Viulus ſuis Communibus, lib. 2. Opinione 28. Area Titij. Vrſil. ad Afflict. deciſ.
11 265. num. 114. ad finem † Conſuetudo in ædificijs conſtruendis illius loci maximopere ſeruanda, ita Burſat. conſ. 57. num. 3. vol. 1. & conſil. 111. nu. 6. & 17. vol. 1.

f Non habeat neceſſe aliquid relinquere] † De iure com-
12 muni ſecus eſt, quia ſi quis velit ædificare domum, tenetur relinquere duos pedes. Si autem ædificet parietem, ſeu murum tenetur, relinquere vnum pedem, per l. finalem, ff. fin. regund. Notat Hieronymus de Monte tract. fin. regund.
13 cap. 97. num. 4. † Quæ tamen lex de conſuetudine generali non ſeruatur, vt notat gloſſ. penult. C. de ædific. priuat. firmat Bald. per illam gloſſam, in conſil. 385. num. 5. volum. 2.

g Sed ſi pedem non reliquerit] Idem cauetur ſupra, cap. præcedenti, niſi doceat ſe habere ſeruitutem luminis, vt ibi cauetur.

h Nec feneſtras habere] Secus eſt de iure communi, vt notatum cap. pręcedenti in princip. Demptis tribus caſibus ibi exceptis.

i Nec ſtillicidium immittere] Notatum hoc pariter, ca. præcedenti.

De volente ædificare ſuper muro communi. Cap. CCCXXXV.

SI contingat a adeſſe parietem, ſeu murum b communem c inter domum alicuius, d & domum vicini, e liceat cuilibet ipſorum f in eo g & ſuper eo h infigere, i & ędificare, k vbi vero paries ſit proprius vnius tantũ, l pleno iure, m vel reſpectu vtilis dominij, n iuxta domũ vicini pleni iuris, vel vt ſupra, quæ domus, o ſeu ędificium p nullam debeat ſeruitutem luminis domui dictæ parietis exiſtentis iuxta dictum ędificium, q poſſit ipſe uicinus in dicto parietre infigere, r & ſuperius ædificare ſ inuito Domino dicti muri, t ipſo tamen ſoluente, u vel cũ effectu parato ſoluere x medietatẽ ęſtimationis aa muri ipſius proprij, bb vel, vt ſupra, cc & fundi, ſuper quo ędificatus eſt murus ipſe, vſq; ad eam partẽ, ad quã infigi, vel ædificari voluerit, etiam cõputato fundamẽto ipſius muri, dd ſecundum ęſtimationẽ faciendam ee per ęſtimatorem Cõmunis Mediolani partiũ confidentẽ, vel vnius tãtum in contumaciam alterius. ff Et hoc, vbi ipſe murus ſit ſufficiens ad ſuſtinendũ onera vtriuſq; ædificij iudicio d. ęſtimatoris, vt ſupra. Qui murus, facta ſolutione, gg vel facta ſolemni depoſitione, in caſu negligentię ſeu renitentię hh ſit cõmunis, ipſo iure, pro ea parte tantũ, pro qua immiſſum fuerit, vt ſupra, & fiat ſolutio medietatis dicti muri, & fundi, vt ſupra, Domino, vbi non erit murus emphyteuticus. ii Vbi vero eſſet emphyteuticus, pro medietate primo Domino directi, & pro altera medietate, kk emphyteutæ exiſtenti in actuali, & naturali poſſeſſione. Et ſi murus non fuerit ſufficiens, vt ſupra, & facta per prius ſolutione, vel depoſitione, vt ſupra, tũc liceat Vicino volenti ędificare, ſeu infigere in eo muro ipſum murum, ll reficere ſufficientem facere, mm ſuis tamen proprijs ſumptibus, & expenſis, ſine tamen aliqua repetitione ipſarum expenſarum in toto, nec in parte. Et nihilominus ipſe murus refectus, nn ſeu factus ſufficiens, remaneant cõmunis, abſque alia ſolutione. oo Si vero ipſa domus, ſeu ædificiũ debeat ſeruitutẽ luminis, pp vel proſpectus dictę domui ipſius parietis, qq ſimiliter vicinus ipſius poſſit in dicto muro infigere, etiam inuito domino dicti muri, ſeruata forma Statuti, incipientis, Si ſeruitutem ſtillicidij in alieno quis habuerit, poſiti ſub Rubrica pręſenti generali. rr Nec occaſione contentorum in pręſenti Statuto ſſ compromiſſum peti poſſit, à quibus tamen ęſtimatione, & iudicio ęſtimatoris, vt ſupra, ſingulariter, & debite referendo, tt non poſſit appellari, querelari, nec ſupplicari, nec de nullitate agi, nec beneficium reſtitutionis in integrum peti, nec officium Iudicis implorari, neque reductio ad arbitrium boni viri peti, ita tamen, quod per diſpoſita, in pręſenti ſtatuto non intelligatur derogatum infraſcripto Statuto, poſito ſub Rubrica ſpeciali de communi pariete, ſeu muro conſtruendo, quod incipit, uu ſi quis in Ciuitate Mediolani, &c. xx nec contentis in eo.

SVMMARIVM.

1 *Paries & murus, idem ſunt.*
2 *Murus communis dicitur dupliciter.*
3 *Murus communis quomodo cognoſcatur. Item an ſit communio pro diuiſo, ſeu pro indiuiſo. vſq; ad nu 5.*
6 *Statutum loquens in perſonam, non comprehendit clericum.*
7 *In eo, quid ſignificent hæ dictiones.*
8 *Super eo, quid ſignificent hæ dictiones.*
9 *Seruitus tigni immittendi, & ſeruitus oneris ferendi differunt, & num. 10. ambo.*
11 *Tigna plura ſuperimpoſita nimis grauant, & nu. 12.*
13 *Tigna inſolita non poſſunt imponi amplia, nu. 14.*
15 *Canale per quod aqua pluuialis recipiatur non poteſt imponi.*
16 *Sterquilinium facere in muro communi, vel apud eum non licet.*

17 Fene-

Digitized by Google

17 *Feneſtras facere in muro communi pro recipiendo aerem non licet.*
18 *Tubuli in muro communi fieri non poſſunt.*
19 *Tubuli qui ſint.*
20 *Caminus an poſſit fieri in muro communi.*
21 *Aedificare ſuper muro communi an liceat, vſq; ad nu. 28.*
29 *Murus communis cuius impenſis debeat refici, vſq; ad nu. 31.*
32 *Paries quod ſit proprius, vel communis quomodo cognoſcatur.*
33 *Poſſidens murum præſumitur dominus.*
34 *Feneſtellæ paruæ penetrantes vſque ad dimidium muri deſignant illum eſſe eius à cuius latere ſunt.*
35 *Aedificium non permittitur in proprio ſolo quando luminibus vicini officitur, num. 36. & 37.*
38 *Super ædificatum cedat ſolo.*
39 *Vicino an & quando liceat ædificare ſuper pariete vicini vel in eo tigna immittere.*
40 *Vicinus non poteſt aliquid facere, quod noceat ſtillicidio vicini.*
41 *Vicinus ſuper muro communi quando poſſit aliquid facere.*
42 *Obligatio ſoluendi medietatem murian transeat in ſingularem ſucceſſorem.*
43 *Oblatio, & depoſitio pecuniæ quando ſufficiat, & qualiter fienda num. 44. & num. 50.*
45 *Vicinus tigna imponens, vel ſuper ædificans ignorante domino muri an teneatur deſtruere.*
46 *Murus qualiter æſtimari debent, & num. 48.*
47 *Vicinus ſuper ædificans in pariete communi non tenetur ad pretium declara num. 62.*
49 *Tigna non licet imponere, vel affigere vbi murus non eſt habilis ad ſuſtinendum.*
51 *Depoſitum vel oblatio adhoc, vt ritè fiant quid requiratur.*
52 *Ipſo iure hæc clauſula quid importat, & an requirat declaratoriam facti num. 53.*
54 *Muri emphyteutici refectio pertinet ad emphyteotam in totum.*
55 *Emphyteuta qui bona in alium tranſtulerit nihil habet penes ſe.*
56 *Vicinus ſocius quando tenentur contribuere in muro pro ſuſtentatione onerum, & num. 57. & 58. ac 59.*
61 *Seruitus proſpectus, quænam ſit.*

a A Deſſe parietem ſeu murum] † Idem importans in
1 iure, textus eſt in l. Quantum ad ius, ff. de verborum
ſignificat.
b Communem] † Murus Communis dicitur dupliciter pro
2 diuiſo, & pro indiuiſo, vt late declarat Cœpol. tract. ſeruit.
vrban. pręd. cap. 40. De muro, num. 11. & 12 Dec. conſ. 388.
num. 1. Statutum autem hoc cum loquatur indiſtincte, de
3 vtroque intelligi debet. † Quando autem dignoſcatur vtrum
paries ſit communis pro diuiſo vel indiuiſo, diſcutit
Cœpol. d. cap. 40. num. 12. cum ſequen. Dec. d. conſil. 388.
4 num. 2. Soc. ſen. conſ. 44. num. 11. volum. 4. † In dubio autem
pręſumitur murus communis pro diuiſo, ita Corn. cóſ.
90. numer. 15. volum. 2. Vbi allegat Bart. ad hoc idem te-
5 nentem. † Murus vtrum ſit communis vel proprius, qualiter
dignoſcatur, not. Caſtrenſ. conſil. 334. numer. 1. & 2.
volum. 2. Cœpoll. d. cap. 40. de pariete, & muro, numer. 13.
cum ſeq. & notatum infra, cap. 345. Licitum ſit, verſic. Vbi
vero paries.
c Inter domum alicuius] Siue maſculi, ſiue fœminę, cum
loquatur Statutum de materia indifferenti congruente vtrique
ſexui, vt cauetur ſupra, cap. 126. in Ciuitate vbi notatum.
d Et domum Vicini] Nil inter medio inter eos, ſed ſolum
illo muro communi.
e Liceat cuilibet ipſorum] † Statutum hoc cum loquatur
6 in perſonam, & non in rem, non ligat Clericum ſocium muri
communis, quin poſſit prohibere ſocio ne ędificet in muro
communi, iuxta diſpoſitionem iuris communis, de qua
infra, cum non ligetur hoc Statuto. Ita not. Aret. conſil.
25. per totum, maxime num. 3. Caccialup. in l. Cunctos populos,
num. 175. C. de ſum. Trinit. & fid. cath. & notatum in
prẹludiis.
f In eo] † Permiſſionem intus, vt notat declarãdo Napod.
7 in conſuetudine Neapol. tit. 20. De ſeruit. verſ. Et ſi, in verbo,
In ipſum, num. 23.
g Et ſuper eo] † Superponendo tigna, vel ędificando,
8 vt declarat Napod. dict. verſic. Et ſi, in verbo, In ipſum
num. 23.
h Infigere] † Differunt inter ſe ſeruitus tigni immitten-
9 di, & oneris ferendi, vt poſt Cœpoll. tract. de ſeruit. one. fe-
10 rendi, in princ. not. Burſat. conſil. 88. num. 24. vol. 1. † De
iure communi diſtinguitur per Scribentes, quod aut murus
ille eſt deſtinatus ad illum vſum immittendi tigna, vel ita
acquiſitum, vt poſſint tigna immitti, & paries eſt habilis ad
ea ſuſtinenda, nec vicino poteſt noceri, & tunc poſſunt immitti,
& infigi, per textum in l. Si ædes communes, cum glo.
magna ibi, & in l. Sabinus, ff. Communi diuid. Aut murus
hic communis non eſt cœptus ad dicta onera ſuſtinéda, nec
ad id deſtinatus; & tunc non poſſunt infigi per ſocium altero
inuito, per l. Sabinus, ff. Communi diuid. Idem notat Angel.
in l. Inter quos, num. 6 ff. de damn. infect. Idem diſtinguit
Cœpol. tract. vrban. pręd. c. 30. De ſeruit. tigni immittendi,
num. 4. & cap. 57. De tigno immittendo. Idem notat
Papo ſuis conſuetud. §. 107. verſ. Contra eſt, Burſa. conſ. 58.
11 nu. 1. & 4. volum. 1. † Periculum eſt autem graue in muro
communi, quando tigna plura in eo ſuperimponuntur,
12 ita Burſatus dict. conſ. 58. num. 10. † Et licet murus ex annexione
trabium ſuſtineatur, tamen ex onere grauiori ſuper
impoſito, facilius deſtruitur; ita Burſat. d. conſ. 58. num.
13 11. † Quod habet locum etiam, quod alia tigna prius adeſſent,
quia vltra ſolita non poſſunt imponi; ita notat Bur-
14 ſat. d. conſ. 58. num. 2. ad finem. † Extenditur id etiam, quod
ibi adeſſent feneſtræ cauſa reſpiciendi lumen, vt ibi per eũ,
15 num. 5. & 8. † Non licet etiam dicto iure communi inſpecto
in muro cõmuni affigere cauale, per quod aqua pluuialis
recipiatur; ita Pract. Papienſ. in forma libelli, quo agitur
pro hæreditate, vel re ſingulari, verſ. Et in futurum, num. 1.
16 ad finem. † Non licet pariter facere ſterquilinium in muro
communi, vel apud eum, per quod inferatur damnum
Vicino, vel ſocio muri; ita notat Pract. d. verſ. Et in futurũ,
num. 2. Idem notat Cœpolla d. tract. Seruit. vrban. præd. c.
78. De ſterquilinio, num. 1. Burſatus conſ. 58. num. 9. & 10.
volumin. 1. quod per hoc Statutum remanet incorrectum.
17 † Non licet vlterius in muro communi facere feneſtras pro
recipiendo aere; ita Pract. d. verſ. Et in futurum, num. 1. ad finem;
ſcribentes omnes, in l. Quidam Hyberus, vbi Angel. n.
8. ff. De ſeruit. pręd. Idem in l. Inter quos, num. 8. ff. De ſeruit.
vrban. præd. cap. 62. De feneſtra, num. 8. Pariſ. conſ. 63.
num. 3. volum. 1. Papo ſuis Commentar. § 503. Quod pa-
18 riter ex hoc Statuto remanet incorrectum. † Prohibentur
prætereà iure communi in pariete communi fieri tubuli
per ſocium, quia per eorum flammam tenetur paries, ita Pa-
19 po d. commentar. §. ſic, vbi etiam declarat, qui ſint tubuli. †
Declaratur pariter à Napod. d. Conſuetudine Neapol. titu.
20. De ſeruit. verſ. Sed in verbo, Ad parietem, num. 24. Poteſt
tamen fieri balneum, dum tamen murus communis ex
eius humore non lædatur, ita Pract. d. verſ. Et in futurum,
20 num. 1. ad finem. † Caminus autem vtrum fieri poſſit de
iure communi in muro communi, diſtinguit Cœpoll. dict.
tract. ſeruit. vrba. præd. c. 64. De Camino, num. 8. cum ſeq.
Pap. d. ſuis Comment. §. 107. ad finem, quæ per hoc Statutũ
remanent illæſa.
i Et ædificare] † De iure communi an liceat in muro com-
21 muni ædificare, diſtinguit Napod. in conſuetud. Neapol. tit.
20. De ſeruit. verſ. Et ſi, in verbo, etiam communis, ad finem
verſ. num. 27. Bald. conſ. 233. volum. 1 & conſ. 348. volum.
2. Cœpol. tract. ſeruit. vrb. præd. c. 40. De pariete, num. 19.
20. & 21. Corn. conſ. 90. numer. 10. cum ſeq. volum. 2. Papo
ſuis Comment. § 503. ad finem, Pariſ. d. conſ. 63 num. 7. vo-
23 lum. 1. † Et quod poſſit ædificare quis ſuper muro Communi,
dummodo velit dein eſſe communem, not. Boer. cóſ.
2. colum. penul. verſ. 2. caſu, poſt conſuetud. Biturigum, Soc.
reg. 127. Domum ſuam, verſic. Tertio fallit, Burſat. late de-
24 clarat conſ. 57. numer. 1. cum ſeq. volum. 1. † Non tamen
poteſt ædificare ſocius in muro communi, vbi adſit ſeruitus,
ita Burſatus conſ. 58. num. 18. vbi loquitur de ſeruitute
25 luminum, & num. 25. volum. 1. † Vel quando mutetur ſtatus
rei, vel contra vſum proprium, ad quem ſit deſtinatus, vt
ibi per eum, n. 6. & n. 26. Idem Burſat. d. conſ. 57 n. 9. & 10.
volum. eod. Idem Corn. conſ. 78. vol. 4 Berous conſ. 132. n.
8. volum. 3. Iaſ. conſ. 98. volum. 1. Idem Rimin. ſen. conſil.
26 71. num. 11. volum. 1. Pariſ. conſ. 63. num. 11. vol. 1. † Vel
quando aer tolleretur alteri domui; ita Burſat. d. conſil. 57.
num. 13. volum. 1. vel quando ſit ad æmulationem, vt ibi per
27 eum, num. 16. † Vel in damnum vicini, vt tradit Burſat. d.
28 conſ. 58. num. 7. volum. 1. Port. conſ. 15. numer 29. † Non
tamen habet locum diſpoſitio huius Statuti in muris diuidentibus
curtem & curtem, vel curtem & hortum, quia in
his non poteſt ædificari, nec infigi, tam de iure communi,
cum ad id non ſint deſtinati, vt not. Cœpoll. c. 40. De pariete,
num. 33. Sequitur Papo d. Conſuetud. §. 507. verſ. Contra
etiam, Boer. conſil. 2. colum. fin. poſt Conſuetud. Biturigũ,
quam etiam ex diſpoſitione huius Statuti, ad finem, Id tamen
reſtringentia ad muros Ciuitatis, & infra cap. 342. Si
29 quis in Ciuitate. † Murus communis autem cuius expéſis
reficia-

Digitized by Google

reficiatur de iure communi, diſtinguit Cœpoll. dict. tractat.
ſeruit. vrb. præd. cap. 59. De refectione, num. 7. cum ſeq. De
iure autem ſtatutario cauetur infra, cap. 341. Licitum ſit,
30 verſ. Vbi vero paries. † Murus communis ſi altietur per
ſocium, an ad eius expenſam pro dimidia teneatur ſocius
de iure communi, diſcutit Cyn. & Scribentes, in l. Si vt pro-
ponis, C. De ædific. priuat. late diſtinguit Cœpoll. d. ca. 40.
De pariete, num. 27. cum ſeq. Vbi tandem, numer. 30. dicit
teneri de conſuetudine ſocium ad dimidiam expenſæ, ſi ve-
lit illo muro altiato vti, vt ibi per eum. Per Statutum au-
tem noſtrum, infra c. 342. Si quis, in princ. tenetur, & cogi-
tur Vicinus de nouo facere murum communem diuiſoriũ,
vſq; ad certam menſuram, & abinde ſupra poteſt facere, &
altiare quilibet eorum, vt hic etiam cauetur, & alter vicinus
ſi velit eo vti, tenetur ſoluere dimidiam expenſæ, vt ibi ca-
31 uetur, verſ. Et ſi alter vicinus. † In dubio autem cuius ex-
penſis præſumatur murus eleuatus, not. Cœpoll d. cap. 40.
De pariete, num. 32.

k Vbi vero paries ſit proprius vnius tantum] † Quali-
32 ter autem dignoſcatur vtrum paries ſit proprius, vel Com-
munis, not. Cœpoll. tractat. De ſeruit. vrb. præd. cap. 40.
De pariete & muro, numer. 13. cum ſeq. & infra notatum
33 late capit. 341. Licitum ſit, verſic. Vbi vero paries. † Poſ-
ſeſſio autem muri arguit eum eſſe proprium poſſidentis,
34 ita Burſat. conſil. 58. num. 9. volum. 1. † Feneſtellæ etiam
paruæ penetrantes vſq; ad dimidium muri deſignant mu-
rum eſſe illius, à cuius latere ſunt, ita Burſat. conſ. 511. nu.
18. vol. 1.

l Pleno iure] Quando quis dicatur habere aliquid ple-
no iure, notatum late ſupra, cap. 433. Si quis, in hoc verbo,
volum. 1.

m Vel reſpectu vtilis dominii] Quo caſu non poteſt dici
quis habere pleno iure, vt notatum d. c. 433. Si quis in ver-
bo, Pleno iure, vol. 1.

n Iuxta domum] Quid veniat appellatione, Domus, nota-
tum ſupra, cap. 434. Si quis, in verbo, Alicuius domus,
volum. 1.

o Seu ædificium] Quid veniat appellatione, ædificij, nota-
tum ſup. cap. 435. Si quis, in hoc verbo, & cap. ſequenti in
eodem verbo, vol. 1.

p Nullam debeat ſeruitutem luminis] Id eſt, ne lumini-
bus officiatur, quod idem eſt in iure ſtatutario noſtro, vt in-
fra cauetur, cap. 345. Seruitus, licet de iure communi ſit lõ-
ga differentia, inter ſeruitutem luminis, & ne luminibus of-
ficiatur, vt not. Cœpoll. tract. ſeruit. vrban. præd. cap. 35. De
35 ſeruitute luminis, & cap. ſequen. † Statuti autem huius
ratio illa eſt, quia eo caſu non licet etiam de iure communi
ædificare in ſuo proprio, per quod luminibus vicini officia-
tur; Ita not. Cœpoll. d. tract. Seruit. vrban. præd. cap. 36. De
ſeruitute ne lumin. num. 4. 5. & 6.

q Poſſit ipſe vicinus in dicto pariete infigere] † Secus de
36 iure communi. Imo illud Vicinus eo caſu poteſt tollere
propria authoritate. Ita not. Cœpol. tractat. ſeruit. vrban.
37 præd. c. 30. de ſeruit. tigni, num 2. & 3. † Si tamen hoc fa-
ciat incontinenti, non ſi ex interuallo, vt not. Crauet. conſ.
154. num. 4.

r Et ſuperius ædificare] † Secus de iure communi. Imo
38 eo caſu ſuperædificatum fieret proprium illius domini mu-
ri, vt not. Cœpol. tract. ſeruit. vrban. præd. cap. 40. De pa-
39 riete, ſeu muro, num. 10. † Habet tamen locum diſpoſitio
hæc in muro proprio alicuius, qui ſit in frontiſpicio, quia
eo caſu licet vicino ſuper eo ædificare, & in eo infigere, vt
hic cauetur, non autem habet locum in muro proprio ali-
cuius, qui habeat ſtillicidium, quia tunc non licet vicino in
eo tigna infigere, nec ſuper eo ædificare, & in eo caſu tene-
tur vicinus volens ædificare dimittere pedem, iuxta diſpo-
40 ſitionem Statuti infra, cap. 336. Si quis pedem. † Tanto
magis, quia non poſſet etiam iure communi inſpecto vici-
nus aliquid facere, per quod noceret d. ſtillicidio, vt tradit
Cœpoll. d. tract. Seruit. vrb. præd. cap. 28. De ſeruitute ſtilli-
cidij, num. 7.

ſ Inuito Domino dicti muri] † Secus de iure communi, vt
41 tradit Cœpoll. d. tract. Seruit. vrban. præd. cap. 40. de parie-
te, num. 10.

t Ipſo tamen ſoluente] † Oligatio hæc ſoluendi medieta-
42 tem muri huius, non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem,
vt not. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 285. num. 7.

u Vel cum effectu parato ſoluere] † Niſi infra, verſic. Qui
43 murus, caueretur fiendam depoſitionem, in caſu reſiſtentiæ,
quod ſufficeret ſola oblatio ſine depoſitione, notat Tiraqu.
tract. retract. lignag. §. 1. glo. 17. maxime circa finem, & late
notatum ſupra cap. 434. Si quis, in verbo, Vel cum effectu
44 parato dare. † Oblatio & depoſitio hæc qualiter ſit fienda,
notatum late ſupra, c. 433. Si quis, in verbo, Offerẽs, & ver-
45 bo, Deponens. † Vicinus is ſi nulla facta oblatione, vel
depoſitione iuxta formam huius ſtatuti tigna impoſuerit,
vel ſuperædificauerit ignorante Domino muri, vel eo ſcien-
te, & non contradicente, an illud ædificium, vel illorum ti-
gnorum impoſitio debeat deſtrui, dicendum videtur, quod
non, ne vrbs deformetur, ſed poteſt cogi ſuperædificans vel
tignum imponens condictione huius ſtatuti ad ſolutionem
dimidietatis huius muri, vt hic cauetur, ita notat Napod.
in hac ſpecie ſuis conſuetud. ad conſuetud. Neapol. titu.
20. de ſeruitut. in verbo, ſoluto, num. 26. verſic. quid ergo,
late diſtinguit Bart. in l. qui bona, §. ſed ſi iuxta, ad finem,
ff. de damn. infect. & in l. Labeo, vbi Caſtr. ff. de aqua pluui.
arc. Bald. in l. Sabinus, ff. communi diuidundo, & infra la-
tius, cap. 342. ſi quis, in verbo, & immiſſum habet extra-
hatur.

x Medietatem æſtimationis] † Qualiter fienda ſit æſti-
46 matio, cauetur infra in hoc ſtatuto, in verbis ſequentibus.
De iure autem communi qualiter ſit fienda, notat Napod.
in conſuet. Neapol. tit. 20. de ſeruit. verſ. & ſi ex latere, in
verbo, in ipſum, num. 28. & verſ. ſed ſi, in verbo, ad parie-
tem, num. 28. in princ.

aa Murus ipſius proprij] Pleno iure ſcilicet, vt ſupra no-
tatum.

bb Vel vt ſupra] † Veluti, quod ſit tantum reſpectu vtilis, nõ
47 autem refertur ad murum communem, quia tũc eo caſu vi-
cinus infigens, vel ſuperædificans non teneretur ad aliquod
pretium, niſi eo caſu, & in ea parte, qua eſſet ſuperædificatũ
per ſocium, & ſuis ſumptibus, prout notatur, infra c. 342. ſi
quis verſ. & ſi alter vicinus.

cc Et fundi ſuper quo ædificatus eſt murus ipſe] Et ſi te-
netur, non ſolum ad æſtimationem expenſarum muri ip-
ſius, ſed etiam fundi, ſuper quo eſt ædificatum. Et hoc iuri-
dicum eſt.

dd Secundum æſtimationem faciendam] † Quæ quidem fie-
48 ri debet ſecundum commune pretium, iuxta diſtinctionem
Ripæ, in l. cum bona, circa fin. ff. de priuileg. creditor. etiam
arbitrio boni viri, vt notat Tiraq. tract. retract. lignag. §. 30.
glo. 2. num. 1. & notatum, ſupra c. 433. ſi quis, in verbo, fate-
re illud æſtimari.

ee Per æſtimatorem communis Mediolani] De quibus ſu-
pra c. 179. æſtimatores, vbi late notatum, vol. 1.

ff Et hoc vbi murus ſit ſufficiens ad ſuſtinẽda onera vtriuſ-
49 que ædificii] † Hoc procedit etiam de iure communi in mu-
ro cõmuni, in caſibus, in quibus licet affigere tigna, vt not.
Cœpoll. tract. ſeruit. vrb. præd. c. 30. de ſeruitute tigni, nu. 4.
verſ. aut loquitur.

gg Vel facta ſolenni depoſitione] † Quo fit, vt non ſufficiat
50 oblatio, quæ alias ſufficeret, vbi hic non fuiſſet expreſſum
de depoſitione, vt notat Tiraquel. d. tract. retract. lignag. §.
51 1. gloſ. 17. maxime circa finem. † Depoſitum, & oblatio
hæc, vt dicatur ſolenniter facta, quid requiratur, notatum
ſupra cap. 417. ſi quis, in verbo, offerens, & verbo deponẽs,
volum. 1.

hh Si communis ipſo iure] † Ex his verbis videtur inferen-
52 dum non requiri aliquam ſententiam iudicis interlocuto-
riam, iuxta tradita per Tiraq. l. ſi vnquam, in verbo, reuerta-
tur, num 143. cum ſequent. & notatum ſupra c. 195. ſi quis,
in verbo, habeatur ipſo iure. Tamen quod declaratoria iu-
dicis ſuper ipſo facto requiratur, quod legitime ſit facta o-
blatio, & depoſitum, notatur ſuper his verbis late ſupra c. 1.
53 in verbo, ipſo facto. † Facta autem dicta oblatione, & depo-
ſitione de qua in hoc ſtatuto, poteſt vicinus hic abſque alio
ædificio ædificare, & infigere, vt hic cauetur. Quod idem de
iure communi, notat Napod. tit. 2. de ſeruit. in verſ. & ſi, in
verbo ſoluto, num. 26.

ii Vbi vero eſſet emphyteuticus, pro medietate primo do-
mino directi] Hoc verbum, primo Domino, prolatum ad
differentiam Domini ſubalternati, cui nil debetur, cum om-
ne ius ab eo ſit ablatum, vt late notatum ſupra c. 436. ha-
54 bens vtile, ad finem, vol. 1. & infra etiam dicetur. † Imo &
huic Domino primo directi videretur nil dãdũ eſſe iure cõ-
muni inſpecto, ex quo omnis impenſa reficiendi murum &
emphyteuticum pertinet ad emphyteutam, vt notat in hac
ſpecie, Cœpoll. tract. ſeruit. vrban. præd. cap. 59. de refectio-
ne, num. 13.

kk Emphyteutæ exiſtenti in actuali, & naturali poſſeſſione]
55 † Hoc dictum ob Dominum ſubalternatum, qui eſt primus
emphyteuta, quia nil ei debetur, cum nullũ ius dominii ha-
beat, non quidem directum, ex quo illud habet Dominus
primus, non etiam vtile, cum illud tranſtulerit in ſecundum
emphy-

Digitized by Google

emphyteutam, vt ſignanter notatum ſupra cap. 346. habens
vtile, ad finem, volum. 1. Hoc etiam clare colligitur, ex ver-
bis præcedentibus ſtatuti, dum diſponitur ſolui aliam me-
dietatem primo Domino directi, & ſic non Domino ſubal-
ternato.

ll Reficere, ſeu ſufficientem facere] Arbitrio, etiam æſtima-
toris communis Mediolani, prout in ſimili cauetur ſupra,
verſ. & hoc vbi mutus.

mm Suis tamen ſumptibus, ſine tamen aliqua repetitione]
56 † Secus etiam in muro communi ad onera ſuſtinenda de-
ſtinato, quia tenetur tunc contribuere ſocius vicinus, vt
notat Cœpoll. tractat. ſeruit. vrb. præd. cap. 37. de ſeruitute
oneris ferendi, num. 7. & infra dicetur, cap. 341. licitum ſit.
57 † Non habet pariter locum hæc concluſio vbi ille vicinus
deberet ſeruitutem oneris ferendi, quia tunc debens ſer-
uitutem illam, teneretur reficere ſuis expenſis in totum,
ita notat declarando, Cœpoll. dict. cap. 37. de ſeruit. oneris
feren num. 4.

nn Seu factus ſufficiens, remaneat communis, abſque ali-
58 qua ſolutione] † Ratio duplex huius ſtatuti poteſt aſſer-
ri, vt ad has impenſas non teneatur vicinus Dominus mu-
ri, tum quia fuit ædificatum ſuper alieno, quo caſu tenetur
Dominus ſoli, & muri, & ædificatum ſupra ſuum rema-
net, ex diſpoſitione iuris communis, vt notatur ex textu, in
l. adeo, §. ex diuerſo, ff. de acquir. rer. domin. & notat Cœ-
poll. dict. tract. ſeruit. urb. præd. cap. 40. de pariete, num. 10.
59 † Tum etiam, quia hanc refectionem facit reficiens ad ſui
vtilitatem tantum, vt in ſimili diſtinguit Cœpoll. d. cap. 40.
de pariete, num. 26. verſic. ſi vero ſuper utrunque, & verſic.
aut non fecit.

oo Si vero, ipſa domus, ſeu ædificium debeat ſeruitutem lu-
60 minis] † Seruitus luminis & ſeruitus, ne luminibus offi-
ciatur, ſunt diuerſæ in iure, vt late deducit Cœpoll. dict.
tractat. ſeruit. Vrban. præd. cap. 35. de ſeruit. lumi. & capit.
ſequen. Tamen idem important ex ſtatuto, infra cap. 345.
ſeruitus.

pp Vel proſpectus] † Quæ ſit in iure hæc ſeruitus, diſcutit
61 Cœpoll. d. tractat. ſeruit. vrban. præd. cap. 34. de ſeruitute
proſpectus, & licet differat a ſeruitute luminum, vel ne lu-
minibus officiatur, tamen idem important per ſtatutum, in-
fra c. 345. ſeruitus.

qq Similiter vicinus ipſius, poſſit in dicto muro inſigere] In-
tellige intra ſpatium quinque brachiorum à latere, vt infra
cauetur, capit. 337. ſi ſeruitutem, verſ. ſi vero. Ad oppoſi-
tum autem non poteſt ædificare, niſi relictis brachijs decẽ,
vt ibi cauetur.

rr Nec occaſione contentorum in præſenti ſtatuto] Om-
nium contentorum ſupra, tam reſpectu æſtimationis mu-
ri, & fundi, quam quod ſit ſufficiens, & aliter, ut ſupra
cauetur.

ſſ Compromiſſum peti poſſit] iuxta diſpoſitionem ſtatuti
ſupra c. 215. ſi de cætero, vol. 1.

tt Non poſſit appellari] Per hanc clauſulam, & ſequentes,
quid cenſeatur remotum, late ſupra c. 26. poſſit, in his ver-
bis, & c. 116. petito, in his verbis.

uu Si huis in Ciuitate Mediolani] Quod eſt infra c. 342.

xx Nec contentis in eo] Quatuor autem principaliter ibi
diſponuntur. Primum quod uicinus poſſit cogere vicinũ
ad medietatem impenſæ, vt conſtruatur murus de nouo in-
ter curtem ſuam, & curtem vicini vſque ad brachia quin-
que, vt ibi notatur in princ. Quod hic non diſponitur. Secũ-
do ibi cauetur, quod murus ille inter curtem, & curtem non
excedat altitudinem brachiorum nouem, ut ibi uerſic. & ſi
ultra. Tamen in alio muro proprio uel communi, ſecus hic
62 cauetur, quod poſſit altiari per uicinum. † Tertio ibi prin-
cipaliter diſponitur, quod ſi quis ædificauerit ſupra murum
communem ultra illa brachia quinque ſuis expenſis, quod
alter uicinus uolens appodiare, teneatur ſoluere medieta-
tem illius ſupra pluris ſuperædificari, ibi cauetur, uerſic. &
ſi alter. Qui caſus pariter non deducitur in hoc ſtatuto.
Quarto principaliter ibi ſtatuitur, quod inter clauſuram
hortorum in Ciuitate non poſſit fieri murus, qui ſit maio-
ris altitudinis brachiorum quatuor cum dimidio, ibi uerſic.
ſaluo ſi quis hortum. Hic autem in omnibus alijs caſibus
licet ędificare uſque ad cælum, tam in muro communi, quã
etiam in muro proprio alieno, modo quo hic diſponitur, &
propter hæc appoſita fuit hęc clauſula, quod non cenſeatur
derogatum contentis in eo ſtatuto.

Quod vicinus poſsit ædificare vltra pedem vicini ſui. Cap. CCCXXXVI.

a SI quis *b* pedem *c* extra domum ſuam *d* habet, *e* ul-
tra illum pedem, *f* uicinus in ſuo poterit, *g* ędifica-
re, *h* ut in ſuo non uideat, *i* nec aquam ſtillicidij eius re-
cipiat, *k* dimiſſo pede Aliprando, *l* extra ſtillicidium,
m qui pes ſit, & eſſe debeat ipſius ædificantis.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus ædificans quando cenſeatur reliquiſſe pedem*
2 *Propè pedem ſediminis quod relìquit vicinus, an quis poſſit ædificare.*
3 *Suum, quod modis dicatur.*
4 *Quilibet in ſolo proprio poteſt ædificare, vſq; ad cælum in præiudicium vicini, limita vſq; ad num. 9.*
10 *Feneſtras in proprio muro quando liceat ædificanti facere.*
11 *Vicinus non tenetur recipere aquam ſtillicidij vicini.*
12 *Vicinus ædificans tenetur dimittere duos pedes.*
13 *Stillicidij ſeruitus non poteſt, nec debet impediri.*
14 *Pes ſediminis dimiſſus per ædificantem remanet ædificantis.*

a SI quis] Comprehenditur, tam maſculus, quam fœ-
mina, cum loquatur ſtatutum de materia utrique ſe-
xui congruenti, ut notatum ſupra cap. 126. in Ciuita-
te, uolum. 1.

b Pedem] Quid ſit pes, notatum infra cap. 350. menſura.
De hoc autem pede cauetur etiam ſupra, ca. 333. ſi aliquis,
verſ. vel niſi pedem ſaltem vnum.

c Extra domum ſuam] Aedificium ſcilicet ſuum.

d Habet] † Quando autem cenſeatur pedem illum reli-
1 quiſſe, diſcutit late declarando Cœpol. tract. ſeruit. urban.
præd. cap. 40. de pariete, num. 8. & cap. 28. de ſeruitute ſtil-
licidij, numer. 10. In dubio autem cenſetur per ſtatutum
noſtrum, infra cap. 346. ſi dubium, illud reliquiſſe, & nota-
tum, ſupra capit. 333. ſi aliquis, uerſ. uel niſi pedem ſaltem
reliquerit.

e Vltra illum pedem] † Quid, ſi habeat aliquid ultra pe-
2 dem, is qui habet domum, eadem ratio militat, ut uicinus
uolens ædificare de nouo, teneatur retrahere pedem in ſuo,
in quo non poſſit ædificare, ita in ſimili notat Bald. in cap.
1. in princ. quibus modis feud. amit. il ſecundo, ita in ſpecie
hac notat Cœpoll. d. tract. ſeruit. urb. præd. cap. 28. de ſerui-
tute ſtillicidij, num. 8.

f Vicinus in ſuo] † Sex modis quid dici poteſt ſuum, ut no-
3 tat Napod. in conſuet. Neapol. tit. 21. de apertura, uerſ. non
licet, in uerbo, ſua propria, num. 10.

g Poterit ædificare] † Hoc uſque ad cælum etiam in præ-
4 iudicium uicini, ut notat Cœpol. tractat. urban. præd. cap.
39. de ſolo, ſeu area, in prin. Regulam ponit cum ampliatio-
nibus, & limitationibus Duenas, reg. 33. ædificare, & eleua-
re, Socin reg. 127. domum, Burſatus, conſ. 57. num. 1. cum ſe-
5 quen. uol. 1. † Inter alias limitationes hæc deducitur, ut
non procedat ſi uicinus hic pateretur ſeruitutem luminis,
uel proſpectus, quia tunc tam de iure cõmuni nil ad oppo-
ſitum fieri poteſt, per quod lumen obſcuretur, ut late notat
Cępoll. d. tract. ſeruit. urb. pręd. d. c. 34 de ſeruitute proſpe-
ctus cum duobus ſequent. & c. 30. de ſolo, & area, num. 2. &
notat Burſatus, conſ. 53. num. 18. & 19. uol. 1. quam etiam
per ſtatutum infra c. ſequenti, uerſ. ſi uero ſeruitutem. Vbi
clare notatur non poſſe fieri aliquod opus ad oppoſitum
per brachia decem, & à latere per brachia quinque, & intra
6 per brachium dimidium. † Nec etiam poteſt ædificari, ut
tollatur aer alteri domui, ita Burſatus, conſ. 57. num. 12. ad
7 finem, & num. 13. uol. 1. † Non uidetur pariter habere lo-
cum, ſi id faciat ad æmulationem ſolũ ſine aliqua eius uti-
litate, ut notat gloſſa, in l. opus, in gloſſa magna, circa med.
ff. de op. public. idem Alexand. conſ. 174. numer. 4. & 5. uol.
2. Iaſ. in l. ex hoc iure, numer. 8. & 9. ff. de iuſt. & iur. idem
not. Cępol. d tract. ſeruit. urb. præd. cap. 39. de ſolo, & area,
numer. 2. uerſi. quinto fallit, & cap. 62. de feneſtra, numer.
2. Duennas, d. reg. 33. limit. 7. Burſatus, conſ. 57. numer. 14.
uol. 1. ubi atteſtatur de communi Berous, conſil. 135 num.
8 4. uolum. 3. † Quando autem dicatur fieri ad æmulatio-
nem, notat Alex. d. conſ. 174. uolum. 2. Cępoll. dict. capit.
39. de ſolo, & area, num. 3. Iaſ. d. l. ex hoc iure, num. 13. ff. de
iuſt. & iur. ſignanter notat Cephal. conſil. 130. uolu. 1. idem
notat Viuius ſuis communibus, libr. 2. opin. 11. ædificare
in ſua area, Menoch. tractat. arbitr. libr. 2. cent. 2. caſu 156.
num.

Digitized by Google

numer. 3. cum ſeq. Burſatus conſil. 57. num. 15. & num. 17.
volum. 1. vbi dicit fieri ad æmulationem, vbi non ſit neceſ-
ſarium, nec vtile, vt ibi per eum, num. 15. & num. 17. & hoc
9 probetur coniecturis. † In dubio autem non cenſetur,
nec præſumitur factum ad æmulationem, vt not. Alexand.
conſil. 174. num. 5. volum. 2. Iaſ. d. l. ex hoc iure, num. 11. ff.
de iuſt. & iur. Cœpoll. tracta. ſeruit. vrb. præd. capit. 39. de
ſolo, & area, nume. 3. Menoch. d. tract. arbitr. lib. 2. cent. 2.
caſu 156. num. 8. & 9.

b Vt in ſuo non videat] † Et ſic facere, vt vicinus in ſuo
10 videat, cum dimiſſo pede Alliprando poſſit vicinus face-
re quaſcunque feneſtras, quas velit, vt ſupra, notatum cap.
333. ſi aliquis, ad fin. Et ſic hoc caſu dimiſſo hoc pede Al-
liprando, poterit obturare feneſtras vicini, etiam quod per
mille annos ibi fuerint, vt notat Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb.
præd. cap. 76. de horto, num. 9. niſi adſit ſeruitus luminis,
vt ſupra notatum.

i Nec aquam ſtillicidij eius recipiat] † In ſuo ſcilicet.
11 Nam hoc caſu tenetur vicinus habens ſtillicidium caſſitans
penes locum vicini, cum dimiſerit pedem, quod poteſt fa-
cere intra pedem dimiſſum, vt ſupra notatum d. cap. 333. ſi
aliquis circa fin. incruſtare ſolum, vbi caſſitat ſtillicidium,
& aquam ducere extra, ne marceſcat murum hunc, & ædifi-
cium vicini, vt not. Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 40.
de pariete, num. 7.

k Dimiſſo pede Alliprando] † De Iure communi in ædi-
12 ficio conſtruendo domus ſcilicet tenetur relinquere duos
pedes, & in conſtruendo murum tenetur relinquere vnum
pedem, ita cauetur, in l. fi. ff. finium regun. quæ lex de con-
ſuetudine abrogata eſt, teſte Bald. in conſil. 348. numer. 5.
volum. 2.

l Extra ſtillicidium] † Idem cauetur de Iure communi,
13 vt late notat diſcutiendo, Cœpolla d. tractat. ſeruit. vrban.
præd. cap. 28. de ſeruitute ſtillicidij, num. 8. Et hoc ne im-
pediatur ſeruitus ſtillicidij, vt notatur in lib. 4. communiũ,
in verbo, ædificare, idem notat Viuius ſuis communib. lib.
2. opin. 11. ædificare, Soarez ſuis communibus, in verbo, ſtil-
licidij recipiendi.

m Qui pes ſit, & eſſe debeat ipſius ædificantis] † Prout
14 eſt ſolum proprium vicini ſtillicidij, quod eſt intra ſtillici-
dium; ita not. Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 28. de
ſeruitute ſtillicidij, num. 9.

Quod non poſsit fieri opus in præiudicium habentis ſeruitutem luminis, vel ſtillicidij. Cap. CCCXXXVII.

a SI ſeruitutem ſtillicidij in alieno, *b* quis *c* habuerit, ille, *d* qui ſeruitutem talem debet, *e* nullum opus *f* in præiudicium habentis dictam ſeruitutem ſtillicidij poterit conſtruere, *g* firma tamen manente diſpoſitione præcedentis proxime ſtatuti. Si vero *h* ſeruitutem luminis, vel proſpectus habuerit, vel ne luminibus officiatur, *i* nullum opus ad oppoſitum ex oppoſito, *k* intra ſpatium brachiorum decem *l* ad brachium lignaminis, & intra ſpatiũ brachiorum quinque ex latere ad brachium, vt ſupra facere poſſit in præiudicium dictæ ſeruitutis. Vltra vero menſuram prædictam, ille, qui ſeruitutem debet, *m* quodcunq; opus conſtruere poterit *n* ad ſui libitum, & etiam quodcũque opus facere poterit *o* in muro, in quo eſt ſeruitus, à ſeruitute luminis infra, videlicet à dicta feneſtra infra, dimiſſo tamen dimidio brachio à dicta feneſtra infra, *p* ſoluẽdo medietatem muri, vt ſupra. Et prædicta habeant locum, *q* ſiue prædium vrbanum, vel prædia vrbana, *r* ſiue proprium, vel propria, emphyteuticum, vel emphyteutica, *ſ* & intelligatur eſſe ſeruitus luminis, *t* vel proſpectus, vel ne luminibus officiatur, *u* quando talis ſeruitus eſt appoſita in frontiſpicio, vel aliter appareat eam ſeruitutem eſſe legitime conſtitutam.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus ſtillicidij duplex eſt.*
2 *Maſculus, & fœmina quando comprehendantur ſub ſtatuto.*
3 *Seruitutem ſtillicidij qualiter quis præſumatur habere.*
4 *Operis appellatione quis veniat.*
5 *Stillicidio qualiter præiudicetur.*
6 *Quilibet poteſt ædificare relicto pede.*
7 *Seruitus luminis, & ne luminibus officiatur differt.*
8 *Seruitus luminis præſumitur, vbi quis habet feneſtras in frontiſpicio, limita num. 16.*
9 *Seruitus debita non poteſt impediri, vſq; ad num. 15.*
10 *Noua opus an dicatur, ſi antiquum amplietur.*
17 *Spatium terræ requiſitum ne luminibus quis officiam, quomodo ſit metiendum.*
18 *Quodcunque dictio quid importet.*
19 *Seruitus luminis, & ne luminibus officiatur quando conſtituta intelligatur.*

a SI ſeruitutem ſtillicidij] † Duplex poteſt haberi ſerui-
1 tus ſtillicidij auertendi, & non auertendi, vt ſignanter de-
clarat Cœpoll. tractat. ſeruit. vrb. præd. cap. 28. de ſeruitute
ſtillicidij auertendi. in prin. & cap. ſeq.

b Quis] † Siue ſit maſculus, ſiue fœmina, cum ſtatutum
2 loquatur de materia congruente vtrique ſexui, vt cauetur
ſupra cap. 126. in ciuitate, vol. 1.

c Habuerit] † Qualiter autem quis præſumatur habere
3 ſeruitutem ſtillicidij de Iure communi, diſtinguit Cœpol.
tract. vrban. præd. d. cap. 28. de ſeruitut. ſtillicidij, num. 10.
dicens, quod aut locum interiorem poſſidet habens ſtillici-
dium, & tunc non præſumitur ſeruitus ſtillicidij, ſed quod
ſtillicidium illud habeat ille iure dominij, & quod pedem
reliquerit habens ſtillicidium; Aut locum illum inferiorẽ
poſſidet vicinus loci ſeruientis, & tunc præſumitur iure ſer-
uitutis illud ſtillicidium adeſſe; Aut nemo poſſidet locum
illum, veluti ſi ſit incultum, & tunc pariter Cœpolla ſubdi-
ſtinguit, vt ibi per eum. Verum per ſtatutum infra cap. 346.
ſi dubium in princ. clare deciditur, quod ſi adſit dubium,
quod non præſumatur iure ſeruitutis adeſſe, ſed iure domi-
nij, & quod fuerit relictus pes.

d Qui ſeruitutem talem debet] Id eſt, patitur ſuper eius
fundo.

e Nouum opus] † Appellatione operis venit omne id,
4 quod habet inſtar operis etiam in materia ſtatutaria, ita
Angel. in ſtipulatio. §. opus, vbi Alexan. in addit. ad Bart.
& Iaſ. num. 2. quam legem, ſub §. hoc autem, ff. de oper. nou.
nunt.

f In præiudicium habentis dictam ſeruitutem poſſit con-
5 ſtruere] † Idem eſt de Iure communi, ita Cœpoll. tracta.
ſeruitut. vrban. præd. cap. 28. de ſeruitute ſtillicidij, quæſt. 7.
numer. 7. & quæſt. 8. num. 8. Vbi notat qualiter dicatur fieri
in præiudicium ſtillicidij. † Poterit tamen vicinus patiens
hanc ſeruitutem ædificare, & altius murum tollere, dum ta-
men recipiat ſtillicidium, ita Burſatus, conſ. 111. nume. 15.
volum. 1.

g Firma manente diſpoſitione præcedentis proxime ſtatu-
6 ti] † Vbi diſponitur quod relicto pede in ſuo, quis poſſit
ædificare, declarando, vt per Cœpoll. d. cap. 28. de ſeruit. ſtil-
licid. quæſt. 8. num. 8.

h Seruitutem luminis, vel proſpectus habuerit, vel ne lu-
7 minibus officiatur] † Hæ ſeruitutes in iure multum diffe-
runt, vt notat Cœpolla tract. ſeruit. vrban. præd. cap. 34. de
ſeruit. proſpectus, cum duobus ſequentibus. Nam ſeruitus
luminis recipit lumen a cœlo, proſpectus autem à ſole, in
textu, l. lumen, ff. de ſeruit. vrb. præd. declarat Cœpolla in
tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 33. ne proſpectui, num. 2. & cap.
34. de ſeruit. proſpectus, n. 3. Verum per ſtatutum infra 345.
8 ſeruitus, idem important. † In dubio autem ſeruitus lu-
minis præſumitur vbi quis habeat feneſtras in frontiſpicio,
ita not. Alba. conſ. 20. ad finem, & infra cauetur, verſ. & præ-
dicta, & infra cap. 346. ſi dubium, ad finem.

i Nullum opus, ad oppoſitum ex oppoſito] † Quid ſi
9 ante conſtitutam ſeruitutẽ hanc luminis adeſſet aliquis mu-
rus antiquus è regione, & ad oppoſitũ muri, in quo dein fa-
cta fuit ſeruitus luminis per confectionem feneſtrarum in
eo; Tamen ille murus antiquus amplius tolli non poterit
in præiudicium huius ſeruitutis dein conſtitutæ, quia dice-
10 retur nouum opus fieri, ſiue † quid de nouo fiat, ſiue anti-
quum amplietur, & eleuetur, ita notat Alex. in l. 1. §. opus,
nu. 1. vbi etiam Caſtrenſ. & alij, maxime Iaſ. n. 2. ff. de oper.
nou. nun. ita etiam firmat Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd.
cap. 35. de ſeruitute luminum, num. 3. ad finem, per l. luminũ,
ff. de ſeruit. vrb. præd. idem in ſimili notat Cœpol. d. cap. 28.
de ſeruit. ſtillicidij, num. 6. ad finem, idem Caſſan. ſuis com-
ment. in conſuetud. Burgund. rubric. 13. §. 9. in textu, de
11 nouueau. † Domus, cui debetur hæc ſeruitus luminis, etiam
quod ſit ruinoſa, nec indigeat ſeruitute luminis huius, tamẽ
quod non poſſit fieri in præiudicium memoratæ ſeruitutis
luminis aliquod opus contra diſpoſitionem huius ſtatuti,
12 † facit in fortioribus terminis, quia etiam ea domo deſtru-
cta dein reædificata non licet aliquid facere noui in præiu-
dicium ſeruitutis primæ, tanquam quod ſit eadem domus,
notatur ex textu, in l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum, ff. de ſeruit.
vrban. præd. idem firmat Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. cap. 28.
de ſeruit.

Digitized by Google

de ſeruit. ſtillicidii, num. 6. idem Corn. conſ. 74. in princi.
& conſ. 161. num. 15. volum. 3. diſcutit Tiraquell. tracta. re-
tract. lignag. §. 32. gloſſa vnica, num. 55. & ad finem, titul.
13 quæſt. 14. num. 72. cum ſequentibus. † Non poterit etiam
fieri aliquod ædificium ligneum, vel de materia lapidum
in præiudicium memoratæ ſeruitutis, ita Napod. ad con-
ſuetud. Neapol. tit. 20. de ſeruit. verſ. ſi quis habet, in ver-
bo, ædificare, num. 16. Cæpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. cap.
14 35. de ſeruitute ne luminibus officiatur, num. 7. † In præ-
iudicium pariter huius non poterunt etiam plantari arbo-
res, nec fieri viridaria arborum in eius præiudicium, ita no-
tatur, in l. ſi arborem, in princip. ff. de ſeruitut. vrban. pręd.
idem Napod. d. tit. de ſeruit. in verbo, ædificare, numer. 16.
notat etiam Cæpolla d. tract. ſeruit. vrban. præd. capit. 36.
de ſeruit. ne lumin. officiatur, numer. 2. idem not. Soc. iun.
15 conſ. 141. num. 1. verſ. confirmatur hoc, volum. 1. † Secus
dicendum ſi eſſet ſeruitus altius non tollendi, per textum, in
l. ædificiũ, ff. de ſeruit. vrban. præd. notat Cæpolla d. tract.
ſeruit. vrban. præd. c. 27. de ſeruitute altius non tollendi, n.
2. idem not. Soc. iun. conſ. 141. num. 1. verſ. confirmat hoc,
16 vol. 1. † Seruitus tamen luminis cenſetur remiſſa vbi feneſtræ in muro reperiantur non obturatæ, ita Burſatus, conſi.
58. num. 20. vol. 1.

k Intra ſpatium brachiorum decem] † In hoc ſpatio
17 non computabitur, ſi via publica, vel vicinalis, vel priua-
ta, vel locus publicus, vel Eccleſia intermediet, ita not. Na-
pod. dict. conſuetud. tit. 20. de ſeruit. verſic. ſi quis habet, in
verbo, domum, numer. 15. quia non obſeruabitur diſtantia
hic notata.

l Ad brachium lignaminum] Nam diuerſæ ſunt ſpecies
brachiorum, lignaminum, ſericii, & ſimilium.

m Quodcunq; opus conſtruere poſſit] † Cuiuſcunq; qua-
18 litatis ſit, ponderando hoc verbum, Quodcunq;, quod im-
portat omnimodam generalitatem; vt not. Afin. ſua praxi
iudiciaria, in prin. c. 7. per totum.

n Ad ſui libitum] † Non obſtante etiam qualibet præ-
19 ſcriptione, etiam quod per mille annos ſtetiſſet hoc facere,
vt in ſimili notat Cæpoll. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 76. de
horto, num. 9.

o In muro] Proprio ſcilicet illius, qui eſt Dominus ſerui-
tutis luminis, quod magis colligitur ex verbis ſequentibus
ſtatuti, ibi ſoluendo medietatem muri, vt ſupra, & verſ. ſeq.
& prædicta.

p Soluendo medietatem muri vt ſupra] Hæc relatio fit ad
ſtatutum ſupra cap. 335. ſi contingat, verſ. vbi vero paries
ſit proprius. Nullum enim ſtatutum adeſt diſponens de ſo-
lutione medietatis muri, niſi illud loquens de muro pro-
prio, non autem de muro communi, & quod intellexe-
rit de muro proprio, colligitur ex clauſula ſequen. & præ-
dicta.

q Siue prædium vrbanum] † Prædium vrbanum dicitur
20 quod habet ædificium, ſiue ſit in vrbe, ſiue in villa, ita Iaſ. §.
æque ſi, num. 22. Inſtit. de act. & notatum ſupra cap. 433. ſi
quis, in verbo, ruſticum, vol. 1.

r Siue proprium vel propria, emphyteuticum, vel emphy-
teutica] In hoc tamen eſt differentia, quia ſi ſit murus
vnius, pleno iure, tunc ſolutio fiet illius medietatis in to-
tum. Si autem ſit emphyteuticus pro dimidia ſit Domino
directi, & pro alia dimidia emphyteutæ, vt cauetur ſupra
cap. 335. ſi contingat, verſ. qui murus, ad finem, & verſic.
vbi vero.

ſ Et intelligatur ſeruitus luminis, vel proſpectus, vel ne lu-
minibus officiatur] Quæ in iure differunt, licet idem im-
portent per ſtatutum, infra c. 345. ſeruitus.

t Quando talis ſeruitus eſt appoſita in frontiſpicio] † Idẽ
21 cauetur infra c. 346. ſi dubium, ad fin. idem de iure commu-
ni, Alba. conſ. 20. ad fin. & ibi not. d. c. 346.

u Vel aliter appareat eam ſeruitutem eſſe legitime conſti-
tutam] Per inſtrumentum ſcilicet, vel pactionem, vel præ-
ſcriptionem legitimam, iuxta diſpoſitionem ſtatuti ſupra
capit. 332. ſeruitutes, verſic. item in ſeruitutibus, cum ibi
notatis.

De ſeruitute luminis.
Caput CCCXXXVIII.

a IS, b cui ſeruitus luminis debetur, c plures feneſtras, vel maiores, quam conſueuerit, vel in alio loco facere non poſſit, d nec in muro tenere aliqua foramina, vel relaxa.

a IS] † Siue maſculus, ſiue fœmina, cum loquatur ſtatutum
1 de materia congruenti vtrique ſexui, idem cauetur ſu-
pra c. 126. in Ciuitate, vol. 1.

b Cui ſeruitus luminis debetur] Quæ in dubio cenſetur
conſtituta, vbi ſit in frontiſpicio, vt cauetur ſupra c. pręced.
in fine, & infra c. 346. ſi dubium, ad fin. quod idem de iure
communi, Alba. conſ. 20. ad fin.

c Plures feneſtras, vel maiores] † Ratio in promptu illa
2 eſt, quia in ſeruitutibus alicui debitis Dominus ſeruitutis
poteſt eam ſeruitutem facere leuiorem, non autem aerio-
rem, vel duriorem, ita notat. Cæpolla, dicto tractat. ſeruit.
vrb. præd. cap. 28. de ſeruitute ſtillicidij, num. 4. & 5. la-
te declarat Corn. conſil. 90. numer. 27. volumin. 2. Aleiat.
conſil. 273.

d Nec in muro tenere aliqua foramina, vel relaxa] Eadem
ratio, quæ in feneſtris, ne per ea introſpiciat in vicini locũ,
per allegata ſupra, in verbo præcedenti.

De ſeruitute ſtillicidij.
Cap. CCCXXXIX.

a IS b qui ſeruitutem ſtillicidij c habet d maiorem aquam, quam conſueuit e immittere, f vel in alio facere non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando comprehendat tam maſculos, quam fœminas.*
2 *Seruitus ſtillicidij duplex eſt.*
3 *Stillicidium tunc dominij, vel iure ſeruitutis, quando quis habere intelligatur, & num. 4.*
5 *Aquas immittere in alienum non licet, limita nu. 6.*
6 *Seruitus non eſt amplianda, nec mutanda præſertim ſtillicidij, apponendo canali, nu. 7. & 8.*
9 *Stillicidium non ammittitur, deſtructo ædificio.*
10 *Stillicidij refectio ad quem pertinent.*

a IS] † Comprehenditur tam maſculus, quam fœmina, cum
1 loquatur ſtatutum de materia indifferenti, congruente
vtriq; ſexui, vt cauetur toties allegato ſtatuto ſupra cap.
126. in Ciuitate, vol. 1.

b Qui ſeruitutem ſtillicidii] † Duplex eſt ſeruitus ſtil-
2 licidij auertendi, & non auertendi, vt notat Cæpoll. tract.
de ſeruitute vrb. præd. capit. 27. de ſeruitute ſtillicidij, &
cap. ſeq.

c Habet] † Qualiter autem præſumatur quis habere ſtil-
3 licidium iure dominij, vel iure ſeruitutis, diſtinguit ſignan-
ter Cæpolla dict. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 28. de ſeruitute
ſtillicidii, num. 10. & cap. 40. de pariete, num. 8. Vtrum ha-
bens ſtillicidium poſſideat locum inferiorem, vel poſſidea-
tur à vicino, vel à nemine, vt ibi per eum. Quæ diſtinctio
ſublata per ſtatutum infra capit. 346. ſi dubium, ad finem.
4 † Non probatur autem eum habuiſſe iure ſeruitutis, ex quo
habeat ſtillicidium, per quadraginta annos, niſi probet ſe
habuiſſe iure ſeruitutis, ita not. Burſat. conſi. 111. numer. 16.
volum. 1.

d Maiorem aquam, quam conſueuit] † Ratio illa in prõ-
5 ptu, quia in alieno non licet immittere aquas, textus aptus
in l. ſicuti, §. Ariſto. verſic. idem autem, vbi gloſſa, & Scribẽ-
tes, ff. de ſeruit. vendic. Niſi adſit ſeruitus hæc cõſtituta, Cæ-
poll. d. capit. 48. de ſeruitute ſtillicidii, numer. 2. Socin. ſen.
6 conſil. 44. numer. 1. volum. 4. † Quo fit vt conſtituta hac
ſeruitute, non liceat eam ampliorem, vel duriorem face-
re, per l. ſeruitutes, §. ſi contra, verſic. ſtillicidium, ff. de
ſeruit. vrb. præd. Cæpoll. d. cap. 28. de ſeruitute ſtillicidij,
numer. 4. & 5. idem declarat Corn. conſil. 90. numer. 27.
volum. 2.

e Immittere] † Non poterit etiam aptare ſtillicidium,
7 per quod deteriorem conditionem vicini faciat, veluti ſi
ſtillicidium hoc longius protendere velit verſus vicinum,
vel deprimere, bene poterit eum retrahere, vel altius tolle-
re, cum ex hoc leuior ſeruitus fiat, ita notatur ex textu d. l.
ſeruitutes, quæ in ſuperficie, §. ſi autem, verſ. ſtillicidium, ff.
de ſeruit. vrb. præd. notat Cæpoll. d. c. 28. de ſeruit. ſtillicidii
q. 5. num. 5.

f Vel in alio loco] † Quid ſi non maior aqua immitta-
8 tur, nec in alio loco ponatur, ſed tantum alio modo mute-
tur, veluti cum prius caſſitaret ſtillicidiũ per cuppos, Do-
minus huius ſeruitutis velit apponere canale, per quod caſ-
ſitet tantum in vno, vel duobus locis, quod non poſſit hoc
facere, eſt text. in d. l. ſeruitutes, §. ſi intra, ff. de ſeruit. vrb.
præd. Cæpolla notat d. cap. de ſeruit. ſtillicidii, num. 9. 10.

Papo

Digitized by Google

Papo ſuis conſuetud. §.109. verſic. cuius tamen ſeruitutis.
9 † Aedificium in quo aderat ſtillicidium ſi corruerit, quod
eo poſtea reædificato in eodem ſtatu, & loco, poteſt impo-
ni ſeruitus ſtillicidij, notatur ex text. d. l. ſeruitutes, §. ſi ſub-
latum, ff. de ſeru. vrb. præd. Cœpolla dict. cap. 28. de ſer-
uitute ſtillicidij, numer. 6. & notatum cap. præceden. in ver-
10 bo, nullum opus ad oppoſitum. † Refectio ſtillicidij quod
ſpectet ad Dominum eius, not. Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb.
præd. capit. 29 de ſeruitute ſtillicidii, num. 2. declarando, vt
late ſupra capit. 333. ſi aliquis, in verbo, vel ſtillicidii im-
immittendi.

De ſatisdatione volentis ædificare ſuper ſuo, vel communi, cui fuerit denuntiatum, & de opere demoliendo. Cap. CCCXL.

a SI cui *b* volenti *c* ædificare, *d* vel aliud opus facere *e* ſuper ſuo, *f* uel communi, *g* denuntiatū fuerit *h* nouum opus, *i* & paratus fuerit cum effectu ſatiſdare, *k* cum idoneo fideiuſſore de opere demoliendo, ſi iniuſte ædificaſſe, vel laboraſſe repertum fuerit, *l* admittatur, *m* vt ſtatim præſtita ſatiſdatione, in ipſo laborerio poſſit procedere. Et contenta in præſenti ſtatuto non habeant locum, *n* vbi notorie conſtet de non iure ædificare volentis, *o* per inſtrumentum, vel ſententiam, vel arbitramenta, *p* quæ ſententiæ, vel arbitramenta tranſiuerint in rem iudicatam, & mereantur exequutionem, & ſuperinde ſit publica ſcriptura, *q* vel de aliqua ſeruitute debita conſtet, *r* aut per inſpectionem loci, *ſ* vel aliter, quo caſu non audiatur talis ædificare volens, *t* etiam præſtita dicta ſatiſdatione, & niſi prout in præſentibus ſtatutis continetur. *u* Et opponens ſupraſcriptas exceptiones, vel aliquas ex eis, *x* teneatur eas verificare intra dies tres vtiles *aa* à die oppoſitionis factæ coram Iudice, coram quo talis exceptio propoſita fuerit. Et vlterius *bb* non audiatur talis opponens ad impediendum ædificare uolentem. *cc* Et in prædictis, & occaſione prædictorum, poſſit *dd* procedi, etiā in feriis, *ee* non introductis in honorem Dei, vel Sanctorum, *ff* nec admittatur petitio compromiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando comprehendat, tam maſculum quam fœminam.*
2 *Nunciatio noui operis, an poſſit fieri pupillo.*
3 *An abſenti, & num. 5.*
4 *An fabris, & opificibus.*
6 *Nunciatio qualis debeat fieri pro opere futuro tantum.*
7 *Aedificij appellatione quid veniat, & num. 8.*
9 *Operis appellatione quid veniat.*
10 *Nunciatio noui operis an competat pro plantis.*
11 *Suum quot modis quid dicatur.*
12 *Communis res dicitur duobus modis.*
13 *Nunciatio noui operis an habeat locum in re communi.*
14 *Fideiuſſio quo caſu non requiratur in nunciatione noui oper.*
15 *Nunciatio noui operis per quem debeat fieri, & qui nunciandi facultatem habeant, vide vſque ad num. 21.*
22 *Nunciatio debet fieri in opere.*
23 *Nunciatio an poſſit fieri quolibet die.*
24 *Nunciatio ſi petatur à parte debet habere cauſſam, & numero 25.*
26 *Nunciatio fit tribus modis.*
27 *Nunciatione quando perdatur poſſeſſio, & nu. 28.*
29 *Inhibitio facta ob nouum opus nunciatum, an tollatur parte incitata, & num. 30.*
31 *Nunciatio etiam quod ſit iniuſta ligat ædificantes.*
32 *Inhibitio fit per nunciationem noui operis.*
33 *Factum poſt inhibitionem reuocatur, vt attentatum.*
34 *Appellatio non admittitur à ſententia lata de demoliendo.*
35 *Aedificatum poſt inhibitionem regulariter demolitur, limita vſq; ad num. 40.*
41 *Citatio iniuſta non ligat citatum.*
42 *Ius notorium quando dicatur.*
43 *Habens ius prohibendi ædificare poteſt deſtruere ommiſſa denunciatione declara vt num. 44 & 45.*
46 *Opus nouum quando dicatur fieri.*
47 *Nunciatio poteſt fieri etiam ob caſtrum fiendum in loco publico.*
48 *Nunciatio non poteſt fieri, quando reſtauratur ædificium vetus, vel cloaca.*
49 *Idem quando reficitur riuus.*
50 *Vel molendinum deſtructum.*
51 *Item quando fit fouea pro ſepeliendo mortuo.*
52 *Fideiuſſionis oblatio quando ſufficiat.*
53 *Fideiuſſio quando non admittatur in caſu nunciati noui operis.*
54 *Quid ſi recuſetur fideiuſſio.*
55 *Quid vbi non conſtat de iure ædificantis.*
56 *Notorium dicitur quod reſultat ex inſtrumento, vel ſententia, declara num. 57.*
58 *Exceptiones intra quod tempus ſint probandæ.*
59 *Feriæ non obſeruantur in nunciatione noui operis.*
60 *Compromiſſum non admittitur in nuntiatione noui operis.*
61 *Conſilium ſapientis non tollitur in cauſſa nuntiati noui operis.*
62 *Nuncians nouum opus calumnioſè, & ſuccumbens patitur expenſas litis, & actionem iniuriarum, num. 63.*

a SI cui] † Comprehenditur tam maſculus, quam fœmi-
1 na, cum loquatur ſtatutum de materia indifferenti cō-
gruenti vtrique ſexui, vt cauetur ſupra cap. 126. in Ciuita-
2 te, volum. 1. † Nuntiatio hæc poteſt fieri etiam pupillo
ſoli valide, ita notat Lancellot. tract. attent. 3. parte princ. c.
3 28. de ſentent. in cauſ. attent. ferend. num. 63. † Nuntiatio
hæc poteſt fieri non ſolum parti præſenti, ſed etiam abſenti,
etiam nemine præſente, dum tamen fiat in opere, non tamen
præiudicat Domino, niſi à die ſcientiæ eius, niſi quo ad
patientiam demolitionis, expenſis tamen nuntiantis, ita
cauetur in libro 12. communium, in verbo, nouum
opus poteſt, Viuius ſuis communibus, libro 2. opinion.
198. nuntiatio fieri, & opinione ſequenti 199. † Po-
4 terit etiam nuntiatio fieri valide fabris, & opificibus
abſente, & ignorante Domino, & pręiudicat, ſecundum
magis communem, de qua in d. lib. 12. communium, in ver-
bo, nuntiatio facta, idem notat Lancellot. d. tract. attent. 3.
parte princ. dict. capit. 28. de ſenten. in cauſ. attent. ferend.
5 numer. 63. † Nuntiatio hęc in omnem caſum non ſuffi-
cit, quod fiat perſonis pręſentibus, vel abſentibus, niſi fiat
in conſpectu rei, quę ędificatur, ut tradit ſignanter Pra-
ctic. in forma action. noui operis, verſic. nouum opus, nu-
mer. 4.

b Volenti] † Et ſic nuntiatio hęc debet fieri pro opere fu-
6 turo tantum, non vt tollatur iam factum, ita not. Practic. d.
verſ. nouum opus, nume. 5 ad finem. Ideo datur cautela per
Scribentes, quod tempore nuntiationis fiat menſuratio ędi-
ficanti, ad hoc vt cognoſcatur, ſi dein fuerit ſuper ędificatū
de nouo, cum hoc probare dein ſit difficile adhoc vt demo-
liatur poſt factum, vt notat Pract. dict. forma actionis noui
operis, verſ. Medaleſq;, idem nouiſſime Vrſillus decіſ. 352.
num. 5. ad finem.

c Aedificare] † Quid ueniat appellatione ędificii, no-
7 tat Alciat. conſil. 90. per totum, maxime numer. 2. & 3.
8 † Quod etiam ueniat ędificium, cuius paries eſt ſine cę-
mento, not. Tiraquell. tract. retract. lignag. §. 1. glo. 7. num.
172. & late notatum ſupra capit. 434. ſi quis, in uerbo hoc,
uolum. 1.

d Vel aliud opus facere] † Venit appellatione operis
9 omne id totum, quod habet inſtar operis etiam in materia
ſtatutaria, not. Ang. in l. ſtipulatio. §. opus, ubi Alex. in addit.
ad Bart. & Iaſ. ibi num. 2. quam legit, ſub §. hic autem, ff. de
10 operis noui nunt. † Quod tamen ſit ędificium, uel cohę-
rens ędificio, alias ſi plantet arbores, uel eas incidat, non
habet locum nuntiatio noui operis, ita not. Pract d. uerſic.
nouum opus, numer. 1. per l. 1. §. hęc autem, ff. de oper. nou.
nunt.

e Super ſuo] † Sex modis dicitur quid ſuum, ut tradit Na-
11 pod. in conſuet. Neapol. tit. 22. de faciendo lenticulū, uerſi.
non licet in ſua propria, num. 10.

f Vel communi] † Dupliciter capitur res communis, pro
12 indiuiſo ſcilicet, & pro diuiſo, ut notat Cœpoll. tract. de ſer-
13 uit. urb. pręd. cap. 40. de pariete, nume. 11. † De iure com-
muni quando res eſt communis inter ſocios nō uidetur ha-
bere locum nūciatio hęc noui operis per uicinum ſocium
habentem etiam rem uicinam propriam, cui pretendat no-
ceri, ſed agitur actione communi diuidundo, uel officio iu-
dicis ei deſeruienti, ut notatur in textu, in l. in prouinciali,
§. 1. ubi ſcribentes omnes. ff. de oper. nou. nunt. Fallit hoc
niſi fiat in abſentia iudicis, ut notat Tiraquell. tract. ll con-
nub. glo. 8. de ſon mary, num. 18. Et ſic debere intelligi di-
ſpoſitionem huius ſtatuti, iuxta diſpoſitionem iuris com-
14 munis uidebatur dicendum. † Quo quidem caſu non fuiſ-
ſet neceſſaria fideiuſſio, de qua infra, ut not. Iaſ. d. l. in pro-
uinciali, § 1. numer. 5. uerſic. quinto circa. Verum huic di-
ſpoſitioni refragantur uerba ſtatuti huius, quę eſſent ſuper-
flua,

Digitized by Google

ſua, niſi intelligerentur hoc modo, vt ſocij poſſent denun-
tiare, quia alias inter ſocios alio in caſu quam ſupranarrato
raro, aut nunquam habet locum propria nunciatio noui
operis, ſi bene conſiderentur caſus; Ideo dicendum ſtatu-
rum hoc habere locum in denuntiatione etiam impropria,
etiam per officium iudicis deſeruiens actioni communi di-
uidundo, vel alio modo, ſi fiat per Prætorem, vel Iudicem,
vel aliter.

g Nuntiatum fuerit] † Nunciatio hęc noui operis non po-
15 teſt fieri niſi per habentem poteſtatem denuntiandi, exem-
plificando, vt pulchre in libro 12. communium, in verbo,
16 nouum opus non denuntiatur. † Ideo inferunt Scribentes
hanc nunciationem non poſſe fieri per vſumfructuarium,
ita poſt alios firmat Menoch. conſil. 66. num. 17. volum. 1.
17 † Prohibetur pariter inquilinus, & conductor hanc nuntia-
tionem facere etiam procuratorio nomine Domini, ſi ipſe
eſt præſens, ita Iaſ. in l. hoc edicto, §. ſi ego, nu. 5. ff. de operis
noui nunt. idem not. Carocius, tract. locati, verſi. noui operis
18 nunt. num. 1. † Fallit, ſi Dominus ſit abſens, vt per Caroc. d.
19 loco, nu. 2. † Limitat. ſecundo in iudicio recuperandæ poſ-
20 ſeſſionis, vt per eum ibi, nu. 3. † Limitatur tertio, niſi de con-
ductione appareat publicum inſtrumentum cum clauſulis
21 ſolitis exemplificando, vt per eum, nu. 4. † Limitatur quar-
22 to in conductoribus à publico, Carocius, ibi, nu. 5. † Limi-
tatur quinto, in conductore ad longum tempus qui habeat
23 ius in re, vt ibi per eum, num. 6. † Nuntiatio hæc non ſuffi-
cit, quod fiat perſonis, niſi fiat in opere, ita Practic. d. forma
actionis noui operis, verſi. nouum opus, num. 4. Plott. in l. ſi
quando, nu. 121. verſic. vel fuit facta nuntiatio ad domum,
24 C. vnde vi. † Nuntiatio hæc poteſt fieri quolibet die etiam
feriato ob neceſſitates hominum, non autem in honorem
Dei, ita Practic. d. forma action. noui operis, verſic. nouum
25 opus, nume. 2. † In nuntiatione hac fienda debet exprimi
cauſa, ſi petatur à parte, cui fit nuntiatio, vel ab operarijs tē-
pore nuntiationis, non poſt, & quæ cauſa debet eſſe legiti-
26 ma, ita Practic. dicto verſic. nouum opus, numero 9. † Nun-
tiatio hæc poteſt fieri tribus modis, videlicet, mandato iu-
dicis, verbis, vel verbis, & facto, vt ſignanter explicat Pract.
27 d. verſic. nouum opus, numero 6. † Et ſi fiat tantum ver-
bis perditur per nuntiantem poſſeſſio, non ſi fiat verbis, &
facto, vel iudicis authoritate, vt ibi per eum, numer. 8. Me-
diolani autem ſeruatur ex conſuetudine antiqua, quod fiat
hæc nuntiatio mandato, & iuſſu Domini Vicarij prouiſio-
num, licet ſupra per cap. 46. quicunque, verſic. 2. prohibea-
tur Dominus is Vicarius prouiſionum ius dicere inter pri-
uatos, niſi in caſibus expreſſis per ſtatuta. Quæ conſuetu-
tudo forſan eſt ſumpta à ſtatuto capitulo ſequenti, circa fi-
28 nem, vbi dicetur. † Quicquid ſit ex prænarrata conſue-
tudine Dominus hic Vicarius etiam parte non citata ad pe-
titionem alterius partis inhibet, ne ędificetur vlterius, quod
idem diſponitur de Iure communi, vt poſſit tranſmitti hęc
inhibitio parte non citata, ſaltem quo ad hanc nuntiatio-
nem noui operis, vt not. Gabr. ſuis communibus, concluſ. 1.
29 num. 358. & 512. † Quæ tamen inhibitio tolli non poteſt
niſi pars nuntians citetur ſecundum opinionem Io. Andreę
relati per Imol. in l. de vnoquoque, in princip. verſ. quid au-
30 tem ſi iudex, ff. de re iudic. & ita practicatur. † Verum quod
Iure communi inſpecto tale præceptum, & inhibitio poſſit
tolli etiam parte non citata eo modo quo fuit conceſſa, no-
tat in ſimili Marian. Socin. tract. de citatio. artic. 2. num 60.
verſic. 21. caſus, declarando, vt ibi per eum, & per Gabriel.
d. tit. de citationibus, concluſ. 1. num. 430. cum ſequentibus.
31 † Nuntiatio autem hæc noui operis etiam quod iniuſte fa-
cta fuerit, ligat tamen ædificantes, vt teneantur deſiſtere ab
opere, donec ſuper ea cognoſcatur, vt cauetur in libro 12.
communiū, in uerbo, noui operis, in princ. Alias ſi perſeue-
retur in opere ſpreta hac nuntiatione, & inhibitione, non
debet audiri ædificans, antequam demoliatur per eum ædi-
ficatum poſt nunciationem, & inhibitionem, tamen ſi fuit
admiſſus, ut nil oppoſitum per partem ualet proceſſus, ita
not. Iaſ. conſil. 168. colum. 1. uerſic. item licet, uolum. 2. idem
notat Plott. l. ſi quando, numc. 121. uerſic. quarto, ubi nun-
32 tians, C. unde ui. † Inhiberi autem dicitur per nuntiatio-
nem noui operis, ut ſi quid fiat ex poſt per uiam attentati
ſit reuocandum, & demoliendum, ita notat Lancellot. tract.
attent. cap. 20. de attent. poſt inhibitionem, limit. 2. nu. 11.
33 † Quæ demolitio fit expenſis ædificantis ſi poſſidet. Si au-
tem alienauit rem ſucceſſor ſingularis in ea tenetur tantum
ad ſolam patientiā, niſi ſucceſſor ipſe opus perfeciſſet, ſciens
factam fuiſſe eam denuntiationem, ita not. Practic. d. forma
actionis noui operis, uerſi. dirui faciendum, num. 20. A ſen-
tentia pariter ferenda de demoliendo ædificatum factum
poſt nuntiationem, non licet appellare, ita poſt Iaſ. firma
Lancellot. d. tract. attent. 3. parte princip. cap. 28. de ſenten-
35 tia in cauſa attentat. ferend. nu. 78. † Aedificatum autem
poſt nuntiationem licet regulariter demoliri debeat, vt ſu-
36 pra notatum, fallit tamen hoc in pluribus caſibus. † Prin-
cipaliter non habet locum, ſi fiat remiſſio huius nuntiatio-
nis, quæ poteſt fieri tribus modis. Primo a nuntiante, vt
quia permittat poſt nuntiationem perſeuerari in opere.
Secundo à lege, quæ fit duobus modis. Primo veluti ſi nun-
tiatio fuiſſet nulla, vel ratione perſonæ nuntiantis, vel ra-
tione rei, vel cauſæ. Secundo modo, vt quia fuerit ſublata
nuntiatio mediante ſatiſdatione de opere demoliendo in
caſu ſuccumbentiæ. Tertio principaliter poteſt fieri remiſ-
ſio à Iudice; Et hoc pariter dupliciter fit. Vno modo, ſi re-
perit nuntiantem nullum ius fouere, & conſequenter per-
mittat in opere perſeuerari. Alio modo ſi in cauſa auditis
partibus poſt ſatiſdationem pręſtitam, & perfecto opere
declararet Iudex diffinitiue nuntiationem non tenuiſſe, ita
diſtinguit ſignanter Practic. d. forma actionis noui operis,
37 verſic. antequam aliquam, num. 1. † Secundo principali-
ter non demolitur ædificatum, ſed licite potuit perſeuera-
ri in opere etiam poſt nuntiationem, ſi ea fuerit facta abſen-
ti ignoranti, diſtinguendo, vt ſupra notatum, in princ. & de-
38 clarat Plot. in l ſi quando, nu. 120. C. vnde vi. † Tertio ceſ-
ſat hæc concluſio, vt non poſſit perſeuerari in opere poſt
nuntiationem, quando maximum damnū ex ceſſatione ope-
ris ſequeretur nunciato, & modicum nuntianti ex perſeue-
rantia, ſecundum tradita per Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis
ſocios, nu. 8. ad finem, ff. de oper. nou. nunt. Iaſ. in l. quomi-
39 nus, nu. 8. cum ſeq. ff. de flumin. † Quarto non habet lo-
cum hæc concluſio, ſi ſit periculum in mora, vt not. Plot.
d. l. ſi quando, nu. 121. C. vnde vi, & notant Scribentes d. lo-
40 cis. † Quinto licite poteſt in opere perſeuerari, ſi clarum
ſit, & notorium, nuntiantem non habere aliquod ius ſecun-
dum communem, de qua per Practic. d. forma actionis noui
41 operis in princ. nu. 4. ad finem, idem Guido ſing. 506. † Si-
cut nec citatio iniuſta ligat citatum, vt ibi per eum, nu. 3.
cum addit. ibi. Idem de communi atteſtatur Iaſ. in l. 1. col.
42 2. nu. 8 ff. de oper. nou. nunt. † Ius autem notorium dici-
tur ſi adeſt inſtrumentum ſuper hoc, vel ſententia, vel arbi-
tramenta tranſacta in iudicatum, vel aliter conſtet per rei
euidentiam, vt notat Practic. d. forma actionis operis noui,
in princip. num. 3. prout etiam ædificare volens non admit-
titur his caſibus, etiam ſi velit fideiubere de opere demo-
liendo, vt infra cauetur ex hoc ſtatuto, verſic. & prædicta.
43 † Habens ius prohibendi ædificare omiſſa hac nuntiatio-
ne noui operis, poteſt de facto deſtruere etiam propria au-
thoritate opus nouū factum, ſi id faciat ſuper ſolo à ſe poſ-
ſeſſo, ita not. Practic. d. verſic. nouum opus, nu. 5. Cœpoll.
tract. ſeruitut. vrban. præd. cap. 3. de ſeruitute tigni, nu. 3.
44 Papo ſuis commentarijs, §. 506. † Dum tamen id faciat
ſtatim non admiſſo aliquo interuallo, alias non liceret hoc
facere propria authoritate, vt not. Crauet. conſil. 154. nu.
4. idem cauetur in lib. 12. communium, verbo, nuntiatio
45 noui operis, verſic. quod quippe. † Et hoc etiam faciat
antequam intentauerit remedium iudiciarium, vt notatur
d. libro 12. communium, d. verbo, nuntiatio noui operis,
verſic. quæ quidem communis, declarando, vt late in ſimi-
li, ſupra cap. 155. nullus, in verbo, niſi citato, vol. 1.

h Nouum opus] † Opus nouum dicitur fieri, vt hęc nun-
46 tiatio poſſit valide tranſmitti, non ſolum ſi ædificetur, ſed
etiam ſi purgetur locus aliquis, ita Dyn. & Rayner. ſingul.
47 259. † Nuntiatio hæc poteſt fieri etiam ob caſtrum fiendū
in loco publico, veluti ſi tendat ad æmulationem alterius,
vel ex ipſo caſtro poſſit ſcandalum oriri, vt notat Practic.
d. forma actionis noui operis, verſ. nouum opus, numer. 3.
48 de quo etiam notat Roman. conſil. 52. numer. 5. † Nun-
tiatio non poteſt fieri ſi quis reficiat ędificiū vetus, vel cloa-
cam, ita notat Cœpol. tract. ſeruit. vrbanorum præd. cap.
59. de refectione, num. 26. Alciat. conſ. 357. ad finem, idem
49 Plott. d. l. ſi quando, num. 121. ad finem, C. vnde vi. † Re-
ficienti quoque riuum non poteſt nouum opus nuntiari, vt
notat Menoch. tractat. retinend. remed. 2. quæſt. 7. num. 26.
50 † Molendinum ſi fuerit in totum deſtructum, ſi illud reficiat
poterit opus nouum nuntiari, ſecus ſi non ſit in totum de-
ſtructum, vt not. Iaſ. l. quominus, num. 183. & 184. ff. de flu-
51 min. † Nouum opus non poteſt nuntiari faciens foſſam
pro ſepeliendo mortuo, Ducn. reg. 397. funeralia, verſic. ſe-
cundo quia.

i Et paratus fuerit cum effectu ſatiſdare] † Sufficit igi-
52 tur oblatio ſola fideiuſſionis, ſi fideiuſſor erat paratus recu-
ſante nuntiante, quod fideiuſſor acceptetur, quia eo caſu

Digitized by Google

cenſetur remiſſa nuntiatio, vt cauetur ex text. in d. l. de pu-
pillo, §. ſi is cui, & l. Prętor, §. ſi quis paratus. Et vtroq; loco
Scribẽtes, ff. de oper. nou. nũt. facit in ſimili, vt ſufficiat obla-
tio quod notat Tiraq. tract. retract. lignag. §. 1. gl. 17. maxi-
me circa fin. Si autem pars nuntians non recuſet, debet dari
fideiuſſio hæc, ad hoc vt poſſit in opere perſeuerari.

k Cum idoneo fideiuſſore] Quis dicatur, & ſit idoneus fi-
deiuſſor, notatum late ſupra, ca. 44. ſi quis, in verbo, idonee,
volum. 1.

l Admittitur] † Saluis tamen caſibus infra notatis, & ex-
53 ceptis. In hoc autem vltra caſus infra exceptos corrigitur
diſpoſitio iuris cõmunis, in caſu quod denuntians dicat vel-
le probare ius ſuum intra tres menſes, quia tunc intra illud
tempus ſuperſedetur ab opere, & ædificio fiendo, vt notant
Scribentes omnes, in l. 1. vbi late Iaſ. ff. de oper. nou. nunt.
Bart. & Caſtrenſ. in l. Prætor, §. ſi quis paratus, num. 3. ff. de
oper. nou. nunt. Pract. d. forma actionis noui operis, verſ. fal-
lit etiam ſecundo, idem notat Lanfran. Balb. ſuis communi-
bus, centur. 5. concluſ. 496.

m Vel ſtatim præſtita fideiuſſione] † Idem ſi per eum non
54 ſtet, quin præſtet hanc fideiuſſionem facta oblatione cum
effectu, de qua ſupra, & recuſante nuntiante, quod ea de-
tur, per tex. dict. l. Prætor. §. ſi quis paratus, ff. de oper. nou.
nunt.

n Vbi notorie conſtet de non iure ædificare debentis] † Idẽ
55 enim diſponitur, quando notorie conſtat de non iure nun-
tiantis, quod ſpreta nuntiatione poſſit in opere perſeuera-
ri, ſecundum magis communem, de qua per Iaſ. dict. l. 1. co-
lum. 2. num. 3. ff. de oper. nou. nunt. Plot. d. l. ſi quando, nu.
121. C. vnde vi, & ſupra notatum, in verbo, denuntiatum
fuerit.

o Per inſtrumentum, vel ſententiam] † Idem de iure com-
56 muni, vt not. Pract. d. forma actionis noui operis, in prin. n.
4. Idem dicitur in ſimili, vt non poſſit deferri iuramentum
deciſiuum in deciſis per ſententiam, vel arbitramenta, vel
per inſtrumentum iuratum apparentia, ſupra cap. 100. ſta-
tuitur, in verbo, & prædicta, uol. 1. Non poſſunt pariter cõ-
promitti deciſa ſimiliter per inſtrumenta, per ſententiam,
vel per arbitramenta, vt cauetur ſupra cap. 115. ſi de cæte-
ro, verſ. quæ deciſa, vol. 1.

p Quę ſententia, vel arbitramenta tranſiuerint in iudica-
tum] Ita quod mereantur executionem, iuxta diſpoſitionẽ
57 ſtatuti ſupra c. 158. quilibet, vbi late notatum, vol. 1. † Ha-
bet etiam locum vbi talia ſint valida, non autẽ ſi nulla ſint,
vt notat Cuman. conſ. 7. nu. 13. ad finem, Aſin. ſua praxi iu-
dic. §. 31. c. 31, nu. 4. & notatum ſupra c. 115. ſi de cætero, in
verbo, tam per ſententiam, vol. 1.

q Vel de aliqua ſeruitute debita conſtet] Per inſtrumentũ
ſcilicet, vel per ſententiam, quod non poſſit fieri hoc ædifi-
cium, vel nouum opus.

r Aut per inſpectionem loci] Idem eſt de iure communi,
not. Pract. d. forma actionis noui operis, nu. 4.

ſ Vel aliter] Per inſtrumentum ſcilicet, vel ſententiam, vel
per præſcriptionem legitimam.

t Etiam præſtita dicta ſatiſdatione, & niſi prout in præſẽ-
tibus ſtatutis continetur] Quo vt ea in his caſibus non ad-
mittatur, etiã quod de iure communi admitteretur per ver-
ba ſtatuti huius clariſſima.

u Et opponens ſupraſcriptas exceptiones] Quæ ſunt in-
ſtrumenta, ſententiæ, & arbitramenta in iudicatum tranſa-
cta, & reliqua, ſupra notata.

x Teneatur eas verificare intra tres dies vtiles] † De iure
58 communi dabatur ſpatium trium menſium, vt notant Scri-
bentes, d. l. 1, vbi maxime Iaſ. num. 11. ff. de oper. nou. nunt,
Bart. & Caſtr. d. l. Prætor, §. ſi quis paratus, nu. 3. ff. eod. tit,
Ploc. d. l. ſi quando, nu. 119 C unde ui, & ſupra notatum.

aa A die oppoſitionis] Dies tamen termini non computa-
tur in termino, ut cauetur ſupra capit. 103. in qualibet, &
ſequen.

bb Non audiatur talis opponens ad impediendum ædificare
volentem] Intellige tamen, quod poſſit perſeuerare præ-
ſtita fideiuſſione prænarrata, & cum reſeruatione iurium
partium in pleniori, & ordinario iudicio, cum hoc ſit ſum-
mariſſimum iudicium in cognoſcendo in dictis caſibus ex-
ceptuatis, non admiſſa memorata ſatiſdatione, vt hic ca-
uetur.

cc Et in prædictis, & occaſione prædictorum] Caſuum ſci-
licet ſupra exceptuatorum in quibus cognoſci debet, an
debeat admitti ſatiſdatio, vel ne. In quibus cum agi debeat
celeriter, procedi poteſt in ferijs, vt infra dicetur. Non au-
tem in cauſa principali nuntiationis noui operis, & ita pra-
cticatur in ea ſeruari ferias, cum non indigeat cauſa celeri-
tate, ex quo perſeueratur in opere præſtita fideiuſſione, vt
hic cauetur.

dd Procedi etiam in ferijs] † Idem de iure communi, ex quo
59 celeritatem deſiderant, prout etiam dicitur, in nuntiatione
tranſmittenda, vt notat Lancellot. tract. attentat. 3. parte
principali, cap. 28. de ſententia in cauſa attentat. ferenda,
num. 63.

ee Non introductis in honorem Dei, vel Sanctorum] Nam
hæ non poſſunt tolli per ſtatutum, vt late notatum ſu-
pra cap. 110. temporibus, in verbo, reputentur feſtiui, num.
8. volum. 1.

ff Nec admittatur petitio compromiſſi] † Ratio quare nõ
60 compromittatur illa eſt, ex quo dicuntur deciſa per inſtru-
mentum, vel ſententiam, vel arbitramenta, qui caſus etiam
non excipiuntur, vt non compromittantur, ſupra d. c. 115. ſi
de cætero, verſ. quæ deciſa, vol. 1. In alijs autem caſibus dẽ-
ptis his exceptis, in cauſa huius nuntiationis noui operis
proceditur ordinarie, etiam dato libello, & ſeruatis ordini-
bus iudiciarijs, ita notat Pract. d. forma actionis noui ope-
ris, verſ. qualiter præfatus. † Non tollitur tamen per hæc
61 verba conſilium ſapientis, vt notat Bart. in l. Prætor, §. cri-
que, ff. de vi bonor. rapt. idem Alexan. conſil. 50. ad finem,
vol. 5. Socin. ſen. conſ. 93. numer. 3. volum. 1. Aſin. ſua praxi
62 iudiciaria, §. 3. c. 33. † Calumnioſe nuntians nouum opus,
& ſuccumbens in cauſa debet victus cõdemnari in omnibus
expenſis, & damnis ſecutis propter dictam calumnioſam de-
nuntiationem, declarando, vt late per Plott. d. l. ſi quando,
63 nu. 122. 123. & 124. C. vnde vi. † Poterit etiam agi contra
eum, vti calumnioſe nuntiantem actione iniuriarum, ita no-
tat Plott. d. l. ſi quando, numc. 124. circa medium, verſ. item
competit, C. vnde vi.

De refectione parietis, ſeu muri ſui proprij. Cap. CCCXLI.

a Licitum ſit b cuilibet c reficere, vel refici facere d pa-
rietem, ſeu murum e ſuum, f ſiue pleni dominij, g
ſiue reſpectu vtilis Dominij, h & occaſione ipſius refectio-
nis, i ire, & mittere, quæcunque opportuna ad id deferre, &
deferri facere in domum, vel prædium vicini ſui, vel confi-
nantis, cum ipſo pariete, ſeu muro reficiendo, ita tamẽ quod
k cum minori diſpendio ſui vicini, poſſit ire, mittere, & op-
portuna, vt ſupra, deferre, & deferri facere. Vbi vero paries,
l ſeu murus ſit communis, & m eo caſu liceat, n vt ſupra, &
vt ſupra, o poſſit cogere p vicinum, q etiam ſummarie, r &
per omnia iuris remedia, ſ efficaciora, t & ſine petitione cõ-
ſilij ſapientis, & non admiſſa petitione, u nec denuntiatione
compromiſſi x ad reficiendum, aa vel reparandum dictum
murum communem, bb & ad contribuendum circa expẽſas
cc neceſſarias dd pro ſua contingenti portione. ee Et hoc
vbi murus indigeat refectione, vel reparatione. ff Et vbi
refricetur in dubium, gg an murus indigeat refectione, vel
reparatione, vel ne, hh ſtetur declarationi Domini Vicarij
Prouiſionum Ciuitatis Mediolani, ii vel vnius ex conſuli-
bus iuſtitiæ kk de collegio Dominorum Iudicum Medio-
lani, ll remota omni appellatione, nullitate, querela, ſup-
plicatione, iudicis officio, mm & reuiſione.

SVMMARIVM.

1 *Murum proprium reficere nemo cogitur, limita vſque ad nume-
ro 6.*
7 *Statutum quando comprehendat tam maſculum, quam fœminam.*
8 *Tutor poteſt reficere murum pupilli nomine.*
9 *Refectio eſt ad priſtinum ſtatum reſtitutio.*
10 *Refectio quæ dicatur & quotuplex ſit.*
11 *Reficere non prohibetur, qui prohibitus eſt ædificare.*
12 *Impenſa & refectio pertinet ad emphyteutam.*
13 *Non ad colonum ſimplicem.*
14 *Quid in vſuario.*
15 *Quid in vſufructuario.*
16 *Refectionis nomine quid veniat.*
17 *Refectionis cauſa dicitur via.*
18 *Murus communis quomodo dicatur, & qualiter dignoſcatur nu-
mer. 19.*
20 *Murus intermedius duarum domuum quarum vna ſit vendita ſit
communis.*
21 *Aedificare nemo poteſt in muro alieno, declara vt ibi.*
22 *Murus communis poteſt refici inuito ſocio, & num. 25. & 27. &
28. quid vbi ambo ſocij nollent reficere, vide ibi nu. 23.*
24 *Vt ſupra, & prout ſupra. Hæ dictiones quid ſignificent.*
26 *Refectio muri communis præſumitur facta nomine communi.*

29 Refe-

Digitized by Google

29 *Refectio muri communis quibus actionibus poſſit intentari.*
30 *Socius qui expenſas fecerit in re communi quomodo ſibi conſulat*
contra ſocium qui recuſauerit, vſq; ad num. 34.
35 *Quid ſi vnus ſocius velit reficere vno modo, & alter alio.*
36 *Quid ſi vicinus timeat damnum ex refectione in communis.*
37 *Vicinus habens ius ſeruitutis in muro qui refectus fuerit, an te-*
neatur ad expenſas, vſque ad num. 39.
40 *Expenſæ neceſſariæ quæ ſint.*
41 *Murus quando dicatur idoneus, ita vt non egeat refectione, nu.*
42. & 43.

a LIcitum ſit] † Non tamen quis cogitur in muro proprio
1 reficiendo, prout cogitur vicinus ad contributionem
expenſarum muri communis, vt infra cauetur, verſ. vbi vero
paries. Et hoc regulariter, maxime ſi paries, & domus alicu-
ius ſit in totum deſtructa, ita notat ſignanter Cœpol. tract.
ſeruit. vrb. præd. c. 59. de refectione muri. Limitandi tamen
2 tribus modis, vt ibi per eum. † Si autē domus, vel paries
non ſit deſtructus in totum vſque ad aream, ſed minetur
ruinam, tunc ſiue ſit vnius ſolius, ſiue plurium, poſſunt cogi
ad reficiendum, & hoc per curatorem, & adminiſtratorem
ciuitatis, ad hoc vt ſuccurratur indemnitati tranſeuntium,
cum per remedium damni infecti non poſſit eis ſuccurri, ita
ita notat Cœpoll. d. cap. 59. num. 2. verſ. aut domus non eſt,
3 & num. 3. † Poteſt etiam cogi ad deſtruendum in totum
illum parietem, vel domum, vt tollatur timor, ne damnum
inferat tranſeuntibus, vt notat Cœpoll. d. loco, num. 3. ad fi-
nem. Vbi autem Dominus domus non habeat modum refi-
ciendi eam domum, vel parietem, tunc reficitur ſumptibus
reipublicæ compenſatis dein fructibus cum vſuris in domus
4 refectę locatione, vt not. Cœpoll. d. loco, nu. 4. † Poteſt etiā
eo caſu Dominus iſtius domus cogi ad eam vendendam al-
teri habili iuſto pretio, vt ibi per eum, & vbi non reperit
iuſtum pretium, non cogitur ad vendendum, ſed licite poteſt
petere à republica tantum, quantum ſufficiat ad reparatio-
nem domus, uel parietis illius, vt ibi per eum, num. 4. verſic.
5 poteſt etiam Dominus. † Alio etiam caſu cogitur ad refe-
ctionem parietis Dominus eius, quando is paries inclinat
per medium pedem in domum, uel locum alterius uicini,
per textum, in l. ſi communis, in fine, & in l. ſi quomodo, in
princ. ff. ſi ſeruit. uend. ita notat Pract. in forma libelli quo
agitur pro hæredit. uel re ſingul. uerſ. & in futurum, nu. 5.
6 Cœpoll. not. Dyn. & d. c. 59. de refectione, num. 14. † Licet
etiam eo caſu poſſit petere cautionem de damno infecto,
ita Rayn. ſing. 262.
b Cuilibet] † Tam maſculo, quam fœminæ cum loquatur
7 ſtatutum de materia utrique ſexui congruēti, ut cauetur ſu-
8 pra c. 126. in ciuitate, uol. 1. † Poteſt etiam hanc refectio-
nem facere tutor nomine pupilli, ut cauetur ex textu, in l.
lex qua tutores, ubi Salycet. C. de adm. tutor. Cœpoll. d. cap.
59. de refectione, num. 24.
c Reficere] † Refectio eſt ad priſtinum ſtatum reſtitutio, ut
9 notatur ex textu, in l. 3. §. reficere, ff. de itin. actuque priua-
to, ita notat Napod. in conſuetud. Neapol. tit. 24. locati, in
princip. in uerbo, reficere, nu. 4. Cœpoll. d. c. 59. de refectio-
10 ne, nu. 1. † Quæ autem dicatur refectio neceſſaria, & quod
triplex ſit, notat Napod. ibi, in uerbo neceſſaria, numer. 3.
11 † Aedificare prohibitus non cenſetur prohibitus reficere ad
priſtinum ſtatum reſtituendo, ita Cœpoll d. tract. ſeruit. ur-
ban. præd. c. 28. de ſeruit. ſtillicidij, num. 6. ad finem, & Caſ-
ſan. in ſuis conſuetud. rubr. 13. §. 9. in textu, de nouueau. in
princ. & late notatum, in nouis conſtit. tit. de iure, & priui-
leg. fiſci, §. communitatibus.
d Parietem, ſeu murum] Idem important in iure, per tex. in
l. quantum ad ius, ff. de uerb. ſign.
e Suum] Sex modis dicitur quid ſuum, ut not. Napod. in
conſuet. Neapol. tit. 21. de apertura, uerſi. non licet. in uer-
bo, ſua propria, num. 20.
f Siue pleni dominij] Quis autem dicatur habere plenū
ius, uel dominium notatum late ſupra c. 433. ſi quis, in hoc
uerbo, pleno iure, uol. 1.
g Siue reſpectu utilis dominij] † Nam ad emphyteutā per-
12 tinet etiam de iure communi onus impenſæ, & refectionis
13 huius, ita not. Cœpoll. d. c. 59. de refectione, nu. 18. † Secus
in conductore ſimplici, quia licet poſſit cogi ad reficiendū,
tamen impenſam imputat in penſione ad damnum locato-
14 ris, not. Cœpol. d. c. 59. nu. 17. † In uſuario autem diſtin-
15 guitur, ut per tex. in l. ſi domus, ff. de uſu, & habitat. † In
uſufructuario autem ſi magna eſt impenſa pertinet ad pro-
prietarium, alias ſi modica ſpectat uſufructuario, ita Cœpol.
d. c. 59 de refectione, num. 16.
h Et occaſione ipſi⁹ refectionis] Cui⁹ cauſa multa facere iz.

i Ire, mittere, & quæcunque opportuna ad id facere] † Idē
16 de iure communi cauetur, in l. refectionis, ff. commu. præd.
17 † Ratio autē colligitur ex textu, & gloſſa ibi. Alia etiam ra-
tio adduci poteſt, quia refectio domus dicitur cauſa pia, p
textum, in l. ſi quis pro redemptione, verſ. niſi ad refectionē
domus, C. de donat. notat Cœpoll. d. cap. 59. de refectione,
num. 27. ad finem.
k Cum minori diſpendio ſui vicini] Hoc relinquitur arbi-
trio iudicis, vbi inter eos fuerit diſcordia.
l Seu murus ſit communis] † Communis dicitur dupliciter
18 pro indiuiſo, & pro diuiſo, vt not. Cœpoll. tract. ſeruit. vrb.
19 præd. cap. 40. de pariete, ſeu muro, num. 11. & 12. † Murus
vtrum ſit communis, vel proprius, qualiter dignoſcatur, di-
ſcutit Cœpoll. tract. ſeruit. vrban. præd. c. 40. de pariete, nu.
20 13. & 14. † Vendita vna ex domibus duabus contiguis, quod
murus intermedius ſit communis ad ſuſtinendū onera per-
manentia, ita notat Bart. l. 1. num. 2. ff. de ſeruit. legat. idem
Cœpoll. d. ſeruit. vrb. præd. c. 38 de itinere, actuq; priuato,
21 num. 6. † Ceſſat autem diſpoſitio hæc in muro alieno in
totum, niſi adſit ſeruitus, vel fiat ad vtilitatem rei commu-
nis, ita notat Aretin. conſ. 21. verſ. circa tertium, diſtinguit
pariter Cœpolla, dict. capit. 52. de refectione, numer. 5. in
princip.
m Eo caſu liceat] † Hoc idem eſt de iure communi in refe-
22 ctione tātum, per text. in l. parietem, & l. quidam Hyberus,
§. paries, vbi glo. & Scribentes, ff. de ſeruit. vrban. præd. & in
l. ſi ædes, ff. commu. diuid. & in l. ſi paries communis, & in l.
ſi ex damni, §. quotiens communis, & in l. in reficiendo, ff. de
damn. infect. declarat Practic. Papienſ. in forma libelli pro
hæred. & ſingul. verſ. & in futurum, num. 1. Cœpoll. d. tract.
ſeruit. vrb. præd. c. 40. de pariete, & muro, num. 24. Io. Papo
23 ſuis commentar. §. 907. † Rem communem vbi nullus ſo-
ciorum velit reficere non coguntur, ita Cœpol. d. c. 59. de re-
fectione, nu. 51. verſ. aut nullus. Limitando vbi minaretur
ruinam tranſeuntibus, vel induceretur deformitas ciuitatis,
vt ibi per eum.
n Vt ſupra, & prout ſupra] † Hæc dictio refertur ad omnes
24 qualitates præcedentes, Dec. conſ. 227. num. 3. Alciat. conſil.
79. nu. 6. Curt. ſen. conſ. 52. col. 7. verſ. & potiſſimum, Olaſc.
deciſ. 164. num. 13. Cephal. conſ. 269. num. 4. & conſ. 292.
num. 9. vol. 2.
o Et poſſit cogere] † In refectione ſcilicet muri communis,
25 vbi tamen non reficiat nomine ſuo, vt tradit diſtinguendo
26 Cœpoll. d. c. 59 de refectione, nu. 8. † In dubio autem præ-
ſumitur quis reficere murum communem nomine commu-
ni, ita notat Cœpoll. d. c. 59. nu. 10.
p Vicinum] † Hoc caſu autem poſſunt cogi etiam clerici, &
27 Eccleſia per textum, in l. ad portas, C. de oper. public. ita in
hac ſpecie notat Cœpol. d. c. 59. nu. 21. cum alijs cumulate
traditis ſupra ca. 252. omnes ſtratæ, in verbo, & hoc fiat ex-
28 penſis habentium domos. † Et hoc quia tractatur de refe-
ctione murum, alias non ligaretur clericus, ex quo ſtatutū
eſt conceptum in perſonam, non in rem, ita Aret. conſ. 25. n.
3. & per totum, idem Io. Baptiſta Caccialup. in l. cunctos
populos, nu. 175. C. de ſumma Trin.
q Etiam ſummarie] Quid importet hæc clauſula, ſumma-
rie, notat Bart. in l. extrauag. ad reprim. in verbo, ſummarie,
& notatum late ſupra c. 47. Dominus Poteſtas, in hoc ver-
bo, vol. 1.
r Et per omnia iuris remedia] † De iure communi tres a-
ctiones poterat quis hoc caſu intentare. Communi ſcilicet
diuidundo, vti poſſidetis, & pro ſocio, textus eſt in l. ſi ędes,
29 ff. communi diuidundo, notat Cœpol. d. cap. 59 nu. 7. † Po-
terit etiam agi cōdictione ex hoc ſtatuto officio Iudicis per
remedia iuris, tradita per Boſſ. ſua praxi crim. tit. de mul-
ctis, ad finem.
ſ Efficaciora] † Tria principalia remedia habet impendēs
30 pro expenſis factis in re communi contra ſocium contuma
cem, de quibus per glo. in l. cum duobus, §. idem reſpondit,
il ſecondo, ff. pro ſocio, not. Cœpolla d. c. 59. de refectione,
num. 8. Primum repetendi expenſas has cum vſuris centeſi-
mis intra ſpatium quadrimeſtris. Secundum repetendi sū-
ptus, vna cum intereſſe, non tamen repetit expenſas propor-
tione ſua. Ita in expenſis rei defendendæ notat Roman. ſing.
613. cum addit. ibi. Nec ſi tantum expendiſſet pro ſua parte,
vt ibi per eum. Tertium remedium eſt appropriādi ſibi rem
iure dominij, de quo remedio notat etiam Cœpolla, caut.
31 85. Cremenſ. ſing 98. & Marſil. ſing. 369. nu. 3. † Vbi idem,
numer. 2. dicit, in re communi, quam alter non vult colere
pro ſua parte, quia in totum poteſt coli per aliam, & fru-
32 ctus ſibi appropriare omnes etiam dominicales. † Et pro
hoc tertio remedio tranſmittitur denuntia ſocio, quod

Digitized by Google

vbi ſocius non contribuat pro eius portione intra quadri-
meſtre, quod intendit is, qui expendit eſſe Dominus in to-
tum illius rei ſibi eam appropriando per textum, in l. ſi vt
proponis, C. de ędific priuat. & d. l. cum duobus, §. ſocius
qui ceſſante, & d §. idem reſpondit, il ſecundo, cum gloſſa
ibi, ff. pro ſocio, ita firmat Cremenſ. ſing. 98. Roman. d. ſing.
655. Cœpoll. d. c. 59. de refectione, num. 8. Iaſ. in §. ſequens,
nu. 45. Inſtit. de actio. Cotta ſuis memorab. in verbo, Pu-
teus, idem not. Boer. in ſuis conſuetud. lib. Des couſtumes
de tours, tit. 1. des droicts de baſſe iuſtice, art. 4. verſic. alio
deinceps, Papo, ſuis commentar. §. 504. & 512. & 513. Re-
buff. tract. de contumac. & defect. art. 13. glo. vnica, nu. 43.
33 † Vtrum autem in hoc tertio remedio dominium transſeat
ipſo iure, vel requiratur ſententia ſaltem declaratoria iu-
dicis, not. glo. & Scribentes d. l. cum duobus, §. idem reſpon
dit vol. 2. ad quæ ſe remittit Cœpoll. d. cap. 59. de refectio-
34 ne, nu. 9. † Quid ſi ſocius malit ſponte potius cedere do-
minio rei communis, quam has expenſas ſoluere quod ad-
mittatur regulariter, not. declarãdo Alber. tract. ſtatut. lib.
1. q. 13. Rom. ſing. 68. Cœpol. d. c. 59. de refectione, num. 8.
verſ. & eſt ſimile, & tract. ſeruit. ruſt. pręd. c. 3. de ſeruitute
vię, nu. 56. vbi ſe remittit, not. etiam Boer. d. comment. lib.
des couſtumes de tours, tit. 16. refutationes, & renuntia-
tiones, ad fin.

t Et ſine petitione conſilij ſapientis] Secus de iure com-
muni, vbi nõ fuiſſet hoc expreſſum, vt notatum ſupra cap.
340. ſi cui, in verbo, nec admittatur petitio compromiſſi.

u Nec denuntiatione compromiſſi] Secus eſſet, vbi hic nõ
fuiſſet ſublatum, ſtante diſpoſitione ſtatuti, ſupra cap. 115.
ſi de cætero, volum. 1.

x Ad reficiendum] † Quid ſi vnus ſocius velit reficere
35 vno modo, & alter alio, pręfertur qui magis vtiliter, & ido-
nee velit reficere arbitrio iudicis, vt notat Ange. in l. quidã
Hybernus, nu. 6. ff. de ſeruit. vrb. pręd. refert ſequendo Pra-
ctic. in forma libelli pro hæred. vel rei ſing. verſ. vel in futu
rum, num. 3. declarando, vt ſignanter per Cœpol. d. cap. 59.
de refectione, num 5. verſ. aut vterque.

aa Vel reparandum] † Quid ſi vicinus ſocius timeat dam-
36 num ex hac refectione, qualiter ei ſuccurratur per cautio-
nem damni infecti, not. Barr. in l. inter quos, nu. 4. & 5. &
in l. parieté, nu. 1. ff. de dam. infect. idem not. Pract. d. forma
libelli pro act. pro hęred. vel rei ſing. verſ. & in futurũ, n. 4.

bb Ad contribuendum circa expenſas] † Non tenetur ta-
37 men contribuere vicinus, qui habet ius ſeruitutis in muro,
qui refectus fuerit, cum ad illas expenſas refectionis tenea-
tur in totum Dominus muri ſeruientis, per l. cum debere,
ff. de ſeruit. vrb. pręd. & in l. ſi forte, § etiam, ff. ſi ſeruit. ven-
dic. ita not. Cœpoll. d. c. 59. de refectione, num. 12. & nu. 29.
declarando, vt per eundem Cœpoll. d. tract. c. 37. de ſeruit.
oneris ferendi, nu. 4. Io Papo ſuis commentar. §. 507. verſ.
38 contrario iure. † Niſi Dominus parietis ſeruientis velit
parieti iuri cedere, per textũ in d. l. & ſi forte, §. etiam, verſ.
Labeo autem, & l. ſicuti, in princ. ff. ſi ſeruit. vendic. ita not.
39 Cœpoll. d. tract. c. 48. de onere ferendo, nu. 5. † Quid ſi al-
tius velit tollere murũ communem vicinus, an alter ſocius
poſſit cogi ad expenſas aliquas eo actu, vel poſt, ſi velit vti
muro eleuato, diſtinguit ſignanter Cœpolla, d. tract. ſeruit.
vrban. pręd. cap. 20. de pariete, num. 27. cum ſequen. & no-
tatum cap. ſequenti, verſ. & ſi alter.

cc Neceſſarias] † Quæ ſint expenſæ neceſſariæ, notatur in
40 l. 1. & in l. impenſa, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. & in l.
impenſæ, ff. de verb ſign. & not. late cap. 417. ſi quis, in ver-
bo, vel neceſſario, vol. 1.

dd Pro ſua contingenti portione] Pro dimidia ſcilicet, vbi
murus ſit communis in totum, vel ad ratam communionis.

ee Et hoc vbi murus indigeat refectione, uel reparatione]
41 † De iure communi autem murus dicitur idoneus, & non
mereri refectionem, quando eſt aptus ad ferendum onera
amborum ædium, quæ de iure imponi poſſunt, alias dicitur
42 egere refectione, l. ſi ita idonea, ff. de damn. infect. † Quod
notandum ſignanter pro eo qui uult imponere onera ma-
iora, quam ferre poſſit murus communis, adeo quod opus
ſit refectione, & meliori fundamento, quia poteſt compel-
lere uicinum ad eius muri refectionem, ſi ille murus ſit ita
deſtinatus ad ferenda illa onera, ita not. Pract. d. forma li-
belli, quo agitur pro hęred. uel re ſing. uerſ. & in futurum,
nu. 1. idem in hac ſpecie Cœpolla, d. tract. ſeruit. urb. pręd.
43 cap. 50. de onere ferendo, num. 7. † Quod non eſt in mu-
ro proprio alterius, quia alter uicinus uolens eo uti, ubi
non ſit ſufficiens debet eum reficere eius expenſis, & tamen
ſit communis, ut cauetur ſupra cap. 335. ſi contingat, uerſ.
& ſi murus, & uerſ. ſequenti.

ff Et ubi reuocetur in dubium] Per unam ex partibus.

gg An murus] Communi ſcilicet, in quo poteſt cogi uicinus
modo quo cauetur ſupra.

hh Stetur declarationi Domini Vicarij prouiſionum] Qui
quidem non habet iuriſdictionem inter priuatos niſi ex-
preſſe caueatur per ſtatuta, ita diſponitur ſupra cap. 46.
Quæcunque, verſic. 2. licet ex quadam conſuetudine anti-
qua forſan ſumpta ex hoc ſtatuto in hac parte illud exten-
dendo ab hoc caſu particulari ad alios, Dominus is Vica-
rius ſe intromittat in omnibus cauſis ſeruitutum, quę con-
ſuetudo, & obſeruantia facile poſſet ſubuerti, cum ſit con-
tra ius ſcriptum, ſtante diſpoſitione ſtatuti id dicentis ſu-
pra cap. 176. conſuetudines.

ii Vel vnius, ex conſulibus iuſtitiæ] De quibus ſupra cap.
55. conſules. Quo fit vt conſilium ſapientis, & compromiſ-
ſum remoueatur, vt ſupra cauetur.

kk De collegio Dominorum Iudicum Mediolani] Requi-
ritur igitur quod ſit Iuriſperitus, qui duo ſunt, vt ſupra ca-
uetur, d. cap. 55. conſules.

ll Remota omni appellatione] Quid cenſeatur remotum
per hanc clauſulam, cum ſequentibus, notatum, in cap. 26.
poſſit, in his verbis, & cap. 116. petito, in his verbis, vol. 1.

mm Et reuiſione] Superflua videtur hæc clauſula, cum non
detur compromiſſum in cauſis his, & conſequenter etiam
reuiſio tollatur, quæ datur ſolum à ſententijs arbitrorum,
vt notatum ſupra cap. 116. petito vol. 1.

De communi pariete, ſeu muro conſtruendo. Cap. CCCXLII.

a SI quis b in Ciuitate Mediolani, c videlicet intra mu
ros Ciuitatis Mediolani, d de nouo e parietẽ con-
ſtruere voluerit f inter curtem ſuam, g & curtem h vi-
cini, i poſſit vicinum ſuum, l etiam ſummarie, & de pla
no, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, m iure noſtro, n com-
pellere, o vt medietatem expenſarũ muri illius, ſeu clau-
ſuræ, vſq; ad bracchia quinque cum dimidio computato
bracchio vno pro fundamento ad bracchium lignaminis,
p perſoluat. Et, ſi vltra dictam menſuram alter ipſorum
q ædificare voluerit, ſuis proprijs expenſis, r hoc ſibi li-
ceat, ſ etiam inuito vicino, t vſque ad bracchia nouem,
u ſupraſcripta menſura cõputata tantũ. Et, ſi alter vicinus
poſtea eo muro ędificato, x vltra dictã primam menſurã
aa vti voluerit per ſuorum tignorũ impoſitionem, bb &
verſus eius curiam ædificare à dicta prima menſura ſupra,
cc id ſibi liceat, dd eo ſoluente ee vicino, ff qui ædifi-
cari feciſſet, vt ſupra, vltra dictam primam partem men-
ſuram, gg medietatem dicti muri ædificati abinde ſupra.
hh Alioquin poſſit prohiberi ii ab eo, qui expenſas fecit,
vt non immittat, kk & ſi immiſſum habet extrahatur,
ll nec poſſint vicini ipſi mm aliquod nouum nn ædifi-
cium oo ſeparatum à dicto muro, pp nec aliquid aliud
nouum ſeparatum ab ipſo muro facere verſus partem ſuã,
qq penes dictum murum per bracchia quatuor ad men-
ſuram ſupraſcriptam, rr quod in altitudine excedat di-
ctam menſuram bracchiorum nouem. In clauſuris vero
hortorum, ſſ intra muros, vt ſupra, tt vel inter curtem,
& hortum, licet in ciuitate fuerint, uu non niſi clauſu-
ram de ſepe facere cogitur. Saluo, ſi quis hortum, xx vel
brolium habuerit aaa in Ciuitate Mediolani, videlicet,
inter muros, vt ſupra, bbb iuxta hortum, ccc vel terram
alterius, ddd poſſit in loco communi, ſuper quo diuidi-
tur vnum ab altero, fieri facere murum groſſum de vno la-
pide, & dimidio, vel minus, prout ei placuerit, in altitudi-
ne duntaxat bracchiorum quatuor cum dimidio, à terra
ſupra. Ita vt ipſe murus eee in eius latitudine ſe exten-
dat tantum verſus vnum vicinum, quãtum verſus alterum,
& poſſit ea cauſa, fff ire, & mittere ad partem vicini ma-
giſtros, & laboratores, & quæcunque opportuna ad illud
laborerium faciẽdum. Ita tamen, quod aduerſus vicinum,
ggg non poſſit facere feneſtram, vel feneſtras, hhh & vi-
cinus poſſit vti eo muro, & in eo infigere, eo iii ſoluente
illi, qui fecit ædificari murum, vel hæredi ſuo, kkk vel ha-
benti cauſam ab eo, lll pro medietate ipſius muri, prout
æſtimabitur mmm per vnum æſtimatorem communis
Mediolani, confitentem partium, vel vnius in contuma-
ciam alterius, & non aliter. Et ipſe murus cooperiatur
de lapidibus coctis cum vno cuppo, & ſita, ut aqua fluat
ad vtranque partem. Et, ſi quis eidem muro nnn uo-
luerit ædificium appodiare, uel in eo infigere, id ſibi li-
ceat, ooo modo ſoluat, ut ſupra, ppp & faciat aquam ſui
ſtillicidij

Digitized by Google

ſtillicidij pluere ſuper ſuo, *qqq* & non ſuper muro prædicto, *rrr* nec ſuper ſolo uicini. *ſſſ* Et ſi alter uoluerit ædificium ſeparatum à dicto muro, a ſua parte facere, *ttt* tunc ſeruentur ea, quæ dicta ſunt inter curtem, & curtem, ut ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando comprehendat tam maſculum, quam fœminam clericum, ac forenſem, vſq; ad num. 4.*
5 *Ciuitatis appellatione quid propriè veniat, vſque ad numer. 9. & 10.*
11 *Reficere, & de nouo facere differunt.*
12 *Ponticellus non diuidit curtem à curte, & quæ ſit curtis, & curia.*
13 *Clericus ſemper eſt conueniendus coram Eccleſiaſtico.*
14 *Ius municipale quod dicatur.*
15 *Aedificare nemo cogitur inuitus, nec contribuere, & nu. 16. vbi declaratur, & num 17.*
18 *Murus communis per quem præſumatur eleuatus.*
19 *Vicino an liceat ædificare ſuper muro communi altero vicino inuito, num 20.*
21 *Aedificare licet cuilibet in muro proprio, vſq; ad cælum declara vſq; ad nu. 24. 26. 27. 28. 29 30. & 31.*
25 *Tantum dictio hæc taxatiua quid ſignificet.*
32 *Murus quouſq; teneatur ad recipiendum ſigna immittenda.*
33 *Murus medius quouſque poſſit tolli.*
34 *Infigere & appodiare ſuper muro communi an liceat, n. 35. & 36.*
37 *Vicinus volens ædificare quando teneatur ſoluere medietatem, & num. 38. vſque ad num. 42.*
43 *Prohibitionis facultas ne quis appodiet ſuper muro an tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores ſingulares, quomodo autem prohibitio iſta poſſit exerceri, vide vſque ad 56.*
57 *Aedificij appellatione quid veniat.*
58 *Prohibitus ædificare ne luminibus officiat an dicatur prohibitus plantare vites, pergulas, vel arbores, & num. 59.*
60 *Aedificare in muro proprio nemo prohibetur, limita num. 61.*
62 *Vicinus an teneatur facere clauſuram ſepis.*
63 *Brolium quod dicatur.*
64 *Aedificare & eleuare quouſque liceat, & num 68.*
65 *Terræ appellatione quid veniat, & num 66.*
67 *Exceptio debet intelligi ſecundum regulam.*
69 *Vicinus poteſt vti muro diuiſorio, & in eo infigere.*
70 *Actiones actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem.*
71 *Vicinus volens vti muro vicini ad quid teneatur, & nu. 72.*
73 *Arbores in ſeruitute altius non tollendi non veniunt appellatione ædificij, num. 74. & 75.*
76 *Aedificium conficitur ex ligno, & an murus ligneus poſſit cõſtrui num. 77.*

a SI quis] † Comprehenditur maſculus, & fœmina, cum
1 tractetur de materia indifferenti, vt cauetur ſupra cap.
2 126. in ciuitate, vol. 1. † Ligantur etiam clerici, cum concernat publicam utilitatem, licet Epiſcopus ſit executor, ita in hac ſpecie notat Alcia. in auth. Caſſa. num. 16. C. de ſa-
3 croſ. eccleſ. † tamen alias non ligarentur clerici in ſtatutis loquentibus in perſonam, vt not. Aret. conſ. 25. n. 3. Caccialup. in l. cunctos populos, nu. 175. C. de ſum. Trin. late nota-
4 tum in preludijs ſtatutorũ. † Forenſes quoque habentes hic domus ligantur hoc ſtatuto, cum loquatur, de re, ita Cœpol. tract. ſeru. urb. præd. c. 39. de ſolo, & area, nu. 2.
b In ciuitate Mediolani] † Proprie ciuitatis appellatione di-
5 citur quod muris cingitur intus, & quę habet Epiſcopum, vt notat Marſil. tract. bannit. in verbo, ciuitate, nu. 1. & 2. vt notat Gemin. in c. ſi ciuitas, nu. 3. de ſenten. excom. in 6. Cotta ſuis memorab. in verbo, ciuitatis appellatione, Hier. de Monte, tract. fin. regun. c. 90. nu. 2 cauetur in addit. ad Barr.
6 in l. 2. in verbo, diſtingue, ff. de uerb. ſignif. † Quod tamen contineantur etiam ædificia continentia, & conſequenter ſuburbia, notat Hieron. de Monte, d. c. 90. num. 4. idem Menoch. tract arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 155. num. 6. idem Virg. Boccat. in conſtit. Marchię, gloſ. 6. num. 73. verſ. & quando.
7 † Quod maxime procedit in materia fauorabili, vt notat Gozad. conſ. 5. in princ Rebuff. in l. 2. ff. de verb. ſignif. late notat diſtinguendo Marſil. d. tract. bannit. in uerbo, ciuitate, num. 19. & num. 152. Crauet. conſ. 297. num. 1. in hac ſpecie notat Boer. ſuis conſuetud. Aurelianenſ. de ſeruitut. ca. 14. verſ. ea lex. Sed quod contineatur ſuburbia in odioſis, no-
9 tat Menoch. d. caſu 155. num. 8. † Aliquando etiam appellatione ciuitatis venit territorium, & diœceſis, & è contra, ita Virg. Boccat d. gloſſa 6. num. 73. Menoch. conſ. 140. numer. 22. volum. 2. Et in fauorabilibus veniunt caſtra, & villæ eius, non in odioſis, ita Roman. in l. ſi finita, §. de vectiga-
9 libus, num. 3. & 4. ff. de damn. infecto. † Quandoque etiam appellatione ciuitatis venit vniuerſitas, vt notat Boccat. d. glo. 6. num. 22.
c Videlicet intra muros ciuitatis] † Hoc expreſſum, quia
10 vult ſtatutum proprie intelligi ciuitatem hoc caſu intra muros, & conſequenter ad tollendum omne dubium, quod hæc diſpoſitio non habeat locum in muris extra ciuitatem, quo ad hãc eleuationem, quia poſſunt eleuari iuxta diſpoſitionem ſtatuti ſupra cap. 335. ſi contingat, & hoc contra tradita per Cœpoll d. tract. ſeruit. vrb. præd. c. 40. de pariete, ſeu muro, num. 33.
d De nouo] † Quod alias nunquam adſuerit, veluti ſi fiat
11 diuiſio inter duos fratres, vel ſocios domus, & curiæ communis, vel inter alios vicinos inter curtem, & curtem, inter quas nullus vnquam murus adſuerit, ſed tantum ſepis, vel nil aliud intermedium, & ſic ſtatutum hoc non loquitur de refectione muri veteris, de quo in præcedenti ſtatuto, quia aliud eſt reficere, aliud quid de nouo facere, vt ibi notatum late, in verbo, reficere.
e Parietem] Murum ſcilicet diuidentem curtem à curte.
f Inter curtem ſuam] Quæ ſit curtis, & curia, late not. Cępoll. tract. ſeruit. vrb. præd. c. 46. de curia, & curte.
g Et curtem] † Ponticellus non alterat, vt dicatur inter
12 curtem, & curtem, vt notat Burſatus, conſil. 58. numer. 23. volum. 1.
h Vicini] Etiam quod ſit clericus, vt notatum fuit ſupra in princ. fauore publico, qui alias non ligaretur, cum ſtatutum loquatur in perſonam, vt ibi notatum.
i Conſtruere velit] In conſtructione huius muri diuiſorij, ſiue ædificio inter curtem, & curtem non debet relinqui pes, de quo in l. fin. ff. fin. regun. & ſupra c. 336. cũ quis, quod expreſſe colligitur ex verbis huius ſtatuti, in uerſ. Ita ut ipſe murus.
k Poſſit uicinum] † Etiam clericum, eum tamen conueniẽ-
13 do coram iudice Eccleſiaſtico, vt tradit Alciat. d. auth. Caſſa. num. 16 C. de ſacroſ. eccleſ.
l Etiam ſummarie] Quid releuet hęc clauſula cum ſequẽtibus notatum, late ſupra c. 47. Dominus Poteſtas, in uerbis his, uol. 1.
m Iure noſtro] † Municipali ſcilicet, quod dicitur ius pro-
14 prium, & Commune illius ciuitatis, ut not. Bald. in l. 1. ad fi. C. de arbitr. & in l. bene, nu. 1. C. de quadr. præſcript. Alex. in l. poſt dotem, nu. 27 ff. ſolut. matri. Iaſ. in l. omnes populi num. 15. ff. de iuſt. & iur. Idem conſ. 149. & conſ. 198. col. fin. uolum. 2. Hier. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, numer. 1120. ff. ad Trebell. & notatum in Præludijs late.
n Compellere] † De iure communi ſecus uidetur eſſe, ex
15 quo nemo inuitus cogitur ædificare, nec etiam contribuere ſuper ædificio muri communis eleuati per uicinũ, niſi quis uelit eo uti, ut notat Cœpoll. d. tract. ſeruit. urb. pręd. ca. 40.
16 de pariete, nu. 27. cum ſeq. maxime nu. 30. † Tamen quod diſpoſitio huius Statuti ſit iuri communi conſentanea, vt domus ſeparentur, & diſtriminentur, & euitentur ſcandala, quę inter uicinos oriri poſſent, ſicut etiam uicinus cogitur ad refectionem muri communis, ut late notatum ſupra, capit præcedenti, ita enim cogi poſſit ad ædificationem, & eleuationem huius muri diuiſorij, ita arguendo ad partes determinat Luc. de Penna in l. 2. colu. 1. uerſ. Sed pone, C. de Metatis, lib. 10.
o Vt medietatem expenſarum illius muri] Ex quo fit dein murus ille communis pro dimidia amborum uicinorum.
p Perſoluat] † Nec hoc caſu liberatur uicinus, ſi uelit cede-
17 re dominio huius muri, ita quod ſit proprius ædificantis, niſi cedat etiam ius domus uicinę, ut tradit Alberic. tractat. Statut. lib. 1. quęſt. 130. num. 2.
q Aedificare uoluerit ſuis proprijs expenſis] † Quid ſi mu-
18 rus hic reperiatur eleuatus diuerſo tempore ultra primam menſuram, & ignoratur cuius expenſis fuerit eleuatus, dicẽdum eſt, quod ſi alicui dictorum uicinorum ſeruiat in ea parte, ueluti ſi unus eorum habeat in eo ſtillicidium, uel ſolarium, uel tectum, & alter uicinus nil habeat, præſumitur tunc eleuatus expenſis eius, cui ſeruit. Ita tradit Cœpol. d. tract. ſeruit. urb. pręd. c. 40. de pariete, num. 32. Si uero nemo uicinorum habet aliquid appodiatum uel infixũ, nec alicui eorum ſeruit, tunc præſumitur communibus expenſis eleuatus, niſi alter contrarium probet, eum etiam communiter poſſint uſq; ad dictam ſecundam menſuram eleuare, ut hic cauetur.
r Hoc ſibi liceat] † De iure communi an liceat ſuper muro
19 communi ſuperędificare, & illud altius tollere, diſcutit late Cœpol. dict. tract. ſeruit. urban. præd. cap. 40. de pariete,

Digitized by Google

num. 19. cum plurib. ſeq. & cumulate notatum ſupra, cap.
335. Si contingat, in verbo, Et ædificare.
f Etiam inuito vicino] † Vicino autem volente in nihi-
20 lo refragante diſpoſitione huius Statuti poterit vicinus
etiam vltra hanc menſuram eleuare, vt in terminis ſimilis
Statuti notat Iaſon in §. Aeque ſi, numer. 44. Inſtitut. de
actio.
t Vſque ad bracchia nouem] † De iure cõmuni poteſt quis
21 ædificare licite in muro proprio vſq; ad cœlum regolariter,
vt not. Soc. reg. 127. Domum, Dvennas reg. 33. Aedificare,
Ampliando & limitando, vt ibi per eum, & cauetur ſupra,
cap. 336. Si quis. In communi autem de iure communi di-
ſtinguitur, vt per nos notatum ſupra, cap. 335. Si contingat,
in verbo, Et ædificare, per Statutum autem prænarratum li-
22 cet vſq; ad cœlum declarando, vt ibi cauetur. † Prohibi-
tio hæc ædificandi murum diuiſorium inter curtem & cur-
tẽ, vltra mẽſuram hic notatam inducta per Statutum, quod
23 valeat, not. Iaſ. d. §. Aeque ſi, nu. 44. inſtit. de actio. † Ratio
autem huius prohibitionis duplex afferri poteſt. Altera q̃
hic murus fiat ad clauſuram, & diuiſionem tantum, non ad
ædificiendum fiendum. Secunda illa poteſt eſſe vrgens, ne
tollatur ſol, & aer vicinis. ita notat Cœpoll. d. c. 40. De pa-
24 riete, nu. 33. † Prohibitio pariter hæc cum naſcatur ex re,
ligat forenſes, vt ſupra notatum, & firmat Cœpoll. d. tracta.
ſeruit. vrb. præd. c. 27. de ſeruit. Altius tollen. num. 5. & cap.
39. De ſolo, & area, num. 2.
u Supraſcripta menſura computata tantum] † Dictio hæc
25 taxatiua, Tantum, excludit, vt non poſſit vlterius abinde ſu-
pra edificari, vt notat Bart. in l. vnica, in princ. nume. 3. ff Si
26 quis iud. non obtemper Deci. conſ. 328. num. 3. † Si ex vna
parte vicini adſit curtis, & ab alia adſit ædificium, ſi tamen
alias fuiſſet curtis, quod tamen non poſſit ille murus diui-
ſorius eleuari vltra hanc menſuram ſic quotidie practica-
tur, & ſic architecti diiudicant, quibus de iure credẽdum in
his, vt tradit in hac ſpecie Alba. conſ. 20. nu. 15. Et licet hoc
Statutum id expreſſe non caueat, tamen hoc facile colligi
poteſt ex eius verbis, in verſ. ſequenti, dum in eo dat facul-
tatem vicino appodiandi, & ædificandi in d. muro communi
diuiſorio, & conſequenter, ſi tunc facto ædificio liceret vici-
no appodiare, vel alteri altius tollere, & eleuare illum mu-
rum vltra menſuram hic notatam, fraus facile fieret diſpo-
ſitioni huius Statuti, quia vicinus volens, & cupiens
altius tollere murum hunc, & euitare diſpoſitionem hu-
ius Statuti aliquod ædificium prius facere in memorato
muro ex eius latere, dein altius ædificare, & tollere murum
hunc, & ſic fraudare diſpoſitionem huius Statuti, quod non
debet licere, tanto magis cum militet eadem ratio Statuti, ne
altius tollatur, ne per altiorem eleuationem aer, & ſol cu-
rij vicinorum obſtruetur, vt notat Cœpol. d. cap. 40. de pa-
riete, nu. 33. Facit vlterius altera ratio ſupra deducta, quod
clauſura hæc, & murus diuiſorius conficitur non ad ædifi-
cium fiendum, ſed ſolum ad ſeparationem, & clauſuram tan-
tum, vt tradit idem Cœpol. d. cap. 40. de pariete, numer. 33.
ad finem. Et licet aliqui muri reperiantur altius ex facto
eleuati hoc modo inter curtem & ædificium, hoc prouenit
ex conſenſu vicini expreſſo, vel tacito quod licet, vt ſupra
27 notatum. † Eo autem caſu quo reperiatur vltra hanc
menſuram ſecundam eleuatus murus hic intra curtem &
curtem, vel intra curtem & ædificium ex cõſenſu, vel ex-
preſſo, vel tacito vicini per bracchia forte duo, vel tria ad
plus, an tunc liceat vicino huic, vel alteri vicino altius ele-
uare murum illum vſque ad cœlum, vti quod ſemel fuerit
exreſſa menſura hic tradita, & conſequenter præſcriptum
iuri, & diſpoſitioni huius Statuti argumento regulæ illius,
28 † quod res ſemel facta alienabilis, fit perpetuo alienabi-
lis, iuxta l. cum Pater, §. Quindecim, ff. de lega. 3. dicendum
eſt, quod non, ex quo præſcriptio hæc vti odioſa non de-
bet extendi, vt porrigat effectus vltra partem præſcriptam
29 ex regula tritiſſima. † Quod tantum ſit præſcriptum
quantum poſſeſſum, de qua per Bartol. in l. 1. § Si quis hoc
interdicto, eum addit. 16 ff de itin. actuque priuato. No-
tat in ſimili Alexand. conſil. 16. numer. 23. volumin. 5. & re-
gula, d l. Pater, §. Quindecim, ff. de leg. 3. Dec. l. 2. numer. 7.
ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & ſic obeſt huic caſui, cum
30 in ea parte ſupra non fuerit præſcriptum. † Nec conſen-
ſus vicini debet operari vltra illud conceſſum, per l. Si do-
31 mus, ff. de ſeruitu. ruſtic. prædiorum. † In dubio autem
vbi non appareret, quod ante non adfuiſſet ædificium, vel
ne, præſumitur ſemper adfuiſſe ædificium, prout nunc, ad-
eſt, ita Crauet. De antiquitate temp. 4. parte, verſic. Mate-
ria, numer. 122. Cagnol. in l. omnibus negotijs, ff. de re-
gul. iur.

x Vltra dictam primam menſuram] Muri ſcilicet eleuati
a bracchijs quinque cum dimidio ſupra, vſq; ad bracchia
nouem, de quo in verſ. Præcedenti.
aa Vti voluerit per tignorum impoſitionem] † Hoc tamen
32 procedit ſi murus hic ſit habilis, & ſufficiens ad ſuſtinẽdum
onera, vt not. Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. c. 30. De ſer-
uit. tigni immittendi, num. 4. & cauetur ſupra. c. 335. Si cõ-
tingat, vbi late.
bb Et verſus eius curiam ædificare à dicta menſura ſupra]
33 † Intellige vſque ad ſecundam menſuram, de qua ſupra,
ita quod vlterius non poſſit dein extollere murum vltra ſe-
cundam menſuram, ad hoc ne dicamus Statutum ſtatim ſe
corrigere in hac parte, contra l. Num ad ea, ff. de condict. &
demonſtrat.
cc Id ſibi liceat] † In hac parte corrigitur diſpoſitio iuris
34 communis, licet enim in muro communi infigere, & appo-
diare ſuperædificato per vicinum, ſi tamen ſit ſufficiens mu-
rus ad onera, vt notat Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. cap.
30. de ſeruitut tigni immittendi, num. 4. Et notat Soc. d. reg.
137 Domum, verſ. 3 Fallit, & late notatum ſupra, d. c. 335.
35 Si contingat. † Tamen non licet fieri in clauſura, & muro
diuiſorio inter curtem & curtem, iuxta tradita per Cœpoll.
36 d. tract. ſeruit. vrb. præd c. 40 De pariete, num. 33. † Cum
non ſit hic murus ad hunc vſum deſtinatus, vt ibi per eum,
Idem notat etiam Papo ſuis commentar. §. 107. verſic. Con-
tra eſt.
dd Eo ſoluente] † Idem de iure communi de conſuetudine,
37 quod teneatur ſoluere vicinus hic medietatem muri ſuper-
ædificati ſuper communi muro, poſt longam diſputationẽ
firmit Cœpoll. d cap. 40. De pariete, num 27. cum ſeq. ma-
38 xime, num. 30. † Tunc autem quod murus ſit communis,
notat. Boer. conſ. 2. col penult. verſ. Secundo caſu poſt con-
ſuetudines Biturigum. † Vicinus hic qui vult vti, ut ſupra
cauetur, ſi ſoluerit primam eleuationem muri huius diuiſo-
rij factam à vicino, & dein ipſe altius murum illum altiaue-
rit tertio loco forte, quia adhuc non erat eleuatus ad men-
ſuram huius Statuti, tum eo caſu pari ratione alter vicinus
volens vti dicto muro abinde ſupra tertio loco eleuato, te-
netur ſoluere medietatẽ muri illius tertio loco eleuati, iuxta
tradita per Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrban. præd. c. 40. De pa-
riete, num. 30. ad finem.
ee Vicino] Quid ſi ille Vicinus nolit recipere pretium illud
tunc facta ſolenni oblatione, & depoſitione, murus ille fit
communis, & ſuper eo poterit offerens & deponens ædifica-
re iure & libere, vt cauetur ſupra, d. c. 335. Si cõtingat, verſ.
Qui murus. Vbi notatum relatiue qualiter fienda oblatio
& depoſitio valide, & ſolenniter.
ff Qui ædificari feciſſet, vt ædificari feciſſet, vt ſupra ultra
dictam primam menſuram] Si autẽ Vicinus qui fecerit fieri
dictam eleuationem ex poſt fecerit eam domum ſuam totã
emphyteuticam, comprehendendo in ea emphyteuſi etiam
illam partem muri eleuati, tunc dimidia huius pretij eſt ſol-
uenda prædicto domino directi, & pro alia emphyteutæ, qui
eſt in actuali poſſeſſione, ita cauetur ſupra, c. 335. Si contin-
gat, verſ. Vbi vero, &c.
gg Medietatem dicti muri ædificati ab inde ſupra] † De iure
39 communi fit diſtinctio vtrum vniatur per impoſitionem in-
tus, vel ſupra murum, & tunc ſoluatur dimidia, ut hic caue-
tur. Ita notat Napod. in conſuetud. Neapol. tit. De ſeruit.
40 20. num. 28. † Aut per ſolam appodiationem ſine infixio-
ne, aut per coniunctionem ſine oneratione, & tunc ſoluitur
quarta pars. Ita not. Napod d. tit. 20. De ſerui. verſ. Sed ſi, in
41 verbo, Ad parietem, n. 28. 29. 30. † Solutio huius dimidie-
tatis muri debet in totum fieri, etiam quod uicinus uellet
uti tantum parte huius muri ubi eſſet unicus murus conti-
nuus, ſecus ſi duo muri eſſent, ita not ſignanter Cœpoll. dict.
tract. ſeruit. urb. pręd. c. 40. De pariete, nu. 31. poſt longam
diſcuſſionem ibi per eum factam.
hh Alioquin poſſit prohiberi] † Idem notat firmando Na-
42 pod. d. ſuis conſuet. tit. 20. de ſeruit. verſ. Si ex latere, num.
26. uerſ. Si uero.
ii Ab eo qui expenſas fecit] † Hæc facultas prohibendi
43 tranſit in eius hæredes, & ſucceſſores etiam ſingulares, cum
in his ſeruitutibus omnes actiones tranſeant actiue, & paſſi-
ue, etiam in ſingularem ſucceſſorem, ut not. late Roman. in
l. Stipulationes non diuiduntur, nu. 2. ff. de uerb. oblig. Cœ-
poll. d tract. ſeruit. urb. præd. ca. 62. De feneſtra, nu. 8. & no-
tatum ſupra in Rubric. generali, ita expreſſe cauetur infra,
uerſ. Ita tamen, ubi diſponitur hanc ſolutionem fiendam
ſingulari ſucceſſori.
xx Et ſi immiſſum habet extrahatur] † Idem dicitur de iure
44 communi ubi hæc fiat inuito uicino, ſecus ſi eo patiente,
ut

Digitized by Google

vt notat Napod. d. conſuetud. Neapol. titu. 20. De ſeruitut.
verſic. Si ex latere, in verbo, Soluto, num. 26. verſic. Si vero.
† Vbi eo caſu quo ſit patiente vicino dicit poſſe ſolum agi
ad intereſſe, & precium ex hoc Statuto, vel conſuetudine,
vt ibi per eum. Ita etiam ſignanter & clarius diſtinguit Bart.
in l. Qui bona, §. Si quis iuxta, ad finem. Vbi Cuman. ff. de
damn. infect. Idē not. Bart. in l. Labeo. Vbi Caſtr. ff. de aqua
pluui. arcend. Idem Bald. in l. Sabinus, ff. communi diuidun.
46 † Et vbi agitur tantum ad precium propter conſenſum,
tunc hęc actio, vel condictio pretij ex hoc Statuto, cum ſit
47 perſonalis, per text. in §. Appellamus. Inſtit. De actio. † poſ-
ſet tantum intentari contra ædificantem, non contra ſingu-
larem ſucceſſorem, vbi domus fuiſſet vendita, vel aliter alie-
nata, per text. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Ita not. Na-
pod d. conſuetud. tit. 20. De ſeruitute, verſic. Si ex latere, in
48 verbo, Soluto ad finem. † Extractio immiſſionis huius, vel
deſtructio ædificij poteſt fieri propria authoritate, ſi fiat in-
continenti, vt notat Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. c. 30.
De ſeruit. tigni, nu. 3. Idem Afflict in Conſtit. regni, Rub. 8.
De pacis cultu. Paris, num. 28. lib. 1. Papo ſuis Commen-
49 tar. §. 506. † Nam continuare etiam dicitur poſſeſſionem,
qui eam incontinenti recuperat, & conſequenter non dici-
tur attentare, vt notat Lancellot. tract attent. 2. parte, ca. 4.
de attent lite pend. in præfationibus, limitatione 1. num 25.
50 † Et de iure licet vim propria authoritate repellere, vbi nō
poſſit haberi tunc copia Iudicis, vel ſuperioris, vel ſi ſit ei
de facto non præſtatur obedientia. Ita Martinus Laudenſis,
tractat. De repreſſal. num. 21. Secus ſi id fiat ex interuallo, vt
notat Crauet. in hac ſpecie, conſi 154. num. 4. verſic. Rurſus,
Idem cauetur in ſimili lib. 12 Communium, in verbo, Nun-
51 ciatio noui operis, verſic. Quod quippe, † Dicitur autem
incontinenti fieri, etiam quod fiat intra annos decem, quan-
do id nō potuit fieri prius vti impeditus legitime, vt ſignan
ter deducit Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 25. Contra quem,
num. 11. cum ſequen. lib. 1. Idem Alciat. conſil. 286. nu. 4.
& conſi. 364. num 5. verſ. Et dicitur. Sed quod hoc relinqua-
tur Iudicis arbitrio, not. Afflict. in Conſtit. regni, Rubr. 46.
de pœna vxoris, circa fin. lib. 3. Plott. l. ſi quando, num. 92.
52 C. vnde vi. † Et quod non requiratur longum interuallū,
nec aliquis extrauagans actus, vt quid dicatur factum in-
continenti, not. Laurentius Kirchou. ſuis cōmunibus, cent.
53 2. concluſ. 23. Incontinenti. † Dicitur autem incontinen-
ti recuperata poſſeſſio, quam primum ea poteſt recuperari,
etiam ſi fiat vltra decennium, notat Menoch. in conſil. 1.
finarij, nu. 81. cum ſeq. cum ex qualitate rei dicatur factum
etiam incōtinenti, ſi fiat ex interuallo, ita not. Io. Hannibal,
54 l. poſt contractum, num. 177. ff. de dom. † Plures opinio-
nes quando quid dicatur factum incontinenti, not. Menoch.
55 tracta. arbit. libr. 2. cent. 1. caſu 29. † Sed quod hæc extra-
56 ctio poſſit fieri ex interuallo, cum dicatur ſemper vicinus
turbare etiam propria authoritate, not. Ruin. conſil. 55.
numer. 4. volum. 4. Burſat. ſequitur conſil. 111. numer. 9.
volum. 1.

ll Nec poſſunt vicini] Omnes ab vtraque parte.

mm Aliquod nouum] Secus ſi velint vetus reficere, quia per-
mittitur, cum ſit diuerſum nouum facere, & reficere, vt not.
ſupra, cap. præcedenti, in verb. Reficere.

nn Ædificium] † Quid veniat appellatione ædificij, notat
57 Aleiat. conſil. 90. num. 2. & 3. & late notatum cap. præceden-
ti, in verbo, Simili.

oo Separatum à dicto muro] Et ſic probetur non ſolum an-
nexum huic muro diuiſorio, ſed etiam ſeparatum per men-
ſuram hic notatam.

pp Nec aliquod aliud nouum] † Per plantationem ſcili-
58 cet vitium, pergulatum, vel arborum, qui excedant in cre-
ſcendo menſuram, de qua infra, cum impeditur per eos lu-
men, & obſcuretur aer, vt tradit Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb.
59 præd, cap. 36. de ſeruitute ne luminibus, num. 4. † Nam ex
prohibitione altius non tollendi nou comprehenditur, vt
quis non poſſit plantare arbores, per l. ædificia, & l. ſi arbo-
rem, in princip. ff. de Seruit. vrban. pręd. Ita notat Napod d.
conſuet. Neapol. tit. de ſeruit. verſi. Si quis habet, in verbo,
Aedificare, num. 16. notat etiam Soern. ſen. conſil. 141. nu. 1.
verſic. Confirmatur hoc idem, volum. 1. Ideo expreſſa hæc
verba per Statutum hoc.

qq Penes dictum murum] Ad oppoſitum ſcilicet dicti mu-
ri, vt cauetur ſupra, cap. 337. Si ſeruitutem, verſicu. Si vero
ſeruitutem.

rr Quod in altitudine excedat dictam menſuram brachio-
60 rum nouem] † Secus eſt de Iure communi in muro pro-
prio, prout hic eſt, niſi fiat ad æmulationem, ita notat Alex.
conſi. 174. num. 4. volum. 5. Iaſ. conſ. 96. per totum, volum. 1.
& ſupra cauetur, & notatur cap. 335. Si aliquis, in princip.
61 † Ratio autem huius Statuti in hac parte ea præcipue, ne
tollatur aer, & obſcurcetur ſol vicino, ſecundum tradita per
Cœpoll. d. tractat. ſer. vrban. præd. capit. 40. De pariete,
num. 33.

ſſ Intra muros vt ſupra] Ciuitatis ſcilicet, vt tollatur diffi-
cultas, & dubium, ne contineantur ſuburbia, vt ſupra notatū
in princ. in verbo, in ciuitate.

tt Vel inter curtem & hortum, licet in Ciuitate fuerint] In
corpore ſcilicet ciuitatis, ad hoc ne Statutum ſibimet in-
continenti ſit contrarium, cum ſupra cauerit non habere
locum extra muros ciuitatis, contra l. Non ad ea, ff. de con-
dit. & demonſtr.

uu Non niſi clauſuram de ſepe facere cogitur] † Vicinus
62 ſcilicet, & ſic ad huius ſepis tantum contributionem com-
pelli poteſt, vt hic cauetur, quod idem eſt de Iure cōmuni,
l. fin. ff. fin. regund. not. Buet. in Conſuetud. Aurelian. titu. de
ſeruit. cap. 14. ver. Ea lex.

xx Vel brolium habuerit] † Brolium dicitur hortus ad pra-
63 tum reductus, per text. in l. apud Trebatium, §. Si vicinus, ff.
de aqua plu. arcend. quod tamen ſit cum arboribus fructife-
ris, & ita communiter appellatur.

aaa In ciuitate Mediolani, videlicet intra muros] Quo ſit, vt
non comprehendantur ſuburbia, quæ alias comprehende-
rentur ex lata ſignificatione vocabuli, vt not. ſupra, in prin.
in verbo hoc, In Ciuitate.

bbb Iuxta hortum] † Quid ſi curtis ſit iuxta hortum, tunc
64 habens curtem non poteſt ædificare & eleuare hunc murum
diuiſorium vltra menſuram hic notatam bracchiorum qua
tuor cum dimidio in præiudicium habentis hortum eo in-
uito, ſed habens hortum eo caſu etiam inuito Domino cur-
tis vicinæ poterit eleuare hunc murum, & clauſuram, etiam
diuiſoriā vſq; ad bracchia nouem, ad formam Statuti huius
ſupra, in princ. cum ſit caſus mixtus. Ita in hac ſpecie con-
ſuluit Alba. conſil. 20. nume. 8. cum ſeq. Sic etiam quotidie
cenſent architecti, quibus credendum vti peritis, quamuis
non atteſtentur de caſibus particularibus, vt notat Alba.
d. conſil. 20. num. 15. Sic etiam decreuit Senatus in memo-
rata cauſa, in qua conſuluit Alba. d. loco, Vertente inter Do
minos Candianos, & D. Seletanos mercatores, Anno 1547.
motus principaliter, quia probatū fuerat ſic practicari Sta-
tuti huius diſpoſitionem in hac particula.

ccc Vel terram] † Quid veniat appellatione terræ proprię,
65 notat Napod. in ſuis conſuet. Neapol. titu. 17. De iure con-
66 grui, in princ. in uerbo, Terram, num. 20. cum ſeq. † Vtrum
autem comprehendatur terra Matonata, & ſic curtis, quod
non, facit quia appellatione, Terræ, non venit terra, ſeu cur-
tis Matonata, ſeu ſilicea, arg. l. Sylua, verſicu. Nouatis, ff. de
verb. ſignif. & in l. 1. § Sed ſi quis terrenum, ff. de Riuis, ad idē
l. 1. vbi Bart. & Alex. in addit. ff. de via publica, notat etiam
Alberic. ſuo Dictionario, in verbo, Terræ. Contrarium ta-
men verius eſt in caſu Statuti huius, quod ſcilicet compre-
hendatur terra Matonata, & ſic Curtis, ſuadetur in primis
ponderando verba Statutimet ſupra, In verſ. in clauſura ve-
ro hortorum, ex quo facit regulam generalē, ex qua expreſſe
cauetur de clauſura inter curtem & hortum, quod fiat de ſe-
pe, cum autem, in uerſi. Saluo, faciat exceptionem per uerbū,
Saluo, quæ dictio eſt modificatiua, & exceptiua regulæ ge-
neralis, vt notat gloſſa in l. Item Labeo, in uerbo, Si pure, ubi
67 Bart. ff. famil. Erciſcund. † Hæc exceptio debet interpreta-
ri ſecundum regulam pręmiſſam, tanto magis quia exceptio
firmat regulam ineſſe in cæteris, per textum in l. Quæſitum,
§. Denique, Vbi Bart. ff. de fund. inſtruct. & in l. Nam quod
liquide, in fin. ff. de penu. legata. Et eadem ratio militat in
utroque caſu, quæ notatur ad hoc Statutū, ne ſol & aer tol-
latur uicino, de qua per Cœpol. d. cap. 40. de pariete, nu 33.
confirmatur hæc opinio ex uerbis Statutimet, in fine; Vbi
cauetur, quod ſi alter uicinus uoluerit facere ædificium al-
tius menſura ſupra notata bracchiorum quatuor cum dimi-
dio ſeparatum à muro, quod debeat ſeruare diſpoſita ſupra
inter curtem & curtem, quod ſcilicet uicinus ſe retrahat
per bracchia quatuor cum dimidio; & conſequenter uule
ſeruari idem inter hortum & hortum, prout inter curtem &
curtem hos caſus æquiparando, cum eandem rationem ha-
beant. Ideo idem ſeruandum inter habentem hortum cum
uicino habente curtem: & ſic quod hos omnes caſus ha-
68 bentes eandem rationem comprehendat, † tanto magis, &
hoc ſit tertium fundamentum, quia etiam de Iure commu-
ni in hoc muro diuiſorio, & claudente curtem & curtem,
uel hortum & hortum, uel curtem & hortum: non licet
ædificare, nec appodiare alicui ex uicinis, ut obſcuretur
aer, uel ſol uicino, eſt maxime non ſit deſtinatus ad aliquod
ædifi-

ædificium, ſed ſolum ad clauſuram ſimplicem, vt notat Cępoll. d. cap. 40. de pariete, nu. 33. & in hoc limitatur diſpoſitio l. Altius, C. de ſeruit. Quarto licet arguere ad hanc opinionem firmandum, quod niſi ſic intelligeretur hoc Statutum in hac parte, ſequeretur hoc abſurdum, quod habẽs curtem non poſſet eleuare murum hunc diuiſorium, niſi ad menſuram hic notatam in præiudicium habentis hortum, habens autem hortum poſſet extollere vſque ad cœlum, quod minime dicendum per rationem præallegatam, quæ militat etiam de iure communi. Iura autem in contrarium allegata loquitur in terminis, quod appellatione viæ terrenæ, vel riui terreni non veniat terra manata, vel riuus ſiliceus, quia tractabatur ſic intelligendo de præiudicio vicini, quod minime eſt in caſu Statuti huius, quia imò tractetur de eius præiudicio, ſi aliter intelligeremus.

ddd Poſſit in loco communi ſuper quo diuiditur vnum ab altero] Accipiendo medietatem pro qualibet parte, vt infra exprimitur, ibi. Ita vt ipſe.

eee In eius latitudine ſe extendat tantum verſus vnum vicinum, quantum verſus alterum] Ita quod murus conſtruatur in medio loci communis.

fff Ire & mittere ad partem vicinam magiſtros, & laboratores] Idem cauetur ſupra in muro reficiendo proprio, in cap. 341. Licitum ſit, verſic. Ita tamen.

ggg Non poſſit facere feneſtram] Idem cauetur ſupra, cap. 333. Si aliquis, quando non relinquitur pes.

hhh Et vicinus poſſit vti eo muro, & in eo infigere] † Secus
69 eſt de iure communi, cum ſit murus clauſorius ad ædificiũ nõ deſtinatus, vt not. Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 40. de pariete, num. 33. verſic. Secundum huius quæſtionis.

iii Soluenti illi qui fecit ædificari] Eo autem nolente recipere ſit oblatio, & depoſitio ſolenniter, & tunc eo facto ſit communis ille murus ipſo iure, vt ſupra cauetur, cap. 335. Si contingat, verſ. Qui murus, vbi etiam notatum, qualiter ſit fienda oblatio, & depoſitio hæc relatiue. Quid autem ſi infigat antequam ſoluat, vel offerat, & deponat, an illud poſſit demoliri; diſtinguendum, vtrum patiente vicino immiſerit, & tunc non demolitur, ſed tunc agitur ad pretium, aut eo inuito, & tunc extrahitur etiam propria authoritate incontinenti ſi id fiat, non ex interuallo, vt notatum ſupra, in verbo, Et ſi immiſſum habet extrahatur.

kkk Vel habenti cauſam ab eo] † Singulari ſcilicet ſucceſſo-
70 ri, cum in eum tranſeant actiones actiuæ & paſſiuæ in his ſeruitutibus, ita Roman. l. Stipulationes non diuiduntur, in princip. num. 27. ff. de verb. obligat. Idem Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 62. De feneſtra, nu. 8. & ſupra notatum.

lll Pro medietate] † De iure communi diſtinguuntur ali-
71 qui caſus, videlicet, quod aut ſit appodiatio, & tunc ſoluitur quarta pars, aut infigitur intus, vel ſupra onerando murum, & tũc ſoluitur medietas muri, vt notat Napod. in conſuet. tit. 20. de ſeruit. verſ. Et ſi, in verbo, In ipſum, nu. 23. & verſic. Sed ſi, in verbo, Ad parietem, num. 28 29. & 30.

72 † Murus hic ſi fuerit emphyteuticus medietas hæc diſtribuitur inter primum Dominum directi, & emphyteutam, qui eſt in actuali poſſeſſione pro dimidia, vt ſupra cauetur, cap. 336. Si contingat, verſic. Vbi vero.

mmm Per vnum æſtimatorem Communis Mediolani] De quibus ſupra, cap. 179. Aeſtimatores, vol. 1. Ab eius æſtimatione nõ licet appellari & querelari, prout ſupra cauetur, cap. 335. Si contingat, verſ. A quibus.

nnn Voluerit ædificium appodiare, vel in eo infigere] Hæc enim ſunt diuerſa in iure, quo quidem iure murus ſoluitur tam pro appodiatione, quam pro infixione, vt not. Napod. locis allegatis, & tamen hic dicitur idem ſoluendum cum pariſicentur.

ooo Modo ſoluat vt ſupra] Medietas ſcilicet expenſarum eleuationis, modo quo ſupra cauetur.

ppp Et faciat aquam ſui ſtillicidij pluere ſuper ſuo] Id eſt, verſus eius ſolum.

qqq Et non ſuper muro prædicto] Quo mediante dein pluat in domum vicini, quod non licet, cum non fuerit relictus pes extra, vt ſupra cauetur, cap. 335. Si aliquis, & cap. ſequenti.

rrr Hæc ſuper ſolo vicini] Et ſic immediate, quod minus licet eadem ratione.

ſſſ Et ſi aliter voluerit ædificium ſeparatum à dicto muro à ſua parte facere] Quid ſi aliud nouum, veluti pergulam facere, vel arbores plantare voluerit, an prohibeatur, videtur prima facie dicendum quod ſic, quia licet non ſit ædificium, tamen dicitur aliquid nouum facere, per verba Statutimet ſupra expreſſa, in verſi. Alioquin, ibi, Nec aliquid aliud nouum, ad quam particulam hic etiam ſit relatio per Statutũmet in verbis ſequentibus, Tunc ſeruentur ea quæ dicta ſunt inter curtem & curtẽ, vt ſupra. Verum ego contrarium verius eſſe cenſeo, quod imò poſſit fieri hæc pergula, & plantatio arborum intra ſpatium notatum ſupra inter curtem & curtem; & hoc ponderando verba Statuti huius in hac parte loquentis de ædificio tantum, non de alio nouo, ſed ſic eſt, quod arbores & vites, quæ ſuſtinentur
73 per pergulam, non dicuntur ædificium. † Hic eſt, quod in ſeruitute altius non tollendi arbores non veniunt appellatione ædificii, ideo arbores poſſunt licite plantari, licet ſecus ſit in ſeruitute luminis & aſpectus; textus ſunt clari in l. ædificia, & l. ſi arborem, ff. de Seruit. vrb. præd. quæ ſic decidit Napodam. in conſuetud. Neapol. tit. 20. de ſeruitute, verſic. Si quis habet, in verbo, Aedificare, num. 16 notat ſequendo Socin. ſen. conſil. 141. num. 1. verſic. Confirmatur hoc idem, volum. 1. Nec in Statutis militat argumentum ex identitate rationis maxime Mediolani, ex quo debent intelligi ad literam prout iacent, quo caſu non militat hoc argumentum, vt ſupra cauetur capit. 174. verba
74 Statutorum. † Vltra quod ſi Statutum voluiſſet comprehendi etiam quid nouum, id ſibi facile fuiſſet exprimere, prout ſupra expreſſit inter curtẽ & curtem. Vlterius quod mens ſtatuentium fuerit non comprehendi hæc noua, nec plantationes arborum, quæ non ſint ædificia, magis colligitur ex eo, quod in hortis, & brolijs præcipue plantantur ex ſua proprietate arbores. Ideo voluerunt ex hoc impediri eorum arborum plantationem, cum adhoc deſtinati ſint horti & brolia, & ſic ceſſat eiuſdem rationis argumentum, cum ſit diuerſa in curijs. Nec obſtat relatio, de qua infra, Tunc ſeruentur ea, ſcilicet, quo ad menſuram reſpectu ædificij fiendi, non autem quo ad qualitatem ædificij, vel noui fiendi, cum iam deciderit Statutum tantum de ædificio, & ſic relatio refertur quo ad menſuram hic non poſitam, nec deciſam, non quo ad alias qualitates ædificij iam de-
75 ciſas. † Ita in ſimili de clauſula in fine poſita, quod non trahatur ad iam deciſa, notat Alciat. conſil. 101. num. 17. ad finem, & num. 18. Nam ſi ſtatuentes voluiſſent etiam comprehẽdi aliud nouum, id expreſſiſſent, vt ſupra dictum, vel poſuiſſent relationẽ ibi. Et ſi alter voluerit ædificium, vel vt ſupra ſeparatũ, vel ſaltem dixiſſent, in fine, vt ſupra, & pro vt ſupra, & ſimilia verba expreſſe ſupra, cap. præcedenti, verſic. Vbi vero paries, quæ hic non fuere expreſſa, & in ſimili infra cauetur, cap. 364. Licitum, ad finem. Et hanc credo meram veritatem, verum cum ex facto in quadam pergula vitis cõſtructa ex trabellis quadratis caſus occurriſſet inter D. Franciſcum Cicerinum ex vna, & quendam de Braſchis ex alia, coram D. Vicario prouiſionum declaratum fuit, pergulam illam non potuiſſe fieri inter hortum & hortum intra memoratum ſpatium, iuxta diſpoſitionem huius particulæ Statuti, ſic declaratum per totum tribunal in memorata controuerſia, Anno 1569. die vltimo Iunij; Moti autem fuere tunc illi Magn. D. Vicarius, & duodecim ex magnitudine lignorum, & trabellorum quadratorum, quibus idem D. Braſcha Pergulam illam confecerat, licet id non expreſſerint. Ideo ſi caſus contingeret, ſic putarem diſtinguendum, vt ſi quis vellet extruere ex lignis ſolum magnitudinis quatenus neceſſe eſt ad vitem ſuſtinendam, veluti ex ſubtilibus perticis, id ſibi liceret, & poſſit facere per pręallegata, quia tunc principaliter conſideratur vitis, quę eſt arbor, & non ædificium, per d. l. Aedificia, & d. l. Si arborem, ff. de ſeruitut. vrban. pręd. & illę leues perticæ non poſſent haberi in conſideratione, vti acceſſorię vitis ipſius, & arboris. Si vero eam facere vellet ex lignis & trabellis quadratis, id non poſſit, quia licet quandoque, & ſę-
76 pius ex dictis trabellis fiant pergulę, † Id tamen ſit præter neceſſitatem, & tunc acceſſorium perdit naturam acceſſorij, & aſſumit naturam principalis, ſcilicet ędificij, iuxta notata in l. Et qui ſunt, §. Perueniamus, vbi Bart. ff. de auro & argento legato, Aedificium autem conficitur etiam ex ligno, vt notatur in texto, in l. Titius, vbi gloſſ. ff. de acquir. rer. domi. & in l. 1. § Plane ſi ex ligneis, vbi gloſſa, ff. de vi, & vi armat. late Tiraquell. tract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. nu. 118. Alias ſequeretur quod hoc caſu poſſet conſtrui murus li-
77 gneus ad clariorem Statuti huius diſpoſitionem. † Quę interpretatio ad eluſionem Statuti non debet quoquomodo admitti, nec alterius cuiuſcunque diſpoſitionis, per l. Si prętor iuſſerit, in princ. ff. de iud. Alba in terminis huius Statuti, conſ. 20. num. 11.

ttt Tunc ſeruentur ea quę dicta ſunt inter curtem & curtẽ, vt ſupra

Digitized by Google

ut ſupra] Et hoc reſpectu menſuræ, ut non ædificetur ad poſitum illius muri per quatuor bracchia, non autẽ ut non poſſit fieri aliud nouum, ueluti plantatio arborum, cum nõ prohibeatur aliud nouum, ſed ſolum ędificium, ut ſupra notatum, nec etiam militet eadem ratio inter hortum & hortum, prout inter curtem & curtem, cum curiæ non ſint deſtinatæ ad plantationes arborum, prout ſunt deſtinata brolia, & horti, ut late notatum fuit ſupra, & experientia rerũ Magiſtra docet.

De conceſsis habentibus domum prope murũ veterem Ciuitatis antiqui Mediolani. Cap. CCCXLIII.

a INter illos ciues, b aut uicinos, c qui prope murum ueterem Ciuitatis antiquæ, d intus, & foris, e prædia, f, ſiue ſedimina g poſſident, ſtatuitur, h quod is, i qui prope murum ipſum, k ſeu fundamentum muri ueteris, l domum habet, m deſtructo muro, n totum pedem, ſeu fundamentũ illius muri o occupare poſſit, p & quicquid ei utile fuerit, poſſit ſuper pedem, uel fundamentum ipſius muri q conſtruere.

SVMMARIVM.

1 *Prædium quomodo differat à fundo.*
2 *Occupatio quid ſit.*

a INter illos ciues] Ciuis dicitur, qui natus eſt in ciuitate, l. ciues, C. de municip. & origin. incolis, lib. 10. & late notatum ſupra, cap. 228. Omnia onera, in uerb. Ciues.
b Seu uicinos] Poteſt enim etiam Vicinus qui habet prædia, uel domum in ciuitate, qui non ſit ciuis. Ideo poſita hęc uerba, uel uicinos.
c Qui prope murum ciuitatis antiquæ] Quod nunc eſt circum circa foſſa nauigiorum Mediolani.
d Intus, & foris] Quid ſi prope murum intus, quis habeat domum uel ſedimen, & alter foris habeat prædium, uel fundum ſine ædificio, prout in facti contingentia ſæpe euenit, tunc præfertur habens domum habenti prædia. Ita cauetur ex uerbis ſequentib. ibi, Domum habet, Si autem nemo eorum habeat domum, nec aliud ædificium, ſed habeant prædia abſq; alio ædificio, tunc dicerem, præoccupantis fuiſſe meliorem conditionem, & ſi ambo præoccupaſſent ſorte id dirimendum, uel fiendam inter eos diuiſionem, ut late in ſimili not. ſupra, cap. 417. Si quis, in uerbo, Præferatur quem ſors prætulerit, uol. 1.
e Prædia, ſine ædificio] † Quid differat à fundo, notat
1 Rebuff. l. Quæſtio eſt, in uerbo, Prædium, ff. De uerb. ſignifi.
f Seu ſedimina] Et ſic Domum ædificatam.
g Poſſideat] Hoc uerbum generale comprehendit, tam reſpectu proprietatis, quam per uſum, & poſſeſſionem, tanquã Dominus tamen, ut infra ex uerbis ſequentibus Statuti colligitur.
h Quod is] Siue ſit maſculus, ſiue fœmina, cum loquatur de materia congruente utrique ſexui, ut cauetur ſupra, cap. 126. In ciuitate, uol. 1.
i Qui prope murum ipſum] Adhuc non deſtructum.
k Seu fundamentum muri ueteris] Hoc expreſſum propter loca, in quibus tunc temporibus etiam reperiebatur deſtructus murus antiquus.
l Domum habet] Varie accipitur hoc uerbum, Habere, in iure, ut notatum ſupra, cap. 434. Si quis, in uerbo, Habuerit, Verum his accipitur pro uero domino, prout etiam capitur ſupra, cap. 433. Si quis, in princ.
m Deſtructo muro] Illo ſcilicet muro ciuitatis adhuc exiſtente.
n Totum pedem] Quod eſt fundamentum ipſius muri ueteris, ut Statutum met declarat.
o Occupare poſſit] † Occupatio eſt proprie rei dereli-
2 ctæ, uel nullius, l. 1. ff. de uſucap. pro derelicto, & §. fere, Inſtit. De rer. diuiſ. idem dicitur de re aliena, ſupra, cap. 252. Omnes ſtratæ.
p Et quicquid ei utile fuerit] Siue per ædificium, ſiue murum ſimplicem, ſiue aliter.
q Conſtruere] Ita quod non ligetur præcedentibus Statutis, niſi prout infra cauetur, ſequent. cap.

De aqua non immittenda in terram, ſiue domum vicini, qui extra pedem vel fundamentum muri Ciuitatis antiquæ Mediolani, domũ vel terrã poſsidet. Cap. CCCXLIV.

a NVllus, b ſtillicidium, c nec aliquam aquam d immittere poſſit e in terram, f ſiue domum uicini, g qui extra pedem, ſeu fundamentum muri Ciuitatis antiquę Mediolani, domum, uel terram g poſſidet, i ſed nec feneſtras, nec aliqua foramina, nec relaxa in eo ei habere liceat, niſi is cui totus pes, ſeu totum fundamentum ipſius muri acceſſit, k ut dictum eſt, l dimiſerit pedem Aliprandum ex ipſo fundamento dicti muri, m quod uterque neceſſe facere habeat, n ſi noluerit habere feneſtras, uel immittere aquam.

SVMMARIVM.

1 *Aquam non licet immittere in domum vicini, declara num. 2.*

a NVllus] Intellige de his qui occupauerint murum, uel fundamentum ciuitatis antiquę, de quibus cap. pręcedenti.
b Stillicidium] Quia hoc eſſet imponere ſeruitutem, ideo non admittitur, niſi eam habuerit, uel niſi dimiſerit pedem, ut infra dicitur in fine huius Statuti, & ſupra notatum late, cap. 335. Si aliquis, per illum Statutum.
c Nec aliquam aquam] † Veluti per ulam rialis, uel fi-
1 ſtulę, ut not. Cœpoll. d. tracts. ſeruit. urb. pręd. cap. 49. de fi-
2 ſtula. † Quod pariter prohibetur, niſi adſit ſeruitus hęc, ita not. Cœpoll. d. tract. ſeruit. urb. pręd. cap. 31. De ſeruitute proijciendi, num. 1. & 2.
d Immittere poſſit] Per ſtillicidium, uel canale, uel fiſtulam.
e In terram] Intellige de loco, in quo non adſit ędificium, ut not. Napod. in conſuetud. Neapol. tit. 17. de iure congrui, in princ. in uerbo, Terram, num. 20.
f Seu domum] Quid ueniat appellatione domus, notatum ſupra, cap. 434. Si quis, in uerbo, Alicuius domus, ubi late.
g Qui extra pedem, ſeu fundamentum ciuitatis antiquę Mediolani] Secus ergo ſi intra pedem immittat, quia poteſt immittere, prout ex ſequentibus verbis Statutimet cauetur, etiam quod pedem illum poſſideret vicinus, quia hic diſtinguitur.
h Poſſidet] Tanquam Dominus, vt notatum capit. præcedenti, in hoc verbo.
i Sed nec feneſtras, nec alia foramina, nec relaxa in eo ei habere liceat] Hæc verba in Statuto antiquo aliter concepta ſunt, Hoc modo ſcilicet, in ea ſcilicet parte qua antiquitus in muris ciuitatis nulla feneſtra fuerit, plane in eo loco, vbi eſſe conſueuit, & eius longitudinis, ſicut quondam fuit etiam habere permiſſum eſt, quo ſit, vt ex hoc Statuto reſtringitur illud Statutum antiquum.
k Vt dictum eſt] Supra ſcilicet cap præcedenti.
l Dimiſerit pedem Aliprandum] Idem cauetur in omnibus alijs ædificijs, ſupra cap. 333. Si aliquis, ad finem, & cap. ſequenti.
m Quod vterque neceſſe facere habeat] Quid ſi dubium emerſerit, vtrum dimiſerit illum pedem Aliprandum, vel ne, quia reperitur ædificium iam diu factum, & non cognoſcitur, nec dignoſci poteſt nunc, an vſq; ad extremum fundamentum occupauerit, vel potius pedem ex ipſo fundamento dimiſerit, crederem diſtinguendum, & ſeruandum quod diſponitur in Statuto ſequenti, cap. 346. Si dubium, quo adhoc ædificium ſuper muro ciuitatis confectum, cum illud ſequens Statutum loquatur indiſtincte, & ſit poſterius, & quod in ædificio ſeruatur diſpoſitio horum Statutorum, maxime Statuti ſupra d. cap. 333. Si aliquis, quo ad feneſtras, & ſtillicidium.
n Si voluerit habere feneſtras] Idem cauetur d. cap. 333. Si aliquis, ad finem.
o Vel immittere] Per ſtillicidium, vel aliter.

De ſeruitute luminis, & proſpectus. Cap. CCCXLV.

a SEruitus luminis, b & proſpectus, c & ne luminibus officiatur d iure noſtro e idem repræſentant.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Seruitus realis ligat forenſes.*
2 *Seruitus luminis, & ne luminibus officiatur an differat, & numer. 3.*

a S Eruitus luminis] † Seruitus hæc dependet à re, pro
1 vt cæteræ ſeruitutes vrbanorum, & ruſticorum prędio-
rum, ideo ligant forenſes habentes domos in hoc duca-
tu, Ita not. Cœpol. d. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 39. de ſolo,
& area, num. 1. & cap. 27. de ſeruitute altius tollendi, nu. 5.
Vbi clare hoc explicat.
b Vel proſpectus] Quæ ſit notatum, d. tract. ſeruit. vrban.
præd. cap. 34. de ſeruit. proſpectus.
c Et ne luminibus officiatur] Quæ ſit not. Cœpol. d. tract.
ſeruit. vrb. pręd. cap. 36. de ſeruitute ne luminibus.
d Iure noſtro] Municipali ſcilicet, vt notatum cap. 342.
Si quis, in hoc verbo.
e Idem repreſentant] † In iure autem multum differunt,
2 vt not. Cœpol. d. tract. ſeruit. vrban. præd. d. cap. 34. De ſer-
uitute luminis, & cap. ſequenti, num. 4 Ruin. conſ. 91. nu. 4.
3 uol. 4. † Secus etiam in ſeruitute altius non tollendi quę
differt à ſeruitute luminis, ſecundum tradita per Cœpol. d.
cap. 17. De ſeruitute altius non tollen. num. 2. Idem Soc. ſen.
conſ. 141. nu. 1. verſic. Confirmo hoc, vol. 1.

Declaratio qualiter quis intelligatur habere pedem. Cap. CCCXLVI.

a SI dubium fuerit, vtrum quis pedem habeat, vel non; *b* qui feneſtras, & ſtillicidum, vel ſtillicidium tantum habere longo tempore conſueuit, *d* pedem vnum habere intelligatur, *e* & longum tempus intelligatur inter pręſentes decem annis, & inter abſentes viginti, *f* & ſi feneſtras tantum habeat, ſine ſtillicidio, *g* ſeruitutem luminis, *h* & non pedem habere intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus quando præſumatur habere pedem penes ſuum ædificium, & num. 2.*
3 *Seruitus ſtillicidij an præſumatur competere iure dominij, vel ſeruitutis, nume. 4 & 5 & in quo ſtare differentia inter hos terminos, vide vſq; ad num. 15.*
16 *Actus præſumitur potius factus nomine proprio quam alieno.*
17 *Præſumptio fortior vincit aliam.*

a S I dubium fuerit, vtrum quis pedem habuerit] Veluti ſi
non conſtet, quod quis reliquerit pedem vel ne, iuxta
diſpoſitionem cap. ſupra 335. Si aliquis, ad finem, Quod
dubium militat in hoc Statuto etiam ſi alter vicinus poſſi-
1 deat locum inferiorem, vt infra dicetur. † Licet ſecus ſit de
Iure communi, vt not. Cœpol. tract. ſeruit. vrb. præd. ca. 28.
De ſeruitute ſtillicidij, quęſtio. 9. numer. 10. verſicu. Sed
nunquid.
b Quę feneſtras, & ſtillicidium, vel ſtillicidium tantum]
Et ſic ſufficit ad pręſumptionem hanc inductã per hoc Sta-
tutum ambo hęc concurrere, vel alterum eorum tantum, vt
hic cauetur, non ſi tantum feneſtras haberet.
c Habere longo tempore conſueuit] Et ſic ſufficit proba-
tio longi huius temporis, abſque allegatione tituli, vel bo-
nę fidei, cum pręſumatur ex diſpoſitione huius Statuti ha-
bere hac iure dominij, non ſeruitutis, & tantum dubitetur
ſuper hoc, an reliquerit pedem, val ne, ſed ſi controuerſia eſ-
ſet ſuper feneſtris, vel ſtillicidio, tunc ſeruandum quod ſu-
pra cauetur, cap. 332. Seruitutes, verſ. Item in ſeruitutibus,
cum ibi notatis.
d Pedem habere intelligatur] Et conſequenter pręſumi-
tur relictus pes tempore confecti ędificij, & ſic concordat
2 cum diſpoſitione cap. ſupra 333. Si aliquis, ad finem. † Quid
autem ſi vicinus alleget hunc vicinum habentem feneſtras,
& ſtillicidium, vel ſtillicidium tantum ea habere iure ſer-
uitus, non iure Dominij, & ad hoc probandum deducat, &
probet ſe poſſidere locum inferiorem ſub ſtillicidio poſitũ,
an tunc ceſſet diſpoſitio huius Statuti, & pręſumptio hęc ſta-
tutaria? Prima fronte videbatur dicendum quod ſic, quia
ita etiam diſtinguitur de Iure communi, iuxta tradita per
Cœpol. d. tract. ſeruit. vrb. pręd. cap. 28. de ſeruitute ſtilli-
cidij, num. 10. verſic. Sed nunquid, & hoc vt Statutum minus
ius commune corrigat quam ſit poſſibile, & ſecundum eum
etiam interpretetur, & conſequenter, quod diſpoſitio huius
ſtatuti habeat ſolum locum in caſu quo nemo poſſideat lo-
cum inferiorem, quia tunc ſubeſt maius dubium, & Cœpol-
la diſtinguit; vt per eum d. nu. 10. verſic. Sed ſi neuter. Quod
ſcilicet eo in caſu dubio præſumatur reliquiſſe pedem ſe-
cundum diſpoſitionem, d. c. 333. Si aliquis, ad finem, Quod
idem notatur in l. finali, §. 1. Vbi Bald. & Florian. ff. de ſeruit.
3 vrb. præd. † Et quia in dubio præſumitur omnem actum
fuiſſe potius factum iure proprio, quam aliter, & in his ter-
minis notat Alban. conſil. 20. num. 16. Contrarium tamen
ego cenſeo verum eſſe, q; diſpoſitio huius Statuti procedat
indiſtincte, ſiue vicinus patiens feneſtras, & ſtillicidium, vel
ſtillicidium tantum poſſideat locum inferiorem, ſiue non.
4 † Quia quod ex poſſeſſione loci inferioris præſumatur ſer-
uitus, vel dominium ſtillicidij immiſſi, non eſt probatio cõ-
cludens, ſed præſumptio ex iure collecta per Cœpoll. loco
allegato, d. cap. 28. De ſeruitute ſtillicidij, num. 10. In caſu
dubio qui caſus dubius aliter deciditur per Statutum hoc,
quod alia præſumptione mouetur, vt ſcilicet præſumat ea
habere iure dominij, & reliquiſſe pedem, ex eo quod quis
habet feneſtras, & ſtillicidium, vel ſtillicidium tantũ, quod
alias non liceret habere, niſi reliquiſſet pedem refragante
memorato Statuto ſupra cap. 333. Si aliquis, ad finem, quo
caſu debet ſilere illa præſumptio iuris communis ad diſcer-
nendum hunc caſum dubium, cum vrgentiori præſumptio-
ne moueatur Statutum hoc per aliam diſpoſitionem ſtatu-
tariam, de qua ſupra cap. 333. Si aliquis. Quæ quidem
non aderat de Iure communi, vt ibi notatum in princip.
5 † Et ſic pręſumptio vna tollit aliam, vt not. Bart. in l. Diuus,
num. 3. ff de in integr. reſtitut. cum limitibus. Et ita audio
fuiſſe iudicatum per nunc Ill. Senatorem D. Gottardum
Reinam Anno 1562. 23. Iulij in teſtis, penes D. Homatum
6 Notarium Officij prouiſionum. † Vtilitates nonnullæ ma-
ximi momenti reſultant ea hac indagatione, vtrum quis re-
liquerit pedem, vel ne, vel vtrum habeat quis ſtillicidiũ iure
dominij, vel ſeruitutis, & ſic etiam de feneſtris. Si enim re-
liquit pedẽ, ille pes relictus eſt ſuus, & poteſt per eum poſ-
ſideri, & vtifrui, vt not. Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrb. præd.
cap. 28. De ſeruitute ſtillicidij, num. 9 per l. final. §. finali, ff.
De ſeruit. vrb. pręd. Idem notat Cœpoll. in c. 40. De pariete,
ſeu muro, nu. 5. Idem cauetur ſupra cap. 336. Si quis pedem,
7 ad finem, & hęc eſt prima Vtilitas. † Secunda autem prin-
cipalis vtilitas illa inſurgit, quod ſi fuerit relictus pes, vici-
nus ſi velit dein ædificare ſuper ſuo, tenetur ſe retrahere aliũ
pedem, in quo non poſſit ædificare ſuper ſuo, vt cauetur ſu-
pra d. c. 336. Si quis, ibi, Dimiſſo pede aliprando, Idem no-
tatur in l. finali, verſ. Si autem murum, ff. fin. regund. Si autẽ
Dominus ſtillicidij non reliquiſſet pedem, tunc tantum
vnum pedem alter vicinus relinquere tenetur diſtinguẽdo
ne noceat ſtillicidio vicini, vt declarat Cœpoll. d. cap. 28.
De ſeruitute ſtillicidij, n. 8 In ſtillicidio pariter refert, vtrũ
illud habeat iure ſeruitutis, vel iure dominij per dimiſſio-
8 nem pedis. † Prima eſt illa vtilitas, quia ſi iure dominij eſt,
poteſt immittere quantumcunq; aquam velit ex illo ſtilli-
cidio, eam etiam augendo cum cadat in ſuo, ſecus ſi iure ſer-
uitutis illud ſtillicidiũ habeat, quia tunc non poterit maior
quantitas aquarum immitti, quam conſueuit, per text. in l.
Sicuti, §. Ariſto, verſ. Ideo autem, vbi gloſſa, & Doctores, ff.
de ſeruit. vrb. præd. & ſupra cautum, in c. 339. Is qui ſerui-
9 tutem, vbi notatum, in verbo, Maiorem aquam. † Secunda
vtilitas eſt, quia ſi habetur ſtillicidium iure dominij, tunc
etiam locus inferior ſubtus ſtillicidium eſt domini ſtillici-
dij, ſecus ſi illud habetur iure ſeruitutis, Ita not. Cępolla d.
c. 28. De ſeruit. ſtillicidij, nu. 9. Et ita etiam cauetur ex hoc
10 Statuto. † Tertia vtilitas eſt, quia ſi habetur ſtillicidium
hoc iure dominij, tunc vicinus volens ædificare, debet ſe re-
trahere pedem vltra ſtillicidium, tam de Iure cõmuni, quã
ſtatutario noſtro. De Iure communi id notat Cępol. d. c. 28.
De ſeruitute ſtillicidij, n. 8. De iure autẽ ſtatutario noſtro,
cauetur ſupra cap. 336. Si quis pedem. Si autem habeat ſtil-
licidium iure ſeruitutis, vicinus poteſt ædificare ſub ſtilli-
cidio, modo nõ noceat ei, ſed illud recipiat, vt not Cephal.
11 d. c. 28. De ſeruitu. ſtillicidij, n. 7. † Quarta vtilitas eſt, quod
habens ſtillicidium iure dominij poteſt illud extendere
quantum velit ſuper pede, vel vltra eum relicto, vt ſupra ca-
uetur d. c. 333. Si aliquis, ad finem, Sed ſi habeat iure ſerui-
tutis non poteſt illud extendere, vel deprimere, ſed altiare
ſic, Ita notat Cœpol. d. c. 28. De ſeruitute ſtillicidij, n. 4. & 5.
12 † Quinta autem vtilitas illa eſt, quia habens ſtillicidium
iure dominij non cogitur ad refectionem ſtillicidij, niſi ipſe
velit, cum cadat in ſuo, tenetur tamen incruſtare ſolum, vbi
caſſitat ſtillicidium, & aquam extraducere, ne mareſcat
murus propinquus vicini, vt notat Cœpol. d. c. 40. De pa-
riete, ſeu muro, nu. 7. Sed habens ſtillicidium iure ſeruitutis
poteſt

Digitized by Google

poteſt cogi à domino uicino loci ſeruientis, ut illud reſi-
ciat, ita notat Cœpoll. d. tract. ſeruit. urb. præd. cap. 29. de
13 ſeruitute ſtillicidij non auertendi, nu. 2. † Sexta utilitas
illa inſurgit, quia habens ſtillicidium iure dominij poteſt
facere caſsitare aquam, tam per cauos, quam per canalia,
vel aliter quod non licet, ſi habeat iure ſeruituris, quia nõ
poteſt mutare formam ſeruitutis, ut notat Cœpoll. d. c. 28.
de ſeruit. ſtillicidii, num. 5. Io. Papo ſuis comment. §. 509.
14 uerſ. Cuius tamen, & cauetur ſupra cap. 339. Is cui. † Se-
ptima utilitas adduci poteſt quod habens ſtillicidium iure
proprio dominii poteſt facere in muro illo uerſus uicinum
omnes feneſtras quas uelit, ut cauetur ſupra d. cap. 333. Si
aliquis, ad finem, ſecus ſi ſtillicidium habet iure ſeruitutis,
quia ampliores feneſtras non poteſt facere: cum etiam illæ
q̃ habentur iure ſeruitutis non poſsint ampliari, ut cauetur
15 ſupra cap. 338. Is cui, cum ibi notatis. † In feneſtris au-
tem multum refert utrum quis eas habeat iure ſeruitutis,
uel iure dominij? Si enim habet iure dominij poteſt quaſ-
cunq; velit facere; Vicinus tñ ſe retrahendo pedem ſuper
ſuo poteſt in ſuo altius ædeficare, & eas feneſtras obſcura-
re ne videatur in ſuum, Ita cauetur d. c. 333. Si aliquis ad
finem, iuncto c. 336. Si quis pedem. Si quis autem habeat
eas iure ſeruitutis, tunc non poteſt maiores, nec ampliorea
facere, ſed tunc Vicinus volens ædificare ne officiat lumi-
nibus earum, tenetur ſe retrahere ad oppoſitum per brac-
chia decem ex latere ad bracchia quinque, & infra fene-
ſtras per dimidium bracchij, hoc colligitur ex diſpoſitione
cap. 338. Is cui, iuncto cap. præced. Si ſeruitutem, verſic.
Vero. Hæc volui breuiter collegiſſe, cum ad praxin mul-
tum iuuet ea ſcire.

e Et longum tempus intelligatur inter præſentes decem
annos, & inter abſentes viginti.] Nec hoc caſu requiritur
allegatio tituli, & probatio bonæ fidei, prout cauetur & no
tatur ſupra cap. 332. Seruitutes, verſ. Item in ſeruitutibus.
quia hic non diſputatur ſuper hoc, an ſit ſeruitus, vel ſit le-
gitime conſtituta, vel probata, ſed ſolum an præſumatur
pes dimiſſus, vel ne, vt ſupra fuit notatum.

f Et ſi feneſtras tantum habeat ſine ſtillicidio.] Quo qui-
dem caſu dicuntur eſſe in frontiſpicio, vt cauetur ſupra
cap. 337. Si ſeruitutem, ad finem.

g Seruitutem luminis.] Et etiã proſpectus, & ne luminibus
officiatur, quę idẽ important ex Statuto ſupra pręcedenti.

h Et non pedem habere intelligatur.] Idem cauetur ſu-
pra cap. 337. Si ſeruitutem, ad finem, verſic. Et intelligatur
etiam idem notat Alban. conſil. 20. ad finem, verum vide-
batur contrarium eſſe præſumendum, quod hæ feneſtræ
haberentur iure dominij, & conſequenter præſumendum
eſſet fuiſſe pedem relictum, iuxta diſpoſitionem capituli
16 memorati 333. Si aliquis ad finem, ex eo pręcipue, † quod
quilibet pręſumitur feciſſe omnem actum iure proprio, &
in his fere terminis notat Alban. conſil. 20. nu. 16. Verum
reſpondetur, quod ſtatuentes fortiori præſumptione, &
vrgentiori moti fuere ad id præſumendum, quod ſint fene-
ſtræ iure ſeruitutis conſtitutæ; quia ſi iure proprio eas vi-
cinus conſtituiſſet, & ſic pedem reliquiſſet, pariter ſtillici-
dium appoſuiſſet ad eius utilitatem, quod potuiſſet face-
re per diſpoſitionem Statuti, ſupra d. c. 333. Si aliquis, ad
17 finem. † Et ſic vna fortior præſumptio vincit aliam, Bart.
in l. Diuus, nu. 3. ff. de in integr. reſtit.

De eo qui habet inferiorem partem domus, & illo, qui habet ſuperiorem. Cap. CCCXLVII.

a SI quis *b* habet *c* inferiorem partem *d* domus, *e* ſeu
ædificium inferius, *f* alter vero habet partem ſupe-
riorem domus, ſeu ædificium ſuperius, *g* partes ipſę
communiter *h* teneantur ad faciendum, *i* & factum ma-
nutenendum, & reparandum, debite referendo, *k* cœlum
exiſtens inter ædificium inferius, & ſuperius, & hoc de bo-
no lignamine, cũm aſtrego bono, ſeu ſolo de Medonis, vel
de bonis planellis. Habens vero ædificium ſuperius *l* te-
neatur facere, *m* & factum manutenere, & reficere, *n* ſuis
proprijs impenſis, *o* tectamen ſuperius cum muris ipſum
tectamen ſuſtinẽtibus à dicto cœlo communi ſupra, *p* nec
poſſit deſubtus dictum cœlum, aquam, & terram, nec quic
quam aliud mittere, nec mitti permittere. *r* Habens ve-
ro inferius, teneatur reparatos tenere, & vbi expediens fue-
rit reficere muros à dicto cœlo infra *ſ* ſuis ſumptibus.
t Et ad pręditca cogi poſſint *u* per omnia efficaciora iu-
ris remedia, ſingulariter referendo.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum quando comprehendat maſculum & fœminam.*
2 *Statutum diſponens circa rem afficit forenſes.*
3 *Quid de Clericis.*
4 *Solaria domuum diuerſarum, quomodo poſſint eſſe diuerſa.*
5 *Ius habens inferioris partis vnius domus, an illud committat deſtructa domo*
6 *Superiorem partem domus, qui habet an dicatur habere dominium.*
7 *Conſtructio noua non venit nomine refectionis.*
8 *Prohibitus ædificere, an prohibeatur reficere.*
9 *Habens partem inferiorem domus, an cogatur ſi deſtructa fuerit omninò ædificare ad inſtantiam habentis ſuperiorem, vſque ad num. 11. & nu. 23. & 24.*
12 *Aqua per habentem ſuperiorem partem non poteſt immitti in damnum partis inferioris, declara vſq; ad nu. 18.*
19 *Mittere quid in alienum nemini licet.*
20 *Habens inferiorem partem tenetur reparare non autem de nouo facere.*
21 *Domus delinquentis, ſi venit deſtruenda, an poſſit id fieri in habẽte partem inferiorem ad præiudicium habentis ſuperiorem.*
22 *Habens partem inferiorem domus, an poſſit immittere fumum per feneſtras & foramina in præiudicium ſuperioris domus.*

a SI quis] † Comprehenditur maſculus, & fœmina, cum
1 loquatur Statutum de materia indifferenti, congruenti
vtrique ſexui, vt cauetur ſupra cap. 126. In Ciuitate, vol. 1.
2 † Forenſes quoque habentes hic domos ligantur diſpoſi-
tione huius Statuti, cum reſpiciat rem, & propterea eam ſit
factum, vt in his terminis not. Cœpoll. tract. ſeruit. vrban.
præd. cap. 27. de ſeruit. altius non tollendi, nu. 5. & cap. 39.
3 de Solo, & Area, nu. 2. † Comprehenditur pariter clericus
& Eccleſia, per tex. Iul. ad Portus, C. de oper. pub. Ita in his
terminis refectionis not. Cœpoll. tract. de ſeruit. vrb. præd.
cap. 59. de refectione, num. 21. cum alijs accumulatis ſupra.
capit. 252. Omnes ſtratæ, in verbo, Et hoc fiat expenſis
habentium domos.

b Habet.] Vel pleno iure, vel ratione vtilis, vel vſuſfru-
ctus, vel aliter, modo quo notatum, d. c. 252. Omnes ſtratæ,
in d. verbo, Et hoc fiat expenſis.

c Inferiorem partem.] † Quomodo poſſint eſſe diuerſa
4 ſolaria diuerſorum, cauetur in textu, in l. Hocque dictũ, ff.
de ſeruit. vrb. pręd. & in l. ſi in inferiorem, C. de rei vendic.
Cœpoll. not. ſic Venetijs eſſe, in tract. ſeruit. vrb. pręd cap.
31. de ſeruitute projciendi, num. 30. & cap. 56. de ſolario,
num. 1. & 2. Idem notat Soc. ſen. conſil. 139. volu. 1. Boer.
ſuis conſuetu. Aurelianenſ. titu. de ſeruit. cap. 24 ad finem,
allegando textum in l. Si vero plures diuiſo, ff. de his qui
deiecerunt, vel effuderunt, dum loquitur de Connaculo
5 qui eſt ſuperius, vt ibi per eum. † Deſtructa domo vbi ab-
ſint diuerſa ſolaria, ius habentis inferiorem partem non pe
rit, quia dicitur Dominus ſoli iſte habens inferiorem par-
tem, per text. in l. quoties, in fine, ff. de vſufr. & quemadmo-
dum vſuſfructus, bene perit ius habẽtium ſolaria ſuperiora.
Ita not. Speculat. tit. locat. §. Nunc aliqua, verſ. 134. num.
260. Bart. in l. Damni infecti ſtipulatio competit, §. Ei qui,
ff. de damno infect. Idem not. Bald. in Rubr. de emphyt. C.
in princip. Ita etiam ſignanter diſtinguit Soc. ſen. conſ. 50.
num. 17. volum. 4. Idem eſt quoad extractionem ſeruitutis
impoſitæ ſuper dicta ſuperficie domus deſtructæ, vt extin-
guatur deſtructa ſuperficie. Ita notat Soc. ſen. conſil. 138.
nu. 3. & conſil. 139. ad finem, vol. 1.

d Domus] Domus appellatione quid veniat, notatum la-
te ſupra cap. 434. Si quis in verbo, Alicuius domus, vol. 1.

e Vel ædificium ſuperius.] Quid veniat appellatione
ædificij, notat Aleiat. conſil. 90. num. 2. Et habet latiorem
ſignificationem, quam domus.

f Alter vero habet partem ſuperiorem domus, ſeu ædifi-
6 cium ſuperius.] † Is habens ſuperiorem partem, & ſic ſu-
perficiem, non dicitur habere dominium, vt notat late diſcu
tiendo Soc. ſen. conſ. 139. vol. 1. Ideo eo ædificio diruto pe-
rit omne ius eius, vt ſupra notatum. Ita Soc. ſen. conſ. 139.
ad finem, vol. 1. & conſ. 50. num. 17. vol. 4.

g Partes ipſa communiter.] Id eſt communibus, & æqua-
libus expenſis.

h Teneantur ad faciendum.] † Et ſic de nouo, nam aliae
7 niſi Statutum diceret ad faciendum, ſed ſolum ad manute-
nendum, & reparandum, appellatione reparationis, & re-
fectionis non veniret noua conſtructio de propria ſignifica-
tione vocabuli, quia aliud eſt reficere, & alio de nouo fa-
cere, text. eſt in l. 3. §. reficere, ff. de Itin. actuque priuato,
8 & in l. 1. § Ædificium, ff. de ope. nou. nunc. † Ideo prohibitus
ędificare

Digitized by Google

ædificare, non prohibetur reficere, Ita Cœpoll. tract. ſeruit.
vrban. præd c. 28. de ſeruit. ſtillicidij, nu. 6. ad finem, Iaſ. in
l. ex hoc iure nu. 13. ff. de inſtit. & iure, Caſſan. in ſuis com-
9 mentar. in Rubric. 13. §. 9. in textu Nouueau. † De iure
communi autem deſtructa tota domo habente diuerſa ſo-
laria, quod inferior dominus non poſſit cogi ad nouã con-
ſtructionem dictæ domus in totum dirutæ notat Soc. ſen.
conſ. 138 & 139. vol. 1. & conſil. 232. ad finem, vol. 2. Idem
Vrſill deciſ. 83. num. 8. licet ſecus in conſuetudine Neapo-
lis cenſeat Napod. in conſuet. Neapol. tit. 23. de collat. ex-
penſar. in verbo, Reparatione, num. 2.

i Et factum manutenendum, & reparandum.] Quando
ſcilicet indiget reparatione, & refectione. Et ſi fuerit con-
trouerſia vtrum indigeat refectione, vel ne, ſtatur declara-
tioni D. Vicarij Prouiſionum, vel Dominorum Conſulum
Iuſtitiæ Mediolani, vt ſupra cauetur capit. 341. Licitum
ſit, verſic. Et hæc vbi murus, cum ſubſiſtis eadem ratio.

k Cœlum exiſtens inter ædificium inferius, & ſuperius.]
Et ſic inter medius.

l Teneatur facere.] De nouo ſcilicet.

m Et factum manutenere, & reficere.] Si prius erat factum,
& indiget refectione.

n Suis proprijs impenſis.] † Idem eſt iure communi, per
10 textum in l. Hoc amplius, §. Quæſitum, ff. de damn. infect.
l. & ſi forte, §. etiam, ff. ſi ſeruit. vendic. Idem notat in l. Eum
qui debere, ff. de ſeruit. vrban. præd. quem notat Ioan. Pa-
po ſuis conſuetud. §. 518. Idem cauetur in conſuetud. Nea-
pol. de quibus per Napod. in titu. prædicto 23. de collat.
expenſarum, ad finem, Idem in conſuetud. Aurelianenſ. vt
not. Boerius in ſuis conſuetud. tit. de ſeruitut. cap. 24. ad fin.
Idem in conſuetud. Burgund. vt not. Ioa. Papo, in d. §. 508.
11 † Poteſt tamen is habens ſuperiorem partem cedere iuri
ſuo, vt non cogatur reficere, & manutenere hoc tectamen
de quo infra per text. in d. l. Et ſi forte tract. Statut. parte 1.
quæſt. 130. Ioan. Papo d. ſuis commentar. §. 518. Doctores,
in l. Sicut proponis, C. de ædific. priuat. & late notatum in
ſimili ſupra cap. 252. Omnes ſtratæ, ad finem.

o Tectamen ſuperius cum muris ipſum tectamen ſuſtinen-
tibus.] Ex quo eſt Dominus illius ſuperficiei, vt ſupra la-
te notatum.

p Nec poſſit deſubtus d. cœlum, aquam.] † Prohibetur
12 igitur immitti aqua, veluti ſi ea ſpergatur ſuper ſolario, &
ea penetret infra, quia prohibetur, limitando niſi aqua po-
neretur pro ſcopãdo, vel vt refrigeretur calor æſtiuus, quia
tunc liceret, niſi id fieret in iniuriam, vel deſpectum, vt no-
tat Cœpol. tract. ſeruit. vrban. pręd. cap. 31. de ſeruit. proii-
13 ciendi, nu. 3. & cap 56. De ſolario, nu. 5. ad finem. † Pro-
hibetur vlterius omnis alia aqua immitti per habentem
partem ſuperiorem ad inferiorem, per text. in l. Sicuti au-
tem, §. Ariſto. & l. Fiſtulas, ff. ſi ſeruit. vendic. notat. Cępoll.
14 d. cap. 31. De ſeruit. proijciendi, num. 2. † Limitando niſi
faceret iure ſeruitutis, vt notat Ioan. Papo ſuis commentar.
15 § 509. verſic. Secundus caſus. † Limitando etiam in alio
caſu, vbi alias commode non poſſet habitari pars ſuperior,
& ea eſſet inutilis, niſi mitteretur aqua inferius, quia etiam
eo caſu poteſt immitti, per textum in l. 1. § fin. ff. de aqua
16 pluuia arcend. † Poterit tamen eo caſu vicinus inferior
cogere habentem ſuperiorem partem, vt faciat incilem ca-
nalem ſuo ſumptu, ex quo aqua illa deriuetur, fiatq; etiam
eius fluxus innoxius inferiori, vt notatur in text. l. 1. §. Inci-
le, ff. de riuis, & in l. 1. Caſus aquæ, ff. de aqua quoti. &
æſtiua; Ita ſignãter decidit Ioan Papo d. comment. § 509.
17 verſic. Secundus caſus. † Habens etiam hanc partem ſu-
periorem, & non habens aditum veniendi ad ipſam partem
ſuperiorem, niſi per ſcalas inferioris, non poteſt per eas ve-
nire, niſi ſit conſtituta Seruitus, quod procedit etiam ſi fue-
rint duo fratres, qui diuiſerint domum communem. Ita no-
tat Cœpoll. tract. ſeruit. vrb. pręd cap. 56. de ſolario, nu. 4.
& cap. 58 de ſeruit. itin. ſeu actus, num. 2. Idem Mantua ſin-
gul. 28. Idem refert tenere aliquos Ioſeph Ludouicus ſuis
communibus concluſ. 76. verſic. ampliatur in fratribus, ta-
men ipſe dicit contrarium verius, & æquius in omnibus
18 caſibus, verſic. contrarium, cum ſequent. † Habens hanc
partem ſuperiorem, in qua pueri currant, vel pulſentur, vel
ſtrepitum mittant, licet ſint impedimento habenti inferio-
rem, quod non poſſint prohiberi, niſi id faciant animo in-
iuriandi, vel per deſpectum, not. Cœpoll. d. cap. 56. De ſo-
lario, num. 5.

q Terram, nec quicquam aliud mittere.] † Idem de iure
19 communi, quia in alieno non licet aliquid mittere, niſi ad-
ſit ſeruitus, per textum apertum in l. 1. ibi, Denique proij-
ciendi, vbi Angel. ff. de ſeruitut. vrban. præd. Idem notat
Cœpoll. d. tract. ſeruitut. vrban. pręd. cap. 31. De ſeruitut.
proijciendi, num. 1.

r Habẽs vero inferius teneatur reparatos tenere.] † Non
20 autem de nouo facere, vt late notatum ſupra, in verbo, Te-
neantur ad faciendum, nec etiam quod prius erat, licet in
totum deſtructum, vt not. Soc. ſen. conſil. 138. & 139. vol. 1.
conſil. 232. ad finem, volum. 2. Vrſillus ad Afflict. deciſ. 83.
21 num. 8. † Pars domus inferioris Domini ſi eſt deſtruen-
da ob delictum illius, ne deſtruatur etiam pars ſuperior al-
terius Domini, qui non delinquit, ea pars inferior non de-
ſtruitur, ſed pœna commutatur, Ita notat Corſetus. ſingul.
in verbo, Cõmuni, Cœpoll. caut. 151. late Tiraquell. tract.
de pœnis temporalibus, cauſa 59. nu. 1. Clar. ſua praxi cri-
minal. §. fin. quęſt. 82. ad octauum Statuiſ verſ. Sed quid,
quod idem habet locum ſi pars hæc inferior ſit tantum hy-
pothecata alteri. Ita Tiraquell. tract. nobilit. cap. 35. num.
22 87. & 88. † Habens partem hanc inferiorem domus, vel
ædificij poteſt immittere fumum per feneſtras, vel per fo-
ramina in ſuperiore ædificio regulariter, niſi immittat plus
ſolito, vel animo æmulandi, vel iniuriandi, Ita not. Cœpol.
d. tract. ſeruit. vrb. pręd. d. c. 31. de ſeruit. proijciendi, nu. 6.
& cap. 53. de fumo, num. 1. Ioan. Papo ſuis commentarijs,
tit. de ſeruitut. §. 509. In princ. allegando textum, in l. ſi in
inferiorem, ff. de iniurijs. Idem notat Socin. ſen. conſilio
139. in princip. uolum. 1. & conſil. 233. in princip. volum.
2. Idem Afflict. in conſtitut. regni, Rubr. de defenſore,
num. 12. lib. 1.

ſ Suis ſumptibus.] † Idem de iure communi, per text.
23 in l. eum, qui debere, ff. de ſeruitut. vrban. pręd. & in l. Et ſi
forte, §. Etiam, uerſic. Et ſi Galius, ff. ſi ſeruitut. uendic. Idem
24 in conſuetu. Burgund. not. Ioan. Papo, §. 517. † Poteſt ta-
men cedere dominio eius partis inferioris, ut euitet hanc
expenſam refectionis, per textum d. l. Et ſi forte, §. etiam,
uerſ. Labeo, ff. ſi ſeruit. uendic. Alberic. lib. 1. Statut. quæſt.
130. Ioan. Papo, d. §. 518.

t Et ad prędicta cogi poſſunt.] Euitant tamen hanc co-
actionem, cedendo dominio partis illius inferioris, ut ſu-
pra notatum.

u Per omnia efficaciora iuris remedia.] Quæ ſint nota-
tum late ſupra, c. 251. Licitum ſit, in ſimilibus uerbis.

De baltreſchis, ponticellis, & glorietis con-ſtruendis. Cap. CCCXLVIII.

a SI quis b de cętero c conſtruere, ſeu conſtrui facere
d uoluerit aliquam baltreſcam, e ponticellum, uel
glorietam, f in eius domo, g ſuper muro proprio, uel
communi, h per quam immediate i proſpici poſſit in
k domum uicini, l hoc ei liceat, & licitũ ſit, m dummo-
do obturet, ſeu obturari faciat talẽ baltreſcã, ponticellum,
uel glorietam in totum uerſus uicinum, n de lapidibus, &
cæmento, o nec In tali muro proprio, uel communi, poſſit
infigere, nec appodiare aliquam baltreſcam, ponticellum,
uel glorietam ſuperegredientem dictũ murum, & ut ſupra,
p niſi facta obturatione, q pro ut ſupra uerſus uicinum,
catenus, quatenus ſupergrediatur dictum murum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an & quando liget forenſes, & clericus, & nu. 2.*
3 *Statutum trahitur ad futura.*
4 *Ponticellus non requieſcit ſuper muris, ſed eſt affixus extra.*
5 *Continuatiue quando quid ſtare dicatur.*
6 *In quandoque ſtat pro intus.*
7 *Proſpectus in domum vicini, an dicatur, quando habet ſe in te-
ctum vicini, vel in hortum vicini, num. 8.*
9 *Baltreſca an poſſit fieri per quam detur proſpectus in domum vel
hortum vicini. & nu. 10. vſq; ad nu. 13.*
14 *Obturatio quæ ſit, verſus vicinum debet eſſe de lapidibus, &
cæmento.*
15 *Baltreſcam, ſeu ponticellum, an quis facere poſſit, & quomodo
num. 16. & 17.*

a SI quis.] Comprehenduntur tam maſculi, quam fœ-
minæ, cum Statutum loquatur de materia utrique ſe-
xui congruenti, ut cauetur ſupra capit. 126. in ciuitate,
1 uolum. 1. † Ligantur hac diſpoſitione etiam forenſes ha-
bentes domos in hoc Ducatu, cum Statutum hoc reſpi-
ciat rem ei cohęrendo, ut tradit Cœpoll. tract. ſeruit. urban.
pręd. c. 27. de ſeruit. ſtillicid. nu. 5. ad finem, & c. 39. de Solo,
2 & Area, num. 2. † Non tamen ligatur clericus, uel Eccle-
ſia, niſi quatenus à iure communi comprehẽdantur, ex quo
Statutum

Digitized by Google

Statutum conceptum eſt in perſonam, vt notat Aret. conſ.
25. num. 3. Caccialup in l. Cunctos populos, 175. C. de ſum
ma Trinit. & fide cath.

b De cætero.] † In futurum ſcilicet, ad quod regulariter
3 Statutum trahitur, vt notat Aſin. ſua praxi iud. §. 3. cap.
1. num. 6.

c Conſtruere, ſeu conſtrui facere.] De nouo ſcilicet,
non ſi veterem reficiat, vt notatum fuit in capitul. præce-
dentibus.

d Aliquam baltreſcam.] Quæ regulariter ex communi
vſu requieſcit ſuper muris nec extra porrigitur.

e Ponticellum, vel glorietam.] † Quæ quidem non re-
4 quieſcunt ſuper muris, ſed ſunt extra affixa, vt notat Cœ-
pol. tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 60. de ponticello, num. 1. &
cap. ſequenti, de Mæuiana, num. 2.

f In eius domo] Quid veniat appellatione, Domus, late
diſcuſſum ſupra cap. 434. Si quis, in verbo, Alicuius do-
mus, volum. 1.

g Super muro proprio, vel communi.] † Quando dicatur
murus proprius, vel cõmunis, late notatum ſupra cap. 335.
Si contingat, in his verbis.

h Per quam immediate.] † Continuatiue ſcilicet nullo
5 alio loco alterius, vel proprio intermedio. Ita notat Bald.
l. 1. num. 3. C. de condict. inſertis.

i Proſpici poſſit in.] † Idest intus, per textum in l. 1. §.
6 Flumina, ff. de flumin. Ita not. Napod. in ſuis conſuet. Nea-
pol. tit. 20. de ſeruit. verſ. Idem ſi ex latere, in verbo, In ip-
ſum, num. 23. Idem not. Bald. tract. Statut. in verbo, Do-
mus, verſic. 6. Alias varias ſignificationes huius pronomi-
nis notat Roman. conſil. 376. num. 1. cum ſeq. latius Tiraq.
tract. retract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 24.

k Domum vicini.] † Idem habet locum ſi proſpiciant ſu-
7 per tectum vicini, quia etiam eo caſu dicitur immediate
proſpici in domum vicini, cum appellatione, domus, ve-
niat omne in ea contentum, tam in venditionibus, quam
etiam in omnibus alijs diſpoſitionibus, vt notiſſimi iuris
eſt, & in facti contingentia ita declarauit nunc quondam
Magnificus D. Cæſar Aduocatus fiſcalis Conſanguineus
meus in cauſa vertente coram eo ad conſulendũ inter quoſ-
dam D. fratres de Caſtro Franchio, cum quodam eorum
vicino, quæ ſententia in cauſa appellationis fuit confirma-
ta per Magnificum D. Socin. Seccum de Aragonia, & dein
etiam parte reclamante in Senatu in publica euocatione
Sancitum fuit per Senatum approbando has Sententias die
8 4. Maij 1574. † Idem habet locum ſi reſpiciat in hortum
vicinũ, quia appellatione domus venit hortus ei annexus,
per text. in l. Prædijs, §. Balneis, & §. ſequenti, ff. de leg. 3.
Idem not. Cœpol. ſuo tract. ſeruit. vrb. præd. cap. 76. de hor
to, nu. 2. & 3. in terminis his ſpecificis notat Ioan. Papo ſuis
Commentar. §. 503. verſic. Quid ſi vterque, clarius Stepha-
nus Gaietta, in addit. ad Napod. in conſuet. Neapol. tit. 21.
de apertura, verſic. Si quis habens, incipit, an iſta, & notatũ
in ſimili ſupra cap. 434. Si quis, in verbo. Et ipſa pars ſic
alienata.

l Hoc ei liceat, & licitum ſit.] † De iure communi hoc
9 non licebat, niſi relictis pedibus quindecim verſus locum
priuati, & verſus locum publicum, per l. Mæuiana, C. de
ædificijs priuatis, quæ lex abolita eſt de conſuetudine, vt
ibi notat Gl. 2. & notat late Cœpol. d. tract. ſeruit. vrb. pred.
cap. 61. De Mæuiana, num. 3. Quod nunc modificatum fuit
10 per hoc Statutum. † Habens protectum, vel glorietam ſu-
per ſolum vicini, non poteſt vti interdicto vti poſſidetis,
nec è contra Dominus ſoli contra eum, vt tradit Menoch.
tract. retinend. remed. 3. nu. 242. cum ſeq.

m Dummodo obturet, ſeu obturari faciat talem baltreſcã,
11 ponticellum, vel glorietam in totum verſus vicinum.] † De
iure etiam communi non licet vicino ædificare in ſuo, vt
videat in domum vicini, Ita notat Alex. conſ. 174. num. 4.
vol. 2. Item Cœpol. tract. ſeruit. vrban. præd. cap. 39. de ſo-
lo, & Area, nu. 2. verſic. 5. & c. 62. de feneſtra, nu. 2. Iaſ. in
l. ex hoc iure, nu. 8. & 9. ff. de iuſtit. & iur. Caſſan. ſuis con-
ſuet. Rubr. 13. §. 9. verſ. 2. limita, niſi, Idem Papo ſuis com-
12 mentar. §. 503. verſ. Quid ſi vterque. † Quomodo au-
tem dicatur id factum ad æmulationem, not. Alex. d. conſ.
174. nu. 5. vol. 2. Cœpoll. d. cap. 39. de ſolo, & area, num. 2.
verſ. Quinto, Cephal. ſignanter ſuo conſil. 130. volum. 1.
13 † In dubio autem non cenſetur facta ad æmulationem, vt
tradit Alex. d. conſ. 174. nu. 5. vol. 2. Cœpol. d. c. 39. de ſolo,
& area, nu. 3. Iaſ. d. l. ex hoc iure, nu. 11. ff. de iuſtit. & iure.

n De lapidibus, & cæmento.] † Debet igitur fieri obtu-
14 ratio de muro, qui fit de lapidibus, & cæmento, vt notat
Cœpoll. tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 40. de pariete, nu. 1.
& cap. 79. de materia, num. 2.

o Poſſit infigere, nec appodiare aliquam baltreſcam.]
15 † Qualiter autem poſſit aliter fieri hæc infixio vel appo-
diatio, diſtinguendũ eſt, quod aut dicta baltreſca, vel pon-
ticellus vult infigi, vel appodiari ſuper muro proprio, vel
communi, & tunc licet facere iuxta diſpoſitionem cap. 335.
Si contingat per totum. Et cap. 342. Si quis verſ. Et ſi aliter,
cum notatis ibi vtroque loco, Aut ponticellus hic, vel glo-
rieta vult infigi, & in ſuſpenſo poni extra murum, quod
proprium eſt ponticelli, qui non requieſcit, vt tradit Cœ-
poll. in d. tract. ſeruitut. vrb. præd. cap. 60. de ponticello,
num. 1. & cap. ſeq. De Mæuiana, num. 1. Et tunc ſi dicta in-
fixo vult fieri verſus partem Domini eiuſdem ponticelli,
& poteſt fieri tam in muro proprio, quam etiam communi,
cum cuique liceat ædificare in ſuo tam de iure communi,
quam etiam ſtatutario, vt cauetur ſupra cap. 336. Si quis
pedem, cum ibi notatis, niſi in quibuſdã caſibus exceptua-
tis, in cap. ſequen. 337. Stillicidium, & cap. 342. Si quis in
ciuitate. Aut vero hic ponticellus vult infigi, vel appodia-
ri verſus vicinum, & tunc aut in muro proprio, & poteſt,
dum tamen reliquerit pedem extra, & ſic habuerit ſtillici-
dium, & hoc donec ſe extendat pes, eũm pariter ędificet ſu-
per ſuo, & hoc tam de iure communi, quã ſtatutario, quia
non tenetur de neceſſitate relinquere pedem quis extra
ædificium, vt cauetur expreſſe ſupra cap. 334. Cum quis.
Sed tunc his duobus caſibus debet obturari in totum ille
ponticellus, ſeu baltreſca verſus vicinum, vt hic cauetur,
cum etiam eo caſu ſecundo non liceat habere feneſtras, vt
16 cauetur d. cap. 443. Cum quis, ad finem. † In muro autem
communi extra murum verſus vicinum non licet affigere,
vel appodiare ponticellum hunc, tam de iure communi,
quam ſtatutario, quia tunc ædificaretur ſuper ſolo vicini,
quod non licet, per textum apertum, in l. ſi duo, §. Labeo,
vbi Bart. notat ff. vti poſſidet. notat etiam Bald. in l. Item
pupilli, num. 8. ff. de rerum diuiſ. Ita etiam firmat in his ter
minis Cœpoll. d. tract. ſeruit. vrbanorum prędio. cap. 32. de
17 ſeruit. protegendi, nu. 3. † Niſi tunc ponticellum haberet,
vel poneretur iure ſeruitutis, vt ibi declarat Cœpoll. nu. 4.
Vbi diſtinguit cuius eſſe debeat ille ponticellus eo caſu,
quo fuerit factus ſuper ſolo alieno, in omnem caſum ſem-
per debet obturari, vt hic cauetur.

p Niſi facta obturatione.] Hæc igitur obturatio debet
fieri tempore conſtructionis baltreſchæ huius, vel ponticel
li, non poteſt, iuxta tradita ſupra cap. 38. Omnes, in verbo
Teneatur prius, vol. 1. & niſi hoc faciat poteſt cogi per Iu-
dicem condictione huius Statuti.

q Prout ſupra verſus vicinum.] Modo quo cauetur ſupra.

Quod præſentia Statuta habeant locum etiam in ſeruitutibus iam conſtitutis.
Cap. CCCXLIX.

PRæſentia Statuta poſita ſub præſenti Rubrica generali
de ſeruitutibus, habeant etiam locum, a & ſeruentur
in ſeruitutibus iam conſtitutis, ſeu exiſtentibus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum non trahitur ad præterita, limita & ſublimita, nu-*
mero 2.

a ET ſeruetur in ſeruitutibus iam conſtitutis, ſeu exiſten-
1 tibus.] † Hoc expreſſum, quia regulariter Statuta
non trahuntur ad pręterita, ſed tantum ad futura, vt notat
Caſſan. in ſuis conſuetud. in fin. in verbo, concluſio, & ap-
probatio. In textu, en intendens, & notatum in præludijs,
vbi notantur alij caſus, in quibus Statuta trahuntur ad prę
terea, non autem ſupra cap. 304. Iura municip. in verbo, In
2 caſibus pręſentibus. † Statuti huius diſpoſitio licet di-
ſponat talia Statuta de ſeruitutibus loquentia ad præteri-
tas, & iam conſtituras ſeruitutes, tamen non trahitur ad ca-
ſos iam deciſos, de amicabili compoſitione, vel per ſenten
tiam iudicialiter terminatam, ita Alberic. tract. Statut. lib.
1. quæſt. 33.

Declaratio pedis Liprandi.
Cap. CCCL.

a MEnſura pedis b Liprandi, c ſit, & eſſe intelligatur
de vncijs nouem d ad brachium lignaminis.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pedis menſura quæ ſit, & quis dicatur Pes liprandus, & numer. 2.*

a MEnſura pedis.] † De pede in genere cauetur, in l. fin.
1 ff. fin. regund. quod autem idem importet quod Aſnor. Alciat. l. Mille paſſus, in prin. ff. de verb. ſignifie.

b Liprandi.] † Pes hic Liprandus videtur ſic appellatus vt
2 referunt annalia antiqua à pede Regis Lirprandi Longobardorum Regis, qui dominatus fuit hoc dominium, & Statum aliquo tempore, & ſepultus fuit in Ciuitate Papiæ, in ædibus Diui Auguſtini, qui dicitur habuiſſe pedem tantæ magnitudinis.

c Sit & eſſe intelligatur de vncijs nouem.] Quod eſt ſemis cum dimidio brachij de quo infra.

d Ad bracchium lignaminis.] Expreſſum eſt autem bracchium lignaminis, cum diuerſum ſit in menſura à bracchio pannorum, & bracchio rerum ſericei, & quælibet Ciuitas habet eius bracchia diuerſæ menſuræ, prout eis antiquitus placuit facere.

RVBRICA GENERALIS, De priuilegijs Doctorum Collegij Mediolani, & Medicorum.

DE priuilegijs, & oneribus Doctorum, late notatur per Petrum Leuanderij Cadonenſis, tract. de Doctoribus, & priuilegijs eorum, diuiſum per quatuor partes.

Quod nullus de Collegio Iudicum Mediolani cogatur ire ad exercitum, vel cernedam. Cap. CCCLI.

a NVllus de Collegio, Doctorum *b* Iudicum Mediolani *c* teneatur, nec cogi poſſit *d* ire ad exercitum, *e* nec ad aliquam cernedam, *f* nec andatam, quouiſmodo, *g* nec facere aliquam cuſtodiam de die, nec nocte, *h* niſi tempore exercitus generalis, quo caſu, *i* ſufficiat mittere perſonam idoneam loco ſui. *k* Idem ſeruetur in Procuratoribus Mediolanenſibus, *l* artem Procurationis exercentibus, *m* deſcribendis in vno libro ex forma præſentium ſtatutorum, *n* nec non in deputatis ad gubernandum ſtatuta Mediolani. Idem habeat locum *o* in Phyſicis Ciuitatis, & Ducatus Mediolani de eorum Collegio, *p* & magiſtris Grammaticæ, *q* & in Medicis oſſorum ruptorum, & neruorum dislogatorum, ac in Medicis Chyrurgis de eorum Collegio.

SVMMARIVM.

1 *Doctores ſunt exempti à cuſtodia, fallit num. 2.*
3 *Clerici tempore neceſſitates an ſint immunes à cuſtodia.*
4 *Quid de procuratoribus, & artem procuratoris exercentes, numer. 5.*
6 *Quid de deputatis ad gubernium ſtatus, ac de decurionibus,*
7 *Quid de Phyſicis, Grammaticis, & Medicus oſſorum ruptorum, num. 8. & 9.*

a NVllus de Collegio Doctorum] Hoc dictum, cum adſit etiam Collegium Procuratorum.

b Iudicũ Mediolani] Nam hi ſunt Iudices ad conſulendum, vbi petitum fuerit conſilium ſapientis in cauſis principalibus, vt cauetur ſupra c. 27. deinde, & c. 57. in qualibet cauſa & Iudices in cauſis appellationum propric, vt cauetur ſupra, c. 181 lata ſententia vol. 2.

c Teneatur nec cogi poſſit.] Tamen ſponte poſſunt ſubire hæc onera.

d Ire ad exercitum] De quo ſupra c. 221. Cuſtodiæ.

e Nec ad aliquam cernedam] De qua ſupra cap. 219. Cernedæ.

f Nec andatam quouiſmodo] De quo habetur, d. cap. 221. Cuſtodiæ.

g Nec facere aliquam cuſtodiam] † Sunt pariter exempti
1 eadem ratione à cuſtodia portarum tempore peſtis, prout late not. Ripa tract. de peſte, tit. de remedijs ad conſeruãdam vbertatem, num. 210. cum ſeq. idem not. Bologner. in Auth. habita, num. 81. C. ne filius pro patre, idem eſt vt non teneãtur alio tempore ad talem cuſtodiam de iure communi, not. Bald. in l. ſancimus, per illum text. C. de Aduoc diuerſ. iud. † Sũt pariter immunes ab omnibus oneribus perſonalibus, vt notatur ex textu d. l. ſancimus, il primo, vbi Bald. nũm. 1. C. de Aduoc. diuerſ. Indic. idem Bologn. d. Auth. Habita, n. 81. C. Ne filius pro patre.

h Niſi tempore exercitus generalis] † Nam tunc maius pe-
2 riculum imminet, ideo nil mirum ſi tunc etiam exempti tenentur ea onera ſubire, vt not. Ripa, d. tract. de peſte, tit. de remedio ad conſeruandam vbertatem, num. 224. Ideo anno 1577. malo fato ciuitatis noſtræ ingruente peſte in hac vrbe, & toto Ducatu Mediolani. Venerandum Collegium noſtrum ſponte contentum fuit ſubire onus cuſtodiæ portarũ Mediolani in quolibet die Dominico iuſſi Doctores hi à
3 Magnificis eorum Abbatibus. † Clerici quoque tempore neceſſitatis non excuſantur ab excubijs portarum eadem ratione, per text. in c. 2. de immun. Eccleſiarum, ita Lucas de Penna in l. 2. col. fin. verſ. item an hodie, C. in quibus maner. vel præſtationes, lib. 10. Benedictus Rain. in c. Rain. in verbo, & vxorem, num. 470. Foller. idem in conſt. regni, Rubr. de epiſc. & cler. multa, verſ. in textu, ibi, quod non, num. 7. & 10.

i Sufficiat mittere perſonam idoneam loco ſui] Et conſequenter cum ipſi Doctores ſint inhabiles ad ea munera, & onera, poſſunt ſeruire per ſubſtitutum.

k Idem in Procuratoribus Mediolanenſibus] † Ipſi enim
4 etiam de iure communi ſunt immunes onerum perſonalium, Ripa dict. tract. de remed. peſtis, tit. de remed. ad conſeruandam vbertatem, num. 210. cum declaratione de qua ſupra.

l Artem Procuratoris exercẽtibus] † Et ſic vult, quod ſint
5 exercentes, vt tollatur difficultas, de qua per Ripam d. tit. de remed. ad conſeruan. vbertatem nu. 126. cum ſeq. vbi vult eſſe immunes, etiam quod non exerceant.

m Deſcribendis in vno libro] Sic hodie deſcribuntur in quodam libello, & rotulo, quod appellatur libellus dierum vtilium.

n Nec non in deputatis ad gubernandum ſtatuta Medio-
6 lani] † Idem eſt in decurionibus, & ſimilibus gubernantibus Ciuitatem, vt not. Ripa dict. loco, & remedio ad conſeruandam vbertatem, numer. 210. cum declaratione de qua ſupra.

o In Phyſicis Ciuitatis, & Ducatus Mediolani de eorum
7 Collegio] † Idem de iure communi, vt not. in l. Medicos, C. de Profeſſor. lib. 11. not. Ripa d. tract. & de remedio ad conſeruandam vbertatem, num. 214.

p Et magiſtros Grammaticæ] Quod idem de iure com-
8 muni, ut notat Ripa d. remedio ad conſeruandam vbertatem, num. 214.

q Et in Medicis oſſorum ruptorum, & dislogatorum, ac in
9 Medicis Chyrurgis] † Et hoc per d. l. Medicos, C. de profeſſ. lib. 11.

De priuilegijs ſcholarium legum. Cap. CCCLII.

a LEgum Scholares ſtudium continuantes, *b* non compellantur ire ad exercitum, nec ad cernedam. *c* Idẽ ſeruetur in fauorem ſtudentium in ſcientia Phyſicæ, vel Medicinæ.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris ſi ſtudium deſeruerit, non gaudet priuilegio.*
2 *Scholaris eximitur ab oneribus perſonalibus, & num. 3.*

a LEgum ſcholares ſtudium continuantes] † Secus ſi
1 ſtudium deſeruiſſent, quia tunc non debent gaudere his priuilegijs, vt not. Rebuff. tract. priuileg. ſcholar. priuilegio, 35.

b Non compellantur ire ad exercitum, vel cernedam] †
2 De quibus ſupra d. ca. 219. Cernedæ, cap. 221. cuſtodiæ. Et hoc quia ſunt exempti à muneribus, & oneribus perſonalibus, ita Ripa, dict. tract. de remed. peſtis, titul. de remedio
3 ad conſeruandam vbertatem, numer. 214. & 220. † Vbi etiam notat non teneri ire ad excubias portarum tempore peſtis, niſi tempore imminentis periculi, vt ibi per eum, numer. 224. Priuilegia centum ſeptuaginta nouem conceſſa ſcholaribus enumerat Petr. Rebuff. tractat. de priuileg.

c Idem ſeruetur in fauorem ſtudentium in ſcientia Phyſicæ, vel Medicinæ] Et hoc eadem ratione, de qua ſupra.

Quod

Digitized by Google

Quod nullus de Collegio Iudicum poſsit eſſe fideiuſſor. Cap. CCCLIII.

a NVllus de Collegio Iudicum Mediolani poſſit, b quouiſmodo c eſſe fideiuſſor, d nec penes cameram, e in iudicijs, f nec extra, g nec etiam ſe Principalem conſtituendo, h vel inſolidum obligando pro alio. Et huic ſtatuto i non poſſit aliquo modo renunciari, k nec pacto tolli, l & iuramentum in contrarium præſtitũ non valear, nec teneat m Idem ſeruetur in Procuratoribus Mediolanẽſibus n exercentibus officiũ Procurationis, & quoad hoc tantum, intelligantur Procuratores, vt ſupra illi, qui mãdato Abbatum Collegij Notariorum Mediolani cũ Antianis, vel maiori parte Antianorum ad officium ipſorum Abbatum o deſcripti fuerint pro Procuratoribus, in vno libro tenendo ſpecialiter ſuper hoc ad ipſum officium.

S V M M A R I V M.

1 *Negatiua vbi præponitur in diſpoſitione formam inducit, & neceſſitatem.*
2 *Quouis modo. Hæc dictio quid operetur.*
3 *Fideiuſſor qui proprie dicatur.*
4 *Doctor prohibitus fideiubere, quando valide poſſit eſſe fideiuſſor.*
5 *Inſolidum ſe obligans quomodo teneatur.*
6 *Renuntiatio quando non permittatur, & quæ ſoleat fieri, & ad quæ trahatur nu 8. & 9.*
10 *Renunciare prohibitus an poſsit in contrarium paciſci.*
11 *Iuramenti relaxatio, quando poſsit peti.*
12 *Procuratoris officium exercens, an ſit immunis.*

a NVllus de Collegio Iudicum Mediolani poſſit] † Hæc
1 negatiua præpoſita inducit neceſſitatem & formam,
& facit omnem reſiſtentiam, vt non poſſit quoquomodo ei
renunciari per partes, vt not. Barb. conſ. 8. col. 3. nu. 8. vol. 3.
idem Soc. ſen. conſ. 93. volum. 2. & conſ. 283. num. 2. vol. 2.
Iaſ. conſ. 42. uol. 3. late notatum ſupra c. 21. termin. in verbo, non duret, nec durare habeat.
b Quouiſmodo] † Dictio hæc generalis, & geminata, ope-
2 ratur, vt comprehendantur omnes caſus, qui alias non comprehenderentur, vt not. Aſin. ſua praxi iud. in prin. c. 7. Anchar. iun. ſua q. 93. num. 10. & 11. lib. 1.
c Eſſe fideiuſſor] Idem cauetur ſupra c. 32. teneantur, ad finem, quis autem proprie dicatur fideiuſſor, notatum late ſu-
3 pra cap. 413 ad petitionem in hoc verbo, vol. 1. † Hoc diſpoſitum ex hoc ſtatuto, vt non poſſit etiã fideiuſſor ex quo de iure communi Aduocatus fideiubens pro cliente videtur redemptor litis & ſi ſoluat, nõ habet actionem mandati pro repetitione, l. remunerandi, §. Accurſius, ff. mandati, not. Io. Arnono. commen. 93.
d Nec penes cameram] † Secus tamen ſeruatur quãdo præ-
4 ſtatur aliqua fideiuſſio de conſignãdo aliquem ex cauſa criminali imputatum de delicto, quia Doctores prædicti in ſimilibus cauſis fideiubere ſolent, & accipiuntur indiſtincte per Notarios actuarios, cum renunciatione priuilegiorum eorum.
e Nec in iudicijs] Fideiubendo pro aliquo qui litiget.
f Nec extra] In contractibus ſcilicet, vel diſtractibus, vel quaſi.
g Nec etiam principaliter conſtituendo] De quo cauetur ſupra d. c 413. ad petitionem, in hoc verbo.
h Vel inſolidum ſe obligando] † Intellige pro ea parte
5 pro qua eſt fideiuſſor, alias tenet pro parte, quæ eſt principalis, ita notat declarando Bartol. in l. reos, nu. 1. ff. de duobus reis, idem Bartol. in Auth. hoc ita, num. 67. & num. 69. C. de duob. reis, Caſtrenſ. conſ. 331. in primo dubio, vol. 1. Alexand. conſ. 41. in princip. volum. 5. † Idem videtur dicendum in collaudatore fideiuſſoris, cum & ipſe poſſit petere releuationem collaudationis, iuxta diſpoſitionem d. cap. 413. ad petitionem, vt ibi notatur, in verbo, vel principalis debitor, tanto magis ſtantibus huius ſtatuti verbis generalibus de quibus ſupra not.
i Non poſſit aliquo modo renunciari] † Vbi non adeſ-
6 ſent hæc verba, & in principio negatiue poſita, quilibet poſſet renunciare fauori pro ſe introducto, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, Caſtrenſ. conſ. 131. ad finem, volum. 1. late Gallia. in conſuet. Alex. in verbo, non poſſit, quæſtion.
7 1. numer. 16. cum ſequent. † Clauſula autem Renunciationis omni iuris, & legum auxilio competenti de præſenti & ſic rebus ita ſtantibus, vt erant tempore contractus, & quo facta fuit renunciatio, not. Dec. conſil. 287. in fine, Ruminald. iun. late conſil. 72. numer. 93. vſque ad numer. 114.
8 volum. 1. † Nec trahitur ad ius de præſenti in quo requiritur ſpecialis habilitatio, vel renunciatio, quando continent actus noui conceſſionem, non ſic ſi actus iam conceſſi extenſionem reſpicerent, not. Pariſ. conſil. 110. volumin. 1. Rimin. iun. conſ. 56. num. 54. & dict. conſ. 72. nume. 29. vo-
9 lum. 1. † Secus ſi addita clauſula, Iuri competenti, vel cõpetituro, quia tunc traheretur ad ius futurum, vt hæc clauſula aliquid operetur, ita Roman. conſil. 22. colum. 2. & conſ. 379. num. 13. & 14. late Rimin. iun. d. conſ. 72. num. 94. volum. 1.
k Nec pacto tolli] † Hæc verba appoſita, ex quo licet
10 quis prohiberetur renunciare, vt ſupra cauetur, tamen non prohiberetur paciſci in contrarium, vt not. Bart. in l. qui tale, §. eleganter, num. 15. cum ſeq. ff. ſolut. matr. late diſcutit Iaſ. in §. fin. nu. 29. cum addit. ibi inſtit. de actio.
l Et iuramentum in contrarium præſtitum non valeat, nec teneat] Qualiter autem ſtatutum laicorum poſſit tollere vires iuramenti, notatum ſupra cap. 453. Sacramenta pube-
11 rum, in hoc verbo, volum. 1. † Iuramenti præſtiti hoc caſu poteſt peti relaxatio etiam excipiendo, ita not. in his terminis Feder. de ſenis, conſ. 272 num. 2. ad finem, Alex. conſ. 38. per totum, vol 3.
m Idem ſeruetur in Procuratoribus Mediolanẽſibus] Quod idem cauetur ſupra c. 38. teneantur, ad finem.
n Exercentibus officia Procurationis] † Tollitur difficul-
12 tas de qua per Ripam, tract. de peſte, tit. de remedio ad cõſeruandam vbertatem, num. 216. cum ſequen. vbi vult etiam non exercentes eſſe immunes ab oneribus.
o Deſcripti fuerint pro Procuratoribus] Hodie deſcribũtur in rotulo libelli dierum vtilium, qui conficitur ſingulo biennio.

Quod nullus Medicus Chyrurgus, poſsit mederi, niſi ſit receptus in ſuo Collegio. Cap. CCCLIIII.

NVllus Medicus Chyrurgus a poſſit mederi in Ciuitate, b nec ſuburbijs Mediolani, c niſi prius fuerit receptus in ſuo Collegio. Item, quod nullus debeat recipi in dicto Collegio, niſi prius fuerit examinatus, & approbatus per aliquos alios bonos Medicos dicti Collegij, & ſapientes ad hoc electos, ſaluo quod contenta in præſenti ſtatuto non habeant locum in illis Medicis, qui iam annis duodecim proxime præteritis officium medendi exercuerint.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuitas propriè quomodo intelligatur.*

a POſſit in Ciuitate] † Intra muros ſcilicet Ciuitatis, ita
1 proprie intelligitur ciuitas, Hieron. de Monte tract. fin. regund. c. 90. num. 2.
b Nec in ſuburbijs] Secus ergo dicendum eſt in Ducatu, verum hoc ſtatutum non ſeruatur, nec in ciuitate.
c Niſi prius fuerit examinatus] Hoc nõ ſeruatur, cum quilibet exerceat hanc artem medendi abſq; examine.

De cadauere dando Medicis pro facienda anatomia. Cap. CCCLV.

DOminus Poteſtas Mediolani, & Capitaneus Iuſtitiæ, & vterque eorum, a teneantur concedere, vel tradi facere vnum b cadauer Rectoribus, ſeu Abbatibus Medicorum, iam Phyſicæ, quã Chyrurgiæ petentibus pro c anatomia facienda ex illis corporibus, de quibus facta fuerit iuſtitia, dum tamen illud, quod continget dari, ſit vilis, & humilis conditionis. Et ad hoc teneantur ipſi Domini Poteſtas, & Capitaneus, & vterque eorum, ſingulis annis, ſub forma infraſcripta, videlicet, cadauer maſculi vno anno, & mulieris alio anno, prout caſus euenerit. Et pro prædicta anatomia facienda Vicarius Prouiſionum teneatur concedi facere locum d in domibus hoſpitalis brolij, prout expediens fuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Imprimitur magis quod oculo corporeo cernitur.*
2 *Anatomiam fieri publicè intereſt.*
3 *Corpus ſuſpenſi tradi ſolet pro anatomia, & quomodo nu. 4.*

Digitized by Google

a T Eneantur cōcedere, vel tradi facere] Debet tamen hoc
fieri ex Senatus, vel Principis licentia, vt notat. Clar.
ſuis communibus, in verbo, cadauera punitorum.
b Cadauer] De his qui mortui ob delictum traduntur, vt
infra ſtatutum met declarat.
c Pro anatomia facienda] † Idem de iure communi, quia
1 magis imprimitur in mente, quod oculo corporeo cernitur,
vt notat Afflict. in conſtitutione regni, Rubric. de probabi-
li experientia, quia nūquam, ad finem, libro 3. Rebuff. tract.
2 ſuper conſtitut. in proœmio, gloſſ. 5. num. 55. † Et hoc re-
ſpicere publicam vtilitatem, notat Follerius ſua praxi, crim.
in 4. parte princip. verſic. pœnis debitis ſeruantur, num. 80.
& Habetur late per Emanuelé Soarez, in addit. ad Gomez.
tractat. de delictis, capit. 14. de confiſcatione bonorum, nu.
3 9 in litera C. incipit, iſto fundamento, circa medium. †
Quod autem poſſit tradi corpus ſuſpēſi pro anatomia Me-
dicis, notant Dec. l. Imperium, colum. 3. num. 17. & Curtius
num. 38 Gaſpar Vallaſius, num. 15. & Sebaſtianus Sapia, nu.
11. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. Gomez. late confirmat
tractat. de delictis, cap. 14. de confiſcatio bonorum, num. 9.
cum addit. ibi Soarez, Mantua obſeruatione 14. lib. 4. ob-
4 ſeruatio. † Et quod ſic ex conſuetudine paſſim ſeruetur Me-
diolani habita licentia à Principe, vel Senatu, notat Clar. d.
ſua praxi §. final. quæſt. 100. verſic. quæro nunquid, nam
ſine licentia ſuperiorum non deberent id Iudices facere;
Caſſan. in conſuetud. Burgund. Rubrica, ſecunda, des confiſ-
ques, §. 1. in textu, il confiſq; le biene, num. 6. verſic. aduer-
te etiam.
d In domibus Hoſpitalis brolij] Sed hoc nunc non fit Me-
diolani, ſed in Gymnaſio Ticinenſi.

De pauperibus medendi amore Dei ſine aliqua remuneratione. Cap. CCCLVI.

SInt in Ciuitate Mediolani a Collegia Medicorum Phy-
ſicæ, & Chyrurgiæ, & teneantur ipſi Medici dictorum
Collegiorum b viſitare, & mederi pauperibus, & egenis c
gratis, d & amore Dei, & ſuper hoc ꝑ Collegia ſua, e ap-
ponatur modus idoneus, ſingulo anno. Et ad hoc exequē-
dum poſſint cogi per Vicarium Prouiſionum, & Poteſtatem
Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Medicus debet inſeruire gratis.*
2 *Medicus de publico ſalariatus nihil poteſt capere, vſque ad nu. 5. & 7. declara num 8. & 9.*
6 *Aegrotans non poteſt vēdere medico bona ſua durāte infirmitate.*
10 *Medicus repetit expenſas factas per eum ægroto ab eius hæredibus, vbi deceſſerit æger.*
11 *In cauſſa ſalarij fauendum eſt medico, amplia nu 12. & 13.*
14 *Cura promiſſa per medicum intelligitur de prima.*
15 *Medicus qui promiſſerit liberare infirmum à Podagra, quomodo teneatur.*
16 *Medicus non debet in longum trahere infirmitatem.*
17 *Actio contra medicum quænam competat.*
18 *Medicus accipiens curam deſperatam excuſatur, non Aduocatus.*
19 *Medicus Iudæus non poteſt mederi Chriſtianis, amplia nu. 20.*
21 *Medicus lædens aliquem ob imperitiam tenetur ad intereſſe.*

a C Ollegium Phyſicæ, & Chyrurgiæ] Ita ſeruatur Me-
diolani.
b Viſitare, & mederi pauperibus, & egenis] Qui dicantur
pauperes, & egeni vel miſerabiles, notatum late ſupra c. 47.
Dominus Poteſtas, in verbo, miſerabilium.
c Gratis] † Idem de iure, vt notat gloſſa in cap. prohi-
1 bendum, 5. diſtinctione notat. Afflict. in conſtitut. regni, d.
Rub. 33. de probabili experientia, quia nunquam, numer. 3.
lib 3. Tiraquell. tractat. Nobil. cap 29. numer. 44. idem Ro-
landus à Valle conſil. 87. num. 38. cum ſequent. volum. 2.
idem cauetur ſupra cap. 83. duo Aduocati, in Aduocatis &
Procuratoribus, & notatum cap. 432. ſi aliquis, in verbo, ta-
xari, volum. vlt.
d Et amore Dei] † Ab alijs autem Medicus ſi habeat ſa-
2 larium, de publico non poteſt conuenire de ſalario aliquo,
vt per Bart. in l. Archiatri, in princip. C. de profeſſion. lib.
12. idem Practic. Papienſ. in forma libelli, in actione reali,
verſic. veris, & legitimis, num. 16. Afflict. deciſ. 123. numer. 2.
3 & 3. vbi Vrſill. in princip. † Etiam à ſponte dantibus, ita
4 Marſil. l. vnica, numer. 284. C. de raptu Virgin. † Secus ſi
non habeat ſalarium de publico; quia poteſt conuenire de
ſalario, ſoluendo tamen vbi ægrotus fuerit curatus, & cōua-
luerit, ita Iaſ. in §. tripli, nu. 60. inſtit. de act. Viuius ſuis cō-
5 munibus, lib. 2. opinio. 176. Medicus carens. † Si tamē faciat
hanc conuentionem ante cœptum curationum, & licite, ita
Arrius Pinellus, in l. 2. cap. 1. num. 33. ad finem, cum addit.
6 ibi, C. de reſcind. vendit. † Nam venditio durante infirmi-
tate facta per ægrum Medico non tenet, vt per Pinell. d. lo-
co, num. 32. licet contrarium teneat Bald. relatus ibi, num.
7 33. quod extendit Pinellus ad omnes alios contractus. † Po-
teſt tamen etiam Medicus donatum ab ægro licite accipe-
re, ſecundum Pinellum d. loco, num. 33. verſicul. non nega-
8 mus † Dum tamen non habeat ſalarium ex publico, vt no-
tatur ibi ad Pinellum, in addition. notat Marſil. l. vnica, nu.
284. C. de raptibus Virg. vbi dicit non poſſe accipere, nec à
9 ſponte dantibus, & ſupra notatum. † Quod plus eſt ſalariū
poteſt petere etiam ſi curet ægrotum etiam inuitum, & qui
habet Medicum exoſum, ſecundum Roman. ſingul. 124. cum
addit. ibi, notat etiam in additio. ad Iaſ. d. §. tripli, num. 51.
10 in litera B. Socin. ſen. conſ. 120 num. 11. volum. 1. † Poteſt
etiam repetere expenſas factas ægroto, qui deceſſerit ex illa
infirmitate ab eius hærede, ſecundum Afflict. d. Rubric. 33.
11 de experientia probabili, num. 5. ad finem, lib. 3. † In hoc
autem ſalario Medicis dando, magis eis fauendum, quam in
ſalario Aduocatorum, & hoc propter curam ſalutis huma-
næ, ita Bald. in l. prima, colum. 2. num. 3. C. Mandati, Afflic.
dict. Rubric. 33. de probabili experientia. Quia nunquam,
12 numer. 3. ad fin. libr. 312. † Conuento autem ſalario hoc
cum Medico illi debetur etiam pro itinere quo pergit ad vi-
ſitandum ægrotum extra locum vbi habitat Medicus, ſe-
cundum notata per Roman. ſingul. 390. cum addit. ibi, idem
13 in addit. ad Iaſ. d §. tripli, num. 5. in d. litera B. † Quę au-
tem cibaria debentur pro itinere, notat Afflict. dict. Rubric.
14 33. numer. 5. lib. 3. † Medicus vlterius ſi promittat curare
ægrotum certo ſalario ei promiſſo, tenetur niſi ſemel eum
curare, non autem ſi iterum fiat ægrotus, ſecundum Tiraqu.
l. boues, §. hoc ſermone, verſic. 65. ff. de verbor. obligat. niſi
ſtatim reincidat in eundem morbum, quia non præſumitur
ex prima infirmitate ſuccidiſſe, declarando vt per Felin. in
c. presbyterum, ad fin. de homicidio, & melius per Tiraquel.
in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num. 180. C. de
15 reuoc. donat. † Medicus pariter conueniens de liberando
aliquem à podagra, ſi liberet eum, ſi dein ei ſuperueniat, ex
eadem cauſa non liberat; ſecus ſi ex diuerſa, notat Carocius
16 tract. Locati, verſ. ritu operis, num. 6 † Medici vlterius ca-
uere debent, ne protrahant infirmitatem ægroti in longum
propter lucrum, vt notat Afflict. d. Rubric. 33. de probab.
17 experien. quia nunquam, num. 4. ad fin. lib. 3. † Actio au-
tem infirmo contra Medicum non datur ex conducto, ſed in
factum, ſecundum notata Iaſ. in § actionum, numer. 170.
18 cum addit. ibi, Inſtit. de action. † Medici excuſantur acci-
pientes curam deſperatam, non ſic Aduocati, ſecundum Fe-
linum, cap. paſtoralis, colum. vltim. num. 8. & verſ. de Medi-
19 co, de Iudic. Boer. Dec. 323. nu. 25. † Medicus Iudæus non
poteſt medicare Chriſtianos, nec eis debet concedi licentia
eos medicandi, vt notat Afflict. in conſtit. regni, Rubric. 33.
20 de probabili experientia, num. 7. lib. 3. † Imo nec Princeps
debet ſibi adhibere Medicum Iudæum, ſecundum Afflict. d.
21 loco, num. 6. † Medicus per imperitiam aliquem lædens,
tenetur ad intereſſe, vt notat Carocius, d. tract. locati, verſic.
varijs, num. 8.
e Apponatur modus Idoneus ſingulo anno] Hodie adeſt
locus pius Sanctæ Coronæ, qui habet Medicos ſalariatos
ad hoc.

De Medicis Phyſicæ, examinandis, antequā recipiantur in eorum Collegiū, & inducendo ægros ad pœnitentiam, & confeſsionem. Cap. CCCLVII.

NVllus recipiatur a in Collegium Medicorum Phyſicæ
in Mediolano, b niſi ſteterit in ſtudio generali, & de-
derit operam ſcientiæ Medicinæ c ad minus per tres annos
continuos, & dato quod ſteterit per dictos tres annos ſal-
tem non recipiatur in Collegium Medicorum Mediolani,
d niſi etiam fuerit examinatus, & licētiatus in ſtudio genera-
li, & niſi etiam fuerit examinatus per Medicos ipſius Colle-
gij Mediolani, & approbatus per maiorem partem Medico-
rum dicti Collegij, e qui interfuerint prædictæ examina-
tioni. Et ſi quis venerit ad habitandum in Mediolano, vel
in Ducatu pro medendo in arte Phyſicæ, Rectores dicti
Collegij teneantur cogere illum, aut illos, ad recipiendum
examen dicti Collegij, vt ſupra infra vnum menſem, poſt
quam

Digitized by Google

quā venerit ad habitandū, & ſi recuſauerint examinationē eorum recipere infra menſem vnum à die requiſitionis, nullus alius Medicus audeat eſſe cum illo, vel illis committere, & teneantur quemcunque examinatum, & repertum idoneum, vt ſupra, *f* admittere, & recipere in dictum Collegium. Et nullus admittatur in ipſum Collegium, niſi prius iurauerit ad Sancta Dei Euangelia, corporaliter tactis ſcripturis ſeruare diſpoſitionem capituli, cum infirmitas, & obedire Rectoribus, ſeu Abbatibus dicti Collegij, in licitis, & ſtatuta dicti Collegij, tam edita quam edenda ſeruare. Cuius capituli effectus ſequitur, videlicet, Quod Medici ipſi cum eos ad infirmos vocari contigerit ipſos ante omnia moneant, & inducant, *g* vt Medicos aduocent animarum, vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius prouideatur.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati præferuntur Iudicis.*

IN Collegium Medicorum] † Iudæus non poteſt eſſe Medicus Pontificis, vel Imperatoris, ſecundum notata per Foller. in conſtitut. regni, Rubr. de Iudęis, nu. 39. & 40. † Medici prohibentur aduocare vti perſonæ viles, & ſordidæ, vt notat Tiraquell. tract. Nobilit. cap. 31. nu. 414. ad finem. † Medici vtrum præferantur Aduocatis, opiniones, contrarius recitat Tiraquell. tract. Nobilitatis, cap. 31. num. 359. & ſeq. Mediolani autem ſeruatur legum
1 peritos Medicis præferri. † Ciuitates debent habere Medicos decem maiores ſeptem, & minores quinque, licet ciuitas etiam poſſit eſſe ſine Medico, ſecundum Boerium deciſ. 323. num. 14. in principio.

b Niſi ſteterit in ſtudio generali] Quod dicatur ſtudium generale, notatum late ſupra cap. 414. Nullus poſſit, in ſimili, verbo.

c Ad minus tres annos continuos] In legiſta requiritur tēpus annorum ſex ex diſpoſitione ſtatuti prænarrati, ſupra cap. 414. Nullus, in verſ. ad minus ſex annis, quod hodie eſt reſtrictum ad annos quinque, vt ibi notatum.

d Niſi etiam fuerit examinatus] Hoc examen non requiritur in legum Doctore.

e Qui interfuerit prędictæ examinationi] Hoc dictum, vt tollatur difficultas, quod non requirantur duæ partes, qui ſint de Collegio, ſed ſufficit eorum, qui aderunt in congregatione, de quo late notatum ſupra capit. 3. per prælibatum.

f Admittere, & recipere in Collegium] Secus in legum Doctore, quia debet eſſe oriundus, & de antiqua familia Mediolanenſi, vt cauetur d. cap. 414. Nullus, & in ordinibus nouis Collegij, ex quibus multa alia requiruntur.

g Vt Medicos aduocent animarum] † Hoc per deſuetudinem non obſeruabatur, verum ab annis quibuſdam citra inſtante, & hortante illuſtriſs. Archiepiſcopo Mediolani noſtro Carlo Borromæo inter alias innumeras reformationes vtiliſſimas, & neceſſarias, animarum, ſancitum fuit, vt niſi inter quatriduum ægri, poſtquam fuerint à Medicis viſitati, confeſſi fuerint eorum cura à Medicis relinquatur ſub pœna anathematis, & hoc ſeruatur.

De Magiſtris Phyſicæ eligendis ad legendum. Cap. CCCLVIII.

ABbates, ſeu Rectores Collegij Medicorum Phyſicæ Mediolani, de conſenſu, & ordinatione maioris partis Collegij prędicti, eligere teneantur vnum, vel duos legentes ſciētiam Medicinæ in Mediolano, omni anno, dum ſint ſcholares audire volentes.

HVIVS ſtatuti diſpoſitio non ſeruatur.

De ſententijs Medicorum dandis ſuper vulneribus. Cap. CCCLIX.

NVllus Medicus Phyſicus, ſiue Chyrurgus, cogatur *a* dare aliquod iudicium, vel apparere, per aliquem vel aliquos, coram aliquo Iudicente, & deputato, & de tali iudicio, ſeu apparere, prius ſoluatur illis, ſecundum qualitatem rei, & laboris, & perſonarum, de quibus iudicium, vel apparere eſt dandum, ſub pœna, tali iudicij librarum viginti Imperialium, applicandarum Communi Mediolani. Idem in Chyrurgo, ſiue Phyſico, & prędicta habeant locum *b* in cauſis criminalibus motis, ſeu mouendis.

SVMMARIVM.

1 *Iudici iudicium quando requiritur, quæ debeant interuenire, num. 2. & 3.*

a DAre iudicium, vel apparere] † In relatione Medici,
1 quod ſit remanſura cicatrix, vel quod quis ſit ægrotus valde requiritur quod prius precedat iudicis inquiſitio, vt notat Petr. Rauen. ſing. 593. Corſetus ſing. Medicus,
2 in princip. † Tenetur pariter Medicus iudicans de eius peritia in relatione iurare, vt teneat eius relatio. Ita notat Tiraquell. tractat. de preſcript. §. 1. gloſſ. 8. verſic. & hac etiam ratione, & verſic. & propterea adde quod. † Vbi
3 autem eiuſdem Medici relatio ſit erronea eam poteſt Iudex corrigere, vt notat Hieron. de Monte tract. fin. regund. cap. 102. num. 3.

b In cauſis criminalibus motis, ſeu mouendis] † Quoad dandum ſcilicet eius apparere ſuper aliquo, prout ſæpius occurrit, vtrum quis ſit grauiter vulneratus, vel debilitatus.

De triaca, & Medicinis examinandis. Cap. CCCLX.

NVlla perſona audeat, nec præſumat *a* componere triacam, nec laxatiuam, vel ſolutiuam, ſicut electuarium de ſucco roſarum, aut triphoram Saracenicam, & feram, & pillulas mutas & ſimiles medicinas, *b* niſi prius earum diſpenſationes fuerint examinatæ, & approbatę per Abbates, ſeu Rectores Collegij Medicorum Mediolani, vel per aliquos Medicos electos per ipſos Abbates, ſeu Rectores ipſius Collegij, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, applicanda Communi Mediolani pro qualibet vice, pro duabus ex tribus partibus, & pro alia tertia parte accuſatori, & quilibet poſſit accuſare, & quod nullus præſumat dare aliquam medicinam ſolutiuam, nec venenoſam, nec opiatam, ſine licentia Phyſici de dicto Collegio, vel Medici, qui per duodecim annos officiū medendi exercuerit ſub pœna ſupraſcripta, niſi caſſiam, & pillulas omnes compoſitas, ex Aloe, Mirra, & Croco tantum, ſub pœna prędicta, quæ applicetur, vt ſupra.

a COmponere triacam, nec aliam medicinam opiatam, nec laxatiuam, uel ſolutiuam] Sunt ſpecies Medicinarum.

b Niſi earum diſpenſationes fuerint examinatę, & approbatæ per Abbates] Ita ſeruatur.

De fide danda Aromatarijs, de rebus vendendis ad credentiam. Cap. CCCLX.

STatuitur, *a* quod de, & ſuper ſpeciarijs, & rebus apothecæ, *b* quæ traduntur, *c* & uenduntur, ſeu de cætero uendi continget ad minutum, & ad credentiam, ad cōſtituendum, & faciendum aliquem debitorem *d* à quantitate librarum uigintiduarum Imperialium infra, & vſq; ad dictā quantitatem, *e* ſtetur, & ſtari debeat *f* libris *g* ſpeciariæ, ſiue apothecæ, *h* cum ſacramento ſpeciarij, ſeu Domini ipſarum ſpecierum, & rerum traditarum, & uenditarum, ut ſupra, & ſiue alicuius factoris, *i* ſeu famuli ſui de apotheca *k* informati de uenditione, & traditione dictarum rerum, & ſpecierum. De ualore tamen, & precio rerum huiuſmodi, non libris ipſis, nec Sacramento ſtetur, *l* ſed dicto duorum aliorum *m* in ipſa arte peritorum, cū Sacramento ſuo, & eligendorum ab illo Iudicente, coram quo litem uerti continget. Et cum hoc etiam, quod in libris ipſis, ſeu eorum receptuario, & in liſtis *n* ſiat mentio ſpecialis de rebus nominatim, & earum quantitate. Et in pręſenti ſtatuto comprehendatur ſumma librarum ſexdecim Imperialium, pro qua iurari poterat ſecundum formam alterius ſtatuti, ſeu facultatis. Ita tamen quod à die, quo præſtitum fuerit dictum Sacramentum retro, *o* non poſſit iurari, niſi pro ipſa nua uice tantum.

SVMMARIVM.

1 *Aromatariorum libris an credatur, & num. 2. & quid de libris mercatorum, vſq; ad num. 41. vbi notatur, quæ debeant concurrere, ad hoc vt fides adhibeatur.*

37 *Iuramentum non datur non informato.*

Digitized by Google

a QVod de, & ſuper ſpeciarijs, & rebua apothecæ] †Non
1 debet tamen extendi ſtatutum hoc ad alias res niſi
ad nas hic expreſſas, cum ſtatutum hoc ſit correctoriũ iuris
communis ex quo non creditur regulariter libris priuatis,
vt notatur in l. exempli, Cod. de probatio. Idem Benuenut.
2 Stracha tract. de aſſicurat. gloſſ. 37. † Habet tamen locum
in dependentibua, & connexis & occaſione dictæ apothecæ,
vt not. Alex. conſil, 113. numer. 3. volum. 7. Dec, conſil,
40. numer. 3. Stracha tractat. Mercat. tit. quomodo in cauſis
mercat. proced. numer, 40. Burſat. conſil. 224. numer. 6. volum. 2.
b Quæ traduntur] Intellige non concluſo pretio, prout
quotidie fit.
c Et venduntur] Concluſio pretio, quod raro fit per hos
Aromatarios.
d A quantitate librarum viginti duarum Imperialium in-
3 fra] † Niſi facta eſſet hæc reſtrictio per ſtatutum crederetur
tam in magnis, quam in paruis ſummis, ita Ioſephus Ludo-
4 uicus ſuis communibus, concluſio. 29. verſ. amplia. † De
iure etiam communi in minimis creditur libro mercatoris,
ut notat Crauet. tract. antiquit. temp. parte 1. verſ. vidimus,
5 & abunde num. 1. cum ſequentibus. † Valetq; ſtatutum,
vel conſuetudo, quod in his terminis credatur libro mercatoris,
ita Tiraq. tract. de iudicio in exiguis, col 4. verſ. vnde
etiam ſequitur idem tract. de pœn. temperandis, cauſa 51.
6 num. 13. de mente Baldi per eum allegati. † Plures ſi fuerint
ſummæ ex diuerſis cauſis an coacervventur ad conſti-
tuendam hanc ſummam, quod non, notat Iaſ. in l. ſi idem cũ
eodem in princip. num. 3. & 4. ff de iuriſdict. omnium iudic.
Lambert. tract. ad ſtatutum de aliena. mulierum, glo. 5. nu.
10 contrarium tenet Martin Laud. d. l. ſi idem cum eodem,
quem refert ſequendo ſub dubio tamen Marſ. tract. bannit.
in verbo, annis, nu. 11.
e Stetur, & ſtari debeat] † Statutum ſi ſit quod ſtetur li-
6 bris Mercatorum, dicti libri faciunt plenam probationem,
cum notentur publica authoritate, ita Ioſeph. Ludouicus
8 ſuis communibus, concluſ. 29. in principio. † Valentq; ta-
lia ſtatuta, vt ſupra not. & not. Benue. Straccha tract. Merc.
2. par. tit. quomodo in cauſis Merca. procedendum, num. 5.
Idem Ludouicus d. concluſione 29. in princ. verſi. latiſſime
9 Stracha. † Limitando niſi ſint indiſcreta talia ſtatuta, ve-
luti ſi diſponerent credendum omni ſcripturæ, vt per eum,
nam ſtatutum, vel conſuetudo diſponens generaliter quod
credatur libro Mercatoris non valet, ita Iaſ. l. de quibus, nu.
63. ff. de legibus, Crauet. tract. de antiq. temp. 1. parte verſ.
de verbis, num. 32. & verſ. vidimus, num. 6. 7. & 8. Roland. à
10 Valle conſ. 3. num 44. volum. ſecundo. † Sed quod valeat
ſtatutum, vel conſuetudo, quod credatur libris Mercatorũ,
notat Diaz. reg. centeſima trigeſimaoctaua conſuetudo. Idẽ
cauetur in lib. 15. communium, in verbo, ſtatutum iubens,
11 declarando vt ibi per eos. † Libro autem Mercatoris quã-
do ſit credendum, vel ne, notat Marſil. ſingul. 458. late Cra-
uetta de antiquit. temp. parte prima, verſ. vidimus, & abun-
de num. 1. cum ſequent. & quod ex conſueto credatur, notat
Burſat. conſ. 39 num. 28. volum. 1. Quod tradit idem Burſ.
conſ. 224. num 7. & 8. volum. 2. vbi, nu. 12. dicit ſtari libris
12 principalioribus mercatorum. † Vlterius, numer. 13. dicit
non eſſe credendum, quod Mercator voluerit tollere parti-
13 tas ad eius præiudicium. † Libro autem defuncti, quod
adhibeatur ſemiplena probatio, ſi ille defunctus erat bonæ
fidei, notat Hieronym. de Monte, tractat. fin. regund. cap. 62.
num. 11. † Multa autem requiſita, vt tales libri faciant fi-
dem, quæ ſunt articulando, & probanda, notantur per ſcri-
bentes relatos per Ioſephum Ludouicum concluſion. 29.
verſ. ad hoc tamen, & ſigillatim notat, verſ. primo requiritur
14 cum ſequentibus, vbi enumerat viginti ſex requiſita. † Li-
bris Mercatorum eſſe credendum ex conſuetudine, & ob-
ſeruantia, notat Ioſeph. Ludouicus d. concluſione vigeſima
15 nona, verſic amplia. primo, † Imo etiam remoto ſtatuto,
vel conſuetudine quod liber Mercatoris poſſit probare, ſi
verificatæ ſint aliquæ parcellæ in eo, notat ipſe Ludouicus
16 dict. conclul. 29. verſic. remoto etiam ſtatuto. † Libris au-
tem Mercatorum ſicut datur fides ex ſtatuto, vel conſuetu-
dine, ita hodie datur fides libris Bancheriorum, ſecundum
Ludouicum dict. concluſ. 29. verſ. amplia quinto id quod.
17 † Libris vlterius, vel ſcripturis, quæ non ſint Mercatoris,
quando, & quibus caſibus credatur, vel ne, notat Ludouicus
dict. concluſ. 29. verſ, amplia ſexto, cum pluribus verſiculis
18 ſequent. † Libris autem Aromatariorum, vel ſpeciariorũ
non creditur remoto ſtatuto, vel conſuetudine, ſecundum
19 Hieronym. conſ. 388. num. 11. † Statutum hoc vel ſimilia
quod credatur libris Mercatorum, intelligi debet ſi ſit talis
Mercator bonæ famæ, non infamis, vt per Ioan. Arnon. ſing.
45. verſ. vbi noluit, Straccha tit. quomodo in cauſa Merca-
20 torum proced. num. 39. † Licet credatur libris Aromata-
riæ, vel Mercatorum ex ſimili ſtatuto, tamen poteſt pro-
bari contrarium, vt pro veriori, & communiori notat Lu-
douicus ſuis communibus, dict. concluſion. 29. verſic. ſed
an, & verſic. ſequenti, & verſic. ampliat, & declarat.
f Libris] † Qui tamen ſint conſcripti in loco ubi adeſt ta-
21 le ſtatutum, ita notat Straccha, dict. titu quomodo in cauſa
Mercatorum proceden. num. 41. idem Viuius opinione, 309.
22 vbi late notat. † Liber in vno falſus præſumitur falſus in
totum, ſecundum Ludouicum dict. concluſion. 29. uerſic. ſi
tamen.
g Speciariæ] † De pertinentibus tamen ad apothecam, ut
23 ſupra cauetur ex verbiſmet ſtatuti, alias non, ſecundum no-
tata per Decium conſ. 40. num. 3. idem Alciat. c. pernicioſa,
num. 66. verſic. ſicut, de offic. ord. Steph. de Federicis tract.
de iuris interpret. parte 3. num. 26. Idem notat Marſil. ſin-
gulari 561. num. 3. idem notat in l. finaL. num. 168. ff de iu-
riſdictio. omnium Iudicum. Idem Crauet tractat. de anti-
quit. temp. dict. 1. parte, uerſ. uidimus & abunde, num. 7. &
8. Burſat. conſ. 224. num. 2. uolum. 2. & notatum in prælu-
24 diis ſtatutorum. † Procedit etiam hæc diſpoſitio in li-
bris confectis Mediolani, non alibi, ut not. Bald. in his termi-
nis, in cap cum dilectus, num. 5. uerſ. ſecundo, de fide inſtru-
25 ment. † Statutum, ſi loqueretur credi libro ſpeciarij in Me-
dicinalibus rebus, quid ueniat appellatione, Medicamento-
rum, notat Rebuff. tractat. de ſent. prouiſ. artic. 1. gloſſ. 4.
numer. 2.
h Cum ſacramento ſpeciarij, & Domini] † Si autem ipſe
26 ſpeciarius ſit mortuus, tunc eius libro creditur, & dabitur
fides abſq; aliquo alio iuramento eius hæredis, quia eius
mors habet uim iuramenti, ut notat ſignanter Caſtrenſ. cõſ.
301. ad examinandum, num. 4. in tertio dubio, uolum. 1. ſe-
quitur Decius in l. 1. in 2. notabil. Cod. de edendo, idem ca.
2. colum. 4. num. 15. uerſ. eodem modo, de fide inſtrument.
idem not. Crauet. tract. antiq. temp. ſect. 1. uerſ. quarto li-
27 mitatur, num. 48. † Clericus, ſi eſſet aromatarius, poſſet uti
beneficio huius ſtatuti contra laicum in foro Eccleſiaſtico,
ut tradit Bald. & Alexand. allegati per Cottam ſuis memo-
28 rab in uerbo, Clerici ligantur, uerſ. & de conſuetudine. †
Famuli Aromatariorum, uel ſimilium non ſunt idonei teſtes
pro Dominis apothecæ, ſecundum Carocium tractat. locati,
29 uerſ. Inſtitoria actione, num. 2. † Non tamen haberet lo-
cum diſpoſitio huius ſtatuti extra territoriũ, nec contra non
ſubditum, ita no. Caccialup. in l. cunctos populos, num. 187.
C. de ſumm. Trinit. Crauet. tractat. antiquit. temp. 1. ſect. 10.
30 uerſic. quarto limitatur, num. 26. † Sed quod probent per
hoc ſtatutum extra territorium, etiam notat Dec. in capit.
primo, num. 30. uerſ. 3. de probat. Diaz. reg. 138. conſuetu-
do, uerſ. amplia. adeo, Soarez ſuis communibus, in uerbo, li-
bris Mercatorum, idem Ludouicus dict. conclul. 29. uerſicul.
amplia quarto, declarando ſi tamen in hoc territorio con-
31 ſcripti ſint, ut ſupra notatum eſt. † Non tamen probat
inter ipſos ſocios, uel contra ipſos ſocios conficientes hos
libros, licet probent contra debitores, ita not. Alexand. conſ.
139. ad finem, uolum. 5. Alciat. l. uel ſingulis, poſt princip. ff.
de uulgar. & pupill. Hier. Zanchus, in l. hæredes mei, §. cum
32 ita, num. 546. ff. ad Treb. † Contra ipſum pariter Aroma-
tarium liber ſuus probatur abſque hoc ſacramento, prout
etiam quilibet liber Mercatoris, ita not. Crauet. dict. tract.
33 antiqu. temp. ſect. 1. uerſ. uidimus, num. 26. † Nec poteſt
allegare ueritatem non ſcriptam, ut ibi per eum, numer 28.
34 † Contra tertium autem, & pro tertio liber Aromatarij, &
Mercatoris cuiuslibet probat ſine hoc iuramento, ita Cra-
uet. dict tract. antiquit. temp. ſect. 1. uerſ. uidimus, numer,
29. & 30.
i Seu famuli ſui de apotheca] † Debet tamen in omnem
35 caſum, ut credatur libris his cum hoc Sacramento Domi-
ni, uel famuli, præcedere aliqualis probatio traditionis re-
rum, ut not. Marſ. ſua Auerolda, in princip. §. principium,
num. 6. late in hac ſpecie, Crauet. d. tract. antiq. temp. ſect. 1.
36 uerſ. uidimus, num. 9. cum ſeq. limitat. 2. † Idem notatur
in ſimili materia damnidati, quod ex forma ſtatuti debeat
credi iuramento damnum paſsi de quantitate damni, quod
ſaltem debet probari in genere damnum datum, ut not. De-
cius conſ. 83. num. 3. uerſ. 1. idem Plotr. l. ſi quando, num.
758. & 759. & num. 827 C. unde ui, uerum poteſt dici loco
huius probationis in genere hic adeſſe librum cum iuramẽ-
to Aromatarii, tanto magis cum iuramentum hoc non de-
tur ſuper quantitate rerum, & earum ualore, ſed tantum ſu-
per traditione una cum libro, de ualore autem ſtatur iudicio
duorum

Digitized by Google

duorum eligendorum,ut infra cauetur ex eademmet ſtatuti diſpoſitione.

k Informati] † Non enim datur iuramentum non infor-
37 mato, ita Ploti. d. l. ſi quando, numer. 620. C. vnde ui. † Cō-
38 tra tamen hanc probationem inductam per ſtatutum cum ſacraméto hoc, quod poſſit probari contrarium, not. Alex. in l. qui bona, §. qui damni, num. 4. cum ſeq. ff. de damn. infect. & late not. infra capit. 371. ſi de cætero, in uerbo, Sacramento.

l Sed dicto duorum aliorum in arte peritorum] Et ſic ſtatur libris, & Sacramento Domini, uel famuli quoad traditionem, & quantitatem rerum traditarum, non quoad earum ualorem, ut ſupra dictum. Hi duo periti harum rerum per liſtam datarum, ſi minorem æſtimationem, & ualorem æſtiment, quam ſupra exprimat ſtatutum librarum 22. imperialium, debitor ille non tenebitur pro ſupra pluri, niſi aliter hoc probetur, ut infra dicetur.

m Cum ſacramento] Periti enim in arte debent ſemper referre cum ſacramento, ut notatum fuit ſupra c. 359. Nullus Medicus, in uerbo, dare iudicium.

n Fiat mentio ſpecialis de rebus nominatis, & de earum
39 quantitate] † Hoc fit ut recte poſſint hi duo æſtimare has res. Quod etiam requiratur expreſſio diei datarum rerū, licet hoc ſtatutum non dicat expreſſe, cum idem dicatur de iure communi in libro rationum, ut noceat, not. ſignanter Crauet. de antiquit. temp. d. ſect. 1. uerſ. quarto quæritur, num. 43. & hoc præcipue ne tollatur facultas probandi cōtrarium, ut ſupra fuit not.

o Non poſſit iurari, niſi pro prima uice tantum] † Idem
40 notat de iure communi eſſe Roman. l. admonendi, numer. 24. ff. de iureiurando, ſequitur Felin. l. paſtoralis, nume. 27. de except. quod in eadem cauſa non poſſit iurari his. Poterit tamen aliter quam per iuramentum reſiduum crediti à quantitate pro qua iurare licuit ſupra probare, ita caue-
41 tur ſupra cap. 199. quoniam, verſ. ſaluo tamen. † Qualiter autem Aromatarius, & pizzigarolus probet eius creditum, notat Ee der. de ſen. conſil. 119. Purpurat. conſil. 31. volum. 1. Poterit etiam non obſtantibus his verbis ſtatuti iurari intereſſe dictæ ſummæ, pro qua præſtitum fuit iuramentum modo quo ſupra, vt cauetur, dict. capit. 199. ad finem.

Quod liceat Aromatarijs habere ceram albam non obſtante aliquo ſtatuto. Cap. CCCLXI.

Liceat Aromatarijs, non obſtante aliquo alio ſtatuto laborare, & laborari facere ceram albam, licet non ſit tota ſequens in albedine, videlicet poſſit fieri facere copertam, vel copertas vtſupra de cera plus alba, quam ſit cera intrinſeca, dummodo ipſa tota cera ſit munda, & pura, ſine aliqua fraude, ſiue mixtura alterius rei.

Statuti huius diſpoſitio non ſeruatur, ex quo Aromatarij Mediolani non ſe intromittunt in hac arte.

De fideli ordine, & cura ſolſicite habenda per Magiſtros Grammaticæ, & repetitores. Cap. CCCLXII.

Magiſtri Grammaticæ, & repetitores eorum, teneantur fideliter, & bene, ac bona fide, & cura diligenti, debere ſcholares ſuos ſingulis diebus, in mane, & poſt prandium more conſueto, exceptis diebus Dominicis, & feſtiuitatibus Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Paſchatis Reſurrectionis eiuſdem cum ſeptem diebus ſequutibus, & Epiphaniæ Domini, Aſcenſionis Domini, & Corporis Chriſti, & quatuor feſtiuitatibus glorioſiſſimæ Mariæ Virginis, & Natiuitatis Sancti Ioannis Baptiſtæ, feſtiuitatibus duodecim Apoſtolorum, Sancti Nicolai, & Sancti Ambroſij menſis Decembris, ſub pœna librarum quinque Imperialium applicandarum Communi Mediolani pro quolibet eorum, & qualibet vice. Et qui magiſtri, vna cum repetitoribus petere, nec exigere poſſint, nec eis liceat, a vltra libras tres Imperialium, pro primis ſex menſibus, poſt feſtum Sancti Michaelis, & totidem pro alijs ſex menſibus, pro mercede, tam pro magiſtris, quam repetitoribus, ad ſupertotum, pro quolibet ſcholare. Quod ſalarium, ſeu quam mercedem, non poſſint exigere pro primis ſex menſibus ante feſtum Paſchatis Pentecoſten, ſub pœna prædicta. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem condemnationis, & altera medietas ſit Communis Mediolani. Qui magiſtri non audiantur ad petendum dictam eorum mercedem, elapſis ſex menſibus, poſt annum b niſi ſaltem intra dictos ſex menſes poſuerint querimoniam coram Iuſdicente.

Statuti huius diſpoſitio hodie non ſeruatur, & abolita per deſuetudinem.

a Vltra libras tres Imperialium pro primis ſex menſibus] Aderat tamen decretum Ducis Galeaz editum Anno 1468. Super hoc ſalario tribuens iuriſdictionem D. Vicario Proniſionum, quod pariter abolitum eſt per deſuetudinem.

b Niſi intra dictos ſex menſes querimoniam interpoſuerint] Hoc nunc per decretum Senatus Anno 1549. die 28. Martij, ampliatum in omnibus operarijs, vt in eo cauetur.

RVBRICA GENERALIS, De Damno dato, & Camparijs conſtituendis, & eorum officio.

Quod licitum ſit cuilibet tenere ſuper ſuo beſtias. Cap. CCCLXIII.

Licitum ſit cuilibet tenere a quaſcunque beſtias b ſuper ſuo, c dum non vadant ſuper alieno ad paſcendum, & ſi ipſæ beſtiæ iuerint ſuper alieno, d ad paſcendum, componat tenens ipſas beſtias damnum paſſo, ut infraſcripto proxime ſequenti ſtatuto continetur. Et quilibet tenens porcos, capras, moltonos, oues, uel caſtronos, poſſit & debeat cogi ad requiſitionem Conſulis loci, vbi tenentur dictæ beſtiæ, vel prope territorium dicti loci per milliaria duo ad ſatiſdandum, de libris quinquaginta imperialium. Quod ipſi porci, capræ, moltoni, caſtroni, & oues eius, non dabunt alij damnum, & vlterius, quod reſtituet damna data in duplum damnum paſſo. Et ſufficiat vnica ſatiſdatio, etiam ſi plures requiſiuerint. Et Notarij damnorum datorum habeant tantummodo pro qualibet ſatiſdatione ſoldos quatuor imperialium, & non plus, ita tamen, quod nemo proinde moleſtetur de mandato officij damnorum datorum, niſi prius appareat legitima cauſa pro qua moleſtari voluerit, ſub pœna librarum quinquaginta imperialium applicandarum pro medietate moleſtato, & pro altera Communi Mediolani, & auferendarum per Iudicem damnorum datorum, & per eius Notarium, ipſo iure, & facto, abſque alia declaratione proinde facienda, ita tamen quod vbi condemnationes factæ fuiſſent, vſque ad ſummam dictarum librarum quinquaginta Imperialium, occaſione damni dati, ſeu damnorum datorum, & vtſupra, quod nihilominus teneatur iterum ſatiſdare pro libris quinquaginta Imperialium, & ſic toties quoties contingat iterum alias cōdemnationes fieri pro dicta ſumma librarum quinquaginta Imperialium, occaſione damnorum, & vt ſupra. Iterum, & de nouo reiteretur ſatiſdatio, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Beſtia vnde dicatur.*
2 *Beſtiarum appellatione, quæ animalia veniant, vſq; ad nu. 6.*
7 *Suum quot modis ſumatur, & num. 8.*
9 *Fundus hæreditatis iacentis non dicitur fundus alienus.*
10 *Beſtiæ de iure communi non poſſunt paſcere ſuper alieno, & numer. 11.*
12 *Dominus territorij poteſt illud concedere ad paſculandum, & numer. 13.*
14 *Dominus fundi poteſt prohibere ingredi volentem, amplia vſq; ad num. 18. declara num. 20.*
19 *Paſculari quis poteſt ſecus viam ſine damno vicini, amplia vſque ad num. 23.*
24 *Damnum dans in prædio alieno quando excuſetur.*
25 *Satisfactio an ſit debita pro beſtijs paſculatis.*
29 *Damnum datum quando quis non teneatur emendare, vſque ad num. 30.*
31 *Duplum debitum in pœnam quomodo computetur.*

a Quaſcunque beſtias] † Beſtia dicitur à vaſtia, idem à
1 vaſtando, ita Alberic. in ſuo Dictionario, in verbo,
2 beſtia. † Beſtiarum appellatione propriè veniunt animalia fera, vt notat Bartol. l. 1. §. remouet, not. 1. ff. de poſtuland.

3 ſtuland. Matheſil. ſing. 91. † Fallit hoc ſi conſuetudo ſit in
contrarium, ita Sayrana, ibi, num. 3. & 4. Natta conſil. 347.
4 num. 2. volum. 2. † Non tamen veniunt anſeres, & galli-
næ, ita Natta d. loco, num. 1. prout nec veniunt appellatio-
ne animalium, vt notat Marſil. tract. bannit. in verbo anima
5 lia, nu. 3. in fine, vt per eum. † Vnde etiam infertur, quod
ſtatutum loquens de beſtijs, comprehendat omnes etiã man
ſuetas, vt in his terminis notat Bonacoſſa in quæſt. crimina-
libus, in verbo, de damno dato, verſicul. dicit ſtatutum.
6 † Quod autem intelligatur de animalibus terreſtribus, non
autem de auibus, not. Petr. Rauen. ſing. 900. idem Bonacoſſ.
in q. crimin. in verbo, de damno dato, verſ. appellatione be-
ſtiæ, verſ. & beſtiæ.

b Super ſuo] † Capitur ſex modis quid ſuum, vt notat
7 Napod. in conſuet. Neap. titul. 22. de faciendo centiculum,
8 verſicu. non licet, numer. 10. quæ ſit ſua propria. † Hic
autẽ ſufficit quod ſit poſſeſſor, vt notat Bonacoſſa in quæſt.
criminal. in verbo, alterius.

c Dummodo non vadant ſuper alieno] † Statutum ſi im-
9 ponat pœnam intrandi fundum alienum, non procedit ſi in-
tret fundum hæreditatis iacentis, quia illa non poteſt dici
proprie alicuius, vt in his terminis notat Bartol. in l. ſi ea re,
§ final. ff. de ſtipulatio. ſeruor. idem Bartol. in l. hæres, la ſe-
conda, ff. de acquir. hæred.

d Ad paſcendum] † De iure etiam communi non poſ-
10 ſunt mitti beſtiæ ad paſcendum ſuper alieno, vt notatur in
l. Quintus, ff. ad legem Aquil. facit l. Diuus, cum ibi notatis,
ff. de ſeruit. ruſtic. præd. extenditur vt nec Maſſarij poſſint
intromittere animalia aliena in terris Domini, ita Ripa tra-
ctat. de peſte, tit. de remed. ad conſeruandam vbertatem,
11 num. 3. † Quod etiam procedit etiam ſi adeſſet permiſſio
in aliquo territorio, quod poſſet paſculari in alieno, quia
Dominus alicuius fundi poſſet prohibere, ne quis intraret
eius prædium ad paſculandum cum beſtijs propoſito etiam
edicto, ſeu banno cum pœna, quę quidem exigi poſſet in ca-
ſu contrauentionis, vt not. Afflict. in conſtit. regni, Rub. 37.
de animal. in paſcuis, cum per partes, num. 4. 5. & 6. libr. 3.
12 † Poteſt enim Dominus vnius territorij concedere eius ter-
ritorium ad paſculandum quando vult & non vltra, nec
per hoc inducitur præſcriptio, vt notat Afflict. d. Rubr. 37.
13 num. 8. lib. 3. † Quod procedit etiam in agris collectis fru-
ctibus propter herbam inde naſcentem, vt not. ſignanter Di-
dacus Practic. qu. c. 37. nu. 2. verſ. 1. quia, & verſic. ſecundo
14 quia, cum ſeq. † Poteſt etiam Dominus fundi prohibere
aliquem ingredi volentem eius fundum, vt not. Vincent. Ca
15 rocius tract. locati, & conducti, verſ. iniuris, nume. 4. † Et
etiam fructus ſubreptos per illum ingreſſum auferre, nu. 5.
16 † Et ducere furem fructuum ad iudicem, num. 6. † Sed non
17 poteſt pignorare, vel aliter grauare dantem damnum, nu. 7.
18 † Poteſt tamen furem ſe defendentem tele occidere impu-
ne, num. 8 per text. in l. itaq; , ff. ad leg. Aquil. notatum la-
te in nou. conſtit. tit. de pœnis, c. homicidia, in verbo, capite.
19 † Poteſt tamen paſculari ſecus viam ſine damno vicini, per
c. 1. §. fin. de pace tenenda, in vſibus feud. ſecundum notata
per Alberic. in l. fin. c. ad leg. Aquil. Cœpolla, tract. ſeruit.
ruſtic. præd. cap. 9. de ſeruit. iuris paſcendi, num. 46. circa fi-
20 nem. † Non habet pariter locum in itinerante, vel pere-
grinante, quia poterit fundum, & pratum alienum impune
intrare, & ibi iumentum inuito Domino paſcere, vt not. glo.
Bald. & Cardin. Alexan. in c. 1. §. final. de pace tenenda, in
vſibus feudi. Idem notat Roman. ſingul. 234. cum addit. ibi,
ampliando vt ibi per eum, Caſſan. in conſuet. ſuis Rubric.
§. 6 in textu, en menſnaige, num. 13. verſic. & intellige, Boer.
in conſuetud. tit. des couſtumes prædiales, §. 4. Didacus Co-
uarru. tractat. practic. quæſt. cap. 37. num. 3. verſicul octauo
21 probatur, Plot. l. ſi quando, num. 814. C. vnde vi. † Nec hoc
caſu tenetur verſus Dominum de paſculatione, vel pabula-
tione ſecund. Card. Alex. d. c. 1. §. fin. quem refert ſequendo
Boer. dict. §. 4. Plottus, d. l. ſi quando, num. 814. C. vnde vi.
22 † Non tenetur pariter de damno dato, qui neceſſitate ductus
fugiendo hoſtes, vel deprędatores cum animalibus dederit
damnum in fundo alieno, vt per Ferronium ſuis commen-
tarijs, tit. 11. de animalibus, §. 1. colum. 2. verſic. quid enim.
23 † Non tenetur etiam de damno dato damnificatus, vbi adſit
mixta culpa damnificati, ſecundum not. per Bonacoſſam,
in quæſt. crim. in verbo de damno dato, verſ. damnificatus.
24 † Damnum quoq; dans cum licentia Domini excuſatur, ta-
men confitens damnũ dediſſe, ſed cum licentia, non creditur
vt excuſetur ab accuſatione, niſi probet licentiã, vt per Io-
ſeph. Ludouicũ ſuis cõmunibus concluſ. 14. verſ. infertur 84.

e Ad ſatiſfaciendum] † Hoc non ſeruatur, & in deſuetu-
25 dinem abijt.

f Capræ] Prohibitis capris ex ſtatuto non comprehende-
rentur hirci, ſecundum Bonacoſſam, in q. crim. in verbo, de
damno dato, verſ. ſtatutum quod prohibet.

g Reſtituet damna data] † Non tenetur de damno dato
26 quis, ſi mittat beſtias ſuas, & iumenta, vt paſcat itinerando,
27 vel ductus neceſſitate, vt ſupra fuit notatum. † Non tene-
tur pariter de damno, ſi animal alicuius intret prædium, &
fundum alicuius damnum in eo dando abſque eius culpa,
vt not. Amanellus de claris, ſing. 80. veluti ſi beſtia fuerit
deperdita, & damnum dederit in fundo alieno, vt not. Albe-
ric. tracta. ſtatut. libr. 2. quæſt. 76. Gandinus tract. criminal.
Rubrica de pluribus violentijs, col. 4. verſ. item pone conti-
neus, nu. 14. Idem not. Boer. ſuis conſuet. tit. des couſtumes
prædiales, §. 4. ad finem, idem Bonacoſſa, quæſt. crimin. in
verbo, de damno dato, verſ. ſtatuto cauetur, declarando ta-
28 men vt ibi per eos. † Niſi Dominus, vel cuſtos fuerit in
negligentia beſtias diſperdendi, item not. Caſſan. in ſuis cõ-
mentar. Rubrica 1. §. 6. in textu, en menſuaige, num. 15. verſ.
29 aduerte tamen. † Non tenetur etiam damnum dans in alie-
no, ſi quis mittat beſtias ſuas, vel iumentum in fundum vi-
cini, ubi uia publica ſit diruta, ut non poſſit per eam iri, ita
not. Brun. in conſti. in uerbo, ager poſſ, Bal. in l. per agrum,
C. de ſeruit. & aqua. Flor. in l. ſi locus, cum autem uia, ff. que-
mad. ſeruit. amittit. idem Plott. in l. ſi quando, num. 818. C.
unde ui, Bonacoſſ. in q. criminal. in uerbo, de damno dato,
30 uerſ. quotiens quis. † Ad emendationem autem damni nõ
tenetur etiã quis in foro conſcientiæ, niſi adſit dantis dam-
num dolus, uel lata culpa, non autem leuis, uel leuiſſima, li-
cet in foro contentioſo teneatur quis lege Aquilia pro di-
minutione patrimonij, ita not. Auton. Corſet. ſing. forum
conſcientiæ.

g Ipſo iure, & facto] Abſq; ſententia iudicis condemna-
toria, requiritur tamen declaratoria ſuper ipſo facto, vt la-
te notatum ſupra cap. 1. in verbo, ipſo facto, licet per verba
ſequentia etiam ſit aperte ſublata declaratoria Iudicis.

h In duplum] † In hoc duplo continetur ſimplum rei
31 perſecutoriæ, ita Bart. l. hoc edicto, §. 1. ff. de public. &
in l. ab his, C. de naui, libr. 11. Iaſ. §. ſic itaque, numer. 2.
Inſtit. de actio.

De pœnis ordinatis contra dantes damnum. Cap. CCCLXIV.

a SI quis b damnum c vel guaſtum, d dederit contra
verita, per ſtatuta, vel ordinamenta communis Medio-
lani, condemnetur, vt infra, videlicet, e pro qualibet
beſtia groſſa, quę damnum dederit f in aliquo blado ſemi-
nato, vel leguminibus, vel riſo, g prato, h ſylua, vel bu-
ſco, in ſoldis quinque Imperialium pro qualibet beſtia groſ-
ſa, & qualibet vice, i & pro qualibet minuta, in ſoldis duo-
bus Imperialium l Et ſi in vitibus nouellis antequam ren-
dantur in ſoldis quadraginta Imperialium pro qualibet be-
ſtia, ſiue groſſa, ſiue minuta, & qualibet vice, & in buſco no-
uello duorum annorum, vel infra in ſoldis viginti Imperia-
lium, k damno paſſo applicandis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum odioſum non comprehendit mulierem, nec Cleri-
cum.*
2 *Damni appellatione quid veniat.*
3 *Pœna quando ſit debita vltra damnum, & num. 4.*
5 *Similia non expreſſa quando veniant in diſpoſitione.*
6 *Damnum in prato dare an dicatur, qui arbores in prato exiſtentes
inciderit.*
7 *Buſcus an poſſit paſculari.*
8 *Beſtia minuta quæ dicatur, & num 9.*
10 *Fictabilis an poſſit accuſare de damno dato.*
11 *Quid in bonæfidei poſſeſſore.*
12 *Quid in colono, & num. 14.*
13 *Conductor an poſſit accuſare.*

a SI quis] In hoc caſu tractatur de odioſa materia, ideo
non comprehenderetur mulier, vt notat Bonacoſſa in
quæſt. crimin. in verbo, ſtatutum, de furtis, verum per
ſtatutum ſupra capit. 126. in ciuitate, volum. 1. amplians
diſpoſitionem Iuris communis comprehenditur etiam mu-
1 lier. † Non comprehenditur nec Clericus, vbi non ſit ap-
probatum ſtatutum à Clero, ita Bonacoſſ. q. crimin. in ver-
bo, de damno dato, verſ. ſtatutum de damno dato, an com-
prehendat.

b Damnum] † Quid veniat appellatione, damni, notat
Bertach.

Digitized by Google

2 Bertach. in ſuo repert. in verbo, damna, per diſcurſum, Brun. ſuper conſtit. in verbo, damna, Caſſan.in ſuis commen.ar Rubr.1.§.6. in textu,en menſuage, num 1. & differt ab expenſis,vt not.late ſupra cap.51.ſi debitor,in verbo,omnes expenſas,ae damna,vol. 1.

c Vel guaſtum] Quid dicatur,vel quid veniat appellatione,Guaſti,not.Bald.in l.pignus,C.de pignor. act.

d Dederit] † Intellige, quod adſit dolus, vel lata culpa,
3 vt quis teneatur pro pœna vltra damnum, alias non habet locum ſtatutum, vt in his terminis notat Dec. conſil 83. num.3. verſic. tertio reſpondetur,Plott. in l. ſi quando,nu.
4 763. C.vnde vi. † Pro damno autem tenetur lege Aquila, etiam ſine culpa lata, licet non teneretur in foro conſcientiæ,ita Anton.Corſet.ſing ſorum conſcientiæ.

e Pro qualibet beſtia groſſa] Veluti equo, boue, aſino,& & ſimilibus.

f In aliquo blando] † Idem in ſimilibus non expreſſis,
5 vt notat Bonacoſſ.in quæſt. crimin. in verbo,de damno dato,verſ.ſtatutum de damno dato in certis fructibus.

g Prato] † Incidens arbores in prato non cadit in pœnā
6 ſtatuti loquentis de damno dato in prato, declarando, vt per Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo, de damno dato, verſ.ſed an damnum dantes.

h Sylua, vel Buſco] † De conſuetudine vbi buſcus non
7 ſit clauſus poteſt paſculari, & in hoc corrigitur iuris communis diſpoſitio, vel ſaltem conſuetudinis, & de hac conſuetudine tradit Boer ſuis comment. titu. des couſtumes prædiales.§.7.in princip.

i Et pro qualibet beſtia minuta] † Veluti capræ, oues,
8 porci,& ſimilia,de qua ſupra cap. præcedenti,vbi alia conſuetudo non ſit in contrarium,not. Natta conſ.347.num.2.
9 vol. 2. † Non tamen veniunt anſeres,& gallinæ, vt not. Natta d.conſ.347 num. 1.vol.1.

k Damnum paſſo applicandis] † Hoc autem caſu Do-
10 minus, non ſictabilis poteſt accuſare, vt not. Bart. in l. ſi fur.num.3.ff.de vſuſruct. & quemadmod. idem not. Ange. tract.maleſic.in verbo,ſcienter,& doloſe,colum. 1. nu. 1. notab.3. Abb. in cap. quoniam frequenter, §. fin.nu.55. & 56.vſq; ad finem,vt tit.non conteſt.idem Guid Pap.ſing.
11 643. † Item quod ſufficiat quod ſit bonæ fidei poſſeſſor, not. Alexan.conſil.129.nu.4. vol.2. & in his terminis Bonacoſſa quæſt. crimin. in verbo, de damno dato,verſic. an
12 qui petit emendam,& verſic. ſtante ſtatuto. † Quod etiā Colonus pro ſuo intereſſe poſſit accuſare pro damno dato in bonis conductis,not. Guid.Pap d.ſing.643. verſic. Colonus,vbi allegat Angel. Aret. in Rubr. ff.de oper.nou nunc. idem notat Bonacoſſ. in verbo, de damno dato, verſic. an ius ad finem. Idem Vincent. Carocius,tract. locat. & conduct.verſ. iniurijs,& damno dato,num. 1. idem cauetur infra cap. 369. quilibet, verſic. final. ibi, & in quolibet con-
13 ductore. † Conductori tamen pro fructibus pendentibus non competit contra damnificantem iuramentum in litem,poterit tamen conductor agere contra Dominum, vt agat contra damnificantem, ita vt id quod fuerit conſecutus ſibi reſtituat, vel actionem cedat. Ita Vincentius Carocius d.tract. verſic. in litem iurando,num.3. & 4. Borg.
14 deciſ. 44. num.72. † Colono etiam non colenti nummis non competit ius accuſandi de robaria fructuum ex forma ſtatuti punientis robantem rem alienam, ita Carocius d. verſic. iniurijs,num. 2.

DE EODEM.
Cap. CCCLXV.

SI quis abſtulerit a ſcarlionum, ſiue amanegias, ſiue palos,vel paretas,vel Cayronos de aliqua planta vitis, condemnetur pro quolibet ſcarliono,amanegia, ſiue palo, vel cayrono in ſoldis tribus Imperialium applicandis damnum paſſo.

a SCarlionum ſiue amanegeas,vel paretas,vel cayronos de aliqua planta vitis] Secus ſi nō eſſet annexa alicui viti quia non teneretur hac pœna, cum hic non exprimatur.

DE EODEM.
Cap. CCCLXVI.

a SI quis b plantam,ſeu plātas arboris fructiferæ, c inciderit, vel extirpauerit, d condemnetur in libris ſex Imperialium e pro qualibet planta, damnum paſſo, f & vlterius ad reſarctionem damni,damnum paſſo. Si vero inciderit,vel extirpauerit plantam,non fructiferā, g vel plantas non fructiferas à cima, h condemnetur in libris quatuor Imperialium, i & ad reſtitutionem damni in duplum, k damnum paſſo. l Et prædictæ pœnæ de incidentibus damnum in bonis alterius,contentæ ſub Rubrica generali,de damno dato,applicentur damnum paſſo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta vel fructuarius, an poſſit arbores fructiferas incidere,& num. 2.*
3 *Arborum fructiferarum appellatione quæ veniant.*
4 *Extirpare,vel euellere radicitus an differant.*
5 *Colonus vſufructuarius, vel alius adminiſtrator, an & quando poſſint arbores fructiferas incidere.*
6 *Incidens,vel extirpans arbores condemnatur,vt latro.*
7 *Incidens arborem quæ ſit plurium, vel plures incidentes arborem quomodo puniantur.*
8 *Aeſtimatio plantæ fructiferæ, qualiter fiat,& nu. 9.*
10 *Damnum dans ſi fuerit alterius territorij quomodo conueniatur & libellus qualis erit,num. 11.*
12 *Colonus & bonæ fidei poſſeſſor,an poſſint de damno accuſare.*

a SI quis] Comprehenditur tam maſculus,quam fœmina, cum loquatur de materio vtrique ſexui congruenti, & indifferenti, vt cauetur ſupra c.126.in ciuitate,vbi notatū
1 vol.1. † Emphyteuta quoq; vel feudatarius licet habeant, ius in re, non poſſunt incidere plantas fructiferas, niſi loco inciſarum,vel demortuarum alias plantet, ita not. Foller.
2 in conſtit. regni,Rubr.de officio,iuſtit.nu.92. † Et ſi incideret ſpreta monitione Domini directi, cadit ab emphyteuſi,vt not.Foller.d.loco,nu.93.declarando,vt infra,cap. 381.Colonus,in verbo,quin ad damnum teneatur.

b Plantam ſeu plantas arboris fructiferæ] Quæ multi ſunt
3 generis, prout experientia rerum magiſtra docet. † Quæ autem veniant appellatione fructiferarum, not. Afflict. in conſtitut. regni,Rubric.42.de offic. iuſtit. num. 14. ad finem,& 15. lib.1.Foller. dict. Rubric. de offic. iuſtit. num. 95.cum ſequent.

c Inciderit,vel extirpauerit] † De iure communi longa
4 eſt differentia, vtrum quis extirpet, vel radicitus euellat, vel incidat arbores fructiferas,quia diuerſæ actiones ex eo naſcuntur, vt cauetur ex text.l. furtum,§. ſi quis radicitus,
5 ff.de arboribus furtim cæſ. † Iure communi inſpecto non licet arbores fructiferas incidi per colonū, vel vſufructuarium, vel alium adminiſtratorem, niſi in tribus caſibus, vt firmat declarando hos tres caſus Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet,n.117 & 118. ff. de leg.2. late declarat Tiraq. tract.retract.conuent.§.3.glo. vnica,nu.24.cum ſeq.

d Condemnetur in libris ſex] † De iure communi condem-
6 natur vt latro,ita notat Afflict. in conſtit. regni,Rubr. 26. de maleſ. clandeſtin. ſuper inciſione, num. 4. libro 1. idem Boſſ. ſua praxi,crimin. titul. de damno dato,num. 3. Conrad. Laudenſis ſua praxi,§. 3. Rubr. de latronibus,num. 5. verſic. & hic adde, Caſſan.ſuis commentar. Rubric. 1. §. 5. in princip. num.7. verſic. additio, Clarus ſua praxi crim. §. fin. quæſt. 68. verſic. vaſtatores, vbi dicit per Senatum non ſeruari hanc pœnam.

e Pro qualibet planta] † Quid ſi arbor ſit plurium, vel
7 plures eam inciderint vnica pœna non plus ſoluentur,ita not.Foller. in conſtit. regni. Rub. de offic. Iuſtit. præſid.n.6.

f Et vlterius ad reſarctionem] † Qualiter autem ſiat æſti-
8 matio plantæ fructiferæ notatur, in l. furtim, §. finali,& l. facienda,ff. arb. furt.cæſar.notat declarando Boer.ſuis conſuetud. in tit. des couſtumes prædiales,§. 1. verſic. & iſtud eſt de mente.

g Vel plantas non fructiferas à cima] Quæ quidē non poſſunt incidi,cum non ſint cæduæ, vt not. Picus,in d. l. Titia, §.Titia cum nuberet,nu. 119. ff. de leg. ſecundo.

h Condemnetur in libris quatuor] Quæ pœna ſit de iure communi,notat ſupra in ſimili verbo.

i Et ad reſtitutionem damni in duplum] † Aeſtimando
9 illud iuxta diſpoſitionem,dict.l. furtim,§.fin.& l. ſequenti, ff. arbo. furtim cæſ. notat Boer. de conſuet. tit. des couſtu-
10 mes prædiales, verſ.& iſtud eſt de mente. † Damnum dans ſi eſt alterius territorij poteſt conueniri coram Iudice territorij,vbi damnum ſit datum,nec poterit forum declinare, ita not. Afflict. in conſtit.regni,Rub.37.de animalibus,ver-
11 bo,cum in partes,nu.11.lib.3. † Qualiter formetur libellus in probādo hoc damno,not. Bonacoſſ.relatiue,in quæſt. crimin.in verbo,de damno dato, verſic. ſtante ſtatuto ibi,& quomodo formetur.

k Damnum paſſo] † Siue ſit Dominus fundi,ſiue ſimplex
12 poſſeſſor bonæ fidei, vel colonus, vbi tractetur de eius intereſſe

Digitized by Google

intereſſe, vt not. c. præced. 365. ſi quis, in verbo, damnum paſſo applicandis.

l Et pœnæ prædictæ] De quibus ſupra vltra damnum, de quibus ſupra in hoc c. & præced.

Quod communia terrarum teneantur habere Camparios, & de Sacramento Campariorum. Cap. CCCLXVII.

a QVodlibet commune *b* burgi loci, *c* & alterius terræ *d* ducatus, *e* & diſtrictus, *f* vel iuriſdictionis Mediolani teneatur, & debeat habere Camparios ad cuſtodiendum, & pro cuſtodiendo, & ſaluando ſua territoria, & laboreria, prata, ſyluas, & buſcos, aquas & ductus aquarum, & etiam fructus, etiam ſeparatos à ſolo, in ſolo exiſtentes hominum habentium, tenentium, vel poſſidentium bona in ipſis territorijs, videlicet, quodlibet commune burgi ad minus quatuor Camparios, & loci habentis quadraginta familias, vel abinde ſupra, ad minus, duos Camperios, vel alterius Vniuerſitatis habentis familias abinde infra, ad minus vnum Camparium, ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium pro quolibet Communi burgi, & librarum decem Imperialium, pro quolibet Communi loci, applicãdarum pro medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate accuſatori: Et licitum ſit eis communibus, vel præſidentibus in eiſdem ipſos Camparios conſtituere, vel ſi velint à Iudice damnorum datorum Mediolani facere conſtitui, qui Iudex ſi inde fuerit requiſitus, teneatur eos conſtituere. *h* Qui Camparij iurare teneantur tempore eorum conſtitutionis de cuſtodia ſua, bona fide, & ſufficire facienda, & de accuſando, ſeu notificando quamlibet perſonã, & beſtiam, ſeu detentorem eiuſdem beſtiæ, quam inuenerit dare, vel dediſſe damnum, vel ire, vel eſſe in vetitum, ſeu contra vetitum, per ordinamenta Mediolani. Et ad prædicta compelli poſſint, tam communia, quam Camparij, *i* per omnia iuris remedia: Et nihilominus quilibet habere volens Camparium, uel Camparios, ad cuſtodiendum poſſeſſiones ſuas *k* habere poſſit, & conſtituantur, vt alij.

SVMMARIVM.

1 *Camparij officium quale debeat eſſe.*
2 *Villæ quando ſunt plures maior pars debet interuenire in ordinationibus.*
3 *Communitas quid ſit, & vnde dicta.*
4 *Iuriſdictio quid ſit, & quid veniat eius nomine.*
5 *Camparij nomen qui aſſumunt falſo puniantur, & quales eſſe debent, & num. 6.*
7 *Camparij debent iurare, & quando, & quomodo, vſque ad num. 11.*
12 *Camparij quibus remedijs cogi poſſint, ad cuſtodi, & an quilibet poſſit eos aſſumere, num. 13.*

† QVod eligantur Camparij qui curent vt damnum nõ
1 detur bonis ſubditorum curę debet etiam Dominorum loci, ita Crauetta conſil. 314. num. 2. verſ. & in Domi-
2 no loci. † Villæ plures vbi vnitæ ſint per plura corpora vbi aliquid debet diſponi, prout hic cauetur hoc fieri non poteſt, niſi interueniat maior pars, ita Borgnin. deciſ. 13. num. 39.
a Quodlibet commune] † Quid ſit communitas, & vnde
3 dicta, notat late Virg. Boccat. in conſtitut. Marchiæ, gloſſ. 6. num. 71.
b Burgo] Quid ſit burgus, notatum late ſuper. cap.
c Et alterius terræ] Pagi ſcilicet, vel Villæ.
d Ducatus] Quid veniat appellatione, Ducatus, not. ſupra cap. 130. ubicunq; in verbo, de comitatu, vol. 1.
e Et diſtrictus] Quid veniat, notat Hieron. de Monte tract. finium regund. cap. 7.
f Vel iuriſdictionis] † Quid ſit iuriſdictio, & quid com-
4 prehendatur appellatione iuriſdictionis, not. Hieron. de Monte tract. finium regund. cap. 11. nu. 1. cum ſeq.
g Teneatur, & debeat habere Camparios] † Hoc ſtatu-
5 tum non ſeruatur, licet aliqua communitas eos teneat aſſumentes nomen hoc camparij falſo puniuntur, cum ſit hoc officium publicum, ita Roman. conſil. 446. numer. 2. Natta conſil. 588. numer. 10. volum. 3. Borgnin. deciſ. 13.
6 numer. 24. † Camparij hi debent eſſe, & eligi perſonæ bonæ conditionis, & famæ, & non infames, nec periuri, alias eis non crederetur etiam cum iuramento, cum iuramentum loco teſtis habeatur, ita Borgn. deciſ. 13. nu. 26.
h Qui Camparij iurare teneantur] † De ſimili iuramen-
8 to notat Natta ſuo conſil. 55. num. 8. volum. 3. † Et eis creditur, & habetur loco teſtis iuramentum hoc, Borgn. deciſ.
9 13. nume. 24. † Iuramentum hoc datur pro forma ex hoc
10 ſtatuto, ita Borgnin. deciſ. 13. num. 25. † Quod debet eis dari in die iuridica non in die feſtiua, vt ibi per eum, nu. 27. Nicolaus Vigelius in Methodo iuris Canonici, c. 16. col. 1.
11 † Et etiam quod non exprimeretur debere iuratos eſſe, tamen in accuſatione deberent iurare, ita Borg. dec. 13. nu. 54.
i Per omnia iuris remedia] † Quid ſint, not. Boſſ. ſua pra-
12 xi crim. tit. de mulctis, ad finem.
k Habere poſſit] † Idem de Iure communi hoc permit-
13 titur Dominis fundorum, & terrarum, vt notat. Alber. in l. ſi ita legatus, §. 1. numer. 2. ff. de vſu, & habitatione. Idem Brun. tractat. ſuper conſtit. in verbo, damnum, verſ. Domini terrarum.

Quod Camparius teneatur accuſare dantes damnum. Cap CCCLXVIII.

a QVilibet Camparius, *b* teneatur & debeat accuſare, ſeu notificare quemlibet *c* quem inuenerit dare, *d* vel dediſſe damnum *e* vel damnum, quod inuenerit eſſe datum, vel factum ipſo die, vel ſequenti, *f* ſuo communi, vel conſuli, *g* vel damnum paſſo, vel agenti pro eo. *h* Et ad requiſitionem ipſius conſulis, vel damnum paſſi vel agentis pro eo, *i* ad tardius, infra quintam diem, Camparius ipſe teneatur accuſare, vt ſupra ad officium damnorum datorum, *k* ſub pœna dupli eius, *l* ad quod tenetur ille, qui damnum dederit, *m* & refectionis in duplum eius, quod ipſe damnum dans reficere deberet: Et ſi reperiretur, quod Camparius pactum, vel remiſſionem faceret cum aliquo, vt eum non accuſet, ipſo iure, & facto pro cõdemnato habeatur ipſe Camparius in quatruplum eius, quo puniretur damnum dans, & ad refectionem, vt ſupra & contra eum Camparium procedatur ad ſolutionem, *n* abſque aliquo proceſſu, & declaratione. Et ſi contingat aliquem Camparium, vel aliquem de ſua familia dare vel dediſſe damnum in bonis alterius in territorio, vbi eſt Camparius, *o* ipſo iure & facto, pro condemnato habeatur in dictam pœnam quadrupli, & quę pœnę *p* applicentur dãnum paſſo, *q* abſq; alio proceſſu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de Camparijs intelligitur de veris.*
2 *Camparij præſumuntur dediſſe damnum, vbi non indicauerint malefactionem.*
3 *Camparij quando non excuſantur à negligentia accuſandi, & num. 4.*
5 *Camparij an teneantur accuſare, vbi quis eum præuenit.*
6 *Damnum debet exprimi quantitate, vbi datur accuſatio.*
7 *Accuſatio de damno dato intra quod tempus dari debeat.*
8 *Camparij non accuſantur, ad quam pœnam teneantur.*
9 *Appellatio remouetur per clauſulam abſq; alio proceſſu.*
10 *Damnum datum cui ſit applicandum Domino ſcilicet, colono, vel conductori, vſq; ad num. 12.*

a QVilibet Camparius] Siue ſit communicatus ſeu particularis perſonæ, vt cauetur cap. præcedenti, & ver-
1 bis, ſeq. † Statutum loquens de Camparijs, & ſaltuarijs, intelligitur de veris non falſis, ita Borgnin. dec. 15. num. 41.
2 † Camparij territorij vbi non probent damnum factum ab alijs, præſumitur ipſos fuiſſe fures, & damnum dantes, ita Berous, conſil. 214. nu. 8. vol. 3.
b Teneatur, & debeat accuſare] † Excuſatur autem à
3 negligentia non accuſandi, nec notificandi, ſi demonſtrent feciſſe omnem diligentiam, & operam, vt inuenirent damnum dantem, quem non repererunt, ita not. Bart. in l. hæredem, §. 1. ff. de his, qui vt indign idem notat Clar. in ſua
4 praxi crim. § final. q. 7. verſi. ſcias autem. † Excuſatur pariter quando damnum fuerit datum occulte, vt not. Alber. d. tract. ſtatut. lib. 2. quæſt. 82 quod procedit, quoad notifi-
5 cationem perſonæ, non autem damnum dantis. † Accuſationem autem hanc, & denunciationem tenetur facere etiã quod alius præueniat in notificando, & nõ noceat præuentio, vt not. Alc. d. tract. ſtat. lib. 2. q. 62. Sed quod excuſetur eo caſu a pœna, not. Bar. in l. 1. §. eleganter, nu. 2. ff. de lib. agnoſ. cum addit. ibi, idẽ in l. Diuus, nu. 12. ff. de cuſt. reor. Alc. conſ. 64. nu. 6. vol. 3. declarãdo vt ſignãter per Alex. in l.
6 Sorore, num. 2. C. de his qui. vt indignis. † In accuſatione debet exprimi quantum ſit damnum datum, ad hoc vt credatur.

Digitized by Google

datur accuſanti circa damnum hoc, Ita Borgn. deciſ. 13. numer. 54.

c Quem inuenerit dare.] Præſentialiter infraganti crimine.

d Vel dediſſe damnum.] Non tamen repertum in facto, ſed hoc probatum per teſtes.

e Vel damnum, quod inuenerit eſſe datum, vel factum.] Vbi non repertus fuerit damnum dans.

f Suo communi, vel Conſuli.] † Sufficit quando tractatur de intereſſe communis, quod fuerit denunciatum Conſuli, vel Syndico, vel his qui præſunt Communitati, cum etiam ſufficiat eorum citatio in cauſis Communium, vt ſupra notatum, cap. 1. in verbo, Ipſius extati, vol. 1.

g Vel damnum paſſo, vel agenti pro eo.] Veluti factori, vel maſſario, & ſic ſufficit alterutrum feciſſe, cum loquatur Statutum alternatiue, vt notatum ſupra d. cap. 1. in verbo, Aut domi, vol. 1.

h Et ad requiſitionem ipſius Conſulis.] Secus erit cenſendum vbi non fuerit requiſitus, quia ſufficit adimpleſſe officium ſuum denunciando, vel notificando Conſuli, vel damnum paſſo.

i Ad tardius infra quintam diem.] † A die requiſitio-
7 nis, non damni dati, ita Bonacoſſ. in tract. quæſt. crimin. in uerbo, de damno dato, uerſ. Si Statuto tenentur. † Accuſatio ubi non fiat intra tempus à Statuto notatum, ſed extra tempus hoc facta non ualebit. Ita notat Borgn. deciſ. 13. num. 57.

k Sub pœna dupli.] In hoc continetur ſimplum damni dati, ut notatur ſupra in preludijs. † Ius hoc accuſandi de damno dato poteſt cedi, ſicut omnes actiones deſcendentes ex delicto. Ita Bonacoſſa d. verbo, de damno dato, verſic. An ius accuſandi.

l Ad quod tenetur qui damnum dederit.] ut ſupra cauetur, cap. 364. Licitum ſit, uerſic. Et ulterius reſtituat, & cap. 366. Si quis, uerſic. Si uero inciderit.

m Et refectionis in duplum eius, quod ipſe damnum dans
8 reficere deberet.] † Hoc eſt contra regulas iuris naturalis, ut quis teneatur pro delicto alterius, ut notat Soc. ſen. conſil. 31. num. 18. uol. 1. Ideo ſtrictiſſime intelligendum, ut ibi per eum, & per Iaſ. in §. Actiones autem, num. 74. Inſtit. de actio. & late notatum cap. 416. Si filiusfam. in uerbo, Pater, uolum. 1.

n Abſque aliquo proceſſu.] † Remota cenſetur appel-
9 latio per hæc uerba, ut not. Boſſ. ſua praxi. crimin. tit. de appellat. nu. 16.

o Ipſo iure, & facto] Tollitur per hæc uerba ſententia Iudicis declaratoria, licet requiratur declaratoria ſuper ipſo facto, Ita notatum late ſupra d. c. 1. in uerbo, Ipſo facto.

p Applicentur damnum paſſo.] † Domino ſcilicet fundi,
10 ubi tractetur de inciſione arborum, uel alterius, rei concernentis perpetuam utilitatem, ut not. Bart. in l. Si fur, nu. 3.
11 ff. de uſufr. † Et colono, uel conductori ubi concernat tantum eius damnum, ueluti in fructibus annuis, vt not. Guido Papa ſing. 643. in uerſ. Colonus, & innuit Statutum in cap.
12 ſeq. uerſ. finali. † Vtrum autem conductor, ſimplex poſſit accuſare pro damno dato in re, uel fructibus pendentibus, uel agere iniuriarum, ſine mandato ſpeciali Domino, quod non, cum non habeat ius in re, not. Borgn. conſ. 44. nu. 72. limit. ut per eum Carocius d. tract. locati, uerſic. In litem iurando, nu. 3. & 4. & ſupra, notatum, cap. 365.

q Abſque aliquo proceſſu.] Remota appellatione, ut ſupra notatum, in ſimili uerbo, & notatum ſupra, cap. 8. Si quis, in hoc uerbo, uol. 1.

Quod Camparius poſsit accipere pignus dantis damnum. Cap. CCCLXIX.

a QVilibet Camparius b poſſit accipere pignus c cuiuſlibet dantis damnum, uſque in ſoldis decem Imperialium, & facere ſibi reſtitutionem rei ablatæ, etiam ſi ille damnum dans non eſſet de ſuo territorio, ſi damnum fuerit à ſoldis decem Imperialium infra, d & ſi pignus abinde ſupra acceperit, e tunc liceat, f & teneatur illud conſignare ipſo die, uel proxime ſequenti, in fortiam Conſulis burgi, uel loci, cuius eſſet Camparius, uel Domini Iudicis damnorum, g infra triduum ex quo illud acceperit, ſub pœna librarum decem Imperialium applicanda damnum paſſo pro medietate, & pro medietate Communi Mediolani. Et ultra teneatur pignus reſtituere, h ſine aliquibus expenſis. Eodem modo i poſſit accipere, & abducere k beſtias l dantes, uel facientes damnum, m ſed eas teneatur conſignare, ut ſupra ſub pœna prædicta applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera damnum paſſo. n Et idem ſit in Domino fundi, ut poſſit accipere per ſe, uel eius factorem pignus dantis damnū in fundo, & teneatur conſignare, ut ſupra, & ſimiliter o poſſit in fundo accipere, & abducere beſtias dantes, uel inferentes damnum in dicto fundo, p & eas conſignare teneatur, ut ſupra, & ut ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Camparius an poſſit expellere, vel includere, & percutere damnum dantem, & num. 2.*
3 *Beſtiarum nomine quid veniat, & num 4.*
5 *Pecudum appellatione veniat omnia animalia paſculantia territorium.*
6 *Camparius an teneatur de morte Beſtiarum quas iniuſtè capit, quid de deterioratione num. 14.*
7 *Beſtia an poſſit retineri donec pretium ſoluatur, vſq; ad nu. 10.*
11 *Dominus beſtiarum ſi eas abduxerit, an & quando committat furtum.*
12 *Beſtiæ an ſint hyppothecatæ pro damno dato.*
13 *Quid pro alimentis erga hoſpitem.*
15 *Conductor an habeat ius abducendi beſtias damnum dantes in bonis locatis, & an in fundo extra fundum, num. 16.*
17 *Dominus fundi an poſſit occidere animal quod damnum dedit fugiens extra fundum.*
18 *Dominus animalis quod damnum dedit; an poſſit illud dare pro noxa.*
19 *Beſtia quæ damnum dedit damnum reficiet, ſi non reperitur dominus.*

a QVilibet Camparius.] Tam communis, quam particularis perſonæ, de quibus ſupra, c. 367. Quodlibet.

b Poſſit accipere pignus.] Seruitores quoque, & famuli poſſunt accipere quæcunque pignora per eos derobara dum tamen ea conſignet, ut cauetur ſupra cap. 195. Item quod ipſi, uolum. 1.

c Cuiuſlibet dantis damnum.] Etiam quod non ſit de ſuo territorio, vt ex verbis ſequentibus cauetur.

d Et ſi pignus abinde accepit.] Veluti ex eo quod plus releuet damnum.

e Tunc liceat.] Prout etiā in pignore à ſoldis deeē infra.

f Et teneatur illud conſignare.] Hanc etiam conſignationem tenetur facere abinde infra, cum omni caſu debeat conſignari damnum paſſo, ex quo ad eum ſpectet, ut cauetur ſupra cap. 365. Si quis damnum, ad finem, ſed in hoc differunt, quia abinde ſupra debet conſignari eodem die, uel ſequenti, ut infra cauetur, quod non eſt in ſumma abinde infra.

g Infra triduum.] Idem in detento propria authoritate pro cauſa criminali, quia debet ex Statuto criminali conſignari infra triduum, vt notatum ſupra, cap. 65. Quilibet, in verb. Eadem die, ad finem.

h Sine aliquibus expenſis.] Factis per damnum dantem ſuper hac accuſa non conſignationis factæ.

i Poſſit accipere, & abducere.] † Poſſit etiam licite expel-
1 lere, Ita Marſil. d. tract. bannit. in uerbo, Animalia, nu. 15. Idem not. Vincentius Carocius, tract. locat. & condi. uerſ. Iniurijs, & damno dato, num. 3. Vbi dicit poſſe expellere
2 & includere, dum tamen non occidat. † Et ubi non abſtulerit, ſed expulerit, & hę pereant, cuius periculo pereant, diſtinguendum an Camparius dederit occaſionem mortis immediate eas percutiendo ultra modum, & ipſe Camparius teneatur, quod idem eſt in Domino fundi, alias non, Ita Bald. conſil. 146. uol. 4. Idem Caſſan. ſuis conſuetud. in Rubr. 1. §. 6. in textu, En Menſuaraige, nu. 12.

k Beſtias.] † Beſtiarum appellatione uidentur tantum
3 contineri ferę beſtiæ, non autem manſuetæ, prout ſunt pecudes proprie intelligendo, ut notat Alberic. in tract. Statut. lib. 2. quæſt. 98. Idem Matheſil. ſing. 95. Fallit hoc niſi conſuetudo in contrarium, ut notat Sayrana, ibi ad Matheſil. num. 3. Natta conſil. 347. numer. 2. uolum. 2. De quo per Cœpoll. in l. Aediles aiunt, §. Iumentorum, num. 19.
4 ff. De ædilit. edicto. † Quicquid ſit quod non ueniant anſeres, uel gallinæ, notat Natta d. conſil. 347. num. 1. uol. 2. Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in uerbo, De damno dato, uerſ.
5 Si Statutum dicit. † Pecudum autem appellatione ueniunt omnia animalia paſculentia turmatim, Ita not. Cœpoll. tract. ſeruit. ruſtic. præd. cap. 9. De ſeruit. pecoris paſcendi, in princip. Idem Ioan. Papo, §. 522. per totum.

l Dantes, uel facientes damnum.] Non tamen poteſt abducere in caſibus quibuſdam, in quibus Dominus non tenetur, etiam quo ad damnum dederint notatis ſupra cap.
6 363. Licitum ſit, in uerbo, Ad paſcendum. † Imò in dictis

Digitized by Google

ctis caſibus exceptis, ſi eas abducat Campatius uti iniuſtè
captas, ſi pereant tenetur de earum interitu, ut notat diſtin-
guendo Caſſan. ſuis commentat. Rubr. 1. §. 6. in textu, En
Menſuaige, num. 13. per text. in l. Quemadmodum, §. Ma-
giſtratus, ff. Ad leg. Aquil.
m Sed teneatur eas conſignare.] † Non autem etiam de
7 iure communi poteſt Camparius eas retinere, donec ei ſol-
uatur pretium damni, prout notat Bartol. in l. hoc amplius,
§. De his, in fine, ff. de damno infect. vbi idem notat Alex.
numer. 4. dicendo communem, rationem adducit Boer. ſuis
8 conſuetu. tit. des couſtumes prædiales, §. 1. in princ. † Ex
eo, quod habet damnum paſſus actiones paratas contra Do
minum beſtię dantis damnum, prout etiam notat Bart. d.
§. De his, num. 3. Quicquid in contrarium tenere videatur
Menoch. tract. recuper. poſſ. remed. 9. num. 282. qui allegat
Bart. erronee ita tenere d. §. De his, diſtinguit Plot. l. Si quã-
9 do, nu. 874. C. vnde vi, vt per eũ. † Quicquid ſit quod poſ-
ſint retinere beſtiam illam, donec cognoſcat cuius ſit tradit
Alex. d. §. De his, nu. 4. & ſequitur Boer. d. §. 1. in prin. Affli.
in conſtitut. regni, Rub. 8. De pacis cultu; pacis cultum, nu.
34. lib. 1. Idem Afflict. in conſtitut. regni, Rubr. 36. De furtis,
nu. 3. lib. 3. Marſil. tract. bannit. in verbo, Animalia, nu. 16.
Aleiat. tract. præſumpt. reg. 1 præſumpt. 50. nu. 3. lib. 3. Idẽ
Caſſan. in ſuis commentarijs, Rubr. 1. §. 3. in princ. num. 2.
verſi. Secũdo quæro, & §. 6. in textu. En Menſuaige, in princ.
& num. 11. dicit tamen tutius eſſe, quod conſignetur iuſti-
tiæ ſecundum opinionẽ Afflicti ibi per eum allegati, & not.
Boſſ. d. ſua praxi crimin. tit. de damno dato, nu. 10. ad finem,
Idem Plot. d. l. Si quando, nu. 874. C. vnde vi. Idem Bona-
coſſ. quæſt. crimin. in verbo, De damno dato, verſic. Si quis
bouem, verſic. An autem, Vincentius Carocius tract. locat.
10 & conduct. verſic. Retentione pro noxa. † Ante conſigna-
tionem hanc fiendam, ſi beſtiæ retentæ pereant, cuius peri-
culo perire debent, diſtinguendum eſt, quod aut iuſte fuere
retentæ, & cibaria eis condecentia data, nec eas Camparius
quoquo modo offendit, & tunc pereunt periculo Domini
earum beſtiarum: ſi vero iniuſte fuerunt detentæ, vel ciba-
ria eis denegata, ita quod fame perierunt culpa Camparij,
vel eas Camparius offendit, ex quo interiere: tunc tenetur
Camparius, vel damnum paſſus, qui eas abduxit. Ita nota-
tur in text. l. Quemadmodum, §. Magiſtratus, ff. ad legem
Aquil. Afflict. in conſtitution. regni, Rubr. 36. De furtis, n. 9.
ad finem, lib. 3 Idem Caſſan. in ſuis commentar. Rubr. 1. § 6.
11 in text. En Menſuaige, num. 13. † Dominus beſtiæ iam con-
ſignatæ, ſi eam abduxit, poſtquam fuit cõſignata ſine vi, ſed
palam, vt eam paſcat, non incurrit pœnam furti, ſed puni-
tur vti non obtemperans iudici, ſi eam abduxit, nolens ſol-
uere damnum, Ita Afflict. d. conſtitut. regni, Rub. 36. De fur-
12 tis, num. 6. & 7. lib. 3. † Hypotheca tacita an conſtituatur
ſuper his beſtijs conſignatis pro hoc damno dato, quod nõ,
ſed tantum actio perſonalis ad illud damnum conſequen-
dum datur: vt notat Afflict. in conſtit. regni, Rubric. 37. De
Animalibus in paſcuis, cum per partes, notab. 7. nu. 14. lib. 3.
13 † Hoſpes vel alimentarius pro alimentis harum beſtiarum
conſignatarum non tenetur eas reſtituere, niſi ſolutis his ali-
mentis, & præfertur omnibus creditoribus etiam anterio-
ribus, Ita Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumptio. 50. Idem
Decianus conſ. 109. nu. 23. cum ſequen. vol. 2. Borg. deciſ. 44.
14 nu. 46. & 47. 1. parte, & deciſ. 5. nu. 9. 18. & 19. parte 2. † Et
ſi reſtituantur deteriorata tenetur reſtituens ad deteriora-
tionem, ita Negus, tract. pignor. 7. parte 3. membro, num. 7.
cum ſequen. Brun. tract. de diminutione, & deterioratione,
cõcluſione 10. relatione 2. Fallentia 12. Franciſcus Columb.
conſil. 6 num. 17. & 18 & conſil. 29. Marſil. ſingul. 607. & in
ſua praxi, §. Vlterius, colum. 1. num. 3. & tract. bannit. in ver-
bo, Capti, num. 56.
n Et idem ſit in Domino fundi, & quolibet conductore
15 ipſius fundi.] † Ex hoc colligitur, quod etiam condu-
ctor fundi, in quo datum fuit damnum, habet ius addu-
cendi beſtias, & quod ſibi damnum emendatur à Domino
beſtiæ, damnum dantis. Vt etiam notat Guid. Pap. ſing.
643. verſic. Colonus, diſtinguendo, vt ſupra notatum cap.
præcedenti, ad finem.
o Poſſit in fundo accipere.] † Idem ſi capiat extra fun-
16 dum incontinenti poſt damnum datum: ita Caſſan. ſuis
Commentar. Rubr. 1. §. 6. in text. En Menſuaige, numer. 15.
Idem ſi tempore abductionis aufugerint extra fundum, vt
notat Marſil ſing. 425 nu. 2 & 3. Bonacoſ. in quæſt. crimin.
17 in verbo, de damno dato, verſic. Extat Statutũ. † Poteſt etiã
Dominus fundi occidere impune animal repertũ in ſuo fun-
do fugiens extra fundum incontinenti: Ita Salic. in l. Grac-
chus, nu. 2. C. ad leg. Iuliam, de adulterijs, Marſil. tract. bannit.
in verbo, Animalia, nu. 17. Imò etiam inſultatus ab animali
poteſt illud impune occidere, licet alias teneretur lege A-
quilia, Ita Marſil. d. loco, num. 18.
p Et eas conſignare teneatur vt ſupra.] † Dominus beſtia-
18 rum, ſi velit eas dare per noxa liberatur, vt ipſe amplius
pro hoc damno non poſſit conueniri, niſi Dominus is, vel
cuſtos earum dedita opera in fundum alienum eas miſerit,
ita not. Socin. ſen. conſi. 55. num. 6. vol. 1. Caſſan. d. Rubr. 1.
19 §. 6. in textu, en Menſuaige, nu. 17. † Dominus illarum be-
ſtiarum, vbi non reperiatur poſſunt ipſæ beſtiæ condemnari
pro illo damno dato, ita Gandin. tract. crimin. in Rubr. de
multis quæſt. col. 5. ad finem. verſic. Item pone confines, &
verſic. Pone quæſtionem de facto, Alber. ſequitur tract. Sta-
tut. lib. 2. quæſt. 88. Et quod teneat ſententia condemnans
beſtiam notat Bonacoſ. in quæſt. crimin. in verbo, De dam-
no dato, verſic. Si Statutum eſt.

Quod Camparij durent donec fuerint reuocati. Cap CCCLXX.

CAmparij conſtituti, & conſtituendi durent, a donec
fuerint reuocati.

a DOnec fuerint reuocati.] Et ſic conſtituuntur ad be-
neplacitum.

De arborum deuaſtatione notificanda. Cap. CCCLXXI.

STatutum, a quod ſi damnum datum ſit b per inciſio-
nem c arborum, d vel depopulationem, e à ſoldis
viginti Imperialium ſupra, f fictabilis, Maſſarius, partia-
rius, vel conductor, g tenens vel laborans bona, in qui-
bus tale damnum datum fuerit, h teneatur illud notifica-
re i Domino, ſeu k locatori ſuo, infra dies quinque à
die damni dati l alioqui ad eius damni reſtitutionem m
teneatur ipſe fictabilis, partiarius, colonus, vel Maſſarius,
vel conductor, n ſub cuius cuſtodia fuerit terra, in qua
damnum datum ſit. o Et ſuper damno dato, p credatur,
q aduerſus dictum fictabilem, vel partiarium, vel condu-
ctorem, r ſacramento ſ Domini, t ſeu locatoris, u vſ-
que ad quantitatem librarum ſexdecim Imperialium. x Et
abinde ſupra credatur ei, y cum vno teſte idoneo, z &
cum ſacramento Domini, ſeu locatoris.

S V M M A R I V M.

1 *Damni appellatione, quid veniat, & num. 2.*
3 *Arborem euellere, & incidere differunt.*
4 *Arborum radices quæ in alium fundum protendant, an poſſint propria authoritate incidi.*
5 *Quid ſi rami pendeant in domum vicini.*
6 *Arbores fructiferæ intra confines cuius ſint.*
7 *Statutum loquens de arboribus habet locum in arbore, & in arbore ſicca.*
8 *Arborum fructiferorum inciſores, tenentur vt latrones.*
9 *Et ſi non ſunt fructiferæ, an agatur criminaliter.*
10 *Vaſallus non poteſt incidere arbores fructiferas in bonis feudalibus exiſtentes.*
11 *Nec emphyteuta.*
12 *Depopulatio dicitur deuaſtatio.*
13 *Arbor fructifera inciſa, qualiter æſtimatur, vſq; ad num. 15. & an per iuramentum, num. 16*
17 *Quando quis teneatur pro altero, vſq; ad num. 20.*
21 *Damnum datum in bonis, qualiter æſtimetur, & probetur, vſque ad nu. 48. vbi plura de iuramenti damnum paſſi.*
49 *Iuramentum ſuper damno dato cui poſſit deferri, & quomodo, late vſq; ad nu. 64 & vſq; ad quam ſummã, n. 66. 67. & 68.*
65 *Locator an poſſit iurare de damno dato.*
69 *Probatio facta de maiori ſumma quam fuerit petitum, non eſt habilis ad condemnationem.*
70 *Teſtis idoneus quis dicatur.*

a QVod ſi damnum datum ſit.] † Damni appellatione
1 quid veniat, notat Bald. in l. Ait Prætor, in princ. n. 2.
ff. de iureiurand. Bertach. ſuo repert. in verbo, Damna, Brun.
ſuper cõſtitut. in verbo, Damnum, Caſſan. ſuis commentat.
in Rubr. 1. §. 6. in textu, En Menſuaige, num. 1. Vtrum autem
damni appellatione veniat furtum, quod ſic, not. Cœpoll.
19. in princ. contrarium cenſet Alberic. tract. Statut. libr. 2.
quæſt. 62. Idem not. Alex. in l. Damnum, num. 3. ff. de damno
infecto

infecto. Idem Alexan conſ. 168. nu. 2. vol. 2. Iaſ. in l. familia,
not. 2. nu. 5. ff. de iuriſd. omn. Iud. Dec. conſ. 83. col. 4. nu. 3.
verſ. 4. Marſ. tract. bannit. in verbo, Villis, nu. 4. & nu. 50. Idẽ
Berous, conſ. 213. num. 1. uol. 3. licet conſ. 214. nu. 1. vol. eod.
teneat contrarium, Cotta ſuis memorab. in verbo, Statuto
Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, verſ. 5. Calcan. cõſ.
99. nu. 5. verſ. Sed ſola, Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de captu-
ra, nu. 43. vbi late, & tit. de damno dato, num. 9. Pariſ. conſ.
2 188. nu 5. cum ſeq. vol. 4. † Ideo Statuta loquentia de dam-
no dato, prout omnia in hac Rubrica non habent locum in
furto, nec rapina. Ita Alex. d. conſ. 168. num. 1. vol. 2. Exẽ-
plificãdo etiam in aſportante ligna, Cotta d. verbo, Statuto
Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, verſ. 5. Idem Boſſ. d.
praxi tit. de damno dato, num. 9. dum ſe remittit ad dictum
Iaſonis: notatur etiam in libr. 17. Communium, in verbo,
Statutum diſponens, quod idem notat Soarez ſuis com-
munibus, in verbo, Damnum patris, Lanfranc. Balb.
ſuis communibus, centur. 6. concluſion. 505. Bonacoſſ. in
quæſtion. crimin. in verbo, Damni appellatione, in ver-
bo, De damno dato, verſic. Stante Statuto, ibi, & iſtud Sta-
tutum.

b Per inciſionem] † Longa eſt differentia in iure, verũ quis
3 euellat radicitus, vel incidat arbores fructiferas, cũ pro ſin-
gulis eorum diuerſæ actiones dentur, vt cauetur, in l. Furtim
4 §. Si quis radicitus, ff. arb. furt. cęſarum. † Arborum radices
ſi protendant ſe in fundum alicuius, non poteſt ille tertius
eas radices præcidere propria authoritate, ſed debet Iudi-
cis authoritas impetrari, Ita notat Foller. in conſtit. regni,
5 Rubric. de offic. Iuſtit. ritus, num. 91. † Idem dicitur ſi ar-
borum rami pendeant in domũ tertii, vt not. Menoch. tract.
6 retinen. remed. 3. nu. 241. † Fallit hoc ſi arbores etiam fru-
ctiferæ ſint poſitæ intra confines, & terminos aquæductus
alicuius à iure limitatos, vt notat Foller. d. Rubr. de offic.
Iuſti. ritus, num. 90.

c Arborum.] † Licet loquatur Statutum per verbum plu-
7 ralis numeri arborum, tamen habet locum etiam in una
arbore inciſa, ita notat Bonacoſſa in quæſtione crim. in ver-
bo, Incidens arbores. † Arbor ſicca nondum euulſa à radi-
ce dicitur arbor, Ita notat Caſſan. in cõſuet. Burgund. Rub.
8 1. §. 5. in textu, Ou Militationi, num. 10. † Arbores ſi fuerint
fructiferæ tenentur inciſores earum vti latrones de iure cõ-
muni, vt notatum ſupra c. 366. Si quis, in verbo, Condem-
9 netur, in libris ſex Imperialium. † Si autem non ſint fructi-
feræ ſi incidantur, nõ poteſt agi criminaliter, niſi in duobus
caſibus, primo ſi ſint deſignati ad confines terminandos, ſe-
cundo ſi hoc fiat in deſpectum, vel in iniuriam Domini ea-
rum, vt notat Foller. d. conſtit. regni, Rubr. de offic. iuſtit. nu.
10 89. † Arbores fructiferas non poteſt Vaſallus incidere in
11 bonis feudalibus, Ita Clar. §. feudum, quæſt. 47. † Nec
etiam emphyteuta, Ita Clar. §. Emphyteuſis, quæſtion. 26.
Hinc infra.

d Vel depopulationem] † Ideſt vaſtationem, Cicero in ora-
12 tione pro Follerio prouincia à Tracum depopulatione, & in
oratione pro Auruſpice qui exciſione.

e A ſoldis viginti, Imperialium ſupra.] † Qualiter ſienda
13 æſtimatio arboris fructiferæ inciſæ notatur, in l. furtim, § fi-
nali, ff. Arbor. furt. cæſarum, Alber. tract. Statut. 2. lib. q. 88.
Boerius ſuis comment. tit. des couſtumes prædiales, §. 1. col.
14 2. uerſ. Et illud eſt. † Et quod dubius euentus eius debeat
æſtimari, non quantum eſſet ualitura arbor, notat Plotius
l. Si quando, num. 837 C. unde ui, Burſat. conſ. 70. nume. 32.
uol. 1. Borgn. deciſ. 44. num. 72. Hieron Magon. Rota Luca-
15 na, deciſ. 27. ad finem part. 1. † In æſtimatione autem ſiẽ-
da, ſi teſtes uarient, nec maior, nec minor ſumma attendi-
tur, ſed omnes coaceruantur, & tertia pars ſummæ attendi-
tur, ita Burſatus, conſil. 70. numer. 34 uol. 1. notat relatiue
Borgn. deciſ. 44. numer. 72. Magon. deciſ. Lucan. 27. ad finẽ,
part. 1.

f Fictabilis, Maſſarius, partiarius, uel conductor.] Qui ſint
hæ perſonæ, notatur infra cap. 379. Nullus, in his uerbis, &
alibi ſæpe.

g Tenens, uel laborans bona, in quibus tale damnum datũ
ſit.] Et ſic non omnis fictabilis, ſed tantum ille, in quibus
bonis laborat, ſi datum ſit damnum.

h Teneatur illud notificare] Et ſic tenetur notificare tandẽ
inciſionem, & depopulationem, cum ignoret Dominus ma-
lefactorem, ut ſupra not. c. 368. quilibet Camparius, in uer-
bo, ſeu notificare quemlibet.

i Domino] Vbi ſit Dominus fundi, in quo illatum dam-
num fuit.

k Seu locatori] Vbi non ſit Dominus prædii.

l Alioqui ad eius damni reſtitutionem] † Probandi per
16 iuramentum, ut infra ſtatutum met explicat.

m Teneatur ipſe fictabilis] Vt quis teneatur pro delicto, uel
damno dato per alterum, eſt contra regulas iuris naturalis,
ut notat Socin. ſen. conſ. 31. num. 18 uolum. 1. ideo ſtrictiſ-
ſime intelligendum, ut ibi per eum, & per Iaſ. in § actiones
17 autem, num. 74 inſtit. de actio. † Valet tamen ſtatutum ſic
diſponens, ut notat Dec. in cap. cognoſcens, num. 4. de con-
18 ſtitut. † Tanto magis ſic hoc diſpoſitum ex ſtatuto, ex quo
inciſio arborum non poteſt euenire abſque culpa condu-
19 ctoris, ita Burſatus conſil. 53. numer. 11. uolum. 1. † Idem
quidem præſumitur contra conductorem ex iuris diſpoſi-
tione, ut ibi per eum, numer. 24. & 32. Ideo etiam dicto iu-
re inſpecto tenetur ex dicta inciſione conductor, ut ibi per
20 eum, num. 27. & notat Borgnin. deciſ. 44. num. 72. † Cum
ipſe conductor etiam non poſſit incidere, ut ibi per eum
late.

n Sub cuſtodia fuerit terra, in qua damnũ datum ſit] Quo
ſit, vt ille fictabilis tantum, vel colonus, qui colit, & laborat
bona, in quibus datum eſt damnum, teneatur ad reſtitutio-
nem huius damni, cum etiam ipſe ſolus teneatur illud no-
tificare, vt ſupra fuit notatum.

o Et ſuper damno dato] † Super ſcilicet quantitate dam-
21 ni, dum tamen prius conſtet de damno in genere vere non
ficte, vt notat Dec. conſ. 83. nume. 3. verſ. & prime, Marſil.
ſua praxi crimin. in princ. § principium, num 6. & tractat.
bannit. in verbo, villis, num. 39. & num. 40. Plot. l. ſi quãdo,
num. 758. & 759. & num. 817. C. vnde vi, Bonacoſſa in qu.
crimin. in verbo, de damno dato, verſ. ſtante ſtatuto, ibi, nẽ
dato, & verſ. ſi ſtatutum, Burſatus conſ. 201. num. 92. volu. 2.
22 † Non habet autem locum hæc diſpoſitio, vt credatur iura-
mento ſuper dependentibus à damno dato, vel acceſſorijs
eius ex quo ſtatutum loquitur de damno dato, ſi autem ſta-
tutum diceret in cauſa damni dati, tunc venirent etiam de-
pendentia, & acceſſoria, notat Bartol. in l. ſoluit, num. 16. ff.
de aliment. & cibar. legat. idem Bald. in l. 1. numer. 7. C. de
reb. creditor. Socin. in capit. quoniam frequenter, §. quod
ſi ſuper, nume. 5. verſic. ſecundo dubitat, vt lite non conte-
ſtatã, Aret. conſ. 29 num. ſecundo, Cæpoll. conſ. 73 colum.
2. num. 4. Idem Bertr. tractat. ſuper conſtitut. in verbo, iura-
mentum, uerſ. ſtatutum, quod ſtetur, Bertach. ſuo repert. in
verbo, ſtatutum de damnis, verſ. 25. ſtatutum, quod ſtetur,
Mart. tractat. bannit. in verbo, villis num. 47. & 48. Boer. in
ſuis conſuet. in libro Des couſtumes de tours, titu. 19. artic.
13. ita etiam in hac ſpecie diſtinguit Cotta ſuis memorab.
in verbo, ſtatuto Ciuitatis Mediolani, cautum reperitur,
verſic. quarto adde, Iaſ. l. ſecunda, numer. 6. vſq; ad finem,
C. de edict. diu. Adrian. Tollen. Socin. ſen. conſ. 300. num.
6. volum. 2. Menoch. tractat. arbit. lib. 1. quæſt. 45. nu. 9. 10.
& 11. Cummia in ritibus magnæ curiæ cap. 6. nu. 77 Oſaſc.
deciſ. 129. numer. 10. & 11. Bonacoſſ. in quæſtio. crimin in
dicto verbo, de damno dato, verſ. Stante Statuto, ibi amplia
etiam.

p Credatur] † De iure etiam communi credi ſolet ſacra-
23 mento locatoris ſuper damno dato in arboribus, ita Burſat.
24 conſ. 70. num. 33. volum. 1. † Quod autem credi debeat
ſacramento alicuius ſuper damno dato, intelligi debet deſi-
cientibus alijs probationibus, ita Socin. in dict. cap. quoniã
frequenter §. quod ſi ſuper, num. 5. verſ. item aduerte, vt li-
te non conteſtata. Sed hic clare diſponitur per hoc ſtatu-
tum indiſtincte poſſe præſtari hoc iuramentum attenta for-
te modicitate ſummæ, ſuper qua hic iurari poteſt, quod nõ
eſt infra cap. 375. ſi de cætero, vbi reſtringitur poſſe iurari
deficientibus aliis probationibus, ex quo poteſt eo caſu
iurari ſuper toto damno, quæ quidem ſunt notatione di-
25 gna. † Hoc ſacramentum non debet deferri, nec credi
damno paſſo, vbi res allegaretur habere originem à con-
tractu, vt not. Plot. in Iudice, Rubric. de decreto habente
origin. verſic. decretum iubens. & in l. ſi quando, num. 780.
C. vnde ui.

q Aduerſus dictum fictabilem] † Niſi hoc ſtatutum ſic
26 diſponeret ſecus quidem eſſet de iure communi, quia licet
ſtatutum diceret credendũ Sacramento damnum paſſi con-
tra damnificantem, tamen hoc non extenderetur aduerſus
tertium, qui etiã teneretur ex delicto alicuius, ita Dec. conſ.
591 num. 6. Bertach. in ſuo repertorio, in verbo, damnum,
verſ. 4. Marſ. tract. bannito. in verbo, villis, nu. 39. Crauetta
conſ. 196. nu. 8. Bonacoſſa in quæſtione criminali, in verbo,
de damno dato, verſ. ſtante ſtatuto, & uerbo, uilla verſic. ſi
27 dicit ſtatutum. † Non procedit etiam hæc diſpoſitio con-
tra foreſem qui dederit damnum, vt not. Roman. ſing. 529.
28 cum additione ibi. † Probatio hæc per Sacramentum, quæ
concludens eſt contra fictabilem concludit etiam contra

Digitized by Google

ſucceſſorem eius particularem, ita Alciat. d. conſ. 141. nu. 3.
r Sacramento.] † Ad probationem damni illati cum ſit
29 difficilis probationis admittitur probatio per iuramentum
damnum paſſi, & aliæ probationes minus legitimæ, ita Be-
rous, conſil 213. num. 18. verſic. Et maxime, volum. 3 Mar-
30 ſil. tract. bannit. in verbo, Villis, nu. 40. † Iuramentum an
requirat tactum ſcripturarum, & formalitatem verborum,
opiniones contrarias recitat Ioſeph. Ludouicus ſuis com-
31 munibus concluſ. 21. per totum. † Et quod requiratur
32 hoc pro forma à Statuto, notat Borgn. deciſ. 13. num. 25. †
Damnificati iuramento quod credatur ex Statuti huius di-
ſpoſitione, habet locum ſi ciuiliter agatur, non ſi crimina-
liter: ita Marſil. d. tract. bannit. in verbo, Villis, nu. 54. & 55.
33 † Statutum hoc etiam quod ſimpliciter diceret credendum
dicto alicuius non expreſſo iuramento, tamen deberet adhi-
beri iuramentum, ad hoc vt teneret dictum eius, notat Caſ-
ſan. ſuis comment. Rubr. 1. §. 6. In textu, Par leurs ferment,
num. 1. & 2. Tiraq. tract. de præſcript. §. 1. glo. 8. verſ. Quam
& ego, Soc. in capit. Quoniam frequenter §. Quod ſi ſuper,
num. 5. verſic. Et nota quamuis, vt lite non conteſtata, Ioã-
nes de Arnono, ſing. 20 verſ. Vbi dicit, late notatum ſupra
c. 51. Si debitor, in verbo, Abſque Sacramento creditoris.
34 † Iuramentum hoc debet præſtari tempore probatorio nec
ſufficit ſi præſtetur à principio, & debet deferri per Iudicẽ
abſque partis citatione, & illud præſtari die iuridica, quod
licet habeatur pro plena probatione, tamen non habetur
pro legitima probatione, vt late notatum, ſupra capit. 232.
Licitum ſit, in verbo, Stetur proprio Sacramento, vol. 1. Sta-
35 tutorum. † Et non cenſetur delatum ad formam Statuti, nec
per Iudicem, niſi hoc conſtet ex actis, Ita notat Borgn. deciſ.
36 21. nu. 7. & 8. † Iuramentum hoc debet præſtari quatenus
releuet damnum tempore damni dati, non alio tempore, vt
in hac ſpecie notat Bart. in l. 3 §. in hoc, colum. 4. num. 10.
ff. commodat. Plot. in l. Si quando, num 871. ad fin. C. vnde
37 vi. † Et maius pretium inſpicitur, ita Ferronius ſuis com-
ment. tit. 11. de animalib. §. 2. ad fin. verſ In damno autem.
38 † Iuramentum hoc, quod poſſit a Iudice taxari, & refrenari
not. Alex in l. Qui damni, num. 11. ff. de damno infect. Iaſ.
in l. Videamus, §. Deferri, nu. 10. ff. de in lit. iuran. Cotta ſuis
memorab. in verbo, Statuto Ciuitatis Mediolani cautum re-
peritur, ad finem, Caſſan. ſuis comment. Rubr. 1. §. 6. in textu
39 Par leurs ferment, ad finem, nu. 10. † Maxime ſi ſit in mo-
derate iuratum, ſecundum Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 88.
de offic. Caſtellani, Culpam, nu. 5. ad finem, lib. 1. Menoch.
tract. arbitr. lib. 2 cent. 3. caſu 260. nu. 21. Idem Oſaſc. dec.
40 96. num. 3. 4. & 5. † Sed quod non poſſit taxari, nec refrena-
ri per Iudicem, firmat Boſſ. d. ſua praxi crimin. tit. de rapi-
41 nis, num. 43. † Ideo debet ſtari iuramento etiam quod mi-
nus ſit damnum, quam ſit iuratum, ſecũdum tradita per Bo-
nacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo, De damno dato, verſ. Stã-
42 te Statuto, verſ. Item ſi conſtet. † Quicquid ſit quod tamen
Iudex præſtito hoc iuramento poſſit ei non adhibere fidem
vbi cognoſcat calumnioſe iuratum, notat Cotta ſuis memo
rab. in verbo, Damnum, verſic. Statutum prædictum, & in
verbo. Statuto Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, ad fi-
nem. Marſil. tract bannit. in verbo, Villis, num. 46. Bonacoſſ.
in quæſt. crimin. in verbo, De damno dato, verſ. Stante Sta-
43 tuto. Ibi, Ex Angelo. † Iuramentum pariter hoc non pote-
rit retractari ob inſtrumenta de nouo reperta, vt not. Felin.
in cap. ſuborta, colum. penult. num. 18. verſ. Quinto fallit,
de re iudic & cap. cum propoſuiſti, col. 2. num. 4 de probat.
44 Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de rapinis, num 45. † Ex ſolo iu-
ramento hoc damnum paſſi an quis poſſit torqueri, notat
relatiue Bonacoſſ. in d. q crimin. in verbo, De damno dato,
45 verſi. Stante Statuto, verſ. Sed an quis poſſit torqueri. † Cõ-
tra iuramentum hoc poterit tamen probari contrarium, ita
notat Roman. conſil. 102. numer. 2. ad finem, Alex. in l. Qui
bona, §. Qui damni, num. 4. Cum ſeq. ff. de damn. infect. Fe-
lin. in cap. cum propoſuiſti, num 2. & 3. Limitando, vt ibi
per eum, & Dec. not. 3. num. 3. de probat. Cæpol. caut. 104.
Brun. tract ſuper conſtit. in verbo, Damnum, verſic. Damnũ
non probatur, cum verſiculis ſeq. maxime verſ. Si Statutum
dicat, & in verbo Iuramentum, verſi. Statutum quod ſtetur
iuramento, Marſil tract. bannit in verbo, Villis, num. 43. Li-
mitando, vt per eum, numeris ſequentib. Maxime ſi Statu-
tum diceret, quod haberetur pro pleniſſima vel omnimoda
probatione, Cotta ſuis memorab. in verbo, Statuto Ciuita-
tatis Mediolani cautum reperitur, in princ. Ioannes de Ar-
nono epitome, 25. Idem Boer. ſuis comment. libro des con-
ſtumes de Tours, tit. 17. artic. 1. de hæredit. ages Defenſibi-
les, in verbo, vel Serouc creu. licet cõtrarium teneat in lib.
Des droict. de Baille Iuſtice, art. 10. verſic. Et leuo creu. Idem
Caſſan. ſuis comment. Rubric. 1. §. 6. In textu, par leurs fer-
ment, num. 5. cum ſequen. Limitando, vt per eum, num. 10.
Veluti ſi tractetur de modica ſumma, vt hic cauetur, de mẽ-
te Iaſ. in §. Sed iſte, num. 95. Inſtit. de actio. licet ipſe eum
non ſequatur, late Tiraquel. tract. retract. lignag. §. 4. Gloſſa
1. num. 11. & 12. cum ſeq. limitando, vt ibi per eum, nouem
modis, in quibus non poterit contrarium probari, & quod
poſſit probari contrarium regulariter, notat Stephan. de
Federic. tract. de interpret. iur. 2. parte, num. 46. Idem Clar.
ſua praxi crimin. §. fin. quæſt. 82. ad primum Statutum, De
damno dato, verſ. Sed quid ad finem, Plott. l. Si quando, nu.
776. & 777. C. vnde vi. Idem Menoch. tract. recuper. remed.
15. num. 35. Idem in tract. arbitr. lib. 1. quæſt. 76. nume. 17.
Oſaſc. deciſ. 61. num. 8. Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo,
De damno dato, verſ. Et ſi aduerte, Idem Bonacoſſ. in ſuis
46 communibus crimin. in verbo, Statutum dicens. † In caſi-
bus autem in quibus poteſt probari contrarium, iurans de-
bet exprimere diem damni dati, alias nõ ei creditur, Ita ha-
betur in libro 12. Communium, in verbo, Statutum diſpo-
47 nens quod, verſ. Limitatur. † Tertio probari poteſt contra-
rium, veluti per inſpectionem loci, ex qua appareat non eſ-
ſe tantum damnum, prout iuratum, vt in hac ſpecie notat
Iaſ. in l. videamus, § fin. num. 15. ff. de in lit. iur. Idem in §.
Sed iſtæ, num. 94. Inſtit. de actio. Idem in l. 2. §. Si abſens, n.
4. ff. ſi ex noxali cauſa. Cotta ſuis memorab. d. verbo Statu-
to Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, verſ. Ad contra-
rium. Vbi etiam notat alium modum probandi cõtrarium,
Rebuff. tract. de ſequeſtr. art. 6. gloſ. vnica, num. 3. Foller. ſua
praxi crimin. 6. parte princ. de forma ca. in crim. inteſt. cir-
ca finem. Idem cauetur in lib. 17. communium, in verbo, ſta-
tutum diſponens, quod verſ. ſecundo limitatur, Bonacoſſ. in
48 q. crim. in verbo, ſtatutum non tollit. † Hæc autem proba-
tio per inſpectionem loci non eſt ſublata, etiam quod dictũ
eſſet in ſtatuto, quod non poſſet probari contrarium, ita Io.
de Arnon. epitome 46.
ſ Domini] † Etiam quod ſtatutum loqueretur tantum de
49 Domino ſimpliciter, comprehenderetur tamen Dominus
reſpectu poſſeſſionis tantum, quia diceretur Dominus, licet
improprie, ita in his terminis ſpecificis not. Soc. in ca. quo-
niam frequenter, § quod ſi ſuper, nu. 4. & 5. verſ. 2. vt lite nõ
50 conteſt. † Non tamen comprehenderetur conductor, per l.
ſi ſur, vbi Bart. ff. de vſufruct. & quemadmod. vſufruct. ita
51 Lanfranc. Balb. ſuis commun. cent. 1. concluſ. 96 † Vſufru-
ctuarius autem verum haberet hoc beneficium diſtinguen-
do, ut per Caſtrenſ. in l. 1. § fin. ff. de oper. nou. nunt. relat
per Bonacoſſ. d. q. crim. in verbo, de damno dato, verſ. dicit
52 ſtatutum. † Non tamen crederetur ipſi iuranti, quod eſſet
Dominus, ſed debet aliter probari hæc qualitas, quod eſſet
Dominus, vt not. Bald. in l. Diuus vbi Angel. nume. 3. ff. de
53 teſtam. tutel Bald. idem in l. 1. nu. 2. C. de reb. credit. † Be-
neficium hoc non competeret forenſi Domino, tam ex di-
ſpoſitione iuris communis, ut not. Caſtr. in l. omnes populi,
ad fin. ff. de iuſt & iur. late Soc. ſen. conſ. 120. num. 12. cum
ſeq. Alciat. in l. inter claras, nu. 15. C. de ſum. Trinit. quam
54 ex ſtatuto ſupra, c. 180. in fauorem. † Quilibet admittitur
ad hoc iuramentum in litem regulariter, ita Ioſeph. Ludo-
uicus ſuis communibus, concluſ. 22. ampliando & limitãdo,
55 vt per eum. † Tutor nomine pupilli poteſt, imo cogitur
ad præſtandum hoc iuramentum, vbi pupillus fuerit dam-
nificatus, cum etiam ſolus ſine pupillo poſſit accuſari de
damno dato, ita not. Borgni. Caualca. tract. de tut. nu. 192.
56 † Syndicus pariter, & defenſor alicuius poteſt præſtare hoc
iuramentum, tamen non cogitur, ita Vrſil. ad Affl. dec. 169.
57 nu. 3. & 4. † Iurare volens ex diſpoſitione huius ſtatuti re-
quiritur quod ſit omni exceptione maior, ita Dec. conſ. 83.
nu. 8. Cotta ſuis memorab. in verbo, ſtatut. Ciuitatis Medio-
lani cautum reperitur, verſ. tertio adde, idem not. Curt. in l.
admonemus, nu. 63. verſ. ſecundum requiſitum, ff. de iureiu-
ran. Boſſ. ſua praxi crim. tit. de captura, nu. 47. Crauet tract.
de antiq. temp. 1. ſect. verſ. quarto limitatur, nu. 13. Plot. in
58 l. ſi quando, nu. 806. & 816. C. vnde ui. † Adeo quod infa-
mis & infamia facti non debet admitti ad hoc iuramẽtum,
ſecundum Iaſ. in d. § ſed iſtæ, n. 97. Inſt. de actio. Caſſan. d.
Rub 1. §. 6. in text. par leurs ferment. nu. 5. Io. de Arnono,
ſing. 45. Rolãd. à Valle cõſ. 16. n. 21. uol. 1. Rebuff. tract. de ſe-
queſtr. art. 6. gl. vnica, n. 5. idem Bonacoſſ. q. crim. in uerbo,
de dãno, uerſ. ſtante ſtatuto, ibi item ſi damnificatus, quod idem
dicendum in periuro, ut not. Soc. c. quoniã frequenter, §. quod
ſi ſuper, nu. 5. verſ poſtremo, ut lit. non conteſt. Ioan. de Ar-
nono, epitome 88. idem ſi ſolitus ſit periurare, ut not. Abb.
in cap. fin. §. ſane, col. 4. num. 9. de iureiuran. Marſ. ſing 74.
Boer. ſuis commentar. Rubric. Des couſtumes concernant le
inges,

Digitized by Google

59 iuges,§.38 ad finem. † Item ſi videat eum Iudex non infor-
maturum, vel poſſe conuinci de mendacio, vt not. Plott. d.l.ſi
60 quando,nu.828. C. vnde vi. † Iudæus an poſſit vti hoc be-
neficio iuramenti contra Chriſtianum, vel contra Iudæũ,
diſcutitur in addit. Napodamus in conſuet. Neap. tit.26.de
pignorib. in verbo, an hæc conſuetudo, & per Tiraq. tracta.
primogen. q.65.num.15.& per Lambert. in ſtatut. de alie-
61 nat. mulier. ad fin. q.13.num 16. † Quod autem non ad-
mittatur, not. Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de Rapinis, nu.44.
de mente Imolæ, & Iaſonis, idem tradit Cu.t in l.admonẽ-
62 di, num.21. & 22 ff. de iureiurando. † Facultas hæc iurã-
di ex hoc ſtatuto quod tranſeat ad hæredes damnum paſſi,
not. Bart. in l.maritus, cum gloſſa, ff. de quæſtion. idem no-
tat Roman. l. qui bona, §. qui damnum, num.6. vbi Alexãd.
num.20. ad finem, ff de dam. infect. idem Alex. in l. penult.
§. hoc iudicium, num.6. vbi Iaſ. num.9. ff. ſi quis eum, qui in
ius voc. Dec. in l. edita, num.50. C. de edend. idem Iaſ. in l.
ſi quando, num.61. C. vnde vi, idem notat Diaz reg.392.
iurandi facultas, cũ accumularis, per Tiraq. d. tract. retract.
lignag. § 2. gloſſ. 2. num.2. cum ſeq. vbi nu.8. reprobat opi-
nionem Bald. in l.3. in princ. ff. de iureiuran. quod idem no-
tat Mynſing. obſeru. 12. cent. 4. idem Bonacoſſ. in q. crim. in
verbo, de damno dato, verſic. ſtante ſtatuto, ibi, item ſtante
dicto ſtatuto, idem Ioſephus, Ludouicus ſuis communibus
concluſ. 16. verſi. infertur quinquageſimo, limitando, vt, per
eum, quatuor modis, numeris ſequentibus, opiniones con-
trarias recitat Didac. Couar. tract. relatio, §. Quintus, num.
7. Quas opiniones contrarias notat idem Tiraquel. tracta.
præſcript. §.2. gloſſa vnica, cui tandem, verſic. vides igitur,
fœdere diſtinctionis has opiniones contrarias conciliat.
Quod ſi iuramentum hoc deferatur à lege, vel ſtatuto,
quod tranſeat ad hæredes, tamen limitatur non procedere ſi
hæres is non fuerit informatus, vel conſtet eum veroſimili-
ter non informatum, quia tunc ei non deferendum, vt tradit
Tiraq. d. tract. retract. lignag. § 2. gloſſ. 2. num.9. & d. tract.
præſcript. d. § 2. gl. vnica, verſ. idem tamen quod diximus,
idem Diaz. d. reg.392. iurandi facultas verſ. limita, & intel-
lige, idem Afflict. in conſtit. regni, Rubr.88. de officio Caſtel-
lani, culpam, num.5. lib.1. Plott. nouiſſime d.l.ſi quando, n.
63 619. cum ſeq. C. vnde vi. † Secuta condemnatione virtute
huius iuramenti condemnatus admittitur ad agendum con-
tra iurantem de periurio probando falſum iuramentum,
iuxta not. per Iaſ. in l. videamus, §. finali, num.11. ff. de iure
iurand. Caſſan. d. Rubr.1. §.6. in text. par leurs ſerment. nu.
5. not. Bonacoſſa in q. crimin. in verbo, periurium, verſ po-
64 teſt quæri. † Quæ accuſatio debet porrigi intra menſem
iuxta diſpoſitionem ſtatuti, ſupra c.102. ſi quis, verſ. & q.
Sacramentum, vol.1. & in nouis conſtit. tit. de accuſat. c. ex
cauſa iuramenti.

s Vel locatoris] † Et ſic locator quilibet etiam ſi nõ Do-
65 minus poteſt iurare hoc damnum per eum paſſum, quate-
nus de eius intereſſe tractetur, vt not. Guid. Pap. d. ſing.643.
verſic. Colonus; & notatum ſupra cap.364. ſi quis, in ver-
bo, final.

u Vſq; ad ſummam lib. 16. Imperialium] † Concordat
66 cum diſpoſitione iuris communis, ex qua creditur Sacra-
mento alicuius de modica ſumma, ita Caſſan. in ſuis com-
men. Rub.1 § 6. in text. ſeriereu nu.8 & 9. Idem Plot. l.ſi
67 quando, nu.763. C. vnde vi. † Quia modica ſumma ſtante
non poterit dein probari in contrariũ, vt not. Caſſan. d. loco
68 nu.10. de mente Iaſ. ibi per eum allegati. † Statuti huius
diſpoſitio ex quo nõ determinat ſummam iurandam, ea de-
bet exprimi in accuſatione, & petitione, adhoc vt teneat, ita
not. Bonacoſſ. q. crim. in verbo, Æſtimatio.

x Et ab inde ſupra] † Quid ſi petita fuerit aliqua ſumma
69 damni dati, & probatum ſit de maiori, Iudex non poterit in
maiori ſumma probata condemnare damnificantem, vt not.
Caſſan. d. conſuet. Rub.1.§ 6. in tex. Iuſque, nu.16.

y Cum vno teſte idoneo] † Idoneus dicitur qui non pa-
70 titur aliquam exceptionem, ita Abb. c. vt debitus, num 24.
De appell. & notatum ſupra c.330. Si quis, in verbo, Ido-
neis, volum.1.

z Et cum ſacramento Domini, vel locatoris] Declarando,
vt ſupra notatum in his verbis.

De damno dato aliter.
Cap. CCCLXXIII.

a SI quis b dederit damnum, c vel guaſtum, d aliter, quam per incendium, e & aliter quam in caſibus comprehenſis in præſentibus Statutis, poſitis ſub præſenti Rubrica generali, de damno dato, à decem libris Imperialium ſupra f condemnetur in libris viginti quinque Imperialium, Communi Mediolani applicandis, g & in duplum damni dati, h damnum paſſo. Si vero, à dictis libris decem Imperialium infra, i condemnetur arbitrio Iudicis, dummodo condemnatio non excedat libras Duodecim, & ſoldos decem Imperialium applicandas Communi Mediolani, & ad reſtitutionem damni in duplo damnum paſſo, k & cõtra ipſum, l & quemlibet alium dantem damnum, prout in præcedentibus Statutis continetur, poſſit fieri exequutio, etiam m per perſonalem detentionem. Et ſi fuerit captus, n non poſſit relaxari, donec ſatisfecerit o integre pro prædictis.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum quando comprehendat tam maſculum, quam fœminam.*
2 *Minor doli capax ligatur ſtatuto de damno dato.*
3 *Laborator in fundo alieno quam priuato eſſe illius, cui locauit operas an teneatur, & num 4.*
5 *Guaſti appellatione quid veniat.*
6 *Incendiarij qua pœna puniantur.*
7 *Intrans fundum alienum ad comedendum fructus, an teneantur de damno dato vſq; ad num 10.*
11 *Arbitrium Iudicis qualiter ſit regulandum.*
12 *Communitas vbi damnum dederit, an ſinguli de Vniuerſitate teneantur.*
13 *Dominus in cauſſa damni dati, quando teneatur pro famulo, & num.14.*
15 *Cedere bonis non poteſt qui prohibitus eſt relaxari.*

a SI quis] † Comprehenditur tam maſculus, quam fœmi-
1 na, cum loquatur Statutum de materia indifferenti con
gruenti vtrique ſexui, vt cauetur ſupra cap 126 In ciuitate,
2 Vbi notatum, vol.1. † Comprehenduntur etiã minores ca-
paces doli, vt in ſimili notat Rebuff. tract. de nominat. q.8.
nu 8. ad fin. & notatum in nouis conſtit. tit. de pœnis c. Col-
3 legiis, in verbo, Cuiuſuis ſtatus. † Incidens autem lignum
in fundo vti alicuius, credens fundum eſſe illius, cum non
eſſet, excuſatur, vt non poſſit accuſari de dãno dato, ita An-
gel. tract. malefi. in verbo, Et Sempronium Rodulphi, quæſt.
4. num.12. limitando niſi fuerit ei proteſtatum, vel denũ-
tiatum, quod locus eſſet denuntiantis, vt ibi, num.12. ad fi-
4 nem, declarando, vt ibi per Ang. num.14. † Qualitas, quæ
eſt in mandante an ſit in mandatario, & e conuerſo, diſtin-
guit Ang. dict. loco, quæſt.11. numer.26. cum ſequent. cum
Addit. ibi [illegible]

b Dederit damnum] Quid veniat appellatione, Damni, &
quod non comprehendatur furtum, nec Robaria, notatum
in c. præcedenti in prin.

c Vel guaſtum] † Quid veniat appellatione, Guaſti, not.
5 Bal. in l. Pignus. C. de pign. act.

d Aliter quam per incendium] † Grauius enim puniuntur
6 incendiarij: de iure enim Communi puniuntur capite ſe-
cundum diſtinctionem Affl. in conſtit. Regni, rub.26. de ma-
lef. clandeſt. ſuper inciſionibus, num.8. & 9. lib.1. Per nouas
autem Conſtitutiones, ſi incendium fiat in loco habitato
eſt pœna capitis, in loco autem inhabitato eſt pœna qua-
drupli, vt cauetur in nouis Conſtit. tit. De pœna, cap. Si quis
incendium.

e Et aliter quam in comprehenſis in præſentibus Statutis]
Non medio beſtiarum, ſed manibus ſuis.

f Condemnentur in lib.25. Imper.] † Non poterit tamen
7 puniri de damno dato ſi quis intrauerit fundum, vel Viri-
darium alicuius, comedendo fructus, ut not. Floria. l. Qui oc-
cidit, §. Si quis, ff. Ad leg. Aquil. Alber. l.ſi, ad fin. C. eo. tit.
8 Balb. ſuis Communib. cent.1. concl 98. † Dum tamen eos
non auferat portando domum, quia tunc dicitur committe-
re furtum, ita Io. de Ana. in c. Si quis, De furt. Affl. in conſt.
regni, Rubr.37. De Animalibus Si quando, n.3. lib.3. Didac.
2. parte, relect. §.1. verſ. Ex eo facto, ad finem, Plott. l. Si quã-
do, nu.814. C. vnde vi, Et hoc ſi fructus ſint maturi. Si enim
ſint immaturi datur actio legis Aquiliæ, ita Affl. d. loco, n.
9 3. † Fallit etiam principalis concluſio niſi fuerit ei prohi-
bitum tempore ingreſſus, vt not. Cœpol. tract. ſeruit. ruſtic.
10 præd. tit.20. De miſſe, num.3. † Statutum pariter ſi puniret
damnum dantem in loco alieno, non comprehenderet eum,
qui commederet ficus, qui ad ſolem deſiccarentur, ita Bo-
nacoſſ. in q. crimin. in uerbo, De damno dato, uerſ. Si Sta-
tutum puniret, nec etiam comedentem, uel deſtruentem
rem alienam etiam in dicto alieno poſitam, ut ibi per
eum.

g Et in duplũ dãni dati] In quo duplo cõtinetur æſtimatio

Digitized by Google

rei, vt notatum ſupra in Præludijs late.

h Damnum paſſo] Declarando vt ſupra c. 368. Quilibet, in verbo, Applicentur damnum paſſo.

i Condemnetur arbitrio Iudicis] † Qualiter debeat re-
11 gulari eius arbitrium, late not. Crauet. conſ. 224. numer. 2. cum ſequent.

k Contra ipſum] † Communitas ſi fuerit quæ dederit
12 damnum, non ſinguli homines tenebuntur ad damnum ſinguli, ſed vnica ſolutio ſufficeret pro omnibus, ita not. Alber. tract. ſtatut. lib. 2. q. 77.

l Et quemlibet dantem damnum] † Damnum ſi fuerit da-
13 tum per famulum alicuius, dominus tenebitur pro eo, cum ad eius vtilitatem peruenerit, quia præſumitur ex eius
14 conſenſu factum, ita Corn. conſ. 40. num. 3. volum. 2. † Aliquis ſi fuerit præpoſitus ad cuſtodiam alicuius territorij ſi robaria fuerit facta per eius famulos, ipſe tenetur, licet liberetur exhibendo famulos, ita Bonacoſſ. tractat. De ſeruis, & famulis, q. 172.

m Et per perſonalem detentionem] Hoc dictum, quia alias refragaretur diſpoſitio Statuti ſupra cap. 167. Pro debito, primo vol.

n Non poſſit relaxari] † Videtur per hæc verba ſublatum
15 ceſſionis beneficium, vt notat in hac ſpecie. Soc. ſen. conſ. 204. verſ. Aliquando, & ſecundo, vol. 2. Brun. iun. tract. ceſſion. q. 3. prin. num. 4. & notatum ſupra cap. 408. Si quis, in verbo, Cedere, vol. 1.

o Donec ſatisfecerit] Poterit tamẽ relaxari à dominis Protectoribus carceratorum fideiuſſori de ſoluendo, vel redeũdo intra terminum dierum 20. Quod fit in forma, vt interim poſſit cognoſci ſuper rectitudine carcerationis, vt cauetur ſupra c. 154. Statuitur, verſ. fin.

p Integre pro prędictis] Pœna ſcilicet de damno, De quibus ſupra.

Quod Communia debeant habere homines iuratos. Cap. CCCLXXIV.

a QVodlibet Commune b burgi c & alterius loci d teneatur habere, vltra camparia, e homines iuratos, f de melioribus illius terræ, g qui eodem modo poſſint, teneantur, & debeant h accuſare, & notificare ſuo Cõmuni, i vt ipſi camparij. k Et credatur l eis cãparijs, & hominibus iuratis, & cuilibet eorum, m cum ſacramento, n contra damnum dantem, pro quantitate, o & vſq; ad quãtitatem librarum quatuor Imper. p pro qualibet accuſa. q Abinde vero ſupra, non credatur, r niſi cum vno teſte idoneo, & cum ipſius camparij, ſeu iurati ſacramento.

SVMMARIVM.

1 *Communitasq; ſit, & vnde dicatur.*
2 *Burgi appellatione quid veniat.*
3 *Vicus quis dicatur.*
4 *Camparius an teneatur iurare.*
5 *Camparius an teneatur exprimere diem damni dati.*
7 *Statutum quod credatur iuramẽto Camparij ſuper damno dato an valeat vſq; ad nu 9. & 10 ac 11.*
12 *Camparij iuramentum an probet damnum datum ſub vna iuriſdictione potius quam ſub alia.*
13 *Probatio an poſſit fieri contra iuramentum Camparij, & numer 15.*
16 *Camparius an poſſit puniri de periurio, & nu. 17.*
18 *Habens cauſam ab eo qui damnum dedit an poſſit puniri pro dãno dato. & quid in villa nu. 19.*
20 *Iuramentum in litem contra quos poſſit dari.*
21 *Camparius vſq; ad quam ſummam poſſit iurari, & quid vbi res eſt communis, & diuiditur ſumma, & nu. 22.*
23 *Iudex coram quo fuerit petita minor ſumma, & inde maior an poſſit iudicare in maiori.*
27 *Teſtis idoneus quis dicatur.*
25 *Probationes vnius teſtis cum iuramento, quando coniungantur.*
26 *Iuramentum ſuper damno dato an ſit de forma.*

a QVodlibet Commune] † Quæ ſit Communitas, &
1 vnde dicta, not Virg. Boccat. in conſtit. Marchiæ, gl. 6. num. 71.

b Burgi] † Quid veniat appellatione, Burgi, not. Rebuf. in
2 l. 2. verſ. 7. & in l. Pupillus, § Oppidum, ff. De verb. ſignif.

c Vel alterius loci] † Vici ſcilicet, de quo per Rebuff. d. l.
3 Pupillus §. Oppidum, ff. de verb. ſign.

d Teneatur habere camparios] De quibus ſupra cap. 367. Quolibet Commune, ſed illa diſpoſitio, & hæc non ſeruatur per deſuetudinem abolita.

e Homines iuratos] Quale debeat eſſe eorum iuramentum
4 cauetur d. c. 367. Quodlibet. ver. Qui Camparij. † Et quod hic non diceretur debere eſſe iuratos, tamen iurare tenerẽtur, ita not. Borg. dec. 13. nu. 55.

f De melioribus illius terræ] Quo ad fidem eis adhibendam, non quo ad facultates.

g Qui eodem modo poſſint, teneantur, & debeant] Modo quo diſponitur ſupra c. 368. Quilibet.

h Accuſare] Coram Iudice ſcilicet damni dati, vt cauetur
5 ſupra d. c. 368. Quilibet. verſ. Et ad requiſitionem. † In accuſatione porrigenda poteſt cogere imputatus camparium ad exprimendum diem damni dati, ad hoc vt poſſit probare contrarium, abſentiam ſcilicet illius accuſati tẽpore dati damni, quæ in hoc dicitur concludens probatio, vt tradit Cotta ſuis memorab. in verbo, Statuto Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, verſ. ſecundo modo, ita in hac ſpecie notat Ferronius ſuis comment. tit 11. De animalib. §. 2. verſic.
6 Qui vult autem probare. Borgn. deciſ. 13. num. 56. † In accuſatione vlterius debet exprimi quantitas dãni, vt eis poſſit credi, ita not. Borg. dec. 13. nu. 54.

i Vt ipſi Camparij] Vt cauetur ſupra d. cap. 368. Quilibet, in prin.

k Et credatur eis] † Valet Statutum, quod credatur ſacra-
7 mento Camparij ſuper damno dato, ita Dec. conſ. 83 nu. 1. Cotta ſuis memorab. in verbo, Statuto Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, in prin Soc. in c. Quoniam frequenter, §.
8 Quod ſi ſuper, num. 5. Vt lit. non conteſt. † Tamen Statutũ, vel conſuetudo nõ poteſt introducere, quod credatur dicto vnius, niſi in cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, vt notat Caſſan. in ſuis Commentar. Rubr. 1. §. 6. in textu, Son creu, nu. 8. &
9 9. niſi in leuibus, vt ibi per eum, num. 9. & 10. † Etiam quod adhibeatur iuramentum, niſi in dictis leuibus, vt not. Plot. in d. l. Si quando, nu. 763. C. Vnde vi, Ideo ex Statuto ſupra cap. 371, Statuitur, cauetur, in verſ. penult. Credi vſque ad ſummam libr. 16. Imper. Domino damni paſſi, ex hoc autem creditur Campario, & hominibus iuratis, vſque ad
10 ſummam libr. quatuor Imper. † Creditur autem campariis iis etiam quod falſum denuntiauerint, donec contrariũ probetur, veluti per inſpectionem loci, quo caſu tunc ſi appareret falſo denuntiatum impediretur condemnatio ſuperinde ſecuta, vt notat Bonacoſſa in qu. crimin. in verbo, Saltuarius.

l Eis Campariis] Intelligendo tamen de Campariis, qui erant tempore damni dati, ita Bonacoſſ. dict. q. crimi. in ver-
11 bo, De damno dato, verſ. Statutum quod ſtãdum. † Qui & vere ſunt Camparii, alias non, Borg. dec. 13. nu. 41. Purpurat. conſ. 602. uol. 2.

m Cum ſacramento] Sacramentum hoc deberet adhiberi etiam, quod Statutum ſimpliciter diceret ſtãdum dicto eorum, ut late notatum ſupra c. 371. Statuitur, in uerbo. Sacramento, ubi multæ aliæ declarationes ponuntur de hoc iura-
12 mento, quæ hic inſeruiunt. † Ex hoc tamen iuramento Cãparii non poterit decidi, quod damnum fuerit datum ſub iuriſdictione aliqua, ubi ſit cõtrouerſia, ſub qua iuriſdictione ſit datum damnum, quia ad hoc non debet extendi iuramentum Camparii, ita not Cranet. conſ. 196. nu. 3. Tanto magis ex quo iurandi facultas datur ſolum ſuper quantitate damni, ut cauetur ex uerbis Statuti met, ut ſupra nota-
13 tum d. c. 371. Statuitur, in uerbo, Super damno dato. † Contra autem iuramentum ſaltuarii, uel Domini ſuper damno dato, licet alias poſſit regulariter probari contrarium, ut no-
14 tatum ſupra d. c. 271. Statuitur, in uerbo, Sacramento. † Tamen hoc caſu non poterit fieri hęc probatio in contrarium, quia agitur de modica ſumma, & conſequenter de modico præiudicio, ſecundum opin. Iaſ. in § Sed iſtæ, nu. 95. Inſtit. de act. Relati per Caſſan. d. conſuet. ſuis, Rubr. 1. §. 6. in tex-
15 tu, Par leurs ſerment, num. 10. uerſ. Aduertẽ. † Tunc etiam, quia agitur de iuramento officialis, contra quod non poteſt probari contrarium, licet Bal. in l. 1. num. 4. C. Si aduerſ. libert. arguat in contrarium, ita in hac ſpecie not. Tiraquel,
16 trac. retract. ligna. §. 4. gl. 1. nu. 33. limit. 7. † Niſi poſt condemnationem factam accuſetur officialis de periurio, quia tunc licet hoc facere, ita Caſſan. d. Rubr. 1. §. 6. in textu, Par
17 leurs ſerment. nu. 5. † Et ſi probetur accuſationem falſam, eo caſu non ſtatur eius accuſæ, uel iuramento, ità not. Affl. in conſtit. regni. Rubr. 88. de officio Caſtellani, culpam, nu. 5. uerſ. ſit etiam, lib. 1. † Et eo caſu Cãparius is puniri poteſt ciuiliter, & criminaliter, ita Brun. d. tract. de cõſt. in uerbo, Syndicus, idem not. Caſſan. d. Rub. 1. §. 6. in tex. Pars leurs ſerment. nu. 5 Dum tamen illa querela propter iuramentũ

porrigatur

Digitized by Google

porrigatur intra menſem, iuxta diſpoſitionem c. 102. Statuitur, volum. 1.

n Contra damnum dantem] † Etiam contra habentem cau
18 ſam ab eo poſt delictum, vel damnum datum, vt notat Al-
19 ciat. in l. Si quis nec cauſam, ad finem, ff. ſi cert. pet. † Non autem contra villam, vel Communitatem, vt not. Boer. in l. ne quid, nu. 3. ff. de incend. ruin. naufrag. Barbat. conſ. 17. n. 14. vol. 2. Bertach. in ſuo repert. in verbo, damnum, verſic. 40. Iaſ. in l. Si quando, n. 38. C. vnde vi, de communi atteſtatur, Dec. conſ. 410. nu. 13. verſ. Quarto principaliter Crauet. conſ. 197. nu. 8. Idem nouiſſime Clar. ſua praxi crim. §. fin. ad primum Statutum, verſ. Quęro nunquid, niſi hoc ex-
20 preſſe caueatur, vt in ſeq. c. dicitur verſ. Cuius damni. † Iuramentum in lite contra quos poſſit dari de iure cumulate Ioſeph. Lud. ſuis communibus, concluſ. 18.

o Et vſque ad quantitatem librarum quatuor] † Idem de
21 iure communi quando agitur de modica ſumma; vt not. Bart. in l. Diuus, quæſt. 3. num. 8. ff. de cuſtod. reor. notat & Crauet. conſ. 196. num. 6. & 7. Plot. in d. l. Si quando, num. 763. C. vnde vi.

p Pro qualibet accuſa] † Quo fit, vt ſi ſit datum damnum
22 in re communi dominorum, & vnuſquiſque agat ad damnum, & intereſſe coram Iudice eodem, Camparius poteſt iurare niſi pro libris quatuor, quas intereſſe diuidere habent ipſi ſocij, non autem poteſt iurare pro libris quatuor pro quolibet eorũ, vt etiam in his terminis not. Caſſan. d. Rub. 1. §. 6 in textu, Iuſque, nu. 13. verſ. vlterius quæro.

q Abinde vero infra non credatur] Et hoc conformat ſe diſpoſitioni iuris communis, quando agitur de ſumma non
23 modica. † Minor ſumma ſi petita fuerit, & poſtea maior nõ iudicat in maiori Iudex, Ita Caſſan. d. Rub. 1. §. 6. in textu, Iuſque, nu. 16.

r Niſi cum vno teſte idoneo] † Qui dicitur idoneus etiam
24 ſi ſit omni exceptione maior, vt not. Abb. c. vt debitus, num. 24. de appell.

ſ Seu iurati ſacramento] † Nam hæ probationes unius te-
25 ſtis, & ſacramenti, coniunguntur per Statutum ad faciendam plenam probationem, quando autem coniungantur probationes ad probationem complendam, not. Gabr. ſuis com-
26 munibus, tit. de probat. concluſ. 1. † Iuramentum hoc dicitur traditum de forma, ex Statuto, ita notat Borg. deciſ. 13. nu. 25. & ſupra notatum cap. Præcedentibus.

Qualiter Communia teneantur ac reſtitutionẽ damno dato. Cap. CCCLXXV.

a SI de cætero *b* in aliquo burgo, *c* vel loco, *d* caſſina, vel molendino, *e* ſeu territorio, *f* aliquod damnum, *g* vel guaſtum datum, vel factũ fuerit, de die, *h* vel de nocte, *i* per incendium, *k* vel inuaſionem, *l* inciſionẽ, *m* vel depopulationem, *n* vel alium modum, *o* in *p* domibus, *q* terris, *r* pratis, vineis, buſchis, arboribus, vel aliqbus ſeminatis, vel ſemineriis, burgheriis, vel carregiis, uel ſyluis, aut inſulis; *ſ* Cõmune, & homines nobiles, ſtantes *t* in dicto burgo, *u* vel, vt ſupra, *x* poſt feſtum sãcti Martini, ſecundum formam Statutorum, de oneribus, poſitorum in præſenti volumine, *y* nec non, & vicini *z* illius burgi, & vt ſupra, *aa* ſiue territorij, *bb* teneantur, & debeant, *cc* infra triduum; à die dãni dati, capere, *dd* & in fortijs iudicis competentis conſignare *ee* illum, *ff* vel illos, *gg* qui illud damnũ, ſeu guaſtum dederint, vel fecerint, *hh* alioqui Commune, & homines, *ii* tam nobiles habitãtes, utſupra, quã vicini illius burgi, & vtſupra, *kk* teneantur, & debeant *ll* damnũ *mm* reſtituere, & reſarcire *nn* damnũ paſſo, *oo* ſecundum æſtimationem ſuper hoc faciendã per illos qui ad illam faciendam *pp* fuerint electi per Iudicem ordinariũ, *qq* & ad ipſam reſtitutionem cõpellantur *rr* ciuiliter *ſſ* tãtum, *tt* ſummarie, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicii, *uu* & ſine libel li datione, *xx* & declaratione, *yy* ex officio, *zz* & extra ordinem, & *aa* omni die, *bb* de datione, cuius dãni dati, *cc* vbi aliter non appareat, *dd* credatur damnum paſſo, *ee* cum ſacramento *ff* ſuo *gg* & vno teſte *hh* fide digno. *ii* Et ſi eſſet dubium, de cuius territorio eſſet ille locus, in quo damnum datum fuerit, *kk* intelligatur, quo ad contenta in præſenti Statuto, eſſe de territorio illius terræ, burgi, vel loci, *ll* cui proximior fuerit ille locus, in quo damnum ipſum datum fuerit. Saluo, quod Commune, & homines prædicti, *mm* qui ad ipſam reſtitutionem compulſi fuerint, *nn* regreſſum *oo* habeant *pp* liberum, & efficacem, *qq* & ſummarium, & vtſupra, vſque ad quantitatem, quam reſtituerint, ſeu ſoluerint, *rr* & de damnis, & expenſis, *ſſ* contra illos, *tt* & eorum bona, *uu* & quẽlibet eorum, inſolidum, *xx* qui illud damnum, vel guaſtum dederit, vel fecerit. *yy* Et ſaluo, quod ſi prędicta Cõmunia conſignauerint malefactorem, *zz* vel malefactores, *aa* infra menſem vnum, poſt damnum datum, & factũ, in fortiam Iuſdicentis, quod *bb* non teneantur ad dictam reſtitutionem, quo caſu malefactor, ſeu malefactores *cc* teneantur ad reſtitutionem damni dati in duplum, *dd* iuxta æſtimationem faciendam, vt ſupra. *ee* Et ſaluo, quod viduæ, & orphani, minores annis quatuordecim, & miſerabiles perſonæ, *ff* non teneantur ad dictam ſolutionem, nec reſtitutionem, ita tamen, quod ſi ille, qui paſſus fuerit damnum *gg* reperiret malefactorem, vel malefactores, poſt ſolutionem factam per Commune, quod à ſolutione, habita à Communi ſupra, prout in præſentibus Statutis continetur, poſſit contra malefactorem, vel malefactores abinde ſupra, etiam ſatisfactionem habere, *hh* vſque ad ſupplementum damni dati, in duplum, *ii* computata ſolutione, iam habita à Communi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod Villa teneatur pro damno dato an ſit odioſum, & an ſtricto intelligendum, vſq; ad num. 13 & quid vbi de nocte fuerit damnum datum, nu 20. 21. & 22. & quid reſpectu incẽdij multipliciter ſeruiente, vſq; ad num 48.*
14 *Statutum regulariter trahitur ad futura.*
15 *Burgus quis dicatur.*
16 *Vicus venit appellatione loci.*
17 *Territorij appellatione quid veniat.*
18 *Damni appellatione, quid veniat.*
19 *Guaſtum quid ſit.*
49 *Inuaſio quomodo fiat, & differat à turbatione.*
50 *Incidere quis dicatur, & nu. 51.*
52 *Depopulatio quid ſit nu 53. & 54.*
55 *In dictio, quid ſignificet, & nu. 56.*
57 *Terræ appellatione, quid veniat.*
58 *Incidens arbores in prato, an dicatur inferre damnum in prato.*
59 *Iudæi an veniant appellatione communis, & hominum, quid de fructibus, & Clericis, num. 60 & 61.*
62 *Camparij an teneantur de damno dato de nocte.*
63 *Priuilegium conceſſum Burgo, an extendatur ad Villas ei ſubditas.*
64 *Vt ſupra, quid ſignificet.*
65 *Caſſina quando teneatur pro damno dato.*
66 *Nobiles & ciues, an teneantur ad onera Ruſticorum.*
67 *Vicini qui dicantur, & num. 68.*
69 *Damnum datum præſumitur à vicino.*
70 *Communitas vt teneatur pro damno dato in territorio debet prius conſtare, in quo territorio ſit datum amplia, & declara vt nu. 71. vſq; ad nu. 75. & nu. 165.*
76 *Communitas obligata capere, & conſignare damnum dantem quibus caſibus excuſetur, vſq; ad nu. 96. & à nu. 102. vſque ad 107. & à num. 192. vſq; ad 194.*
97 *Habitantes, & habitatores an differant.*
93 *Habitantium in villa nomine an veniant habitantes in confinibus, & Domini pro bonis, licet non habitent, nu. 99.*
100 *Dominus pro damno dato, an teneatur pro famulo, & quomodo, num. 101.*
108 *Communitas an teneatur ad expenſas factas in cauſſa damni dati.*
109 *Communitas vbi tenetur pro damno dato, non obligantem ſinguli in ſolidum, & quare num. 112.*
110 *Communitas vbi tenetur pro damno dato, an ſint aliqui particulares exempti, & quid iuuet exemptio, & quid de contributione vſq; ad nu. 121. & à nu. 197 vſq; ad 200.*
122 *Communitas obligata ad damnum, an poſſit cedere bonis.*
123 *Damnum paſſus non valens illud conſequi à Communitate, an cõſequatur à malefactore.*
124 *Communitas nolens ſatisfacere, an patiatur repræſalias.*
125 *Damnum datum in bonis, quis conſequatur Dominus ſcilicet, vel fictabilis, vel vſufructuarius, & quid ſi ſit clericus, vel forenſis, vſq; ad nu. 130.*
131 *Arbor inciſa quomodo debeat æſtimari, & num. 132.*
133 *Bos occiſus, quomodo debeat æſtimari.*
134 *Damnum datum in frumento in herba, quomodo & per quem debeat æſtimari, vſq; ad nu. 137.*
138 *Communitas pro damno dato, quando non poſſit conueniri, vſque ad nu 142.*
143 *Communitas pro damno dato, qualiter conueniatur, & numer. 144.*
145 *Officium Iudicis quotuplex ſit.*

Digitized by Google

146 *Libellus non requiritur vbi proceditur ex officio, nec citatio partis num. 147.*
148 *Extra ordinem, quid ſignificet.*
149 *Cauſſa damni dati indiget celeritate, ſed habet obſeruantiam feriarum in honorem Dei, num. 150.*
151 *Damni dati quantitas, an poſſit probari iuramento, & quomodo vſq; ad num. 162.*
163 *Damni dati probatio quando exigat probationem vnius teſtis cum iuramento damnum paſſi.*
164 *Teſtis idoneus, quis dicatur.*
166 *Proximior locus quando dicatur, & ex quibus probetur proximitas, vſq; ad nu. 169.*
170 *Damnum datum in via communi, inter duas Communitates quomodo debeat refici, quid ſi captum fuerit, in vno territorio, & finitum in altero, vſq; ad num. 172.*
173 *Communitas an poſſit cogere damnum paſſum ad agendum contra malefactorem.*
174 *Ex pluribus obligatis inſolidum, ex maleficio ſoluens, & alium liberans, an repetat.*
175 *Ceſſio à damnum paſſo, quando fieri debeat Communitati, vſque ad num. 177.*
178 *Summarium ius quod dicatur.*
179 *Expenſæ debentur in cauſſa damni dati, etiam Communitati per malefactorum, num. 180.*
181 *Incendij dati, qui nam præſumantur eſſe culpabiles, vſque ad numer. 184.*
185 *Hypotheca an contrahatur in bonis malefactorum.*
186 *Malefactores quare teneantur inſolidum, vſq; ad numer. 188. & quid in hæredibus num. 189.*
190 *Communitas obligata ad damnum poteſt conſignare malefactorem etiam poſt ſententiam, quid ſi vnum ex pluribus conſignauerit num 191. & quid poſt ſolutionem num 201. & quid iuris reſpectu dupli, num. 202. & 203.*
195 *Dupli pœna tenentur malefactores pro damno dato ſimpli tamen Communitas, & quare nu. 196.*

STatutum ſupraſcriptum eſt inſertum de verbo ad verbũ in Statutis criminalibus fol. 15. Si quis de cætero. Notantur etiam aliqua in d. volum. Statutorum criminalium,
1 fo. 26. Si qua robaria, ver. Si vero Alibi. † Statuti infraſcripti diſpoſitio, quod Villa, & Communitas teneatur pro delicto alterius videtur odioſa, & contra regulas iuris naturalis, vt no. Barb. conſ. 17 num. 11. volum. 2. Dec. conſ. 37. num. 8 Soc. ſen conſ. 31. num. 18. volum. 1. in his terminis Alex. de Neu. conſ. 87. num. 6. & conſ. 88. nu. 3. idem Bero.
2 conſ. 213. nu. 20 volum. 3. † Aduerſatur quoque iuri humano, vt not. Oſaſc. dec. 88. num. 1. 2. & 3. Menoch. tractat. arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 345. num. 17. Idem ſtrictiſſime in-
3 telligendum, ſecundum eum, numer. 4. † Et quod ſit odioſum, maxime cum diſponat, quod Commune teneatur de damnis, & incendijs commiſſis clam, vt notat Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo, De damnis, & incẽdio clam, in prin.
4 † Sed quod ſit hoc Statutum fauorabile factum ob publicam vtilitatem, notat Bald. conſil. 174. num. 2. volu. 2. Caſtrenſ. in l. Omnes populi, ad finem, ff. De iuſt. & iur. Calcan. conſ. 63. num. 4. verſ. Nec Statutum, & conſ. 64. nume. 12. Idem firmat Bonacoſſ. quæſt. crimin. in verbo, Statutũ,
5 verſic. Statutum Ciuitatis. † Nam etiam de iure communi tenetur Villa, & Communitas pro damno dato, vbi ipſæ ſciunt, & poſſunt prohibere, & non prohibent, vt notat Bat. in d. l. Ne quid, num. 2. verſ. Et ideo, ff. Incend. ruina. naufr. ſequitur Calcan. d. conſ. 63. numer. 4. verſ. Adhoc accedat, pulchre declarat Clar. ſua praxi crimin. §. finali. quæſt. 83.
6 Ad primum Statutum, de damno dato, in princ. † Quod tamen ſimilia Statuta in omnem caſum teneant, & valeant, not. Dec. in cap. cognoſcentes, numer. 40. de conſtit. Berous conſ. 213. num. 7. volum. 3. vbi etiam dicit eſſe iuri communi conformia, ex quo locus, & villa in hoc caſu tenetur ex quaſi maleficio ſuo in non habendo cuſtodiam, & curam eius territorij, & per hoc dicuntur iuſta, notat ibi, num. 8. & 9. Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 345. numer. 6. Ita in ſpecie Statuti huius noſtri, notat Alberic. tract. Statut. lib. 1. quæſt. 47. numer. 6. Idem Bald. in d. conſ. 174. in prin. num. 2. volum. 2. Iaſ. l. De quibus, numer. 56. ff. De legibus. Bero. conſi. 213. num. 7. & 9. volum. 3. Oſaſc. dec. 88. nu. 18. Burſat. conſi. 222. num. 3. & numer. 23. verſ. tollitur in du-
7 bium, volum. 2. † Binæ autem rationes ad hanc Statuti diſpoſitionem afferuntur per Scribentes relatos per Menoch d. tract. arbitr. lib. 2. cent. 4 caſu 345. numer. 15. & 16. Primo quia præſumitur commiſſum damnum culpa, & negligentia habitantium in illo territorio, ideo nil mirum ſi Statutum vult totum illum Commune teneri, vbi malefactorem non conſignet. Quod idem notat Calcanus conſ. 39. num. 2. & conſ. 63. num. 3. Et quia præſumitur de iure potius damnum datum à vicinis, quam ab alijs, notat Bartolus l. Si ita, §. finali, ff. De fundo inſtructo. Idem Bartol. l. finali, numer. 2. verſic. Nam vicini, ff. de quæſtion. Bald. in l. 1. nu.
8 4. C. Locat. † Ideo ipſi de eadem villa poſſunt torqueri vti ſuſpecti, Bartolus dict. l. finali, numer. 3. ff. De quæſtio.
9 Iaſ. in l. fin. numer. 38. Ad finem, & numer. 39. C. Vnde vi. † Et præſumitur ab eis damnum, vel furtum datum, niſi probent à quo ſit datum, notat Berous conſ. 214. numer. 8. Circa finem, volum. 3. Ideo ſtante hac ratione ceſſante negligentia debet ceſſare pariter diſpoſitio hæc, vt notat Aret. conſil. 57. num. 1. Boſſ. ſua praxi criminal. tit. de captura, nu. 42. quod idem notat Plott. l. Si quando, nume. 876. C. vnde
10 vi. † Secunda ratio adducitur per Menoch. dict. caſu 345. numer. 6. quia cura debet eſſe Communis, & villa, vt loca eius ſint tuta, ſecundum Bart. & Bald. in l. 1. §. In ſumma, ff. De his, qui deiecerunt, vel effud. Idem Bart. in l. Nequid, §. 1. ff. Incend. ruina. & naufr. Idem Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 27. De homicid. clandeſt. num. 28. & 29. lib. 1. Calcan. conſil. 39 nu. 5. & conſi. 64. num. 7. verſ. Ad hoc, Idem notat Bonacoſſ. in q. crimin. in verbo, Statutum, verſic. Statu-
11 tum Ciuitatis. † Tertiam rationem adducit Afflict. in d. Conſtit. regni, Rubr. 27. De homicidijs clandeſtinis, Damna, num. 12. verſ. Dico, lib. 1. ex eo, quod inſurgat præſumptio contra Communitatem, quod non ignoret delinquentem. Has etiam tres rationes affert prius Cœpol. conſ. 18.
12 numer. 22. & 23. † Villa an pro delicto commiſſo in ſuo territorio teneatur, notat relatiue Marſi. tractat. bannit. in
13 verbo, villis, nu. 7. † Quid autem in alio dominio, notat ibi num. 8. & 9.

a Si de cætero] † In futurum ſcilicet, ad quod regulariter
14 Statutum trahitur, vt notat Aſin. ſua praxi iudiciar. §. 3. c. 1. num. 6.

b In aliquo burgo] † Burgus dicitur locus muratus habẽs
15 domos continuas per viam rectam, ita Rebuff. in l. 2. ver. 7. & l. Pupillus, §. Oppidum, ff. de verb. ſignif.

c Vel loco] † Vico ſcilicet, de quo per Rebuff. d. l. Pupillus,
16 §. Oppid. ff. de verb. ſignif.

d Caſſina] † Etiam quod hoc non fuiſſet dictum comprehenderetur caſſina in fauorabilibus Reipublicæ, alias non vt notat Alber. tractat. Statut. libr. 4. quæſtion. 102. cum alijs adductis per Tiraquel. tracta. retract. lignag. §. 35. gloſ. Vnica.

e Seu territorio] † Quid veniat appellatione territorij, no-
17 tat Hieronymus de Monte, tract. finium regund. c. 6. Rebuff. d. l. Pupillus, §. Territorium, ff de verb. ſignif.

f Aliquod damnum] Quid veniat appellatione damni, & quod non veniat furtum, vel robaria late notatum cap.
18 371. Statuitur, in verbo, Quod ſi Damnum. † Quod autem non teneatur Commune, & Villa de furto, & robaria, cum cenſeatur caſus fortuitus, ad quod non tenetur Commune, ita Berous conſil. 213. numer. 6. ver. Ergo villa, volum. 3.

g Vel guaſtum] † Guaſtum quid ſit, notat Bal. in l. Pignus,
19 C. de pign. act. † Corruptum, & deuaſtatum quando aliquid
20 dicatur, not. Benintend. dec. 9. num. 1.

h Vel de nocte] Ex hoc tollitur diſceptatio, quæ eſt inter ſcribentes, qui tenebant in ſimili Statuto villam, vel Vniuerſitatem non teneri, vbi damnum fuiſſet datum clam, vel de nocte, vt notat Roman. conſ. 7. num. 5. & 6. Calcan. conſ. 40. ad finem, & conſ. 41. Ioannes de Arnono Dialogo 36. Marſ. l. 1. in prin. n. 118. verſ. Vbi prædicti, ff. ad legem Corn.
21 de Sicar. Oſaſc. dec. 88. num. 11. † Et ſic quod habeat locum etiam ſi fiat damnum clam, vel de nocte, in ſimili firmat Calcan. conſ. 65. num. 4. ver. Nec Statutum, & conſil.
22 64. nu. 12. ad finem. † Quod habet locum in eo, qui tenetur ad illud ex cuſtodia, non ſi teneatur in ſubſidium, vt declarat Burſat. conſ. 59. num. 26. 27. & num. 28. vol. 1. & conſil. 222. num. 9. vol. 2.

i Per incendium] † Valet Statutum in hac parte, vt ſecu-
23 ritas firmetur, ſecundum notata per Bald. conſ. 174. num. 2. volum. 2. & alijs Conſilijs notatis per Marſi. d. tract. bannit.
24 in verbo, Incendio, num. 15. † Quod quidem procedit ẽt, ſi incendium ſit immiſſum occulte, ſtantibus his verbis Stati ſupra, de die, vel de nocte, quæ comprehendunt etiam delicta & incendia occulta, vt in hac ſpecie incendij notat Calcan. dict. conſil. 39. circa finem, & conſil. 67. numer. 4. verſ. Nec ſtatutum poteſt, ſecus eſſet inſpecto iure Communi, vt tradit Alberic. tractat. Statuti, libr. 2. quæſtion. 82.
25 Calcan. conſi. 39. num. 3. † Verum cum incendium poſſit oriri tribus modis, vt notat Marſi. d. verbo, Incendio, nu. 13. vt ibi

vt ibi per eum. Fallit tamen hæc concluſio ſi clam fuerit
immiſſus ignis, & vi ventorum combuſſerit, vt notat Bonac.
q. crim. in verbo, de damnis, & incendio, ver. Item limitat.
Secundo non procedit in incendio caſu fortuito, veluti ful-
goris, cum nemo de eo teneatur, vt notat Alber. d. tractatu
Statut. lib. 2. quæſtione 81. ſequitur Calcan. conſil. 40. nu.
1. verſicu. Quod autem, cum accumulatis per Marſil. tracta.
bannit. in verbo, Incendio, num. 7. & in l. 1. in princ. num.
118. ff. ad l. Cornel. ff. de Sicar. Ioannes de Arnono dialogo
35. Idem Conrad. Lauden. Rubr. De Incendiarijs, nume. 15.
verſic. Hocque etiam Menoch. tracta. arbitr. libr. 1. cent. 1.
caſu 80. num. 5. Idem Bonacoſſa quæſt. crimin. in verbo, de
26 damno, verſicu. Item limitat. † Et propterea damnificatus
debet neceſſario probare ignem fuiſſe immiſſum, licet non
probet à quo, ad hoc vt Communitas teneatur. Ita notat
Alberic. in d. tracta. Statut libr. 2. quæſtio. 89. Angel. tracta.
Malefic. in verbo, Incendium, num. 51. Soc. in. ſen. conſil. 55.
num. 4. volum. 1. Idem Bonacoſſ. quæſt. crimin. in verbo, De
damno dato, verſic. Sed an habita, & verſic. An damnifica-
27 tus, Burſat. conſil. 59. numer. 30. volum. 1. † Quando au-
tem tractaretur de incendio facto in loco habitato, tūc quia
præſumeretur factum culpa inhabitantium, vt notat Marſil.
tracta. bannit. in verbo, Incendio, num. 1. & notatum, in libr.
Nono Communium, in verbo, Incendium in dubio, Bona-
coſſ. in quæſt. crimin. in verbo, De damno, & incendio, verſi.
Limita primo Statutum, late cōfirmat de Communi Berous
conſil. 218. num. 2. 4. 6. & 9. volumine 3. Burſat. in conſi. 93.
numer. 16. 31. & 34. volum. 1. niſi probetur datum ab extra,
vt per Beroum d. locis, quod non ſufficit allegare, niſi pro-
28 betur, vt per Beroum. d. conſi. 215. num. 3. volum. 3. † Tunc
eo caſu videtur dicendum non teneri villam, vel communi-
tatem, cum certi ſint delinquentes, vt tradit Calcan. d. conſi.
39. verſic. tertio vero, Idem Alexan. de Nouo conſil. 88. in
29 princ. Plot. l. Si quando, numer. 856 C. vnde vi. † Et eo ca-
ſu an conductor domus teneatur pro incendio ex culpa fa-
muli, quod non, notat Marſil. d. verbo, Incendio, numer. 19.
& 20. Idem Berous d. conſ. 215. nume. 6. volum. 3. Sed quod
teneatur pro famulo, & familia ſua, notat Boer. ſuo Sing. in
verbo, in integrum reſtitutio. num. 28. declarādo, vt per de-
ciſionem Peruſinam 25. numer. 18. parte 2. & per Bonacoſſ.
in quæſtio. crimin. in uerbo, Damnis, & incendio, verſic. An
Dominus, Idem Bonacoſſ. in tract. de ſeruis & famulis, quęſt.
30 119. † Quod etiam teneatur pro incendio familiæ, etiam
quod paſſus ſit nolle pro eo teneri; notat Marſil. d. uerbo,
31 Incendio, numer. 20. ad finem. † Quando autem iſta præ-
ſumptio incendij ex culpa inhabitantium præſumatur cul-
pa leuis, vel leuiſſima, vel lata, vt conductores, & inhabitan-
tes teneantur, diſcutit Marſil. tractat. bannit. in uerbo, Incen
dio, nume. 11. ad finem, & num. 15. & 16. Vbi relatiue loqui-
tur quando teneatur conductor de incendio. Boſſ. ſua pra-
xi crimin. tit. De remiſſ. merced. conductor, numer. 80. Grat.
conſi. 46. num. 2. Grammat. deciſ. 3. num. 3. late multos alle-
gando Roland. à Valle, conſ. 95. uolum. 2. deciſi Peruſin. 25.
nu. 14. cum ſequen. parte 1. Gabriel ſuo conſ. 159. Menoch.
conſ. 53. uolum. 1. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 57. Burſat. conſi. 59.
num. 4. cum ſequentibus pluribus, uolum. 1. Nam de culpa
leui, vel leuiſſima quis in foro conſcientiæ non tenetur, Ita
not. Didac. tracta. de teſtam. epitome, 2. partis, §. octauus
32 cap. 6. numer. 12. † Non etiam tenetur pro hac leuiſſima
culpa, uel negligentia ad pœnam, licet teneatur ad damni
emendationem, vt notat Marſil. d. uerbo, Incendio, num. 18.
33 † Fallit tamen principalis hæc concluſio, quod inhabitan-
tes teneantur pro incendio in domum immiſſo ex iuris pre-
ſumptione, ſi per damnificatum probetur ignem immiſſum
per tertium, vt notat Calcan. conſi. 40. num. 2. Alex. de No-
34 uo conſ. 87. num. 3. † Fallit ſecundo quando inhabitantes
probaſſent fuiſſe peruigiles, ut ſingulariter notat Marſ. Sing.
392. num. 3. Idem tracta. bannit. in uerbo, Incendio, nu. 12.
Alex. de Nouo conſi. 88. nu. 6. deciſ. Peruſ. 25. nu. 21. & 22.
35 parte 1. Vrſil. deciſ. 57. num. 3. † Tertio fallit, quando plu-
res ſint habitantes in eadem domo, quę incendium fuit paſ-
ſa, & ignoratur quis fuerit incendiarius, nam licet Calcan.
conſil. 59. circa finem, in tertio caſu, dicat teneri patremfa-
milias niſi demonſtret adhibuiſſe omnem diligentiam, ta-
men quod hoc caſu paterfamilias non teneatur pro alijs,
quando plures ſunt, notat Afflict. deciſ. 57. num. 6. & 7. cum
addit. ibi deciſ. Peruſ. 25. num. 17. parte 1. Ideo eo caſu di-
cendum teneri uillam, uel Communitatem, ubi non conſi-
gnent perſonam certam, ut notat in hac ſpecie Calcan. d.
conſ. 39. uerſi. quandoque conſtat, ad finem uerſic. cum alias
non poſſet ſequi aliqua condemnatio contra aliquem, vt
tradit Afflict. d. deciſ. 57. num. 6. cum addit. ibi latius deciſ.
36 Peruſ. 25. nume. 17. parte 1. † Si una domus fuerit duobus
locata pars inferior uni, & ſuperior alteri, ſi ignis reperia-
tur in parte ſuperiori, per quem cenſeatur immiſſus, notat
relatiue Marſ. tracta. bannit. in uerbo, Incendio, numer. 5. Et
quia ſupra notatum non teneri uillam, uel Communitatem
37 de incendio caſu fortuito immiſſo. † Qui dicantur caſus
fortuiti: notatur in textu, in l. 2. §. Si eo tempore, ff. de ad-
miniſt. rer. ad Ciuitatem pertinentium, & not. Iaſ. in §. Sed
iſte, nume. 5. cum ſequentibus, Inſtit. de actio. Marſ. d. tract.
38 in uerbo, caſu fortuito. † Et an incendium dicatur caſus
fortuitus, notat etiā Marſ. tract. bannit. in uerbo, Incendio,
num. 8. & 9. & 14. Vbi dicit eſſe caſum fortuitum, ubi ſit im-
poſitus ignis ab alijs, quam inhabitantibus. Idem quando
eſt inſolitum. Inter autem caſum fortuitum, & culpam
leuiſſimam nullum datur medium, ſecundum textum, in l. 2.
§. ex hoc edicto, in verbo, Et ſine culpa, ff. Naut. Caup. Sta-
39 bular. † Furtum autem, quod non poſſit computari inter
caſus fortuitos, notat gl. & Iaſ. in d. §. Sed iſtæ, num. 45. In-
43 ſtit. de action. † Quid autem differant caſus fortuitus, &
improuiſus, notat gl. Singularis, in l. 1. in verbo, Plerumque
C. ad legem Cornel. de Sicar. quā pro Singulari notat Bald.
44 & Iaſ. d. §. Sed iſtæ, num. 50. Inſtit. de action. † Incendium
ſi ſit in aliqua domo, & ne vlterius progrediatur diruantur
domus contiguæ vicinorum, ille qui impoſuit ignem tene-
tur ad emendationem damni Dominis illarum ædium, Ita
45 Marſi. tract. Bannit. in verbo, Incendio, nu. 2. † Sicut etiam
tenetur ad intereſſe, qui impoſuit ignem in ſtipulas ſuas,
quæ impetu venti combuſſerint vicini ſegetes, uel lites, vel
46 arbores, Ita Marſ. d. loco, num. 6. † Licite tamen videns do-
mum Vicini comburentem, ſi inter domum illam, & ſuam
adeſſet alia domus, poteſt deſtruere propria authoritate illā
domum intermediam, ſi illa domus tamen eſſet neceſſario
comburenda, alias teneretur ad intereſſe, ita Marſ. d. loco,
47 num. 3. † In omnem caſum tamen timore incendij, ne vl-
terius vagetur ignis, ſi domus vicini deſtruatur, vel diſſipe-
tur, tunc vicini tenentur communibus expenſis ad eius re-
fectionem, & intereſſe, ita Diaz. reg. 331. Incendij timore,
Mantua Sing. 351. Idem Marſ. trac. bannit. in verbo, Incen-
48 dio, num. 4. † Fallit hoc niſi probaretur, quod omnino eſ-
ſet comburenda domus illa, per text. in l. Si alijs, §. eſt autem
ff. quod vi aut clam, quem textum ſic intelligit, & declarat
Fel. in c. tua nos, de ſent. excomm. ſequitur Marſ. d. verbo, In-
cendio, nu. 3. verſ. Quod tamen Diaz. d. reg. 331. uer. Limit.
& ita declarandus Menoch. conſ. 107. num. 9. uol. 7. ubi ſim-
pliciter loquitur.
k Vel inuaſionem] † Inuaſio poteſt fieri tam in re vacanti,
49 quam etiam poſſeſſa per alium, tex. eſt in l. Inuaſor, C. unde
ui. Quid autem differat inuaſio à turbatione, not. Caſtr.
conſ. 275. in antiquis.
l Inciſionem] † Quis dicatur incidere, not. Bertach. ſuo
50 repert. in verbo, Incidere. † Incidere autem non dicitur qui
51 radicitus extirpat, per tex. in l. Furtim §. Si quis radicitus, ff.
arb. furt. cæſar. notat Afflict. in conſtitut. regni, Rubr. 28. de
malef. clandeſt. nu. 14. uerſ. 2. quæro, lib. 1.
m Vel depopulationem] † Quod idem importat, quod
52 uaſtatio. Ita Cic. in oratione pro Follerio, Prouincia à
Tracium depopulatione, Idem in orat. pro Auruſpice, qui
excuſſio.
n Vel alium modum] † Veluti per extirpationem arbo-
53 rum, uel frumenti, uel alterius fructus, quia tunc non dici-
tur inciſio, nec inuaſio, nec depopulatio, ſed extirpatio, ut
cauetur in textu d. l. Furtim §. Si quis radicitus, ff. arb. furt.
cæſar. Et tamen uenit appellatione damni, ut cauetur ſupra
54 c. 377. Si quis, plantam, in prin. † Non autem comprehen-
ditur furtum, uel robaria, quæ non ueniunt appellatione
damni, ſed ſunt ſpecies ſeparatę, ut notatum ſupra cap. 371.
Statuitur, in princip. Et notat Alex. conſ. 168. num. 2. uol. 2.
Et melius Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de captura, nume. 43.
Et ſic intelligitur Statutū hoc de ſimilibus caſibus inferen-
tibus damnum, ut in his terminis declarat Afflict. in conſtit.
regni, Rubr. 26. de malef. clandeſt. num. 14. lib. 1. Non in fur-
to, & rapina, ut ibi per eum, ſecundum primum intellectum
gloſſæ. Secus autem cenſet ſecundum alium intellectum
gloſſæ, ut ibi per eum, nume. 17. Sed num. 19. tenet primum
intellectum uti ueriorem, licet nu. 20. ad finem, non audeat
recedere à ſecundo propter authoritatem Iſerniæ eam te-
nentis, & quod dictio. Alius, inferat caſum ſimilem, ut
not. Afflict. d. conſtit. regni, Rubr. 50. qualiter Iuſtitiarij,
num. 2. lib. 1.
o In] † Dictio hæc. In, habet uarias ſignificationes, ut
55 not. Roma. conſ. 37. nume. 1. Tiraq. tract. retract. lignag. §. 1.
glo. 11. num. 74. not. Scribent. in l. Gallus §. Ille caſus, ff. de
lib. &

Digitized by Google

56 lib.& poſthum. † Hic autem denotat ſi damnum fiat in lo-
cis his expreſſis, prout in ſimili notat Bart. in l. Licitatio, §.
Qui illicite, nu. 7. uerſ. Facit ad quæſtionem dicit Statutum
Florentiæ, ff. de Publicanis.
p Domibus] Quid ueniat appellatione, Domus, notatum
late ſupra c. 434. Si quis, in uerbo, Alicuius domus.
q Terræ] † Quid ueniat appellatione, Terræ propriæ, no-
57 tat Napod. in conſuet. Neapol. titu. 12. de iure congrui, in
princ. in uerbo, Terram, nu. 20. cum ſeq.
r Pratis] † Vbi Statutum ex uerbis ſequentibus non lo-
58 queretur de arboribus, incidens arbores in prato non di-
ceretur inferre damnum in prato, ita not. Bonacoſſ. in
quæſt. crimin. in uerbo, de damno dato, uerſicu. Sed an dam-
num dantes.
ſ Commune, & homines] † In hac diſtributione fienda
59 comprehenduntur etiam Iudæi, cum ſint de populo, vt not.
Alex. conſi. 75. num. 9. volum. 5. & conſi. 99. num. 5. vol. 6.
60 Idem Vrſil. ad Afflict. deciſ. 214. num. 4. † Tenentur etiam
forenſes ibi habitantes, vt late deducit Burſatus conſil. 59.
61 numer. 33. & 34. volumine 1. † Tenentur etiam Clerici
appellatione populi. Ita Oſaſc. deciſio. 30. numer. 8. Idem
62 Burſat. conſil. 59. num. 30. volum. 1. † Statutum ſi diſpo-
neret cuſtodes loci teneri emendare damnum illatum ex fur-
to commiſſo de nocte, ſi dein ex poſteriori Statuto caueatur,
quod ſi furtum committatur de nocte, teneantur omnes de
communi illud damnum emendare, per hoc ſecundum Sta-
tutum non corrigitur, ſed reſtringitur ad perſonas de qui-
bus in primo Statuto, vt not. Bonacoſſ. in quæſt. crim. in
verbo, Cuſtos.
t In detto burgo] † Priuilegium conceſſum alicui burgo,
63 vel caſtro, ne teneatur, nec ligetur ex huius Statuti diſpoſi-
tione, vtrum extendatur ad eius villas ſubiectas, diſcutit
Afflict. d. Rub. 27. de homicidio clandeſtino, Proſequitur,
nu. 3. vſque ad finem, lib. 1.
u Vel vt ſupra] † Hæc relatio fit ad omnes qualitates præ-
64 cedentes, vt not. Oſaſc. deciſ. 164. num. 13. videlicet caſſinę,
65 uel alterius loci. † Debet tamen eſſe caſſina ſaltem quin-
que patrumfamilias, alias non teneretur ad hoc damnum,
ita not. Marſ. ſuo Sing. 232. num. 2. & tract. bannit. in verbo,
villis, num. 2. Ioan. de Arnono commentario 78. Bonacoſſ.
in quæſt. crimin. in verbo, de damnis, & incendio, verſ. Item
limita hoc Statutum.
x Poſt feſtum ſancti Martini] † De hoc cauetur ſupra cap.
66 218. Omnia onera, & in nouis conſtitut. titu. De oneribus
cap. Quicunque ciuis, quæ tamen non ſeruantur, vt hi No-
biles, & ciues teneantur ad onera ruſticorum, etiam iuxta
declarationes Mag. Magiſtratus, vt ibi notat. & tradit Plot.
l. Si quando, nu. 321. C. vnde vi.
y Nec non vicini] † De iure communi qui dicantur vici-
67 ni hoc caſu, not. late in his terminis Nellus trac. Bannit. 3.
parte 2. temporis, quæſt. 65. in 1 capite. Qui ſcilicet exau-
68 dire poſſint, ita etiam in his terminis Statuti, n. 19. † In alijs
caſibus qui dicantur vicini, vt not. Ferronius, in commenta-
rijs ſuis, tit. 8. de feud. & iure emph. §. 10 col. 2. verſ. & vici-
69 nus, lib. 1. † In dubio de iure communi præſumitur damnũ
datum à vicinis, Ita Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo, de
damno, & incendio, verſ. Et dic quod damnum.
z Illius burgi] Dic his cauetur ſupra cap. 218. in omni-
bus burgis.
aa Siue territorij] † Debet autem prius conſtare, quod lo-
70 cus, in quo fuit datum damnum illud ſit illius, territorij, &
ſuppoſitus illi Communi, ad hoc vt illud commune tenea-
tur, vt not. Boſſ. ſua praxi crimin. titu. de captura, nume. 45.
Idem in ſimili Grammatic. conſi. 1. numer. 51. cum ſeq. poſt
deciſiones. Idem Vrſil. ad Afflictum deciſ. 297. numer. 4.
71 † In dubio autem locus, in quo eſt datum damnum præſu-
mitur eſſe territorij, & communis propinquioris: ita cauetur
72 infra, verſ. Et ſi eſſet. † Duæ Communitates, etiam quod
ſint confœderatæ ad omnia onera, tamen ad hoc damnum
ex diſpoſitione huius Statuti non tenetur vna pro altera, nec
ad contributionem, ex eo quod prouenit earum negligen-
tia, ſecundum Alber. tract. ſuo Statuto. lib. 2. q. 23. Cœpolla
conſi. 19. num. 16 & 17. Afflict. in conſtitut. regni, Rubr. 26.
Super inciſionibus, num. 34. verſi. ſeptimo, & ultimo, libr. 1.
& Rubr. 27. de homicidio clandeſtino, num. 24. libr. eodem.
73 † Et vbi duæ Communitates conueniunt de vna parte inæ-
quali, tunc per nouum Statutum Principis non cenſetur ei
74 derogatum, ut per Cremen. Sing. 40. † Villa ſi teneatur pro
homicidio in eius territorio commiſſo, non tenetur ex eo,
quod ibi repertus ſit homo mortuus, quia poteſt eſſe alibi
occiſus, & eo portatus, ſecundum notata per Plot. conſil. 30.
75 num. 82. Idem Ioan. de Arnono caut. 24. † Villa ſi tenea-
tur ex Statuto pro robaria facta in ſuo territorio, ſi aliquis
fuit captus, & ligatus in vno territorio, & in alio derobatus,
quæ villa teneatur, not. relatiue Marſ. l. unica, num. 198. C.
de rapt. uirg.
bb Teneantur, & debeant] † Non excuſatur autem Commu-
76 ne ab hac captura, etiam ſi denuntiauerit dominis bonorũ,
vt bona ſua & uineas cuſtodiant, ut notat Albericus libr. 2.
Statutorum quæſt. 63. Tenetur pariter etiam ſi tale damnũ
eſſet factũ clam, vel occulte, ponderando uerba Statuti pre-
cedentia hoc diſponentia, ſiue ſit factum de die, ſiue de nocte,
ut in his terminis notat Calcanus, conſil. 63. num. 119. uer.
Nec Statutum, & conſi. 64. num. 11. ad finem, Burſ. conſ. 222.
77 num. 10. uolum. 9. † Secus eſt de iure communi, quia com-
mune, & homines tali caſu non tenentur ubi damnum hoc
fuit factum clam, uel occulte, ut notat Alber. tract. Statut.
libr. 2. quæſt. 82. Idem Bartolus in l. 1. §. Occiſorum, nu. 11.
cum addit. ibi, ff. ad Syllanianum, Idem notat Bartolus cõſi.
102. num. 4. Aret. conſi. 57. colum. 1. circa finem, Idem Nel-
lus tracta. de bannitis, 2. parte, ſecundi temporis, quæſt. 65.
in princip. Romanus conſi 7. num. 4 uerſicu. Aduertendum,
Dec. conſ. 64. nu. 5. Idem Marſ. tracta. Bannit. in uerbo, Vil-
78 lis, num. 10. & 41. † Limitando niſi damnum paſſus ſolue-
79 rit pedagium, ut ibi per eum, † ſi tamen erat damnificatus
per uiam rectam non obliquam, ut ibi per eum, numer. 42.
Calcan. conſi. 40. num. 1. Ioan. Annibal. in l. poſt contractũ,
num. 270. ff. de donat. nouiſſime hoc tenet Boſſ. dict. ſua pra-
xi titu. de captura, num. 42. ubi uidetur ſequi illam opinio-
nem, etiam in hoc Statuto, tamen contrarium uerius, ut ſu-
80 pra notatum, † cum teneatur hoc caſu uilla ex cuſtodia
non facta, ut notat Burſatus, ſic declarando, in conſi. 59. nu.
26. 27. & 28. uolum. 1 & conſ. 221. num. 9. uolum. 2. & ſupra
81 diſcuſſum. † Excuſari pariter uidetur Commune, & uilla,
ſi fecit omnem diligentiam, & curam, ut caperet malefacto-
rem, & non potuit, ut tradit Bart. in l. 1. §. Occiſorum, nu. 1.
cũ addit. ibi, ff. ad Syllanianum, Idem notat Calcanus conſ.
82 39. nu. 1. † Quia ceſſante negligentia debet pariter ceſſare di-
ſpoſitio huius ſtatuti, vt in hac ſpecie notat Aret. conſi. 57.
col. 1. ad finem, Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 26. de maleſ.
clandeſtino, num. 31. uerſ. Quod ſi homines, & Rubr. 27. de
homicidio clandeſtino, num. 29. libr. 1. Boſſ. ſua praxi crim.
tit. de captura, num. 42. Oſaſc. deciſ. 88. num. 5. Bonacoſſ. in
83 quæſt. crimin. in uerbo, uicini, uerſ. Si Statutum. † Excuſa-
tur pariter uilla nõ capiens malefactorem tempore delicti,
ubi ſit clauſa muris, & claues eſſent penes dominum loci, ut
84 tradit Marſ. d. tract. Bannit. in uerbo uillis, nu. 34. † Videtur
quoque non teneri Commune, & uilla, ubi ea non ſit habilis
ad capiendum, nec malefactori reſiſtentium de facto, ut no-
tat Bar. in d. l. 1. §. Occiſorum, num. 2. ff. ad Syllanianum, &
in l. Si tertius, in princ. ad finem, ff. de aqua quotidiana, &
æſtiua, Romanus conſi. 2. num. 10 Nellus d. tract. Bannit. 2.
parte tertij temporis, quæſt. 65. in prin. Brun. in tract. ſuper
conſtitutionibus, in uerbo, uilla, Idem Afflict. in conſtitut.
regni, Rubr. 26. de maleſ. clandeſtino, num. 17. ad finem, &
nu. 18. & 31. uerſ. Item ſi damnum, lib. 1. Idem not. Marſ. d.
tracta Bannit. in uerbo, uillis, num. 11. & 22. Boſſ. ſua praxi
85 crimin. titu. de captura, num. 42. † Vbi infert fuiſſe factum
decretum, quod tale ſtatutum non haberet locum tempore
belli, uel alio, in quo non poſſet reſiſti de facto, quod eſt, in
nouis conſtit. tit. de pœnis, cap. Si quis fecerit robariam, §.
Et quia, Idem Oſaſc. deciſio. 138. num. 24. maxime ſi fiat no-
ctis tempore, ut ibi per eum, numer. 34. Burſatus conſil. 222.
86 num 20. uolum. 2. † Excuſatur etiam Communitas, & uil-
la, ubi maleficium ſit commiſſum iuxta confinia, ita quod
malefactores potuerunt tranſire in territorio non ſubdito,
ut notat Bartol. d. l. 1. §. Occiſorum, num. 2. cum addit. ibi, ff.
ad Syllanianum Bart. idem conſi. 102. num. 4. Nellus d. tract.
Bannit. 2. parte tertij temporis, quæſt 65. in princip. Idem
Boſſ. dict. ſua praxi crimin. titu. de captura, num. 42. Contra-
rium tamen cenſet Angelus tract. maleſ. uerbo, Quod fama,
quæſt. 12. nu. 69. ut ibi per eum, loquentem in terminis Sta-
tuti huius, quod credo uerius, Et id maxime dicendum, cum
teneatur ex cuſtodia, quo caſu tenetur etiã ſi locus ſit diſtãs,
87 ita Burſat. conſi. 59. num. 39 uolu. 1. † Villa non tenetur ad
refectionem huius damni ad formam huius Statuti, ubi ſint
tantum quinque patresfamilias in ea, ita Marſ. d. tract. ban-
nit. in uerbo, uillis, num. 2. Ioan. de Arnono comment. 78. &
88 infra notatum. † Non tenetur, nec obligata eſt communitas,
& uilla ad hanc capturam, ubi adeſt mixta culpa damnum
paſſi in damno commiſſo, ut notat Cœpoll. conſi. 18. num. 3.
Alexan de Nouo, conſi. 88. nu. 1. Crauetta conſ. 119 nu. 11.
Veluti ſi fuiſſet datum damnum ab inimico damnum paſſi,
ut not. Roman. conſi. 7. num. 1. Idem notat in ſimili Plottus.
l. Si quan-

Digitized by Google

l. Si quando, nu. 819. C. Vnde ui, quod in dubio ab eo præ-
89 ſumitur illatum, ita Oſalcus dec. 88. nu. 21. † Vel in caſu no-
tato per Caſtren. conſi. 159. volum. 1. Veluti hoſpitijs, qui
ſoluit ob ſuam culpam viatori. Verum ex alio non tenea-
90 tur eo caſu pro furto ſcilicet, vt ſupra fuit notatum. † Ma-
leſactor ſi fuerit ab alio detentus, an hoc caſu Commune, &
homines excuſentur, & liberentur ab hoc nexu. Gandinus
tract. Crimin. tit. De multis quæſtionibus, nu. 3. diſtiuguit,
quod aut fuit detentus ex iſta cauſa ab alio, & tunc Com-
mune excuſatur, aut ex alia, & tunc non excuſatur, prout etiã
refert Alberic. dict. tracta. Statut. libr. 2. quæſt. 75. vbi aliter
ipſe diſtinguit, quod aut fuit captus in terminum tunc Sta-
tutum, & liberatur Communitas, & Villa, alias non, vt ibi
91 per eum. † Alios caſus, in quibus Communitas excuſatur
ab hoc onere, notat Bart. conſ. 102 num. 4. Quæ an militent
92 in caſu Statuti huius, colligi poteſt ex ſupra deductis. † Sta-
tutum, ſi imponeret pœnam villæ, vel caſtro non detinenti
maleſactorem, ab hac pœna excuſaretur Villa ſi maleficium
fuit de nocte commiſſum, & Villa non potuit exire, cum eſ-
ſent portæ clauſæ, ita Clarus ſua praxi crim. §. fi. q. 29. verſ.
E conuerſo.

cc Intra triduum à die damni dati capere] Excuſatur tamẽ,
& ſufficit, quod dictum commune, & homines poſt condem-
nationem etiam ſecutam intra menſem conſignare, vt exi-
mantur ab hoc onere ſolutionis, vt cauetur infra, verſ. Ex
ſaluo, quod ſi prædicta.

dd Et in fortijs Iudicis competentis conſignare] † Et ſic non
ſufficit eum maleſactorem capere, niſi ille conſignetur in
fortijs Iudicis competentis, vt hic cauetur, quo quidem ca-
ſu ſi maleſactor ſit ſubiectus maiori Magiſtratui: non ſuffi-
cit eum conſignare in manib. Iudicis illius burgi, vel loci
ſubiecti, in quo fuit maleficium, vel damnum commiſſum,
ſed debet conſignari in manibus Iudicis maioris Magiſtra-
tus, qui dicitur competens ex forma nouarum conſt. tit. de
93 feudis, c. Interdictum. † Quod etiam habet locum, ſi plures
fuerint maleſactores, inter quos adſit vnus ſubiectus maiori
magiſtratui; quia etiam hoc caſu omnes eſſent conſignandi
Iudici maioris Magiſtratus, qui dicitur Iudex competens
omnium, vt cauetur d. conſtitutionibus, ti. de feudis, c. fi. ad
hoc ne ſequantur diuerſæ ſententiæ.

ee Illum] † Non tenetur tamen capere, vel conſignare ma-
94 leſactorem clericum, cum non ſit ſuppoſitus, vt notat Bal.
in c. Cum non ab homine, num. 24. De Iudicijs, idem Feli.
c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nume 104. ad finem, De conſt. &
Marſ. tract. Bannit. in verbo, Villis, num. 31. ac Boſſ. ſua pra-
xi crimin. tit. De captura, nu. 35. atque Menoch. tract. arbitr.
lib. 2. cent. 2. caſu 180. num. 25. declarando, vt ibi per eum,
& idem Bonacoſſa in q. crimin. in verbo, Villa, verſ. Statutũ,
quod Villa.

ff Vel illos] † Si fuerint plures damnificantes, vel maleſa-
95 ctores, & vnus tantum conſignetur, non tenetur villa, & Cõ-
mune, ſed liberatur pro ea parte, quæ poteſt ab eo capto &
conſignato exigi, vt tradit Bal. conſ. 305. vol. 2. & tract. ſu-
per Statutis, in verbo, villa, verſ. 1. idem Bar. in l. fi. col. 3. n. 4.
verſ Et per hoc, ff. ad legem Corn. de Sicar. & Decius conſi.
83. col. pen. nu. 6. ac Boſſ. d ſua praxi crimin. tit. De captura,
nu. 45. idem Bonifacius in tract. Angeli de Malefic. in Rubr.
96 de damno dato, nu. 75. † Statutum ſi imponat pœnam Villę
non conſignanti maleſactorem, & plures fuerint maleſacto-
res, & nemo capiatur, tenetur Villa ſolum pro vno maleſa-
ctore, ſed non pro pluribus, ſecundum Marſ. tract. Bannit.
in verbo, Villis, nu. 60.

gg Qui illud damnum, ſeu guaſtum dederint, vel fecerint]
Dominus, vel conductor principalis alicuius domus, licet
teneantur pro damno dato per famulum ad eorum vtilita-
tem, vel incendio facto per inhabitantes, vt ſupra notatum,
in verbo, Per incẽdium, & ſupra cap. 373. Quodlibet com-
mune, In verbo, Contra ipſum, tamen hic non ſufficeret cõ-
ſignare obligatos, ſed tenetur conſignare ipſos damnifican-
tes ex verbis præciſis Statuti huius.

hh Alioquin commune, & homines] Modo quo infra di-
cetur.

ii Tam Nobiles habitantes] † Differunt autem habitan-
97 tes, & habitatores, quia habitatores dicuntur cum familia,
habitantes autem ſine, vt notat Afflict. in Conſtit. regni,
Rubr. 6. De reuocanda tranſ. unt. num. 6. lib. 3. idem Foller.
ſua praxi Crimin. 1. parte, verſi. Audiantur excuſatores, nu.
31. & Vrſill. ad Afflict. deciſ. 384. nu 6 & deciſ. 308. nu. 19.
Habitare autem quis non dicitur in loco, quando habet ani-
mum redeundi, vt notatum eſt ſupra, c. 311. item in verbo,
98 Per prius habitauerit, volum. 1. † Appellatione habitan-
tium in villa, non veniunt habitantes in confinibus, vt notat
99 Marſil. Sing. 338. † Non etiam ligantur Domini habentes
poſſeſſiones in his locis, vbi non habitent, vt in his terminis
notat Gandinus tract. maleſ. tit. de multis quæſtionib. n. 4.
100 † Dominus tenetur pro damno dato à famulo, non tamen
tenetur pro delicto famulo, niſi quatenus ad eum perue-
nit immediate, & non aliter, ſecundum Bertach. tracta. De
gabell. 7. parte, num. 30. ver. Item tenetur, vel niſi Dominus
ſciat, & non prohibeat, quia videtur ratificare, uel niſi fa-
ciat id famulus de voluntate, & mandato Domini, vel niſi
Statuto caueatur, quod Dominus teneatur pro delicto fa-
muli, quod tamen intelligeretur de delicto commiſſo tem-
101 pore famulatus, numer. 30. verſi. Ve. niſi Dominus. † Do-
minus autem ſoluens pœnam aliquam pro famulo in caſi-
bus, in quibus non tenetur, repetit ab eo, numer. 30. Ad
finem.

kk Teneantur, & debeant] † Videretur non teneri uillam,
102 uel communitatem, ubi non ignoratur quis ſit delinquens,
& ſit ſoluendo, ſed tantum quando ignoratur, & ſit damnifi-
cans non ſoluendo, vt not. Clar. ſua praxi crim. §. fi. quæſt.
82. Ad primum Statutum, in prin. Tamen hic diſponitur in-
diſtincte teneri. Vbi non conſignet, & ea ratione principa-
li ſupra, in prin. notata ob culpam, & negligentiam eius in
non cuſtodiendo, vel non cuſtodiri faciendo eius territo-
rium, quod cuſtodiri facere debet, vt loca ſint tuta, & ſecura,
tam iure communi inſpecto, vt ſupra notatũ, & firmat Cal
can. d. conſ. 63. col. 1. uerſ. Ratio autem, quamuis hoc durũ,
& iniquum videatur, vt tradit Calcan. eodem conſ. ver. Nec
Statutum, quod idem notat Boſſ. ſua praxi crimin tit. De ca-
ptura, num. 42. quam etiam de iure ſtatutario, iuxta diſpo-
103 ſitionem cap. ſupra 367. Quodlibet Commune. † Non ta-
men tenetur Commune ad duplum, prout tenetur damnifi-
cans, ut cauetur capitulis præcedentibus, & infra etiam ca-
uetur, ex quo Commune tenetur ſolum de negligentia, hanc
rationem differentiæ notat Afflict. in conſtit. regni, Rub. 26.
104 de maleſ. clandeſt. nume. 35. libr. 1. † Statutum ſi diceret,
quod Commune teneretur ad damnũ datum alicui ubi ma-
leſactor non reperiretur, deberet prius probari ignorantia
maleſactoris, ita Practic. in forma libelli in act. reali, in uerb.
Non aſtringens, num. 5. Bonacoſſa in quęſt. crimin. in verb.
105 Communitas, in princip. † Quæ probatur per Sacramen-
tum damnum paſſi, ut ibi per eum, cum addi. ibi in litera C,
106 vbi etiam notat quomodo probetur ſcientia. † Villa, &
Communitas ad hoc vt teneatur ad reſtitutionem damni
dati, de quo infra, debet prius conſtare legitime damnum
fuiſſe datum, nec ſufficit quod probetur damnum hoc fuiſſe
datum per fictam confeſſionem in contumaciam prolatam
imputati de damno, vel per iuramentum damnificati ſecun-
dum Rainerium in l. 2. ff ad Syllanianum, not. Bart. in l. Cũ
filiusfam. in fin. ff. de verb. oblig. Bald. in l. Si quando, num. 1.
ad finem, C. vnde vi, Deci. conſi. 83. num. 3. verſic Et primo,
Boſſ. ſua praxi crimin. titu. De captura, numer. 46. Plott. l. Si
quando, num. 758. 759. & num. 837. C. Vnde vi. Idem Berous
conſi. 213. numer. 6. licet contrarium teneat, num. 17. vol. 3.
quod credi debeat iuramento damnum paſſi, Bonacoſſ. in
quæſt. crimin. in verbo, De damnis, & incendio, verſicu. An
iſtud, ibi, Et debet legitime Burſatus conſi. 222. numer. 20.
107 volum. 2. † Debent vlterius probari omnes qualitates
requiſitæ ab hoc Statuto, vt not. Berous, conſ. 215. num. 1.
volum. 2.

ll Damnum] † Et etiam omnes expenſas cauſa huius dam-
108 ni factas, vt not. Alberic. d. tract. Statut. lib. 2. quæſt. 64. n. 3.
Quia etiam Commune ipſas repetit dein à maleſactore, Ita
cauetur infra, verſi. Saluo quod Commune.

mm Reſtituere, & reſarcire] † Quilibet de Communi tene-
109 tur pro ſua parte non in ſolidum, notat Bart. l. Nequid nu. 4.
ff. De incend. ruin. naufrag. Idem Afflict. in conſtit. regni,
Rubr. 26. de malefic. clandeſt, ſuper incisionibus, nume. 23.
libr. 1. licet vno ſoluente pro toto alij liberentur, vt ibi per
eum, Idem notat Iaſ. §. Pœnales, num. 23. cum duob. ſequen.
Inſtit. de actio. Idem Boſſ. ſua praxi crimin. titu. de pœnis,
num. 1. verſ. Fallit, declarando, vt ibi per eum, nume. 1. ad fi-
110 nem. † Vbi autem vnus non ſoluat, vel non poſſit ſolue-
re, alij, de dicto Communi tenentur, vt notat Afflict. d. Rub.
27. verſic. quinta dubitatio, Boſſ. ſua praxi crimin. tit. De ca-
111 ptura, num. 48. verſic. In quibus locis. † Idem eſt, vbi quis ſit
exemptus, quia alij non exempti tenentur pro eo. Ita Bona-
coſſ. ſuis quæſt. crimin. in verbo, De damno dato, verſ. Statu-
112 tum vult. † Rationem autem quare homines dicti Com-
munis non teneantur in ſolidum, niſi modo quo ſupra fuit
notatum, adducit Bal. in conſi. 319. num. 1. volum 4. Ex eo
ſcilicet quod teneantur ſolum ex culpa, non ex delicto, quia
tunc tenerẽtur in ſolidum, vt ibi per eum, quod idem notat
in l. 1.

Digitized by Google

in l. 1. num. 2. C. de condict. furt. quem refert. Boſſ. dict. ſua
113 praxi crimin. tit. de damno dato, num 6. ad finem. † Vt au-
tem Commune, & homines loci in quo fuit datum damnũ
teneantur in ſolidum, crederem bonum eſſe, vt per damnum
paſſum eidem denunciaretur, quod per Commune fieret ar-
cha communis, alias quod quilibet inſolidum conuenietur
iuxta diſpoſitionem Statuti ſupra cap. 219. Si quis habet,
114 volum. 1. hoc diſponentis † Diſtributio autem huius one-
ris fit iuxta vires patrimonij cuiuſlibet de Communi per
æs, & libram de iure communi, & nõ per capita, vt not. Al-
beric. tract. Statut. lib. 1. quæſt. 66. ſequitur Bar. in l. Ne qd
nu. 5. ff. de incend. ruin. naufrag. Ang. tract. malef. in verbo,
Quod fama publica, quæſt. 12. num. 20. Affl. d. conſtit. re-
gni, Rubr. 26. de malef. clandeſt. ſuper inciſionib. nume. 32.
ver. tertia dubitatio, relatiue Marſ. tractat. bannit. in verbo,
Villis, ad finem notat, & Burſatus conſ. 59. num. 40. vol. 1. li-
cet aliud cenſeat Nellus tract. Bannit. 3. parte, ſecundi tem-
poris, quæſt. 65. ad finem. Verum per diſpoſitionem Sta-
tuti ſupra cap. 221. Caſtodiæ, ad finem, cautum expreſſe,
quod pro condemnationibus damnorum datorum fiat di-
ſtributio pro duabus partibus ſuper hauere, & pro tertia ſu-
per perſonis, & ſic pro tertia ſuper capitibus, & hoc ſeruan-
115 dum. † Perſonæ autem quæ eximantur ab hoc onere, li-
cet ſint de communi notantur infra, verſ. Et ſaluo quod vi-
116 duæ, vbi notatum. † Damnum tamen paſſus in hac diſtri-
butione fienda tenetur pro ſua portione hauere, & pro per-
ſona ſi ibi habitat, ita Bart. in l. ab omnibus, §. Si Titio, nu.
1. ff. de legat. 1. Idem not. Bal. ſuo tract. ſtatut. in verbo,
ville, verſ. 5. Idem Alber. tract. Statut. 2. libr. q. 67. Bertach.
ſuper conſtit. in verbo, villa, ver. Statutum eſt quod villa,
Affl.ct. in conſtit. regni, d. Rubr. 26. Super inciſionibus, nu.
32. & 33. verſ. 4. lib. 1. Marſil. tract. bannit. in uerbo, villis,
num. 61. Boſſ. ſua praxi criminal. tit. De captura, nume. 53.
Plot. l. Si quando, num. 872. C. vnde vi, Bonacoſſ. in quæſt.
crimin. in verb. De damnis, & incendio, verſic. An ſi impo-
117 natur. † Exempti tamen non contribuunt, ſed pro eis alij
tenentur, ita Albericus tracta. Statut. lib. 2. quæſt. 95. Bald.
118 tract. Statutorum, in uerbo, uilla, verſ. 4. † Habitans autẽ
in communi tempore damni dati non poteſt mutare domi-
cilium, ad hoc ne teneatur, & collectetur pro hoc onere, ita
Guielmus de Ludo Singul. 19. per Gloſſ. in l. Et qui origi-
119 nem, in princ. ff. de muneribus. † Commune, & villa pro
hoc damno reſarciendo vbi ſit ſoluendo, & habeat bona ſuf
ficientia, non poteſt imponere collectam, vt not. Virg. Boc-
cat. in conſil. Marchiæ, gloſ 6. num. 60. Vbi autem non ſit
ſoluendo, poteſt imponere collecta, vt notat deciſ. Peruſ. 43.
num. 1. parte 1. Quæ non debet extendi vltra neceſſitatẽ,
vt ibi per eum, num. 9. & 10. Prius tamen præſtito, & da-
120 to quod eſt in Communi, vt ibi per eum, nume. 11. † Non
poteſt etiam Communitas, vel villa pro hoc debito cedere
bonis, vt not. Afflict. d. conſtit. regni, Rubr. 26. de malef. clã-
121 deſt. num. 33. verſ. ſexta dubitatio. † Niſi eſſet tantæ ſum-
mæ, quod illud communitas non poſſet ſuſtinere, quia tunc
quilibet cõmunitatis illius poſſet cedere bonis ſuis, vt tra-
122 dit Afflict. d. loco, num. 34. † Nec etiam hoc caſu commu-
nitas, vel villa, vel eius homines pro tali onere, & debito poſ
ſet carcerari, vt tradit Afflict. d. Rubr. 26. num. 33. ad finem,
Tanto magis cum hoc Statutum illud non diſponat, & ne-
mo poteſt carcerari niſi id expreſſe caueatur ex Statutis, vel
iure municipali, ſupra cauetur, cap. 267. pro debito, vol. 1.
Solum autem datur carceratio contra damnificantem, vt ſu-
pra cauetur cap. 273. Si quis dederit, circa finem Ex diſpo-
ſitione huius Statuti hoc etiam caſu, vbi Communitas eſ-
ſet damnificans, daretur contra quoslibet illius Communi-
tatis captura, licet vno ſatisfaciente liberarentur cæteri, vt
122 notat. Alberic. tract. Statut. lib. 2. quæſt. 77 † Villa autem,
vel commune vbi ſit inhabile, ceſſis etiam bonis proprijs
per quoſlibet de communi illo, vt ſupra notatum. Ciuitas il
lius Communis teneretur pro ea parte, qua villa, & Com-
mune illud eſſet inhabile, ita not. Alber. tracta. Statut. libr.
2. q. 84. Bonacoſſ. quæſt. crimin. in verb. de damnis, & incen-
dijs, verſ. Item contra hoc Statutum, Marſ. tract. Bannit. in
123 verbo, villis, num. 26. † Damnum paſſus quod non potuit
conſequi à Communitate, non impeditur conſequi à male-
factore, nec electione regreſſus eius tollitur, vt not. Alber.
tract. Statut. libr. 2. quæſt. 72. vbi dicit, ſemper ad pœnam
teneri malefactorem, notat etiam Bal. in l. licet gratis, §. Poſ
ſumus, num. 1 ad finem, ff. Naut. caup. ſtabul. Idem Ang. in
l. Quoties, §. 1. ff. Solut. matr. quos ſequendo refert Boſſ. d.
124 ſua praxi crim. tit. de captura, num. 56. † Communitas, &
villa habens modum ſatisfaciendi ſi noluerit ſatisfacere ex
forma huius Statuti, poſſunt per aliam ciuitatem concedi
repreſſaliæ contra ciuitatem illius communis, & villæ, vt
not. Alber. d. tract. Statut. libr. 2. q 65. Quod procedit vbi
fotenſes poſſunt vti beneficio huius Statuti, veluti ſi habi-
tent in dicto communi alias non, vt infra dicetur, in verbo,
Sequenti.

nn Damnum paſſo] † Videtur ſufficere quod damnum paſ
125 ſus ſit ſimplex poſſeſſor, vt poſſit vti beneficio huius Statu-
ti, licet nõ ſit Dominus, vt notat Specul. tit. de probat. §. vi-
dendum, num. 11. verſ. Sed pone, ſequitur Alberic. tract. Sta-
tut. lib. 1. q. 74. Verum quod in hoc debeat attendi com-
munis vſus loquendi, notat Alex. poſt alios in Rubr. ff. de
oper. nou. nunc. nume. 16. & 17. Ego autem ſic diſtingue-
rem, aut damnum fuiſſe datum in proprietate, & tunc fore
reſarciendum Domino fundi, & poſſeſſori bonæ fidei, vt ſu-
pra notatum cap. 365. Si quis, in verbo, Damnum paſſo ap-
plicandis. Aut in fructibus annuis, & tunc erogandum co-
lono, vel fictabili, cum tractetur de ſuo intereſſe principali-
ter, vt not. Guid. Pap. ſing. 643. ver. Colonus, & notatum ſu-
126 pra cap. 368. quilibet, ad finem. † Vſusfructuatius quo-
que, ſi damnum fuerit datum in fructibus annuis, eadem ra-
tione de qua dictum in colono, vel fictabili, poteſt vti bene-
ficio huius Statuti, & ei applicatur damnum illud, itá not.
Alberic. tract. Statut. 2. lib. quæſt. 74. ſequitur Franc. Nico-
127 nitius in Rub. ff. de oper. nou. nun. nu. 201. † Iudæi quo-
que, & Saraceni, qui ſunt ſub protectione, poſſunt vti bene-
ficio hoc, ita not. Afflict. in conſtit regni, Rub. 17 de defenſ.
imponen. num. 4. & Rubr. 26. de malef. clandeſt. numer. 36.
lib. 1. Tamen non poterunt iurare contra Chriſtianum, vt
128 notatum ſupra c. 371. Statuitur, in verbo, Damni. † Forẽ-
ſes, & non ſubditi, & non habitantes in Ducatu, licet ha-
beant bona in aliquo communi, vbi in eorum bonis ſit da-
tum damnum, non poſſunt vti beneficio huius Statuti con-
tra Communitatem, & Villam, vt hic cauetur. Et hoc ſtãte
diſpoſitione iuris communis, de qua per Caſtr. in l. Omnes
populi, ad finem, ff. de iuſt. & iur. & comprobat late Soc. ſen.
conſ. 120. num. 12. cum ſeq. vol. 1. Alciat. in l. inter claras.
nu. 15. C. de ſum. Trini. & fid. Cath. quam etiam ex diſpo-
ſitione Statuti ſupra, cap. 180. in fauorem, ſic in his terminis
firmat Boſſ. d. ſua praxi crimin. tit. de captura, numer. 52. de
communi atteſtatur Anchar. iun. quæſt. 36. num. 14. Viuius
ſuis communibus lib. 2. opin 264. Statutum diſponens, vt
129 per Iudicem. † Clerici pariter qui non ſuſtinent onera
temporalia cum laicis, quod non poſſint vti beneficio huius
Statuti, firmat Gandin. ſua praxi crimin. titu de aliquibus
quæſtionib. num. 26. verſic. Quæſtio autem, vſque ad finẽ,
ſequitur Alberic. tracta. Statut. lib. 2. quæſt. 90. Idem notat
Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo, de damnis, & incendio,
verſ. An illud, refert Marſ. tract. Bannit. in uerbo, villis, nu.
130 29. & num. 39. † Hoc tamen declarando debere non pro-
cedere in clericis habitantibus, quia hi ſuſtinent ſaltẽ onera
ſpiritualia, & conſequenter debent poſſe uti beneficio Statu-
ti huius, & reliquorum, ut not. Affl. in conſtit. regni, Rubr.
26. nu. 37. uerſ. & multo fortius, lib. 1. Plot. l. Si quando, nu.
854 uerſ. Clerici autem, C. unde ui, & late notatum ſupra d.
c. 180. In fauorem.

oo Secundum æſtimationem ſuper hoc faciendam] † In
131 æſtimatione autem arboris inciſæ deducitur valor eius ar-
boris, ſi eum retineat Dominus arboris, vt notat Alber. tra-
132 cta. Statut. libr. 1. quæſt. 68. † De reliquo autem qualiter
fienda æſtimatio arboris fructiferi, notatur in l. Furtim, §.
finali, & l. Sequenti, ff. Arborum furtim cæſarum, & notatũ
late ſupra cap. 366. Si quis, in uerbo, Et ulterius ad reſar-
133 tionem damni. † In æſtimatione pariter bouis occiſi de-
bet deduci corium, & carnes, ubi eas retineat dominus, ut
notat Alberic. tract. Statut. lib. 2. q. 79. Bonacoſſ. in quæſt.
crimin. verbo, De damno dato, verſic. Si quis ex Statuto.
134 † Damnum ſi fuerit datum in frumento in herba adhuc
exiſtente, tunc æſtimatio debet fieri non ſecundum valorẽ,
quod ſit in herba, nec ſecundum quod debeat fieri granum,
ſed ſecundum dubium euentum, Ita notat declarando Al-
ber. d. tract. Statut. lib. 2. quæſtio. 78. ſequitur Boer. ſuis cõ-
ſuet. in Rubr. des couſtumes pr. dialis §. 1. colum. 2. verſic.
Sed quæritur. Idem Caſſan. in ſuis comment. Rubr. 1. §. 6.
in textu, En Menſuaige, numer. 5. verſ. Redeundo, Afflict.
in conſtitut. regni, Rubr. 36. de brutis, numer. 5. verſic. Sed
quæro, lib. 3. Papo ſuis comment. §. 512. Bonacoſſ. in quæ-
ſtion. crimin. in verbo, De damno dato, verſic. quidam im-
miſit, Plot. l. Si quando, num. 873. C. vnde vi, Vrſil. deciſ.
34. num. 4.

pp Fuerint electi per Iudicem ordinarium] † Qui Iudex de-
135 bet eſſe Iudex ciuilis in locis, in quibus conſtituuntur Iudi-
ces ciuiles, & criminales ſeparatim, & hoc, quia agitur cõtra
commu-

Digitized by Google

commune, & villam, quæ tamen ciuiliter tenetur, vt infra
cauetur ex Statutomet. Ita not. etiam Alberic. tract. Statut.
lib. 2 quæſt. 89. Mediolani autem Vicarius Prætoris, & Do-
mini Conſules Iuſtitiæ, ſunt tantū Iudices in ciuilibus, Do-
minus autem Capitaneus Iuſtitiæ, & eius D. Vicarius ſunt
tantum Iudices in criminalibus in toto dominio, exceptis
quibuſdam caſibus, vt cauetur in nouis conſtit. tit. de officio
136 Capitanei Iuſtitiæ Mediolani. † Iudices autem ſi fuerint
137 temporales, puta bimeſtris ſuper damno dato, tunc Iudices
erunt competentes, qui erant tempore dati damni, cuius
tempus eſt inſpiciendum, licet querela porrigeretur ex
poſt, ſecundum Gandin. dict. tracta. de multis quæſtio.
numer. 11. & 12. Quod non credo verum, quia ſemper
idem tribunal remanet, niſi in caſu ſpeciali notato per Gan-
dinum d. loco.

qq Et ad ipſam reſtitutionem compellantur] † Quod qui-
138 dem procedit etiam ſi prius fuerit actum contra delinquen
tem, vel delinquentes, quia non præcluditur per hoc via
agendi contra Communitatem, & villam, iuxta diſpoſitio-
nem huius Statuti, nam illa Via electa non tollitur hoc re-
medium, vt in hac ſpecie notat Boſſ. d. ſua praxi crim. titu.
139 de captura, num. 48. † Imò etiam abſoluto prætenſo ma-
leſactore, non tollitur ius agendi ex hoc Statuto contra cō-
munitatem, & villam, quia agitur ex diuerſa cauſa, ita not.
Bal. in l. licet gratis, §. Poſſumus, ver. Et ea hoc. ff. Naut. caup.
ſtabil. quem referendo ſequitur Boſſ. d. tit. de captura, n. 50.
Confirmant tradita in fortioribus terminis per Affl. d. conſt.
regni, Rub. 27. de homicid. clandeſtino, nu. 24. ad fi. & nu. 25.
lib. 1. in terminis quib. imputatus de maleficio, & damnifi-
140 catione fuit abſolutus. † Fallit tamen hæc concluſio, vbi
quis fuit captus vti maleſactor, & tortus nil faſſus fuit, qui
dein ſe compoſuit cum damnificato, quia tunc non poterit
conueniri Communitas, vel villa, ita Affl. d. Rubr. 27. De
homicid. clandeſtino, nu. 54. lib. 1.

rr Ciuiliter] † Hoc expreſſum ex quo quādo proceditur in
141 his cauſis damnorum datorum per accuſationē dicitur agi
criminaliter ex natiua accuſationis, & quando parte fiſco
applicatur, ita Borgn. deciſ. 21. nu. 37. not. Ioſeph. Ludoui-
cus ſuis Communibus conclu. q. 71. Hieron. Magoni Rota
loco dec. 91. & habetur per Imol. in c. Odoardus, nume. 26.
142 De ſolut. † Poterunt tamen cuſtodes, & campſerij in hac cau-
ſa ciuili ſic inteutanda torqueri, vt veritas delicti huius in-
noteſcat, vt tradit Cępol. conſ. 18. nu. 24. Idem in ſimili Iaſ.
in l. Si quando, nu. 38. & 39. C. Vnde ui, Boſſ. ſua praxi crim.
tit. De captura, num. 51.

ſſ Tantum] Contra autem delinquentem, & delinquentes
poteſt procedi criminaliter ad pœnas iuris communis, & à
Statutis in his caſibus impoſitas.

tt Summariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij] Quid releuēt
hæ clauſulæ ſeparatæ, & ſimul, notatum ſupra late c. 47. Do
minus Poteſtas, in his verbis.

uu Et ſine datione libelli] Hoc quidem ſublatum etiam per
ſtatutum ſupra cap. 21. Termini, ad finem volum. 1. requiri-
143 tur tamen qualis qualis petitio, vt ibi cauetur. † Qualiter
autem ſit formanda petitio aduerſus Communitatem, vel
Villam, not. Bal. in l. 1. num. 31. in 2. puncto, uer. Capere ma-
leſactorē, quod idem not. Ang. tract. maleſ. verſ. Et ad que-
relam, nu. 93. ver. Et nota. Quos ſequitur Boſſ. referendo d.
ſua praxi crim. tit. De captura, num. 55. Et hoc inſpecto iu-
re communi. Verum eum ex huius Statuti diſpoſitione te-
neantur etiam de commiſſis de nocte, vt ſupra cauetur, non
requiritur hæc expreſſio ſcientiæ, quia ſufficit quod damnū
fuerit datum in territorio. † Debet vlterius agens probare,
quod poſſideret rem ſuper qua datum ſit damnum tempo-
re damni dati, ita Magonius dec. 27. nu. 4.

xx Et declaratione] † Ideſt ſine ſententia diffinitiua, quo
144 ſit vt procedatur executiue, & per officium Iudicis, vt infra
cauetur. Idem in ſimilibus clauſulis notat Aſin. ſua praxi
iud. §. 31. c. 15. ver. Præterea.

yy Ex officio] † Quotuplex ſit officium Iudicis, notat la-
145 te Bart. & Scribentes, in l. 1. ff. de iuriſ. omn. iud. † Quid ſit
146 autem officium Iudicis, not. Aret. in §. 1. num 7. & 8. Inſtit.
147 de actio. † Ex officio vbi proceditur non requiritur libel-
lus, vt hic cauetur, notat etiam Aret d. §. 1. num. 8. Tollitur
etiam partis citatio, ita not. Aſin. d. ſua praxi iud. § 7. ca. 5.
limit. 16. nume 2. Non datur pariter appellatio ex clauſula
hac, vt not. Bal. ſuo conſ. 330. ad fin. volum. 1. Idem tradit
Boſſ. ſua praxi crimin. tit. De appellationibus, num. 16. Ve-
rum reſpectu appellationis, quod habeat locum, niſi tracte-
tur de ſumma librarum quinquaginta infra cauetur ex Sta-
tuto infra, cap. 377. A ſententijs, in alijs caſibus quam huius
Statuti.

zz Extra ordinem] † Solennitate iuris iudiciarij omiſſa,
148 vt not. Bal. in l. fi. in fine principij. C. De iur. deliber. Idem
no. Bal. in c. 1. § Inueſtitura, circa finem, De noua forma fi-
delit. late plures allegando, notat Boſſ. d. ſua praxi crim. tit.
de captura, nu. 56.

aa Et omni die] † Hoc diſponitur procedi poſſe quolibet
149 die, ex quo cauſæ damnorum datorum indigent celeritate,
vt tradit Bonacoſſa in q. crim. in verbo, De damno dato, ad
150 finem. † Non tamen poterit procedi in ferijs, introductis
in honorem Dei, & ſanctorum, licet in alijs poſſit procedi;
nam hæ non poſſunt tolli per Statutum, vt in his terminis
notauit Bal. conſ. 166. nu. 2 uol. 2. & Soc. ſen. conſ. 8. nu. 13.
vol. 4. & notatum ſupra, cap. 110. Quod infraſcripti, in ver
bo, Reputentur feſtiui, uol. 1.

bb Vbi aliter non appareat] † Veluti, quia domus tota, vel
151 ædificium ſit combuſtum, vel non poteſt conſtare de quan-
titate damni, nec ea probari. Idem ſi aliqui fructus ſint
aſportati, vel arbores cæſæ, & aſportatæ, & ſic ſit dubium ſu-
per quantitate damni, quod non poſſit aliter apparere, vel
probari, quo caſu admittitur probatio hæc quantitatis dā-
152 ni per iuramentum. † Quod idem eſt de iure communi,
quod admittatur deficientibus alijs probationibus, vt tradit
Soc. in c. Quoniam frequenter, §. Quod ſi ſuper, num. 5. ver.
153 Item Aduerte, Vt lite non conteſt. † Quod non reſtringi-
tur ſupra c. 371. Attenta modicitate pœnæ ibi notata, ſuper
qua poteſt eo caſu iurari. De damno tamen in genere debet
conſtare in omnem caſum, cum id per iuramentum nō poſ
ſit probari, vt notat poſt alios Plott. d. l. Si quando, nu. 758.
759. & 827 C. vnde vi, cum notatis ſupra, in verbo, Teneau-
tur, & debeant.

cc De datione cuiuſuis damni] † Ex hoc apparet credi
154 iuramento tantum ſuper quantitate damni, nō autem ſuper
acceſſorijs, ex quo dicit Statutum ſuper datione dicti dam-
ni; ſecus ſi diceret in cauſis damni, vt notatum eſt ſupra
155 cap. 371. Statuitur, in verbo, Et ſuper damno. † Ideo non
crederetur, quod locus eſſet de territorio, ſi id ponere-
tur in dubium, vt tradit Crauetta conſil. 196. numer 3.
Qualiter autem decidatur hoc dubium, infra cauetur ex
Statutomet.

dd Credatur damnum paſſo] † Diſpoſitio huius Statuti eſt
156 odioſa, quod credatur damnum paſſo cum ſacramento, quia
ſit ipſe Iudex in cauſa propria, vt tradit Gallin. tractat. de
157 verbo. ſignific. libr. 8 cap. 7. nume. 21. † Caſus triginta ſex
ſunt, in quibus creditur dicto alicuius cum iuramento, ſe-
cundum notata per Caſſan. Rub. 1. Des iuſtices, §. 5. in textu
158 s'il n'a gracea, num. 176. cum ſequent. † Diſpoſitio huius
Statuti procedit in damnum paſſo omni caſu, ſiue ſit Domi-
nus plene, ſiue vſufructuarius, ſiue bonæ fidei poſſeſſor, ſiue
fictabilis, vt ſupra notatum, in verbo, Damnum paſſo, decla-
159 rando, vt ibi. † Statutum, vbi non diſpoſuiſſet credi debe-
re damnum paſſo cum eius iuramento de quantitate damni
dati, hoc non licuiſſet etiam ex diſpoſitione Statuti ſupra
cap. 371. Statuitur, contra tertium, & communitatem hanc,
& villā, vt tradit Bertach. in ſuo repertorio, in verbo, Dam-
na, verſic 40 & Iaſ. in l. Si quando, nu. 38. C. vnde vi, ac Be-
rous conſi. 213. nu. 18. Et licet, volum. 3. tamen dicit Com-
munem forte eſſe in contrarium, & clarius contrarium notat
160 conſi. 214. num 7. volum eodem. † Verum quod non ſtetur
eius iuramento, notat Crauetta conſi. 196 nume. 8. circa fi-
nem, & Beniutend. deciſ. 16. num. 5. uer. Nec obſtat, ac Cla-
rus ſuis communibus, in verbo Statuto ſi cautum ſit, & ſua
praxi crimin. §. fina. quæſt. 82. ad primum Statutum, verſic.
Quæro nunquid idem Bonacoſſa in ſuis quæſt. crimin. in
uerbo, de damno dato uerſ. Stante ſtatuto uilla, uerſ. Si dicit
Statutum, & late notatum ſupra cap. 371. Statuitur, in uer-
161 bo credatur. † Quod credatur de hoc damno ſacramento
damnum paſſi, habet locum ſi ciuiliter agatur, ut ſupra ca-
uetur, ſed ſecus ſi criminaliter, quia tunc non creditur iu-
ramento, ut tradit Marſ. tract. Bannit. in uerbo, Villis, num.
54. & ſeq.

ee Cum ſacramento] Quod iuramentum, quando, quo tē-
pore, coram quo, & quibus perſonis, & an non poſſit taxari,
uel contra eum probari, late diſcuſſum eſt ſupra cap. 371.
162 Statuitur, in uerbo, Sacramento. † Aduerſus hanc taxatio-
nem damni per iuramētum poteſt peti reductio ad arbitriū
boni uiri, vt per Borgninum deciſ. 21. nu. 55.

ff Suo] Qualis debeat eſſe hæc perſona, ut poſſit hoc ca-
ſu ualide iurare, & quibus caſibus repellatur ut non poſſit
iurare, notatum eſt late ſupra d. c. 371. Statuitur, in uerbo,
Domini.

gg Cum uno teſte] Videretur iam dicendum eſſe credendū
ſoli iuramento eius, prout in ſimili creditur ſacramento dā-
num

Digitized by Google

num paſſi ſoli contra ſtabilem negligentię notificare dam-
num datum, ſupra cap.371 Statuitur, cum eadem ratio mi-
litare videatur. Verũ aduertendum hic ſic cum magna pru-
dentia ſancitum, vt adhibeatur vltra iuramentum vnus te-
ſtis, ex quo agitur de maiori præiudicio, quam caueatur d.
cap.371. Statuitur, cum ibi tractetur de iuramento præſtan-
163 do pro modica ſumma librarum ſexdecim Imper. † quo fit,
vt credatur eo caſu iuramento ſoli, iuxta diſpoſitionem etiã
juris communis, vt notat Plott. d. l. Siquando, num. 814. C.
vnde vi. Hic autem nõ creditur ſoli iuramento, cum tracte-
tur de credendo ſacramento vſque ad omnem quantitatem
indiſtinctè, & conſequenter non mirum eſt, ſi Statuẽtes vo-
luere adhiberi etiam teſtem vltra ſacramentum, attento ma-
gno præiudicio, quod poſſet fieri, quo attento cauetur etiã
ſupra hoc iuramentum cum teſte poſſe fieri de quantitate
damni, vbi allegatur illud nõ poſſe probari, vt ſupra eſt no-
tatum, in verbo, vel aliter non appareat.

hh Fide digno] † Idoneo ſimiliter & ſine exceptione, vt no-
164 tat Abb. in cap. vt debitus, nu. 24. de appellationibus, & no-
tatum ſupra cap. 371. Statuitur, ad finem.

ii Et ſi eſſet dubiũ de cuius territorio eſſet ille locus] † Ve-
165 luti ſi ſit datum damnum in confinibus duarum villarum,
vel communitatem, nam hoc caſu de iure communi ambæ
Communitates, & villę tenentur, vt notat Alber. tract. ſtatut.
lib. 2. quæſt. 25. & Brun. tract. ſuper conſtit. in verbo, Terri-
torium, verſi. Statuto cauetur quod Syndici, Afflict. in con-
ſtitut. regni, Rubr. 26. ſuper inciſionibus, num. 16. lib. 1. quos
ſequitur Clarus ſua praxi crimin § fi. quæſt. 82. ad primum
Statutum de damno dato, verſic. Sed quod, & Aug. ad Ang.
tract. de malef. verſ. Nec non ad denuntiationem, num. 26.
ad finem. Sed vna ſoluente altera liberatur, de mente Bald. in
l. 3. §. 1. ff. de offic. præfec. vigil. vt ibi per Auguſt. verſ. Tu
in hac materia.

kk Intelligatur quo ad contenta in præſenti Statuto] Sci-
licet quo ad refectionem damni, vt teneatur Communitas
propinquior, non autem quo ad alia onera, de quibus ſu-
pra, in Rubr generali de oneribus, cap. 118. Omnia Onera,
cum ſeq. nam in his attenditur ius commune, de quo ſupra
notatum.

ll Cui proximior fuerit ille locus, in quo damnum ipſum
166 datum fuerit] † Nam in dubio præſumatur eſſe illius ter-
ritorij, vt per Ruinum conſi. 53. num. 4 volum. 4 † Quali-
ter autem fiat menſuratio hæc ad dijudicandum hanc pro-
ximitatem, notatum eſt ſignanter in his terminis per Nellũ
tracta Bannit. 2 parte, 2. temporis, quæſt 65. verſic. ad ſecun-
dum, vbi dicit inter alia fiendam menſurationem ab ædifi-
cijs habitatis exordium capiendo, hunc ſimpliciter referen-
do ſequitur Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de captura, num. 55.
167 † Menſuratio hæc quo ad propinquitatem hanc vbi tracte-
tur de vicinitate de auditu debet conſiderari per æra, licet
alias conſideranda eſſet per vias viſitatiores, & frequentio-
res, vt ſignanter tradit Alex. in conſi 22. num 4. & tribus ſe-
quen. volu. 4 & Abbas in cap. Olim, num. 5. & 6. cum addit.
ibi, vbi Felin. nu 6. de excep. idem Abb. cap. Nonnulli, nu. 5.
de reſcript. Scribentes omnes in l. 1. vbi Iaſon. numer. 5. ff.
168 Si quis caut. † Communitates duæ, vel plores, ſi æque pro-
pinquæ ſint huic loco, in quo ſit dubium de quo territorio
ſit, tunc inter eas diuidi debet onus hoc, vt tradit Nellus d.
tracta Bannit. 2 parte, 2. temporis, quæſtione 65. verſic. Quo
ad tertium, ſequitur ſimpliciter referendo Boſſ. dict. titu. De
captura, num 54. idem Afflict. in conſtitut. regni, Rub. 27. De
169 homicid. clandeſt. num. 23. lib. 1. † Quæ diuiſio ſecundum
Nellum d. loco non ſit ſecundum patrimonium, ſed in capi-
ta, ex eo quod ſit onus perſonale, cuius contrarium notatum
eſt per Scribentes relatos ſupra, in verbo, Reſtituere, & re-
ſarcire. Quæ controuerſia ſublata fuit per Statutum ſupra,
cap. 121 Cuſtodię, vbi cauetur pro hoc onere inter alia fien-
dam diſtributionem pro duabus partibus ſuper hauere, &
170 pro tertia ſuper perſonis. † Damnum ſi factum fuerit in
via communi æqualiter pro indiuiſo duarum communita-
tum, tunc pariter eo caſu tenentur ambæ communitates ad
hoc onus, modo quo fuit notatum in præcedenti concluſio-
ne, & ita firmat d. Ital. in l. ſi plures, num. 15. verſ. fuit, quæſt.
inter duas communitates, C. de cond inſer. quem ſimplici-
ter referendo ſequitur Boſſ. d. tit. de captura, num. 56. verſi.
& vide etiam, ultra eos idem tradit Alex. in l. ſerui electio-
ne, § Labeo, nu. 7. ff. de leg. pri. ubi allegat Bald. d. loco, idem
firmat Afflict. d. conſti. regni, Rubr. 27. de homicid. clandeſt.
nu. 23. lib. 1. idem Andreas Gamarra ſuo tract. extenſionum,
171 nume. 55 † Quod autem ambæ communitates teneantur
in ſolidum eo caſu, & vna ſoluẽte liberetur altera, notatum
eſt per Bertach. in tract. de gabellis, 1. parte, num. 37. verſi.
172 ad idem facit. † Damnum datum ſi fuerit cœptum in vno
territorio, & finitum in alio, velut in delictis, poteſt exem-
plificari facile, tunc ambæ partes illorum territoriorum te-
nentur, vt notat Baldus, in l. ſi quis non, numer. 6. C. de epi-
ſcopis, & cleric. & Brun. tracta. ſuper conſtit. in verbo, ter-
ritorium, verſ. ſtatutum dicit quod villa, vbi late diſputat
hunc articulum, ſic firmando, ſequitur Boſſ. dict. ſua praxi
crimin. tit. de foro compet. num. 60. Verum hæc quæſtio
parum inſeruit caſibus huius ſtatuti, in quo tractatur de dã-
no dato, vel guaſto in bonis immobilibus, vel eorum fructi-
bus. Ibi autem tractabatur de robarijs, furtis, & violentijs,
quæ habent tractum ſucceſſiuum ex vno territorio, vbi cœ-
ptæ fieri & conſummatæ in alio territorio, quę huc quadra-
re non poſſunt.

mm Qui ad ipſam reſtitutionem compulſi fuerint] Modo
quo ſupra fuit notatum late.

nn Regreſſum habeant] † Poſſunt etiam cogere damnum
173 paſſum vt agat contra malefactorem dein repertum, etiam
lapſo tempore infra notato, ad eius communis, & villæ cõ-
modum, & beneficium, vt notat Alber. ſuo tract. ſtatut. lib. 2.
174 quæſt. 91. † De iure communi, vbi plures ſint obligati in
ſolidum pro aliquo maleficio, vel quaſi, ſoluens, & liberans
alium, non poteſt dein ab eo repetere, vt tradit Bart. in l. 1.
§. ſi plures, ad fin. ff. de eo per quem factum, & Petr. Rauen.
ſing. 960. verſ. ſed dubitatur.

oo Liberum, & efficacem] † Id eſt, valide, etiam nulla
175 habita ceſſione à damnum paſſo, cui facta fuit ſatisfactio,
modo quo ſupra cauetur, vt notat Alber. tract. ſtatut. libr. 2.
quæſt. 53. num. 2. verſ. item quæro pergami, quam confir-
mat in his terminis, in libr. 2. quæſtio. 70. idem Bonacoſſ. in
quæſt. crim. in verbo, de damnis, & incendio, verſ. nunquid.
176 † Poteſt tamen etiam cogere damnum paſſum, vt eidem cõ-
muni faciat ceſſionẽ in actu ſatisfactionis, vel poſt, vt not.
177 Alber. d. lib. 2 quæſt. 70. † Quomodo autẽ poſt ſatisfactio-
nem poſſit fieri ceſſio valide, notat late Bart. in l. Modeſti-
nus, ff. de ſolut. maxime, num. 4.

pp Et ſummarium vt ſupra] † Eo modo ſcilicet quo po-
178 teſt agi contra commune, de quo ſup. in verſi. & ad hanc re-
fectionem compellantur.

qq Et de damnis & expenſis] † Qui enim tenetur ad emen-
179 dationem damni, tenetur etiam ad omnes expenſas dicta de
180 cauſa, vt not. Alber. tract. ſtatut. lib. 2. quæſt. 64. nu. 3. † Ideo
non mirum, ſi eas repetit commune à malefactore, cum eas
eius cauſa fecerit, ſimul cum factis per memoratum commu
ne ex poſt, vt hic cauetur, & notat Bald. in ſimili conſ. 303.
in prin. vol. 1.

rr Contra illos] † Vbi innotuerint, qualis autem oriatur
181 præſumptio cõtra aliquos, quod fuerint malefactores, præ-
cipue cauſa incendij, notat ſignanter Calcan. conſi 63. nu. 2.
182 & 3 & conſil. 64 per totum. † Admittuntur pariter ad id
probandum teſtes illius communis, licet alias eſſent minus
idonei, vt notat declarando, Rom. d. conſi. 7. num. 4. & conſ.
183 508. nu. 5. in 2. dub. † Poſſunt pariter torqueri cuſtodes, &
Camparij, vt delinquentes manifeſtentur, vt not. Cæpoll.
conſil. 18. num. 24. Boſſ. d. ſua praxi crimin. tit. de damno da-
184 to, num 6. † Poſſunt etiam torqueri inimici damnificati, vt
notat Calcan. dicto conſilio 63. numero ſecundo. Idem di-
citur de vicinis damno dato vel informatis, not. Iaſ. in l. ſi
quando, numero 38. & 39 C. vnde vi, Calcan. dicto conſi. 64.
numer. 9.

ſſ Et eorum bona] † Per hæc tamen verba non contrahitur
185 hypotheca in bonis illorũ malefactorum, vt not. in hac ſpe
cie Roman. conſ. 508. in prin. in primo dubio, per totum.

tt Et quemlibet eorum in ſolidum] † Secus autem diſpo-
186 nitur contra commune, vel villam, quę non dederit damnũ,
ſed tenetur ex diſpoſitione huius ſtatuti, quia homines eius
eo caſu tenentur tantum ad ratam eorum portionis, vt not.
Bart. in l. nequid, nu. 4. ff. de incend. ruin. naufr. & notat ſe-
quendo Afflict. d. rubr. 26. ſuper inciſionibus, nu. 32. libr. 1.
niſi denunciata fuerit dicto communi archa communis, iux-
ta diſpoſitionem cap. 219. ſi quis, in 1. vol. vt ſupra notatũ,
187 in verbo, reſtituere, & reſarcire. † Ratio autẽ differentiæ illa
eſt in promptu, quia communitas tenetur ex facto alieno,
quę non delinquit, nimirum ſi non tenentur homines in ſo-
lidum, ſecus eſt in malefactoribus, quia tenentur etiã de iure
in ſolidum, per l. 1. C. de condict. furtiua, notat Azo in titu.
188 C. de cond. furt. verſ. datur autem. † Datur etiam hoc caſu
captura communi huic cõtra hos malefactores, pro ſatisfa-
ctione huius damni, cum ſuccedat in omnibus loco damnũ
paſſi, vt hic cauetur. Damnum autem paſſo contra malefa-
ctorem datur captura, nec relaxatur niſi ſecuta ſatisfactione,
de qua ſupra cap. 373 quilibet ad finem.

uu Qui

Digitized by Google

uu Qui illud damnum, vel guaſtum dederint, vel fecerint]
189 † Secus in hæredibus eorum, quia ipſi non deliquerunt, & tenentur ſolum pro virili, vt notatur ex textu in l. in condictione, ff. de condict. furt. declarando, vt per Azonem d. titulo de condict. furt. verſi. datur autem.

xx Et ſaluo ſi prædicta communia conſignauerint malefa-
190 ctorem] † Quod procedit etiam ſi lata fuit ſententia, & facta condemnatio contra hanc communitatem, & villam, vt notat Alberic. d. tract. ſtatut. lib. 2. quæſt. 91. Petr. Rauen. ſingu. 560.

yy Vel malefactores] † Quando ſunt plures malefactores,
191 ſi vnum tantum conſignauerit, liberatur ad ratam illius partis, non pro toto, vt not. Bonacoſſ. quæſt. crim. in verbo, villa, verſi. ſi ſtatuto cauetur.

zz Infra menſem vnum] Quod diebus conſtituatur hic mēſis, late notatum ſupra cap. 102. ſi quis, in verbo, continuū, volum. I.

bb Non teneatur ad dictam reſtitutionem] † Videretur ſta-
192 tutum hoc in his verbis intelligendum habere locum in eo caſu, quo malefactor ſit ſoluendo, alias ſi non eſſet ſoluendo, quod Communitas pro ea parte non eximeretur ex eo fundamento, quia etiam ſi actum fuiſſet per damnum paſſum contra malefactorem, non eſſet ei præcluſa via agendi contra Communitatem pro ea parte, quam non fuiſſet cōſecutus à malefactore, vt in hac ſpecie not. Boſſ. d. ſua prax. tit. de captura, nume 48. Quod etiam procedit è contra, vt damnum paſſus poſsit conſequi à malefactore, quod non fuit conſecutus à communitate, maxime circa duplum, prout cauetur in ſtatuto hoc circa finem, vt notat Albericus d. tract. ſtatut. lib. 2. q. 72. ſequitur Boſſ. d. tit. de captura, nu. 49. Verum contrarium credo verius, quod imo per conſignationem hanc malefactoris factam à communitate intra tempus hic ſtatutum in totum liberetur Communitas, ſiue ſit ſoluendo malefactor, ſiue non, quia hoc caſu ſtatutum non facit aliquam diſtinctionem, ſed loquitur indiſtincte, ideo indiſtincte intelligendum, tanto magis quia hoc ſtatutum grauās Communitatem pro debito, & delicto alterius, vti odioſum, & contra ius naturale debet ſtrictiſsime intelligi. Vlterius ſic debet intelligi, quia hoc caſu ceſſant rationes ſupra adductæ huius ſtatuti, ſcilicet culpa, & negligentia de non conſignando, & perquirendo malefactorem, nec in hoc refragatur deciſio Boſſij, d. titulo de captura, nūmer. 48. & 49. Quia dicta deciſio intelligitur, & intelligi debet eo caſu, quo Communitas non conſignauerit malefactorem, quia eo caſu damnum paſſus habet duplicem viam agendi, tam contra Commune, quam contra malefactorem, & vna electa altera non tollitur pro ſupra pluri non exacto ab alio, iuxta notata per Boſſ. dicto titulo de captura, num. 48. & 49. quod idem prius notat Albericus, tractat. ſtatut. libro 2. quæſtio. 72. Et hæc eſt mera veri-
193 tas, diſtinguendo, vt nuper notatum. † Quod autem facta conſignatione hac malefactoris in totum liberetur commune, ponderari etiam poſſunt uerba ſtatuti hæc indifferentia ibi. Non teneatur ad aliquam reſtitutionem. Nam negatiua hæc propoſita indueit neceſsitatem, & omnimodam reſiſtentiam, vt in ſimili not. Barb. conſ. 8. num. 8. vol. 3. Iaſ. conſ. 42. vol. 3. cum accumulatis ſupra in c. 2 t. ter
194 mint, in verbo, non duret, non durare poſsit. † Commune ſi iam ſoluerit, & ſatisfecerit damnum illud intra illum menſem, uideretur de iure poſſe dici, quod facta conſignatione intra terminum hic notatum, illum poſſe repetere ſolutum, per l. ſi fullo. ff. de condict. ob cauſam, ut per illam legem, notat Alberic. tracta. ſtatut. libro 2. quæſtio. 74. ad finem. Verum ſecus arbitror cenſendum ſtantibus uerbis ſtatuti huius, in uerſ. præcedenti, ubi in caſu ſatisfactionis dat ſolū regreſſum cōmunitati aduerſus malefactores ex his uerbis, ubi dat ſolum ius communitati non ſoluendi, ubi iam non ſoluerit, nullum autem uerbum de repetitione in caſu ſatiſfactionis iam factæ.

cc Teneantur ad reſtitutionem damni dati in duplum] Hoc idem cauetur ſupra cap. 367. ſi quis plantam, uerſi. penultimo & cap. ſequenti, uerſ. & ad reſtitutionem, ad finem, &
195 cap. 373. ſi quis dederit, per totum. † Commune autem tenetur ſolum ad ſimplum, ex quo tenetur ſolum de negligentia, ita not. Afflict. d. conſtit. regni, rubr. 26. de malef. clandeſtino, num. 35. lib. 1. Foller. ſua praxi crimi. in fragmentis
196 ſuis, titu. de malef. clandeſt. nu. 117. † Hoc etiam caſu malefactor poteſt detineri, nec relaxatur, niſi facta integra ſatisfactione, tam damni quam pœnæ, ut cauetur ſupra ca. 373. ſi quis dederit, in fine. Nec hoc caſu poteſt cedere bonis, ut tradit Socin. ſen. conſ. 204. uerſi. aliquando, uol. 2. Brun. iun. tract. de ceſſio. bonor. quæſt. 3. principali.

dd Iuxta æſtimationem faciendam, vt ſupra] Et hoc tam reſpectu eligēdorum, vbi appareat de damno, quam etiam iuramenti præſtandi, vbi ſit dubium de damno dato, nec aliud poſſit æſtimari, vt ibi notatum, contra quod iuramentum poterit probari contrarium, vt ibi notatum, & ſupra c. 371. ſtatuitur, in verbo, ſacramento.

ee Et ſaluo quod viduæ, orphani, minores annis quatuordecim, & miſerabiles perſonæ] Quæ ſint hæ perſonæ, & quod multa priuilegia habeant, notatur ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, in his verbis.

ff Non teneantur ad dictam ſolutionem, nec reſtitutionē]
197 † Idem de iure, vt notat Marſil. tracta. bannitorum, in verbo, villis, nume. 28. Idem uidetur dicendum de ſenibus, & alijs perſonis inhabilibus, veluti ſunt infirmi, vt non teneantur ad hanc reſtitutionem, & contributionem, ita notat in hac ſpecie Gandin. tracta. malefic. titulo de multis quæſtionibus, num. 3. ad finem, uerſi. item quod infirmi. De his omnibus tradit Alberic. tract. ſtatut. libro 2. quæſt. 68. Vbi loquitur de abſentibus, & quæſtio. 71. vbi loquitur de alijs. Idem de inhabilibus not. Bartolus in l. 1. §. occiſorum, ff. ad Syllanianum, & in l. ſi tertius, ad finem princip. ff. de aqua pluuia arcenda, idem Bart. conſil. 102. numer. 4. de omnibus his pariter notat Roman conſil. 7. num. 9. Cœpol. conſi. 19. num. 17. Rip. in rubr ff. ſolut. matrim. num. 14. Dec. conſ. 64. col 3 verſi. & plura, quē referendo ſimpliciter allegat Boſſ. d. ſua praxi crim. tit. de captura, num. 56. uerſic. & Decius, Marſil. tract. banniti. in verbo, uillis, num. 27. Menoch. tracta. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 222. nu 23. idem conſi. 53. & conſi. 101. num. 42. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 90. nu. 8. uſque ad fin. Bonacoſſ. in quæſt. crim. in uerbo, de damnis, & incendio, uerſ. itē limitatur, & uerſ. an dominus, & uerbo, uilla, uerſi. ſi ex forma ſtatuti, ubi loquitur de abſentibus, Marſ. tracta. banniti.
198 in uerbo, uillis, num. 25 loquens de abſentibus. † Tamen in abſentibus, quod ſeruetur contrarium, ut taxentur in communi, not. Alberic. d. tract. ſtatut. lib. 2. quæſt. 83. ad fin. quē referendo ſequitur Clar. ſua praxi crim. §. finali, quæſt. 82. ad primum ſtatutum de damno dato, uerſ. fin. ibi, item quæro. Facit pro hac opinione, quia abſentes, & contradicentes tempore delicti facti per unam uniuerſitatem ligantur interdicto facto dictę uniuerſitati, quo ad mundum, non quo ad Deum, ita Afflict. in conſtit. regni, rubr. 10. de intrant. nu. 2.
199 ad fin. lib. 1. † Qui de nouo ingreditur uillam aliquam poſt damnum datum nō tenetur pariter ad contributionē huius debiti, iuxta tradita per Rom. ſing. 490. cum addit. ibi Aluy-
200 ſius de Alber. ſing. 280. † Habitans autem in uilla, uel communi aliquo tempore huius damni dati non poteſt mutare domicilium ad hoc, ne collectetur pro hoc damno dato, ut tradit d. Guliel. Ludo. ſing. 29. per gl. quam allegat in l. & qui originem, ff. de muner.

gg Reperiret malefactorem, uel malefactores poſt ſolutionē
201 factam per commune] † Idem eſt, ſi eos reperiret ante ſolutionem factam, quia poteſt agi etiā ante ſolutionem à communi contra malefactorem, & id quod non potuit ab eo cōſequi pro damno, poterit id à communi, uel uilla conſequi ex diſpoſitione huius ſtatuti, ut firmat Alberic. d. tract. ſtatu. lib. 2. q. 22. & clarius explicat Boſſ. d. ſua praxi crimin. tit. de captura, nu. 48. Non autem poterit conſequi duplum contra commune, & uillam, cum ad id non teneatur, ſed ſolum malefactor, ut hic cauetur, & notatum ſupra late.

hh Vſque ad ſupplementum damni dati in duplum] Iuxta diſpoſita ſupra cap. 267. quodlibet, & ſequen. & cap. 373. ſi quis, In quo duplo computatur æſtimatio rei, ut ibi notatū.
202 † Poterit etiam agere ad pœnā criminalem, quæ infligitur ex diſpoſitione iuris communis, uel ſtatutorum, his caſibus, contra hos malefactores, quæ non tollitur per hanc ſatisfactionem damni dati, ut in his terminis not. Alberic. tracta. ſtatut. libro 2. quæſt. 72. num. 2 uerſ. ſed ſi uelit, idem Bonacoſſ. in quæſt. crimi. in uerbo, de damno, & incendio, uerſ. ſed an ſtatutum.

ii Computata ſolutione iam habita à communi] † Idem
203 not. Alberic. d. tract. ſtat. lib. 2. quæſt. 72. nu. 1. Boſſ. ſua praxi crim. tit. de captura, num. 48.

De executione facienda vigore damnorum datorum pro ſtatutis comprehenſis in præſenti Rubrica generali. Cap. CCCLXXVI.

a QVilibet Iudex competens, b qui inde fuerit requiſitus, teneatur exequutioni mandare c prædictas pœnas, & prædicta ſtatuta realiter, d & perſonaliter.

P SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Socius pro damno dato in re communi, quilibet poteſt agere.*

a QVilibet iudex competens] Intellige in ciuilibus, vbi agitur ciuiliter tantum, veluti contra commune, vt cauetur c. præced. Et criminalis vbi agitur contra malefactores in caſibus poteſt agi criminaliter.

b Qui inde fuerit requiſitus] † Plures ſi fuerint ſocij in
1 re communi, quilibet ſociorum poteſt agere, & actionem porrigere contra damnum dantem, vt tradit Bertach. tract. de gabell. 4. par. nu. 19. verſ. pro quo facit.

c Prædictas pœnas, & prædicta ſtatuta realiter] Quando agitur tam contra malefactores, quam contra commune, qui tenetur tantum actione reali, vt notatum cap. præcedenti.

d Et perſonaliter] Quando ſcilicet agitur contra malefactores etiam ciuiliter, qui poſſunt capi pro ſatisfactione damni dati, vt cauetur ſupra cap. 373. ſi quis dederit, ad fin. & notatum cap. præcedenti.

Quod à ſententijs vel declarationibus latis ſuper damnis datis non poſsit appellari, & quando poſsit. Cap. CCCLXXVII.

a A Sententijs, vel condemnationibus b latis, vel ferendis ſuper damnis datis, c non poſſit appellari, niſi condemnatio excedat libras quinquaginta Imperialium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando trahatur ad præterita.*

a A Sententijs, vel condemnationibus] Vbi non requiritur ſententia, ſed ſolum condemnatio, vt cauetur ſupra cap. 375. ſi de cætero.

b Latis] † Et ſic trahitur ſtatutum ad caſus præteritos,
1 & deciſos, quod non poſſit appellari, quod quidem non eſſet, vbi non fuiſſet expreſſum, quia non traheretur ad caſus præteritos, ſed ſolum ad futuros, ita Bertach. ſuo repert. in verbo ſtatutorum extenſio, verſi. ſtatutum extenditur, Aretin. conſil. 104. ad finem, Caſtrenſ. conſil. 135. col. 1. verſ. 2. Alexan. conſ. 96. per totũ, vol. 2. Caſſan. ſuis commentar. in fin. in textu, concluſio, & approbatio, verſi. & intendens.

c Non poſſit appellari] Remota appellatione quæ cenſeatur remota, & quæ non late notatum ſupra c. 116. petito, in hoc verbo, volum. 1.

d Niſi condemnatio excedat libras quinquaginta] Non tamen datur appellatio etiam abinde ſupra in caſu ſtatuti, d. cap. 375. ſi de cætero, vbi proceditur ex officio, vt ibi notatum, d. verbo, ex officio.

Qui condemnationes accuſarum fiant intra certum tempus. Cap. CCCLXXVIII.

QVilibet Iuſdicens competens, a teneatur, ex quo delata fuerit accuſa b verificata, modo, & forma, prout in præſentibus ſtatutis continetur, condemnare ipſos accuſatos, c infra quindecim dies, poſt ipſam accuſam verificatam, vt ſupra. Et hoc ſummarie, extra ordinem, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & omni iuris ſolẽnitate omiſſa.

a TEneantur] Si tamen hoc petitum fuerit à parte, & in ſtatum, vt not. Aſin. ſua praxi iud. §. 2. cap. 17. & late notatum ſupra cap. 19. ſtatuitur, in verbo, decidantur, & ſine debito terminentur, vol. 1.

b Verificata modo, & forma] Et ſic hoc tempus currit nõ à die delationis, ſed verificationis etiam, quod magis colligitur ex verbis ſequentibus, ibi, Poſt ipſam accuſam verificatam, vt ſupra.

c Infra quindecim dies] Hoc non ſeruatur, ſed fit lõge poſt ex cauillatione litigantium.

d Summarie] Quid releuet hæc clauſula cum ſequentibus, notatum late ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, in his verbis, volum. 1.

RVBRICA GENERALIS,

De locatione, & conductione, & fictis, & ſimilibus.

De colono debitore non recipiendo ſi denuntiatum fuerit. Cap. CCCLXXIX.

a NVllus b colonus, partiarius, fictabilis, vel molenarius, nec c follator, d cuiuſcunque generis, nec piſtator riſi, vel alterius bladi, e nec aliquis de ſua familia, f poſſit terram conductam, g vel ad maſſaritium acceptam, vel molẽdinum conductum, nec follam, nec piſtam, h nec trauerſeram, i nec reſegam, k nec maleum conductam, l quæ ſint extra portas Ciuitatis Mediolani, dimittere, ſeu relinquere, m etiam termino n lapſo, o niſi prius p Domino, q ſeu locatori r ſatisfecerit ſ de omni eo, in quo eſſet dicto Domino, vel locatori obligatus, t occaſione dictæ terræ conductæ, vel ad maſſaritium acceptæ, vel Molendini conducti, vel follæ, vel piſtæ, vel vt ſupra. Et ſi dictus colonus, partiarius, fictabilis, vel molenarius, vel follator, vel piſtator, vel vt ſupra, u vel aliquis maſculus x de familia ſua contrafecerit, poſſit dictus colonus, & alij, vt ſupra, & quilibet de ſua familia maſculus y maior annis quatuordecim, perſonaliter capi, & detineri, ad petitionem Domini, ſeu locatoris, & non poſsit, z nec debeat aliquo modo relaxari, aa niſi prius ſatisfecerit, vt ſupra, bb nec poſſit cedere bonis ſuis, cc in præiudicium Domini, ſeu locatoris, et dd non obſtante, quod eſſet maior annis ſexaginta, ee nec poſsit petere denarios decem, & octo in die, ſecundũ formam ſtatutorum. Et vlterius, non poſsit, nec debeat ff aliquis gg de ciuitate, hh nec ducatu Mediolani, ii nec de alijs locis ſuppoſitis ſtatutis Mediolani, eidem colono, kk nec alijs de quibus ſupra, nec alicui de ſui familia, locare ad tempus, ll nec ad libellum, nec aliter concedere, aliquã terram, molendinũ, follam, piſtam, trauerſeram, vel poſſeſſionem, citra tranſlationem directi dominij, mm nec aliter accipere, nn nec tenere, nec receptare, nec receptari permittere, ſuper ſuo, nec ſuper eo, quod teneret, vel eius nomine teneretur, vel laboraretur, nec dare ad laborandum, nec permittere dari ad laborãdum, ſuper ſuo, nec ſuper eo, quod per eum, ſeu eius nomine teneretur, vel laboraretur, oo etiam ad mercedem diei, nec aliter, ipſi, nec alicui de eius familia. pp Et, ſi quis ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, aut terrarum ſuppoſitarum ſtatutis communis Mediolani contrafecerit, vel non obſeruauerit prædicta, vt ſupra, qq & eidem denuntiatum fuerit rr per publicum inſtrumentum ſſ per Dominum, ſeu locatorem, tt aut mandato iudicis uu per ſeruitorem publicum communis Mediolani, quod ipſum conductorem, vel alios ſupra nominatos, quem vel quos receperit, vel cui, aut quibus ad laborandum dederit, vt ſupra, expellat, & ad laborandũ ei, vel eis, non det, & ſupra, xx vel debitum ſoluant, yy facta mentione, & ſi de de credito ſuo, & ipſum conductorem, & alios nominatos, vt ſupra, quos receptauerit, non expulerit, vt ſupra, infra mẽſem vnum, a tempore dictæ denuntiationis, teneatur dictus alius locator, ſeu Dominus, vel receptator, ſeu qui dederit ad laborandum, vt ſupra, ſatisfacere dicto Domino, ſeu locatori de dicto ſuo credito, zz occaſione prædicta. aa Et ad prædicta compelli poſſit bb ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, cc & ſine litigio, dd ſola facti veritate inſpecta, ee & ſine exceptione, ff beneficio, & auxilio, gg etiam non obſtante requiſitione compromiſſi: Et prædicta, quæ dicta ſunt de debito, hh intelligantur de puro debito, reſpectu autẽ debiti in diem, teneantur talis colonus, & alij, vt ſupra nominati, antequam recedant, ii idonee ſatiſdare, de ſoluendo tale debitum adueniente die. Et ſimiliter teneatur talis receptator idonee ſatiſdare, ſi non expulerit de ſoluendo tale debitum, vt ſupra, adueniente die. Et etiam, quæ dicta ſunt ſupra, & infra dicentur de familia, teneantur ad debita contracta per maſſarium, & vt ſupra, kk tantummodo ſibi vendicent locum in familia eius conductoris, & ſupra nominatorum, ll qui proprijs manibus laborant, vel laborari faciunt. Et prędicta vendicent ſibi locum tantum mm in filijs, & famulis ruralium, nn non autem nobilium. oo Idem per omnia locum habeat, ſi dictus colonus, vel alius ex ſuperius nominatis, vel aliquis de ſua familia pp excomiatus, vel expulſus fuerit

qq per

Digitized by Google

qq per Dominum, vel locatorem, & extra coloniam, vel bona locata, vtſupra, & vtſupra, & vltra, dictus colonus, uel alius ex ſuperius nominatis, & quilibet de eius familia, maſculus, ff maior annis quatuordecim, ss ad petitionem olim Domini, ſeu locatoris, uu poſſit perſonaliter capi, & xx non poſſit relaxari, yy etiam ſi eſſet ſexagenarius, zz nec poſſit cedere bonis, aa nec poſſit petere denarios decē & octo in die, vt inferius diſponitur, & ſi contingat dictum colonum, vel aliquem ex ſupradictis, vel aliquem maſculū de ſua familia, maiorem annis quatuordecim, deuenire maſſarium, partiarium, fictabilem, vel molenarium, bb vel emphyteutam cc alicuius dd non ſuppoſiti iuriſdictioni communis Mediolani, uel per aliquem non ſubditum, vtſupra ee ſuper ſuo, vel quod tenetur per eum, ff quouis modo teneretur, receptaretur, vel permitteretur receptari, vtſupra, teneatur eodem modo, ille colonus, & quilibet ex prænominatis, vtſupra, & quilibet de ſua familia maſculus maior annis quatuordecim, ſatisfacere gg olim Domino, vel locatori. Alioqui ipſe colonus, & quilibet ex prædictis, vtſupra, & de ſua familia, maſculus maior annis quatuordecim, contrafaciens ad petitionem, olim Domini, ſeu locatoris, hh perſonaliter capi, & in carceribus publicis detineri poſſit, donec ſatisfecerit ipſi olim Domino, ſeu locatori, de eo quod habere debebit, vtſupra, ii non obſtante collatione captionum facta, vel in futurum facienda, nec poſſit ille colonus, nec aliquis ex prædictis, vtſupra, nec alius de ſua familia taliter captus, & detentus kk petere ipſi olim Domino, ſeu locatori denarios decem & octo in die, qui peti poſſunt per alios carceratos ſecundum formam ſtatutorum cōmunis Mediolani, nec poſſit taliter captus relaxari, ll ſub prętextu ſexagenatij, vtſupra, mm nec ceſſionis bonorum, niſi ſatisfecerit, vtſupra, & etiā liceat ipſi olim Domino, vel locatori, nn capere, & oo robari facere, tali colono, & cuilibet ex prædictis, vtſupra, & cuilibet de ſua familia, vtſupra, pp boues, & plauſtra, & omnia alia bona, qq quæ reperirentur in cuſtodia, rr vel habitatione talis coloni, & cuiuslibet ex prędictis, vtſupra, ſſ quæ bona, quo ad hoc tt præſumātur eſſe ipſius debitoris, uu nec admittatur probatio in contrariū. xx Et quilibet non ſuppoſitus iuriſdictioni communis Mediolani, vel locorum ſuppoſitorū ſtatutis cōmunis Mediolani, qui commiſerit contra prædicta vel aliquod prædictorū, yy ipſo iure, intelligatur eſſe, & ſit zz exemptus, & alienus à protectione, & aa defenſione communis Mediolani, & locorum ſuppoſitorum ſtatutis. bb Si non ſoluerit, vel nō excuſauerit, infra decem dies, cc poſtquam ei fuerit notificatum, ꝙ ſtatutū, & diſpoſita in eo habeant locum, dd tam in locatoribus, ee & debitis prętеritis, ff quā pręſentibus. Et ſi controuerſia oriatur hh inter Dominū, ſeu locatorem ii præſentem, kk vel præteritum, ll & dictum colonum, mm vel aliquem ex prædictis nn ſiue ſeparatim, ſiue mixtim, ſuperius nominatis, vel aliquē de ſua familia, vel inter Dominū, ſeu locatorem præſentē, vel præteritum, oo vel eius inquilinum, pp ſuper quantitate debiti, qq occaſione rr maſſaritij, ſſ vel fictalitiæ, ss vel pēſionis, uu vel alia occaſione, xx abinde dependenti, vel connexa, yy quilibet iuſdicens zz in ciuilibus, aut ſuperinde aa delegatus, bb ſummarie, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & cc ſola facti veritate inſpecta, faciāt ius remota omni appellatione, dd nullitate, ee reuiſione, ff & officio iudicis. Et prædicta etiam habeant locum gg ſi talis cauſa commiſſa, fuerit de voluntate partium, conſilio ſapientis, hh vel arbitro, vel etiam arbitratori. Et vbi in præſentibus ſtatutis dictum fuit de illis de familia maſculis maioribus annis quatuordecim, ii non intelligatur, niſi de filijs eorum, qui actualiter prædicta bona laborant, vel ad ſuas manus laborari faciunt.

SVMMARIVM.

1 *Nullus hæc dictio tam maſculum, quam fœminam comprehendit.*
2 *Colonorum multiplex eſt ſpecies, & num. 3.*
4 *Cuiuſcumq; generis, hæc clauſula cuius ſit effectus.*
5 *Locatio mixta cum pacto francandi, quando non comprehendatur in materia locationis, & num. 6.*
7 *Locatio eſt iuris gentium.*
8 *Locatio pro conductione capitur improprie.*
9 *Locationis diffinitio quæ ſit, & qualia ſint eius requiſita, & qualiter probetur, vſq; ad num. 18.*
19 *Locatio eſt bonæ fidei, cui aſſimiletur, & quotuplex ſit, vſque ad num. 22.*
23 *Locatio dicitur venditio facta vectigales pro nouem annis.*
24 *Venditio fructuum fundi in herba an dicatur locatio.*
25 *Conductio ad longum tempus, an veniat appellatione conductionis.*
26 *Conductio, & locatio ad longum tempus quæ dicatur.*
27 *Promiſſio de locando an ſit locatio.*
28 *Actio inter Medicum, & Infirmum, Aduocatum, & Clientem nō eſt locationis, ſed præſcriptis verbis.*
29 *Conductio fundi intelligitur ſub mercede conſueta, & nu. 30.*
31 *Famulus conductus cenſetur ſub mercede conſueta, num. 32. & 33.*
34 *Merces debita ſi fuerit diſformis in quantitate intelligitur de minori.*
35 *Conducens aliquem ad aliquod opus incertum tempore, & loco, quomodo intelligatur obligatus.*
36 *Locatio facta pro vno nummo an valeat.*
37 *Locatio quando arguatur facta ad menſuram.*
38 *Ex contractu quando poſſit agi præſcriptis verbis.*
39 *Conductor obligatus ad fructus an cenſeatur de naſcentibus in fundo conducto, & num. 40.*
41 *Conſuetudo in locationibus attenditur, amplia vſque ad numer. 44.*
45 *Locatio intelligitur facta iuxta ſolitum.*
46 *Ius patronatus an transferatur in conductorem.*
47 *Ius præſentandi an ſpectat conductori, vel locatori.*
48 *In locatione bonorum quæ veniant.*
49 *Solita locari an dicantur per vnicam locationem, & nu. 50.*
51 *Caſtro locato iam territorio quid veniat.*
52 *Conductio, & precarium an ſimul concurrant.*
53 *Conductor obligatus ad ſpeciem, an poſſit ſupplere in quantitate.*
54 *Conductus ad legendum, vel aliud opus, an poſſit ſupplere per ſubſtitutum.*
55 *Locatio vltra tempus permiſſum quomodo intelligatur.*
56 *Conductio facta per quinquennium intelligitur de continuo.*
57 *Pactum locationis quomodo veſtiatur, & num 58.*
59 *Locatio ad menſuram, an dicatur conditionalis.*
60 *Conductio an intelligatur ſecundum capitula reformata ex pacti.*
61 *Locatio facta nomine alterius, quando dicatur perfecta, & quid in re communi, num. 62. & vſque ad num. 68.*
63 *Actio ad penſionem an competat ſine ceſſione.*
70 *Locatio in diem quando pariat obligationem.*
71 *Locatio pro penſione diſtributa in plures menſes, an dicatur vna, & quando datur pluralitas locationum, vſque ad numer. 74*
75 *Locatio facta pluribus quomodo intelligatur, vſque ad numer. 79.*
80 *Vſufructuarius an poſſit locare vſumfructum, & quomodo num. 81. & 82.*
83 *Creditor an poſſit locare pignus.*
84 *Furioſus an poſſit locare.*
85 *Pater an poſſit locare bona aduentitia filij, vſque ad numero 88.*
89 *Minor, tutor, vel curator, an poſſit locare ſine decreto, vſque ad num 94.*
95 *Pena impoſita alienanti an habeat locum in locantē.*
96 *Locatio ad longum tempus quæ dicatur vſque ad nu. 99.*
100 *Locatio facta ſine tempore, quomodo intelligatur.*
101 *Socius an poſſit locare inuito ſocio, vſque ad num. 118.*
119 *Domus locata duobus, & vnus impediat alterum quid ſit agendum.*
120 *Dominus Domus an cogatur locare ſcolari.*
121 *Emphyteuta an teneatur locare domino directo.*
122 *Curiales an præferantur in conductione, & quid in ſocijs, vſque ad num. 124.*
125 *Contractus recipit interpretationem à conſuetudine, & obſeruantia.*
126 *Locatio an requirat ſpeciale mandatum; & quæ ſit auctoritas Procuratoris, vſque ad num. 134.*
135 *Fundans ſe ſuper inueſtitura alicuius debet probare de iure inueſtientis.*
136 *Reſtitutio in integrum, an competat aduerſus conductionem.*
137 *Sacerdos non poteſt locare operas pro diuinis celebrandis.*
138 *Dominus poteſt locare qui vult.*
139 *Milites Clerici, & Decuriones an poſſint conducere, vſque ad num. 143.*
144 *Res Eccleſiæ Regalia ſeruitutes ius perſonale vſusfructus veſtium vſus, & habitatio, an poſſint locari, vſque ad numer. 150.*
151 *Locatio facta de iure, quod quis habet requirit probationem.*

Digitized by Google

152 Conductio rei propria non valet, declara num. 153.
154 Error in locatione an vitiet.
155 Locationis inſtrumentum quomodo ſit intelligendum, & numer. 156.
157 Circa dictio hæc quid ſignificet in locatione.
158 Contractus locationis, & conductionis an poſſit cenſeri ex vtraq; parte vſurarius.
159 Damni infecti ratio an vt habenda reſpectu locatione, quæ fieri potuiſſet de re deſtructa.
160 Locatio facta pro ſe & ſucceſſoribus, an comprehendat maſculos, & quid quoad hæredes, vſq; ad num. 174.
175 Locatio facta cum pacto quod liceat recedere niſi ſeruentur promiſſa, quomodo intelligatur.
176 Conducens ad longũ tempus, an ammittat ius conductionis ob capitalem condemnationem, quid in emphyteuta, & an tranſeat in fiſcum, vſq; ad num. 178.
179 Doctor Scholaris, vel Medicus an præferatur in conductione, vbi eſt expellendus faber mallearius.
180 Conducens Hoſpitia Doctorum legentium, an & vbi ſit excommunicatus.
181 Ius accreſcendi an habeat locum in locatione.
182 Locator an teneatur exhibere inſtrumentum conductori, vſque ad num. 184.
185 Euictio an habeat locum in locatione, vſq; ad nu. 188.
189 Conductor quando non teneatur ad penſionem.
190 Locator tenetur probare traditionem poſſeſſionis, & patientiam ſucceſſiuam alias tenetur, declara & amplia vſq; ad nu. 207.
208 Locator pendente appellatione an gaudeat fructibus, vſque ad num. 210.
211 Locator ad quas expenſas teneatur erga conductorem.
212 Societas poteſt contrahi in locatione.
213 Conductor non poteſt vti re ad exercitium prohibitum, & num. 214.
215 Conductor an poſſit inquirere venas argenti, vel auri.
216 Locator an poſſit officere luminibus.
217 Conductor quando habeat actionem contra Dominum ad intereſſe, vſq; ad num. 219.
220 Conductor plurium rerum an poſſit reſilire ab omnibus ſi defecerit ſolutio, vſq; ad nu. 223.
224 Penſio rei locatæ an competat emptori, vel venditori.
225 Locator an præiudicet conductori pactum nouum.
226 Fructus rei locatæ quæ poſt modum fuerint data in dotem cui competat.
227 Conductor effectus Dominus per emptionem quando teneatur ad emptionem.
228 Conductor mota lite an teneatur ad fructus.
229 Locatio an pereat perempta re quid ſi fuerit refecta, nume. 230.
231 Conductor equi poſt motũ mortui an teneatur ad penſionem quid ſi vſus fuit pro maiori tempore, quid ſi equus fuerit vitioſus ad alium locum quis vſus fuerit, vſq; ad nu. 234.
235 Conductor molendini pro ſe, & filijs obligatus quomodo teneatur.
236 Conductor an poſſit ſub locari, & quando, & per quod tempus, vſque ad num. 250.
251 Conductor moriens pendente conductioni, an Domino noceat.
252 Colonus delictus, an Domino noceat, & nu. 253.
254 Conducens domus ſub certa forma, an teneatur ad penſionem certa forma non ſeruata, & quid reſpectu temporis, vſque ad num. 277.
258 Locator & conductor tenetur præciſe ad factum.
259 Penitentia an habeat locum in contractu locationis.
260 Præſcriptio an habeat locũ in emptore bonæ fidei qui rem emerit a colono, & quando impediatur præſcriptio, vſq; ad nu. 262.
263 Conductor ſi recedat clauſo Hoſtio quid agendum, & nu. 264.
265 Conductor ad longum tempus pignorandum rem locatori quomodo teneatur.
266 Locator de rebus vitioſis quomodo teneatur, & quid in opere vitioſo, vſq; ad num. 273.
274 Locans operas in perpetuum, an poſſit ſeruiri per ſubſtitutum.
275 Conductor famulo, an poſſit eum delegari.
276 Acquiſita per famulum cui acquirantur num. 277. & 278.
279 Operarius adhibendus non eſt quærendus extra locum, & 280.
281 Vectari nauis an debeantur locatori nauis.
282 Argumentum à locatione ad conductionem, an valeat.
283 Fundo legato quid veniat, vſq; ad num. 287.
288 Poſſeſſio an probetur ex inſtrumento locationis.
289 Reſtitutio in integrũ, an cõpetat conductori, & cui, vſq; ad 291.
292 Sententia lata contra conductorem, an noceat locatori promittens reficere opus intra certum tempus ſi defecerit ad quid teneatur, vſq; ad num. 300.
301 Gloſſa in l. tale pactum, §. finali ff. de pactis, an habeat locum in locatione, & num. 302.
303 L. ſeruus emptor, ff. de peric. & commod. rei vend. & nu. 304.
305 Conductor pendente venditione, an faciat fructus ſuos.
306 L. inquiſitio C. de accuſationibus quando habeat locum.
307 Colonus partiarius quando dicatur.
308 Suburbia ciuitatis quando non comprehendantur in diſpoſitione.
309 Locatio facta ſine tempore quamdiu duret, num. 310. & 311.
312 Colonus an poſſit deſerere coloniam ante tempus conuentum, vſque ad num. 317.
318 Locator quando poſſit expellere conductorem non finita locatione, & quomodo, & quid de emphyteuta, vſq; ad nu. 386.
387 Domini appellationi an veniat vſufructuarius.
388 Satisfactio propria quæ ſit, & quando requiratur, nu. 389.
390 De omni eo clauſula hæc quid importet.
391 Statutum quando non comprehendat fœminas.
392 Familiæ appellatione quid veniat.
393 Ætas maior per quem debeat probari.
394 Conductor an poſſit cedere bonis.
395 Statutum Mediolani 379. an habeat locum in colono colente bona communia inter duos fratres, nu. 396 & 397.
398 Operarij diurni qui dicantur.
399 Denunciationes extra Iudiciales qualiter fiant, & num. 400.
401 Inſtrumentum publicum quod dicatur.
402 Beneficium competens locatorĩ, an tranſeat in heredem, & n. 404.
403 Priuilegium perſonale, vel reale quando dicatur.
405 Imperiens debitorem alicuius ne laboret, & creditori ad quid teneatur.
406 Fides crediti cui fieri debeat.
407 Occaſione prædicta iſta clauſula quid operetur, & nu. 448.
408 Et ſine litigio iſta clauſula quid valeat.
409 Sola facti veritate inſpecta clauſula, hæc quid operetur, vſq; ad num. 411.
412 Beneficij, & Auxilij nomine quid veniat.
413 Debitum conditionale an dicatur debitum.
414 Ruſtici qui dicantur.
415 Nobiles qui ſint.
416 Aetas legitima dicitur eſſe annorum 20.
417 Priuilegium competens locatori pro detentione coloni, an tranſeat in hæredem, vel ceſſionarium.
418 Captura tantum pro debito maturato.
419 Suum in iure quot modis dicatur.
420 Domini appellationi quando veniat præteritus.
421 Saluus conductus an competat colonis.
422 Præſumptio iuris, & de iure an admittat probationes in contrarium, & num. 423.
424 Remotus à protectione loci an cenſeatur remotus à ſucceſſione, & à defenſione, vſq; ad num 426.
427 Inquilinorum ſpecies quæ ſint, & qui dicantur inquilini, numer. 428.
429 Conductor debitor frumenti, an teneatur quanti plurimi.
430 Conductor allegans ſolutionem tenetur probare.
431 Conductor an teneatur portari penſionem ad domum locatoris, vſq; ad num 435.
436 Penſio an debeatur per conductorem, qui nihil perceperit.
437 Conductor ſoluens an ubi præiudicet in exceptione.
438 Conductor conducens ſcienter rem alienam, an teneatur ſoluere penſionem.
439 Colonus coactus per Iudicem ſoluere penſionem an excuſetur, nu. 440. & 441.
442 Conductor an teneatur ad pretium auctum vltra dimidium.
443 Vxor habitans Domum viri poſt eius mortem, an teneatur ad penſionem.
444 Habitans Domum quam habet in pignus, an teneatur ad penſionem.
445 Socius habitans Domum communem, an teneatur ad penſionem, & ad quam, num. 446. & 447.
449 Penſio quot modis accipiatur, vſq; ad nu. 452.
453 Domus ſi ſit locata non expreſſo pretio an ſit contractus innominatus, & quomodo poſſit ex eo agi, & quid vbi quis inhabitat nulla interueniente locationi, vſq; ad nu. 457.
458 Fictabiles grani an teneantur actione locati quid vbi agatur tacite hypothecaria 459.
460 Occaſio quomodo differat à cauſa, & num. 461.
462 Dependens, vel connexum quid dicatur, & nu. 463.
464 Actio ſemel intenta contra fictabiles, an poſſit mutari.
465 Sola facti veritate inſpecta clauſula, hæc quid operatur, & quæ reijciantur per eum, vſq; ad nu 474.
475 Conductor, vel inquilinus ob quæ poſſit agere ad verſus locatorẽ, vſq; ad num. 477.
478 Pacta inter conductorẽ, & locatorem quomodo ſint intelligenda.
479 Conductor denegans fructus, vel penſionem quomodo cõueniatur & quando poſſit denegari ſolutionem, & quo tempore teneatur, ſoluere ficta, vſq; ad num. 481.

482 Loca-

Digitized by Google

482 *Locatio facta pro vno denario an valeat, & num 483.*
484 *Duo ſcolares conducentes domum quomodo teneantur ad penſionem.*
485 *Appellatione Remota quid cenſeatur prohibitum fieri, vſque ad num. 492.*
493 *Conſilium ſapientis, quando dari poſſit inuitis partibus, & numer 494.*

a N Vllus] † Comprehenditur tantum maſculus, non
1 fœmina, & hoc ex diſpoſitione iuris communis, vt notat Cotta ſuis memor. in verbo, maſculinum, ad fin. licet hoc relinquat ſub dubio, tamen confirmat ex eo quod militat eadem ratio in fœminis, ſicut in maſculis, iuxta tradita per Gabr. ſuo tract. communium, tit. de verb. ſign. concluſ. 6. limit. 2. num. 49. Tanto magis cum tractetur de materia correctoria iuris communis, & odioſa, vt ibi per eum, limit. 4. num. 59. Et ſic non tractatur de materia indifferenti, prout cauetur ſupra cap. 126. in ciuitate, volum. 1. vbi notatum. Hoc magis colligitur ex verbis ſequentibus ſtatuti huius, vbi loquitur tantum de maſculis de familia, & melius diſponitur ſupra cap. 243. minores, vol. 1. vbi prohibetur mulierum captura, de qua etiã in hoc ſtatuto, in clauſulis ſequentibus, niſi id expreſſe caueatur.
b Colonus, partiarius, ſictabilis] Qui ſint hi, & quid differant inter ſe, notatum eſt cumulate ſupra cap. 232. licet-
2 tum ſit, & cap. 167. pro debito in his verbis, volum. 1. † De multiplici colonorum ſpecie vltra notata dicto loco, plura ſcitu digna tradit Cuiatius rubr. eodem, de agric. & cenſit.
3 lib. 11. † Et de aſcriptijs colonis habetur apud Cœlium Rodianum, lib. 10. teſtamenta antiqua, Zaſius, §. præiudicialiter, num. 14. Inſtit. de act.
c Follator] Quorum multæ ſunt ſpecies.
d Cuiuſcunque generis] † Hoc verbum, & clauſula, non
4 poteſt referri ad colonos, vt ſic comprehendat omnem ſpeciem colonorum, de quibus notat Napod. ſuis conſuetud. Neapol. titu. 18. in quo caſu, in princip. nam non comprehenduntur aſcriptitij, nec inquilini, nec alij, demptis his expreſſis; Sed voluerunt forte ſtatuentes hæc verba referre ad qualitatem coloniæ, ſiue nummis, ſiue victualibus bona teneant, ſiue ad partem, vel melius exponendo, hæc verba referri debeant ſolum ad follatorem cuiuſcunque generis ſit, cum eorum ſint diuerſa genera, ſcilicet pannorum, telæ, fuſtanei, papyri, & ſimilium. Et hæc eſt melior ratio, vt ſit ſub vnica oratione, follator cuiuſcunq; generis, cum de precedentibus præcipua diſtinctio facta fuerit. Et ſic virgula hæc intermedia errore impreſſorum appoſita omnino tollenda venit, alias forte pariet difficultatem, cum traheretur ad omnes qualitates colonorum, quod minime dicendum eſt, quia nec ex praxi ſeruatur in inquilino. Et vbi ſtatutum voluit expreſſe loqui, de inquilino hoc expreſſe cauit, vt fecit in fine huius ſtatuti, & infra cap. 380. quilibet maſculus. Tanto magis hoc cenſendum eſt, cum expreſſerit ſtatutum hoc caſus ſpeciales, in quibus vult habere locum.
e Nec aliquis de ſua familia] Qui veniant, & comprehendantur, cauetur infra c. ſeq. quilibet maſculus.
f Poſſit terram conductam] † Nummis ſcilicet, vt caue-
5 tur in l. ſi merces, §. vis maior, ad finem, ff. locati. † Non
6 tamen habet locum hæc diſpoſitio in locatione mixta cum pacto affrancandi, vt tradit Alexand. conſil. 17. numer. 12. volum. 4. cum addit. ibi, & conſil. 76. num. 5. volum. 5. idem Ruinus, conſil. 78. numer. 1. & conſi. 114. nume. 4. volum. 1. licet contrarium teneat idem Alexan. conſil. 28. numero 5. volum. eodem, vbi reprehenditur à gloſſa Pariſienſi ibi, in addit. quem tamen Alexan. d. loco ſequitur Alciat. tractat.
7 præſumpt. reg. 2. præſumpt. 17. num. 7. & ſequent. † Locatio, & conductio eſt de iure gentium, vt tradit Carocius verſic. de iure naturali, numer. 1. declarando numeris ſequen-
8 tibus. † Locatio quandoque pro conductione capitur improprie, ita Bertachinus, de gabell. 2. parte princip. nume. 6.
9 † Locationis diffinitio quæ ſit, notatum eſt à Carocio,
10 verſic quæro quid. † Ad ſubſtantiam locationis tria requiruntur, ſcilicet res, quæ locatur, merces, & conſenſus, ſecundum notata per eundem Carocium, verſic. ſubſtantia loca-
11 tionis, num. 1. declarando, nu. 11. & ſequent. † quod autem pecunia ſit de ſubſtantia locationis, not. Carocius idẽ verſi.
12 iure naturali, n. 11. † Si autem conſiſtat in alia merce, veluti vino & oleo, ſi eſt Pronomen quote, eſt ſocietas, alias agitur præſcriptis verbis, licet ſuſtineatur libellus dicens locaſſe pro certa quantitate, ſecundum tradita per Carocium ibi, num. 4. & ſecundum Bartolum, in l. ſi merces, §. vis maior,
13 num. 3. ff. locati. † In locatione requiritur ſcriptura, vt per Carocium, verſ. ſubſtantia, numer. 15. Etiam ſi ſit pactum, vt fiat ſcriptura, numer. 16. niſi addita ſit clauſula, quod non
14 valeat aliter, vt per eum. † Ideo locatio per apochas, ut fiat dein inſtrumentum, eſt perfecta etiam ſine inſtrumento,
15 ſecundum Carocium, uerſ. his qui ſub modo. † Probatur autem locatio per ſcripturas publicas, ut tradit Carocius, uer-
16 ſic. probationibus, nume. 1. † Et per teſtes etiam ſingulares, num. 2. exemplificando, ut per eum, ſed nõ per mediatorem;
17 ut per eum ibi, in fine. † Similiter dicitur probata tacite ex præſumptionibus duabus concurrentibus, conſuetudine
18 ſcilicet in ſpecie locandi de perſonis & rebus, num. 3. † Nec ſufficit probatio conſuetudinis in genere, ut notat Ruin.
19 conſil. 99 num. 6. uolum. 5. † Locationis contractus eſt bonę fidei, ideo uenit in ea intereſſe, & damna, ſecundum notata per Carocium, uerſi. natura locationis, declarando, & limi-
20 tando, ut per eum. † Contractus locationis aſſimilatur emptioni, & uenditioni, ſecundum Carocium uerſ. ſimilitudo locationis, d. num. 1. Ideo habet locum in ea remedium l. 2. C. de reſcin. uend. prout in emptione, num. 1. uerſi. hinc po-
21 ſtea, declarando numeris ſequen. † Locatio quædam propria, de qua ſupra, quædam temporalis, quędam ad longum tempus, & quędam abortiua, ut in colono partiario, Caroc.
22 uerſ. ſimilitudo locationis, nu. 11. & 12. † Vbi autem non cõſtat, an ſit temporalis, uel ad longum tempus; præſumitur perpetua ob caducitatem, ut dicit Carocius, uerſic. præſum-
23 ptionibus, num. 1. & 2. † Vendens uectigal pro nouem annis, ut fiat ſolutio in ſingulos annos, erit locatio, non autem uenditio, ſecundum Carociũ, uerſ. uenditione, & locatione.
24 † Venditio fructus fundi in herba erit contractus locationis, ut fiat diminutio ad ratam, ſi contingat deuaſtari, ut di-
25 cit Carocius, uerſic. immatura alienatio. † Conductionis appellatione uenit conductio ad longum tempus, ſecundum
26 Carocium, uerſ. conductionis appellatione. † Quæ autem dicatur conductio, & locatio ad longum tempus, & quibus modis, notat Carocius, uerſ. locatio ad longum tempus, n. 1. uſque ad ſextum. Et notat Pinellus l. 1. 3. parte, num. 63. C.
27 de bonis mater. & infra dicetur. † Promiſſio de locando nõ eſt locatio, ut per Carocium, uerſ. promiſſio locandi, infe-
28 rendo, ut per eum ibi. † Inter medicum, & infirmum, aduocatum, & clientulum non agitur locationis titulo, ſed præſcriptis uerbis, cum non ſit proprie locatio, & hoc pro penſione arbitranda arbitrio boni uiri, ut per Carocium, uerſi.
29 præſcriptis uerbis, nu. 3. 4. & 5. † Conductio domus, uel fundi nulla conſtituta mercede intelligi ur de conſueta, ſecundum cõmunem, ut notat Carocius, uerſ. ſubſtantia locatio-
30 nis, num. 1. ad finem, & 2. † Et ſi ſit indifferens attenditur ul-
31 tima, nu. 3. inferendo, ut per eum, num. 4. † Famulus conductus nulla conſtituta mercede, quãdo ipſe erat ſolitus locare operas, & Dominus conducere, tenetur Dominus ad eam ſummam, quam eſſet alias conducturus, uel alijs daturus, ſecundum Carocium, uerſ. ſubſtantia locationis, numer. 5.
32 † Modum autem libellandi, notat num. 6. Si autem famulus ſit conſtitutus ſub mercede taxanda arbitrio Domini,
33 intelligitur arbitrio boni uiri, ut per eum, num. 7. † Conductione alicuius rei, uel perſonæ certo pretio pro anno, ex poſt facta reconductione nulla facta mentione mercedis, intelligitur pro eodem pretio, ſecundum Carocium, uerſ. ſub-
34 ſtantia, num. 8. & 9. infra dicetur, cap. 398. † Conductoribus pluribus operarum data mercede difformi, ſi alius dein conducatur, intelligitur de minori data alijs, ut per Caro-
35 cium, uerſic. conductione difformi. † Conducens aliquem ad aliquod opus incertum, loco, & tempore, quo ad locum debet ſtari declarationi locatoris, quo ad tempus arbitrio boni uiri, ſecundum Carocium, uerſic. & quod certo loco.
36 † Locatio pro uno nummo non ualet, limitatur, niſi non ſit digna maiori mercede, uel ſit facta ex cauſa neceſſitatis, uer-
37 ſicu. ſubſtantia, d. loco, numer. 10. † Ex qualitate mercedis dijudicatur, an ſit conceſſa res ad menſuram, uel ne, ut per eundem Carocium, d. uerſic. præſumptionibus, numero 3.
38 † Contractus, ubi non tenet uti locatio, quia non ſit conſtituta merces, agitur præſcriptis uerbis, uerſic. præſcriptis uerbis, per totum, infra dicetur, in uerſic. finali, in uerbo,
39 penſionis. † Conductor nulla expreſſa quantitate fructuũ, debet intelligere de naſcentibus in fundo conducto, ſecun-
40 dum notata per Carocium, uerſic. fructibus omiſſis. † Et an conductor uineæ fructibus naſcentibus in illa uinea, ſi uno anno in illa aliquid non naſcatur, debeat ſupplere anno ſequenti, diſtinguendum ut per eundem Carocium, uerſ. re-
41 rum permutatione, num. 1. ad finem, & ſecundo † Conſuetudo in locationibus attendenda potiſſimum, ut tradit Ca-
42 rocius idem uerſic. conſuetudinem, num. 1. † ampliatur primo procedere etiam in locatione uectigalium, ſecundũ no-
43 tata per eundẽ Carocium d. loco, nu. 2. † Secundo ampliatur

Digitized by Google

etiam in cultura agrorum ibi, num. 3. nam debet conductor
colere ſecundum conſuetudinem, alias compelli poteſt,
44 vt per eum ibi, numer. 4. † Ampliatur tertio etiam in re-
miſſione mercedis, quia conſuetudo attendenda, nume. 5.
45 † Locatio ſi ſit facta de magno tenimento terræ, nec con-
ſtet de proprietate locationis, cenſetur facta pro portione
locationis, & ſolitum in ſimilibus fieri, ſecundum tradita
46 per Carocium, verſi. finium regundorum. † Ius patrona-
tus in conductione ad longum tempus transfertur in con-
ductorem, ſecus in conductore ad iuridicum tempus, vt ip-
47 ſe Caroc. tradit, verſ. iure patronatus, num. 1. † Ius autem
præſentandi an ſpectet locatori, vel conductori, quod ſit at-
48 tendenda conſuetudo, declaratum eſt, nume. 2. † In loca-
tione bonorum veniunt coniunctim ea, quę ſolita ſunt loca-
ri, ſecundum Ceph. poſt Bal. conſ. 144. nu. 32. vol. 1. refert
Caroc. verſ. conſuetudine, nu. 6. Quod habet locum, quan-
49 do ſimpliciter ſit omiſſum aliquid conſuetum. † Dicitur au-
tem ſolita locari per vnicam locationem legitimam, & ſo-
lennem, vt per eundem Caroc. verſ. ſolita, nu. 1. & 2. decla-
50 rando, n. 3. † Sed ſi in inſtrumento locationis appareat, vel
ſpecificetur vnum, quod ſit excluſio illius, quod eſt conſue-
tum, tunc conſuetudo non eſt attendenda, ſecūdum Caroc.
51 d. nu. 6. verſ. notandū tamen. † Locato autem Caſtro cū ter-
ritorio, & terreno, non veniunt, nec cōprehenduntur ſylue-
ſtria, & ad culturā penitus inhabilia, nec fōtes, nec ius aqua
rum, niſi quatenus faciant ad culturam agri, vt tradit ipſe
52 Caroc. verſ. locis ſyluestrib. † Conductio, & precarium non
poſſunt cōcurrere ſimul regulariter, vt notauit idem Caroc.
53 verſ. precario, declarando duobus modis, vt per eum. † Con-
ductor vini, olei, vel tritici, vel ſimilium non poteſt ſupple-
re, vel reſpondere de pecunia, ſecundū not. per Caroc. verſ.
54 de rer. permut. nu. 1. † Conductus ad legendum, ſcribendū,
vel aliquod opus peragendum, an poſſit ſeruire per ſubſti-
tutum, notatum eſt per Carocium, verſ. induſtria perſonæ.
55 † Locatio vltra tempus permiſſum reſtringitur ad tempus
permiſſum, ſecūdum Communem, vt tradit ipſe Caroc. ver.
56 Locatione inutili. † Conductio facta fundi per quinquē-
nium, intelligitur de tempore continuato, non vtili, ſecun-
57 dum notata per eundem Caroc. ver. Tempore vtili. † Pa-
ctum locationis appoſitū, an veſtiatur cohærentia contra-
ctus; quod ſic, à Carocio notatum eſt, ver. Cohærentia con-
58 tractus, nu. 1. † Vt ex eo contractu locationis poſſit, agi exē-
plificando, vt per eum, & Limitando quinque modis, vt ibi
59 per eum numeris ſeq. † Contractus locationis fundi ad mē-
ſuram, quando dicatur conditionalis, vel purus, declarauit
60 Caroc. ver. Conditionibus, & demonſtrationib. † Conductio
domus tenet ſecundum capitula Communis nondum refor-
mata tēpore locationis, ſi poſt reformentur, vt notauit Alex.
conſ. 28. nu. 7. vol. 1. & refert Caroc. ver. Conuentione inu-
61 tili. † Locatio nomine alterius dicitur perfecta ante rati-
ficationem illius ſecundum Communem, vt per Caroc. ver.
62 Rem ratam haberi, n. 1. † Sed facta nomine ſociorum eis nō
acquiritur, niſi poſtquā ratificauerint, ſecundū Caroc. d. lo-
64 co, nu. 2. † Conductio enim pro ſe, & ſocijs valet, intelligen-
do de præſentibus, nō de nominandis in futurū, vt per eun-
65 dem Caroc. ver. Si quis alteri, n. 1. † Sed intelligitur pro di-
midia ſibi, & alijs ſocijs pro alia dimidia, vel pro virili, vt
66 notatū eſt ibi, nu. 2. † Sunt autem ſocij nominandi tūc, nō
ex poſt, ne præiudicium fiat locatori, vt ibi Carocius, nu. 3.
67 † Requiritur etiam ratificatio ſociorum, vt ibi Caroc. nu. 4.
68 † Vbi autē conductio illa non teneat aliqua de cauſa, ſi non
69 renouetur, non extenditur ad conſocios, n. 5. † Et vbi nō va-
leat reſpectu Conſociorum, accreſcet conducenti, vt ibi per
69 eundē, n. 6. † Actio ad penſionē acquiritur domino per aliū
70 ſine ceſſione, vt dicit Ruinus, conſ. 144. n. 60. vol. 1. † Loca-
tio in diē eſt locatio vera, & ſtatim naſcitur obligatio, licet
differatur exactio, ſecundum notata per d. Carocium, ver. In
71 diem addicere. † Locatio domus pro penſione ſoluenda
ſingulo menſe, vel anno, dicitur vna non plures, locationes,
licet ſint plures præſtationes, vt per eundem Carocium, ver.
72 Diuiſione locationis, & ver. Multiplicatione, nu. 5. † Quot
ſunt res, tot ſunt locationes, ſecundum Carocium, uer. Mul-
tiplicatione contractus, vbi infert Vtilitates, numer. 2. & 3.
73 † Ampliando, vt dicantur diuerſæ locationes, ſi appoſitum
ſit pactum, quod finita locatione ad nouem annos cenſeatur
facta pro alijs nouem annis, vel in tertiam generationem, vt
74 ibi per eum, num. 4. † Limitat principalis concluſio, niſi
vnica ſit penſio pro omnib. rebus, quia tunc vnica locatio
cenſetur, vt ibi per eum, num. 5. ver. Limita principaliter.
75 † Inferendo ad ſolutionem gabellæ, nu. 7. † Locatio, ſi fiat
76 vnius rei pluribus, in dubio cenſetur facta pro virili, vt per
77 eum Carociū, ver. Duobus reis, n. 1. & 2. † Declaratur pri-
mo tamen, de conductione facta pro virili, vt non procedat,
vbi ratio contractus id non patiatur, exemplificando, pro-
78 ut in ſocietate, num. 3. & 4. † Secundo limitatur in pluri-
bus cōductoribus gabellarum, vel tributorum, quia ſi diui-
dunt ſocietatem, tamen tenentur inſolidum, niſi de conſen-
79 ſu locatoris diuiſerint, vt ibi num. 7. † Vbi autem fuerint
conductores plures rei debendi, vno contrauenienti omni-
bus cenſetur factum præiudicium, vt not. per eundem Ca-
80 roc. ver. Duobus reis, nu. 7. † Vſufructuarius poteſt locare
vſumfructum durante eius vſufructu, ſed non plus, ſecundū
81 Caroc. d. uer. Vſufructu, nu. 1. † Nec hæredes vſufructuarij
tenentur ad intereſſe, ſi moriatur vſufructuarius ante finitū
tempus locationis, ſed fit remiſſio mercedis ad ratam, vt per
82 Carocium, d. loco, nu. 2. † Nec ſucceſſor in vſufructu te-
83 netur ſtare locationi, vt ibi Carocius, num. 3. † Creditor po-
teſt locare pignus domino illius; & tunc dicitur facta loca-
tio reſpectu poſſeſſionis, ſecundum Carocium tract. locati,
84 verſ. Pignoribus, & hypothecis, per totum. † Furioſus, vel
demens tempore furoris non poteſt locare; & conductor ſi
gaudet bonis, tenetur ad iuſtam penſionem arbitrio boni vi-
ri, vt per Carocium dict. tract. Locati, verſic. Bonis eorum.
85 † Pater poteſt locare bona aduentitia filij ad modicum tē-
pus, non autem ad longum, per Pinellum in l. 1. 3. parte, nu-
mer. 63. C. de bonis maternis, idem dicit Carocius d. tract.
86 Locati, verſic. Patria poteſtate, num. 1. † Alias, ſi locet ad
longum tempus, non tenetur ſeruare locationem filius fini-
to vſufructu, ſecundum Pinellum d. l. 1. 3. parte, num. 64. C.
87 de bonis mater. † Fallit autem ſi locet ex cauſa valde ne-
ceſſaria, vel vtili ad longum tempus, quia tūc tenetur filius
ei ſtare, vt per Carocium d. verſ. Patria poteſtate, numer. 2.
88 † Quicquid ſit, pater locans ad longum tempus bona aduē-
titia filij non priuatur adminiſtratione bonorum filij, niſi
ſciens non poſſe locare locauerit, ſecundum notata per
89 eundem Carocium d. loco, num. 3. † Minor, tutor, vel cura-
tor poſſunt locare ad modicum tempus ſine decreto, cui
minor tenetur ſtare etiam poſt finitam tutelam, ſecundum
Carocium tract. Locati, ver. Tutoribus, & curatoribus, num.
90 1. † Ad longum autem tempus non valet ſine decreto; quia
dicitur alienare; quod non poteſt fieri per minorem, tuto-
rem, vel curatorem, vt per Pinellum in d. l. 1. 3. parte, num.
64. verſ. Idem in ſimili, Cod. de bonis maternis, notat Ca-
rocius, in verſ. Annuus redditus, declarādo vt per eū d. verſ.
91 Tutoribus, & curatoribus, nu. 2. & 3. † Ampliando etiam ſi
venditus ſit fundus ne exeat ex familia, quia non poterit
locari ad longū tempus, vt per eum Carocium, ver. De verb.
92 ſig. nu. 1. & 2. † Nec etiam ad modicum, vbi ſit facta in po-
tentiorem, vt non ſit veroſimilis recuperatio Caroc. d. loco
93 nu. 3. † Ampliando etiam ſi dictum ſit in locatione, quod
nullum ius reale transferatur in conductorem, vt per eun-
94 dem, dict. loco, nu. 4. † Etiam ſi ſit dictum, quod locatio ſit
pro duobus annis, vt etiam per eum d. verſic. Tutoribus, &
95 curatoribus, num. 5. † Pœna tamen alienanti impoſita non
habet locum hoc caſu in locante ad longum tempus, ſecun-
dum Pinellum dict. 3. parte, num. 64. verſ. Illa tamen. Ideo
pœna priuationis adminiſtrationis, quæ imponitur patri
alienanti aduentitia, non habet locum, ſi is locet ad longū
tempus, ut per eundem Carocium ibi, quod ſeruit ad con-
96 cluſionem præcedentem. † Locatio autem ad longum tē-
pus dicitur, quæ ſit ad decennium, & ultra, ut per Pinellū
97 d. l. 1. 3. parte, num. 63. verſic. Ante alia. † Idem ſi fiat ad
vitam locantis, uel conducentis, ut per eundem Pinellum
98 d. loco, uerſ. Similiter locatio. † Idem ſi fiat ad nouem an-
nos pacto adiecto, quod illo finito incipiat aliud nouen-
nium, ſecundum notata per dictum Pinellum, dict. l. 1. 3.
99 parte, num. 63. uerſic. Dicitur etiam. † Idem ſi fiat loca-
tio, quod duret quandiu locator, uel conductor uoluerit, ut
per eundem d. loco, uerſ. Dicitur præterea. De his locatio-
nibus ad longum tempus notat Carocius, uer. Locatio ad
100 longum tempus, num. 1. uſque ad ſextum. † Vbi autem lo-
catio ſit ſine præfinitione temporis, intelligitur ad breue
tempus, ſcilicet anni, ſecundum Pinellum, d. nu. 63. ad fin. &
late notatum infra c. 409. in caſibus, in verbo, Emphyteutā.
101 † Socij ſi fuerint plures unius domus, uel fundi, qui ſit ſoli-
tus locari, unus ſocius poteſt locare ſocio inuito utiliter eo
etiam requiſito, ut tradit Iaſon l. Quominus, numer. 159. &
duobus ſequentibus, ff. de fluminibus, & Grammat. conſ. ci-
uili 54. num. 5. & 6. Ancha. iun. ſuis quæſt. quæſt. 28. num.
4. 5. & 7. lib. 2. & Menoch. tract. arbitr. lib. 2. centur. 5. caſu
442. num. 2. & 3. ſi tamen locet honeſtæ perſonæ, ut ibi per
eum, Idem tenet Caroc. dict. tract. locati, uerſic. Communi
diuidundo, num. 1. & 2. ac Ioſeph Ludou. ſuis Communi-
102 bus concluſione 53 uerſi. Et quod eſt plus. † Hæc tamen
concluſio

concluſio declaratur non procedere in domo, quæ etiam
quod ſit ſolita locari, ſi vnus ſocius vellet eam inhabitare
pro vſu ſuo inopiato, & nullam aliam habitationem habe-
ret, illam inhabitare poteſt, ſecundum Gramm. d. conſ. Ci-
103 uili 54. num. 7. † Vbi autem domus, vel fundus non ſit ſo-
litus locari, & vnus ex ſocijs velit locare vtiliter, & alter
non, ſi commode diuidi poſſit; tunc tota domus, vel fundus
locari non poteſt, ſed ea pro parte tantum, quæ pertinere
poteſt ad ſocium locare volentem, vt per Menoch. dict. caſu
104 442. num. 4. † Si autem domus ſit indiuiſa non ſolita lo-
cari, & vnus ſociorum velit locare, & alter non, ſed velit in-
habitare; tunc præfertur inhabitare volens non facta diſtin-
ctione aliqua, an inhabitare volens habeat minorem partẽ,
vel ne, vt tradit Iaſ. in l. Quominus, num. 162. ff. de flumin.
& Marſ. Sing. 369. num. 1. & Anchar. iun. d. q. 28. numer. 3.
105 lib. 2. † Admittitur tamen inhabitare volens ad ſui par-
tem tantum, alias non erit conſultum, niſi mediante diui-
ſione, ſecundum notata per Menoch. d. caſu 442. num. 13.
106 † Cum ſocius poſſit inhabitare domum commune indiui-
ſam abſque aliqua ſolutione penſionis pro parte ſocij, vt
tradit Iaſon in l. 1. num. 27. cum addit. ibi, C. Qui teſtam.
fac. poſſ. & Carocius d. ver. Communi diuidundo, nume. 4.
ver. Si domus, ac Ioſeph Lud. Suis communibus, d. concluſ.
107 53. ver. Similiter. † Socii pariter molendini, vel alterius
prædij ruſtici, ſi vnus velit locare, & alter retinere perci-
piendo partem ſui emolumenti, id poteſt, vt notauit Caroc.
108 d. verſ. Communi diuidundo, num. 2. † Molendinum au-
tem trium ſociorum pro indiuiſo, ſi duo velint locare, &
tertius nolit. Tertius ille tenetur ſtare locationi illorum
duorum ſociorum, niſi ille tertius velit in eius tertia parte
09 molere, ſecundum Guidonem Papam, Sing. 639. † Vbi au-
tem domum indiuiſam ſolitam locari vnus ſocius velit
inhabitare, & alter ſocius recuſet eius partem locare ei, ſed
velit tertio dare, tunc ille ſocius cogitur locare ſocio coha-
bitare uolenti, ut tradit Socin. ſen. conſ. 88. ad finem, vol. 4.
& Menoch. d. caſu 442. num. 14. cum ſequent. vſque ad nu.
vbi ſignanter declarat, idem Anch. iun. d. quæſt. 28. nume. 6.
lib. 2. ac Caroc. d. uerſ. Communi diuidundo, num. 3. verſic.
110 Sed ſi omnes, & num. 4. † Domus præterea, vel fundus nõ
ſolitus locari, ſi ab vno ſociorum locari velit, ſed alter nolit,
tunc hoc relinquitur Iudicis arbitrio, & ſi poſſet locari de-
beret hoc fieri, quam differre, & dein condemnare impediẽ-
tem ad intereſſe, ſecundum notata per Menoch. d. caſu 442.
111 num. 23. vſque ad finem. † Vbi autem vterque ſocius velit
locare, ſed non conueniant in perſona, ſi vnus velit locare
perſonæ honeſtæ, & alter perſonæ inhoneſtæ, tunc perfer-
tur ille, qui velit locare perſonæ honeſtæ, vt tradit Menoc.
dict. caſu 442. numer. 5. & Caroc. d. tract. locati, verſ. Com-
muni diuidundo, num. 3. Hippolit. Bonac. in quæſt. crimin.
112 in verbo, Meretrix, verſ. Quod ſi ſocius, limitatur hoc ſignã-
ter per eundem, quod non procedat, ſi domus locanda eſſet
113 in lupanari. † Comprobatur concluſio principalis, cum
etiam Socius poſſit cogi per Iudicem conquerente alio ſo-
cio, vt ponat in domo communi conductorem idoneum,
alias quod poſſit impediri illum ingredi domum, vt nota-
uit Iaſ. d. l. 1. num. 24. exemplificando, vt ibi per eum in ſti-
pendiario conductore, C. qui teſtam. facere poſſunt, idem
Soarez. ſuis communibus in uerbo, ſocij, & ſocijs, & Caroc.
114 d. uerſ. Communi diuidundo, num. 7. † Vlterius diſcordã-
tibus ſocijs in locatione conductorum, ſi vnus conductor
plus offerat alio, ille præfertur, ſecundum Menoch. d. caſu
115 442. num. 5. ad finem, & ſeq. † Vbi autem ſocij velint loca-
re ambo honeſtis perſonis, nec conueniant in perſona con-
ductoris, tunc duo afferuntur remedia. Primum ſcilicet
quod Iudex curet eos reducere ad concordiam, & hoc ſua-
dendo & temperando etiam, ſi ſit timor ſcandali, ut tradit
Menoch. d. caſu 442. num. 6. verſ. Quartus caſus, & numer.
116 tribus ſequen. & Caroc. d. loco, num. 3. † Secundum reme-
dium eſt, quod ſorte dirimatur hæc controuerſia, vbi om-
nes in hoc conſentiant ſic fieri, alias hoc fieri non poteſt ali-
quibus eorum inuitis, ſecundum Menoch. d. caſu 442. nu.
117 10. & duobus ſequen. † Et non conuenientibus ſimul bona
vacabunt, & peribunt fructus, ut tradit ipſe Menoch. dict.
loco, num. 11. uerſ. His ſit, refert Lud. d. concluſ. 53. uerſ. Si
ſocij, ad finem, vbi dicit hodie de conſuetudine hanc cõtro-
118 uerſiam dirimi ſorte. † In prædio autem ruſtico, quod
vnus eius partem, alter alteri poſſit locare de iure ſtricto,
ſed quod ex humanitate debeat locari conductori aliarum
partium, not. Socin. ſen. conſ. 88. ad finem, uolum. 4. & Ca
roc. d. ver. Communi diuidundo, nu. 2. ad finem, ac Ioſeph.
119 Lud. d. concluſ. 53. uerſ. Si ſocij, ibi ſi autem. † Duo ſi cõ-
duxerint eandem domum, & vnus impediat alterum, agen-
dum eſt contra locatorem, ut faciat deſiſtere impedientem
ſecundum notata per Carocium dict. uerſ. Communi diui-
120 dundo, num. 8. † Dominus quoque domus cogitur locare
Scholari, ſecundum Duennam, reg. 213. Dominus poteſt,
121 Ampliando, & limitando, vt per eum. † Emphyteuta pa-
riter tenetur potius locare domino directi domum emphy-
teuticam pro vſu eius, quam alteri, ut tradit Vrſil. deciſion.
122 238. num. 6. † Decretum pariter eſt Mediolani, quod Do-
mini domorum locandarum teneantur præferre curiales in
123 locatione quibuſcunque alijs. † Res pariter communis p
indiuiſo ſi ſit, & unus ſocius nolit, quod pro parte ſua cola-
tur, vel ſeminetur, & alter totam colat, & ſeminet, ſibi ap-
propriat fructus omnes etiam pro parte dominicali tota, ut
tradit Iaſ. in l. 1. num. 20. C. Qui teſtamen. facere, & dict. l.
Quominus, num. 163. ff. de flum. & Duennas reg. 291. Fa-
ctum à maiori, limitatione 1. uerſ. Pro qua limitatione, Idẽ
Marſ. Sing. 369 num. 2. Caroc. d. uerſ. Communi diuidundo,
124 n. 6. † Socij vnius domus plures claues debet habere ſin-
guli ſcilicet vnam, vt quilibet poſſit aperire, & claudere, ut
125 per Beroum conſ. 147. numer. 2. uol. 2. † Verba inueſtitu-
ræ, vbi ſint dubia, recipiunt interpretationem à conſuetudi-
ne, & obſeruantia ſubſecuta, ſecundum opinionem Ioſephi
Ludouici ſuis communibus, concluſ. 38. verſ. Infertur 50.
126 † Ad fiendam locationem pro alio requiritur ſpeciale mã-
datum, maxime ſi id fiat ad longum tempus, ut notat Caro-
127 cius d. tract. locati, verſ Procuratoribus, num. 1. & 2. † Per
quas autem clauſulas detur etiam mandatum ſufficiens ad
locandum, notat Carocius, ipſe dict. numer. 2. cum ſequens.
128 † An Procurator ad locandum poſſit in conſequentiam pre-
iudicare domino, & facere eum incidere in pœnam, quod ſic
129 notat idem d. loco, num. 9. † An etiam procuratoris poſſit
remittere caducitatem, notat Celius Ango conſ 26. num. 91.
130 † Procurator tamen promittens in locatione non dare mo-
leſtiam, non præiudicet Domino, quin poſſit auferre domũ
locatam pro vſu, & neceſſitate ſua cum etiam id ipſemet
locator Dominus poſſet facere, vt notat Natta, conſ. 25. nu.
1. uolum. 1. Idem notat Carocius d. uerſ. Procuratoribus, n.
131 10. † Procurator ſi fuerit conſtitutus ad locandum, & an-
tequam locet pæniteat Dominum, & ille Procurator nihi-
lominus locet, non tenet locatio, cum deficiat conſenſus Do
mini, ſecundum notata per eundem, Caroc. d. loco, numer.
133 12. † Conducens autem per Syndicum, vel Procuratorẽ
antequam conſtet de ratificatione, vel mandato, non dicitur
in mora, vt per Ruinum conſ. 113. num. 7. volum. 1. & Ca-
134 rocium, d. loco, num. 13. † Procurator autem ad locandũ
an poſſit recipere penſionem, notatur in addit. ad Alexand.
in l. Reſcriptum, §. finali, in litera A, ff. de pact. not. etiam
Beneuenutus Straccha tracta. Mercator, tit. De mandatis, n.
135 23. cum ſequen. † Fundans autem ſe ſuper inueſtitura alte-
rius, debet probare de iure inueſtientis, vt per Roland. à
136 Valle conſ. 100. num. 163. volum. 4. † Minori conducto-
ri, & Ciuitati competit reſtitutio in integrum aduerſus cõ-
ductionem, vt per Romanum conſ. 423. nu. 3. & per Caroc.
137 verſ. Tutoribus, & curatoribus, ad finem. † Sacerdos non
poteſt locare operas pro diuinis celebrandis, quia eſſet Sy-
monia, pro temporalibus autem licet locare, & paciſci cum
aliquo, vt moretur in aliqua Eccleſia pro Capellano, & eſt
communis opinio, ſecundum Caroc. verſ. Sacerdotali mini-
138 ſterio. † Dominus poteſt locare cui velit l. Ne cui, vbi
ſcribentes, C. locat. Caroc. uerſ Iure perſonarum, numer. 1.
Limitando decem modis, num. ſequen. vſque ad nume. 11.
139 † Milites etiam conducere non poſſunt, ut per Carocium,
140 verſ. Quibus non eſt permiſſum, num. 1. † Fallit in condu-
ctore domus pro ſua habitatione, & pro equis ſuis, num. 2.
141 dicta tamen iura non ſunt in vſu, vt per eum, num. 8. † Cle-
rici pariter beneficiati non poſſunt conducere, ſecus ſi ſit
ſimplex Clericus, vt per eundem, Caroc. verſ. quibus non
eſt permiſſum, numer. 3. † Limitatur vt etiam beneficiati
poſſint conducere cauſa ſuſtentationis victus, vel ob aliam
142 cauſam honeſtam, nu. 4. † Limitatus ſecundo, vt non pro-
cedat in ſuccedente conductori, etiam ſi eſſet miles, vel Cle-
ricus beneficiatus, quia poteſt permanere in conductione,
ſecundum Carocium ibi, nume. 5. vnde infertur ad notabi-
143 lem declarationem, num 6. † Decuriones etiam non poſ-
ſunt de iure conducere, l. Curialis, C. locati, poſſunt tamen
ſuccedere conductori, & permanere in conductione, vt tra-
dit idem Carocius d. verſ. Quibus non eſt permiſſum, num.
7. dicta tamen iura non ſunt in vſu, vt ibi per eum, num. 8.
144 † Res Eccleſiæ quando poſſint locari, & quando non, notat
145 Caroc. verſ. Bonis Eccleſiæ, vbi late. † Regalia non poſſunt
locari ad longum tempus, & ſi locentur ſucceſſor non tene-
tur ſtare locationi, ſecundum tradita per d. Carocium, verſ.
Quæ

Digitized by Google

Quæ ſint regalia, num. 1. & 2. Cenſus tamen poteſt locari,
146 vt per eundem, verſ. Cenſibus, declarando vt ibi. † Serui-
tutes locari non poſſunt, ſed facultas ſic. Et ſubrogatio
non videtur prohibita, ſtantibus notatis, per eundem, verſ.
147 Seruitutibus, nu. 1. & 2. † Ius perſonale non poteſt locari,
ſed commoditas, & facultas locandi ſic, ſecundum Chriſto-
148 phorum Porchum, §. 1. num. 5. inſtitut. de vſufruct. † Ve-
ſtium vſusfructus non poteſt locari, notat Carocius, verſic.
149 Vſufructus, num. 8. † Nec quod eſt in vſu tantum poteſt
150 locari, Carocius ibi num. 11. † Habitatio tamen genera-
liter poteſt locari, vt ibi per eum, numer. 13. & per Afflict.
deciſ. 401. num. 2. Vbi locetur alteri idoneo, vt per eum.
151 † Locatio omnis iuris, quod quis habet in talibus bonis, nõ
valet, niſi conſtet quale ſit tale ius, ſecundum Carocium,
152 verſ. Iure incerto. † Conductio rei propriæ non valet, l.
qui rem, C. locati, & notatum per Carocium, verſ. Condu-
ctio rei propriæ, num. 1. Declarando multis concluſionibus,
153 vt per eum. † Conducens autem rem propriam ab Eccle-
ſia cenſetur ei donare eam, vt per eundem Caroc. ver. Sa-
croſanctis Eccleſijs, ampliando, & limitando, vt per eum.
154 † Error in locatione an vitiet, diſtinguit per nouem cõclu-
155 ſiones Caroc. ipſe, ver. Errore, vt ibi per eum. † Si repe-
riatur inſtrumentum emptionis extenſum poſt inſtrumen-
tum locationis abbreuiatum, cum dictione &c. Intelligun-
tur repetitæ clauſulæ communes ad vtrunque inſtrumentũ,
vt idem Caroc. ver. tabularijs, in contractu, locationis, &
conductionis, Verba ſtricte ſunt intelligenda, ſecundum al-
legatum Caroc. verſ. Interpretatione verborum, Exemplifi-
156 cando, vt per eum. † Interpretatio verborum in locatio-
ne fit contra locatorem, maxime ſi ſe fundat ſuper eis, vt per
eundem, verſ. contra quem numer. 11. & duobus ſequenti-
bus. pariter contra conductorem, ſi ſe fundat ſuper eis, nu. 4.
157 † Locatio autem, ſi fiat annorum decem, vel circa, intelligi-
tur de modico plus arbitrio boni viri, ſecũdum Carocium,
158 verſ. Locatione cum clauſula. † In contractu locationis,
& conductionis, poteſt interuenire, quod dicatur vſurarius,
& illicitus, tam ex parte locatoris, quam conductoris, vt
exemplificando notat idem Caroc. in verſicu. Vſuris, num.
1. & 2. cum ſequent. vbi plures caſus explicat, in quos po-
159 teſt cadere vſura. † In ſtipulatione damni infecti habe-
tur ratio locationis, & conductionis domus, quæ deſtructa
non poſſit amplius locari, & conduci, ſecundum eundem
160 Carocium, verſ. Damno infecto. † Locatio ſimpliciter fa-
cta pro ſe, & ſucceſſoribus comprehendit tantum maſculos,
vt tradit Ruinus conſ. 110. num. 14. volum. 1. & Carocius,
161 verſ. Succeſſorio edicto. † Locatio, & conductio regula-
riter tranſit ad hæredes, vt notat Caroc. verſ. Hæredibus in-
162 ſtituendis, num. 1. † Limitatur primo ſi facta fuerit loca-
tio, donec locator voluerit, quia morte locatoris extingui-
164 tur, vt per eundem, d. loco, num. 2. † Limitatur ſecundo in
hærede cum beneficio legis, & inuentarij, quia facto inuen-
tario præſumitur extraneus, vt ibi, numer. 3. declarando, vt
165 per eum. † Si autem hæreditas ſit vacans, eſt in electione
locatoris, vtrum velit hæreditatem rei locatæ, vel finere eã
166 ſine conductore, vt ibi idem, Caroc. nume. 4. † Conductor
autem, ſi decedat relicto pupillo, qui repudiat hæreditatem
eo dein reſtituto interim re tertio locata, non reſtituitur ad
167 conductionem pupillus, vt ibi, nume. 5. † Limitatur tertio
in vſufructuario, quia eius morte extinguitur locatio, vt ibi
168 nu. 6. † Limitatur quarto in vſufructu locato à proprie-
tario, quia non extinguitur morte locatoris, ſed conducto-
ris, vt ibi, num. 7. declarando vt per eum, num. 8. Idem notat
169 verſ. Vſufructu, numer. 5. † nam locatio vſusfructus non
tranſit ad hæredes conductoris, niſi de eo ſit facta mentio
in inſtrumento, qui tamen dicitur nullus vſusfructus, vt per
eundem, dict. verſic. Vſufructu, numer. 7. quo caſu etiam nõ
tranſit niſi ad primum hæredem, vt ibi per eum, numer. 13.
170 † Quinto limitatur principalis concluſio in ſocio condu-
ctionis cum conſenſu primi locatoris, & cum clauſula in
ſolidum, nam illo caſu finitur morte, quia eſt annexa ſocie-
171 tati, vt per eundem, verſ. Hæredibus inſtituen. num. 9. † Li-
mitatur ſexto, quando hæres locatoris non reperitur, quia
172 poterit alteri locari, vt ibi, num. 10. † Septimo limitatur
in locatione artificis, quia non tranſit in hæredes, vt ibi, nu.
173 11. † Limitatur octauo in colono coloni partiarij, quia
morte eius extinguitur, cum inter eos non ſit locatio, ſed
174 ſocietas, vt per eundem ibi, num. 12. † Nono limitatur in
morte conductoris gabellarum, quia finitur locatio, niſi hę-
res ſit aptus, & idoneus, & ſit ſoluendo, vt ibi, per eum nu.
175 13. † Pactum, quod liceat à conductione recedere poſt
menſem quandocunque voluerit, niſi ſeruata fuerint quæ-
dam premiſſa, intelligitur, ſi declarauerit per actum poſt
menſem, quod velit recedere, ſecundum eundem Carociũ,
176 ver. Conductione verbis. † Conducens, maxime ad lon-
gum tempus per condemnationem capitalem, non amittit
ius conductionis, vt per eundem, ver. Interdictis, & relega-
177 tis, num. 1. † Idem in emphyteuta, ibi per eum, numer. 2.
178 † Et quãdo ius locationis tranſiret in fiſcum, locator habet
actionem, vel ius recuperandi rem locatam, uel agendi ad
179 penſionem, ut ibi per Carocium, num. 3. † Doctor, Scho-
laris, uel Medicus quando præferatur, ut poſſit expellere
fabrum uicinum malleantem, notat idem Carocius diſtin-
180 guendo diuerſos caſus, uerſic. Profeſſoribus, & Medicis. †
Conducens autem hoſpitium Doctorum legentiũ, uel Scho
larium in eorum præiudicium, eſt in toto Statu Eccleſiæ
181 excommunicatus, ex c. 1. De locat. † Hoc tamen non habet
locum in locatore, ut per eundem Carocium, uerſ. Excom-
182 municationis. † In contractu locationis, & conductionis
militat ius accreſcendi, cum ſit contractus ultro citroque
obligatorius, ut per ipſum Carocium, uerſ. Iure accreſcendi
183 † Diſpoſitio l. filiusfamilias, ff. de act. emp. habet locum in
locatore, quod teneatur exhibere inſtrumentorum conducto-
ri. Et non exhibendo tenetur ad intereſſe, ſecundum eun-
184 dem Carocium, uerſ. fide inſtrumentorum. † Diſpoſitio l.
curabit, Cod. de act. emp. habet locum in locationis con-
tractu, & omni alio actu correſpectiuo, ut notat idem Caro-
185 cius, uerſ. Si conductor, nume. 1. † In contractu locationis
habet locum euictio, ut ipſe Carocius tradit, uerſ. Euictio-
186 ne, numer. 1. † Vbi dicit quod locator præſtando domum
æque idoneam conductori, liberatur, ſed non ſic in empto-
re, & uenditore, quia tenetur ad intereſſe, vt per eum ibi, n.
187 2. & 3. † Frater tamen non tenetur alteri fratri, cui obue-
nit in diuiſione prædium conductum de euictione, uel ad
ſupplementum, ut not. idem Caroc. uerſ. ſi in diuiſione, am-
188 pliando ibi duobus modis. † Locator eſt in culpa, qui
promiſit quod promittere non poteſt, uel illud non obſer-
189 uat, ſecundum eundem Caroc. uerſ. dolo, num. 20. † Con-
ductor non tenetur ſoluere penſionem, ſi res ei non fuerit
tradita effectualiter per locatorem, & eam non poſſideat
conductor, taliter etiam quod poſſit illa uti, & frui, ubi in
ea debet fieri aliqua refectio. Imo poteſt conductor eo ca-
ſu agere ad intereſſe contra locatorem, ut notat Angel. cõſ.
311. num. 3. & Pract. in forma libelli, quo agitur ad factũ
pręſtationem, uerſ. Recuſauit, numer. 5. ac Riminald. iun.
conſil. 94. numer. 25. uolum. 1. & conſi. 366. nume. 30. &
conſ. 411. num. 36. & 97. uolum. 4. Borgninus deciſ. 43. nu.
64 & deciſio. 44. num. 49. ad finem, & ſequent. Idem Gaſpar.
Caballinus in Milleloquio 93. parte 1. & Ioſeph. Lud. ſuis
communibus, concluſ. 14. colum. 1. uerſic. infertur trige-
190 ſimo nono, & colum. 3. uer. Infertur ſexageſimoſexto. † Te-
netur autem locator traditam poſſeſſionem probare, proue
191 not. ſcribentes locis allegatis. † Inſtrumentum uero loca-
tionis etiam cum conſtituto non probat traditionem, & ap-
prehenſionem poſſeſſionis, ut ſcripſit Natta conſ. 306 num.
4. uolum. 2. & Ruin. conſ. 44. colum. 4. num. 10. uolum 4 at-
que Ludouic. Rota Lucana deciſ. 2. numer. 2. cum ſeq. idem
Gabr. ſuis communibus, tit. locati, concluſ. 4. nu. 92. & Borg.
192 deciſ. 44 num. 44. circa finem. † Probat tamen continua-
tionem poſſeſſionis in ſucceſſorem contra conductorem, &
habentem cauſam ab eo, ſecundum Borgn. deciſ. 44. nu. 44.
& Ferrand. Garg. Patrocinio 100. numer. 3. cum ſequent.
193 † Locator præſtando rem ſemel conductori non liberatur,
cum teneatur præſtare patientiam ſucceſſiuam, alias tene-
tur ad intereſſe, ut per eundem Caroc. uerſ. Euictionibus, n.
194 4. † Quam quidem patientiam locator tenetur etiã præ-
ſtare in iuribus incorporalibus, quæ inducitur, & iuſtifica-
tur per uſum rei locatæ etiam uiolentæ, ut ibi per eum, nu.
195 5. uerſ. Conſiderandum eſt. † Patientiæ autem ſatisfit, ſi
per locatorem à principio præſtatur cautio per ſe, neque
per eius hæredem fieri quo minus conductori uti, & frui li-
ceat, ſecundum deciſionem Pedemontanam 51. numer. 6. &
196 per Carocium d. uerſ. Euictionibus, num. 7. † Locatori au-
tem incumbit onus probandi, quod præſtiterit patientiam
ſucceſſiuam, ut ibi per eundem, num. 5. Idem notat Ioſeph.
Ludouicus ſuis communibus, concluſione 14. uerſ. Infertur
197 39. † Patientia quippe præſumitur præſtita ex poſſeſſio-
ne, alias non, & probari debet, ut notat Alexand. conſ. 27.
num. 2. uolum. 5. ac etiam Carocius dict. uerſ. Euictionibus
198 numer. 8. † Quæ patientia eſt probanda etiam quod in
inſtrumento adſit iuramentum, quia per iuramentum non
excluditur exceptio proueniens ex natura contractus, ut ibi
199 per eundem Caroc. num. 9. † Ceſſio autem in corporali-
bus utique non ſufficit pro patientia, ut ibi per eum, num.
200 10. † In contractu locationis, & conductionis non datur
actio,

Digitized by Google

actio, niſi prius ſecuto adimplemento, ſecundum eundem
201 Carocim d. verſ. Euictionibus, num. 11. & 12. † Amplia-
tur primo vt habeat locum etiam ſi non ſit adimpletum in
202 minimo capitulo, vt ibi per eum, num. 13. & 14. † Secun-
do ampliatur, etiam quod in contractu locationis adſit
clauſula, quod pœna commiſſa, vel ſoluta contractus tamẽ
203 remaneat, vt ibi per eum, nu. 15. † Ampliatur tertio pro-
cedere etiam quod in contractu adſit iuramentum, quia ad-
huc poterit opponi per conductorem non adimplementum
204 vt etiam ibi, num. 16. † Quarto extenditur procedere, ẽt
quod quis fuerit impeditus neceſſitate, & legitimo impe-
205 dimento, ut ibi per eum, num. 17. † Ampliatur quinto, ut
habeat locum, etiam ſtante Statuto, Quod non poſſit oppo-
ni aliqua exceptio, quia tamen opponi poteſt illa adimple-
menti non ſeruati, vt etiam ibi per eum, nume. 18. 19. & 20.
206 † Limitatur, vt non poſſit opponi hæc exceptio adimple-
menti non ſecuti poſt executionem, vt per eundem ibi, num.
207 21. † Si autem in vno capitulo non fuerit amdimpletum
locationi, an poſſit opponi ad alia capitula, opiniones con-
208 trarias recitat idem Caroc. ibi nume. 22. & 23. † Locator
pendente appellatione poteſt fructus, & penſiones percipe-
209 re, verſ. Nihil nouari, num. 1. † Ampliatur primo, etiam
ſi contra poſſeſſorem ſit lata ſententia, à qua ipſe poſſeſſor
210 appellauerit, num. 2. † Secundo ampliatur, vt poſſidens tã-
tum poſſit capere poſſeſſionẽ naturalem appellatione pen-
211 dente, num. 3. † Locator tenetur ampliare aditum domus
locatæ coanguſtum, vt poſſit conductor immittere ſuppel-
lectilia etiam magna cuiuſcunque generis, ſecundum nota-
212 ta per Carocium, verſ. Refectione rei locatæ, num. 2. † In
conductionibus, & locationibus poteſt contrahi ſocietas, ut
213 per eundem Caroc. verſ. Societas. † Conductor poteſt
vti domo conducta ad ſolum exercitium, vt idem Carocius
214 notat uerſ. Executio conductionis, † tamen non poteſt ea
uti exercendo exercitium prohibitum, veluti deputando eã
215 ad ludum, ut ibi not. idem Carocius, nume. 2. & 3. † Con-
ductor iure conducta poteſt inquirere venas argenti, uel
216 auri, vt not. idem Carocius verſ. auro, & argento, nu. 1. † Lo-
cator non poteſt officere luminibus, nec ea obſcurare do-
mus rei locata, nec alius extraneus, alias locator tenetur ad
217 intereſſe, vt notat idem Caroc. uerſ. Ne luminibus. † Cõ-
ductori competit actio contra Dominum ad intereſſe lucri
218 deperditi, ſi prohibeatur vti re conducta à Domino. † Idẽ
ſi à tertio Dominus patiatur qui poſt tollere impedimen-
ta, & noluit, vt per eundem Carocium, verſ. De eo, quod in-
219 tereſt, n. 1. & 2. † Quid ſi Dominus offerat rem locatã pro
anno ſequẽti, vbi nõ poſſit illo anno gaudere, diſtinguẽdũ,
220 vt per eum, num. 3. † Conductor plurium rerum per vni-
cam penſionem poteſt ab omnibus reſilere, ſi prohibeatur
vti vna re conducta, vt idem Carocius notat verſ. Condu-
221 ctore impedito. † In contractu locationis, & conductionis
habet locum diſpoſitio, l. Si quis maior, C. de tranſactio.
ſecundum Carocium, uerſ. Iureiurando, num. 1. Tamen ex-
cuſantur conductores ab hac pœna rigoroſa pro vna vice,
222 maxime ob paupertatem, & neceſſitate, numer. 2. † Nec
conductores poſſunt agere contra locatorem ad dictam pœ-
nam, l. Si quis, ſi ipſi non obſeruauerint, d. verſ. Iureiurando,
223 num. 2. verſ. Conſiderandum eſt. † Declarando ſecundo
non poſſe agere, ſi perſeuerauerint in locatione poſt con-
224 trauentionem, vt ibi ipſe Caroc. ad finem. † Vendita re
per locatorem ad quem ſpectet penſio rei locatæ, an ad
emptorem, vel venditorem, diſtinguit tres caſus Caroc. verſ.
225 Penſione rei. † Locator, ſi facit aliquid præiudiciale ſciẽ-
te, & non contradicente conductore, non ei præiudicat, ſe-
cundum Caroc. uerſ. Reuocationibus, declarando, vt ibi per
226 eum. † Fructus rei locatæ poſt datum in dotem, ad quem
ſpectent an locatorem, uel maritum quod pro rata tempo-
ris, quo maritus ſuſtinuit onera matrimonij ſpectent ad eũ,
227 not. Carocius, ver. nuptijs. † Conductor pendente con-
ductione factus Dominus rei conductæ tenetur ad integrã
ſolutionem, donec pretium ſoluatur, Caroc. verſ. Acquirẽ-
228 do rerum dominio. † Locauit quis fundum, ſi pendente
conductione oritur lis, non tenetur conductor de fructibus,
ſed liberatur præſtando cautionem de illis ſoluendis qua-
tenus de iure, ſecundum eundem Caroc. verſ. Ne lite pen-
229 dente. † Pendente locatione ſi res pereat, non finitur lo-
catio, ſed remanent reliquiæ contractus eius locationis, &
conductionis, niſi ſit in totum extincta, ut per Caroc. verſi.
230 Si pendente locatione, num. 1. & 2. † Declarando, nu. 3.
Fortius tenet locatio ſi officina exuſta reficiatur, ut ibi per
231 Caroc. num. 4. † Conductor equi poſt mortem eius non
tenetur ad mercedem pro eo ſingulo die, licet conuentum
ſit præſtandi mercedem ſingulo die, vt tradit idem Caroc.

232 ver. Dolo, & culpa, num. 12. † Et ſi quis conducat equum
pro decem diebus, ſi vtatur pro viginti, tenetur ad ſalarium
pro viginti, vt tradit Carocius, verſ. Exceſſu conductoris.
233 † Conductor equi uitioſi quando poſſit agere ad intereſſe,
234 diſtinguit Caroc. idem verſ. Dolo, & culpa, num. 13. † Con-
ductor equi etiam vtens in alio loco, quam conduxerit, tene-
tur furti actione, niſi crediderit locatorẽ id permiſurũ, ſecũdũ
235 eundem Caroc. uerſ. Furtis, num. 1. & 2. † Conductor Mo-
lendini, promittens molere locatori pro ſe, & filijs, ac fami-
lia, non tenetur molere filijs, & familiæ filiorum, ut per eũ-
236 dem Carocium, verſ. Fluminibus, declarando, ut ibi. † Con-
ductor poteſt ſublocare rem conductam, l. nemo, l. Nemo, C.
Locati, & tradit Carocius, uerſ. Iure ſublocandi, in princip.
237 modo ſublocet æque idoneo, num. 1. † Fallit hoc in con-
ductore vniuerſitatis, quia rem particularẽ non poteſt ſub-
238 locare, ut ibi per eum, num. 7. † Secundo declaratur, vt
non poſſit ſublocare inutilis locijs, num. 7. verſicu. Declara-
239 tur etiam ſecundo. † Tamen primus conductor poteſt cõ-
ueniri à primo locatore pro tota penſione, niſi ex cauſa re-
240 ceſſerit, num. 7. uerſ. Declara etiam, vt licet. † Et licet co-
lonus coloni non ſit colonus Domini reſpectu obligationis,
ſed rei ſic, cum eadem ſit, vt idem Caroc. notat in verſ. Co-
241 lonus coloni. † Tamen, ſi primus conductor fiat pauper,
vel fugitiuus, ſuccurritur Domino aduerſus ſecundum cõ-
242 ductorem. † Idem ſit in conductore Gabellarum, ſecundũ
243 Caroc. d. uerſic. Iure ſublocandi nu. 9. † Non poterit etiam
conductoris primus, qui ſecundo ſublocauit illi, qui ei ſol-
uit penſionem per hanc ſecundam locationem præiudicare
Domino, vbi primus non ſoluat, nec etiam ei præiudicare
in diſpoſitione, l. ædem, C. locati, ut per eundem Caroc.
244 ver. Recuſationibus, num. 3. † Et Dominus etiam poſſidet
per hunc ſecundum conductorem, ut per eundem, uerſ. Iure
245 ſublocandi, num. 2. † nec priuatur poſſeſſione per ſolutio-
nem penſionis factam primo conductori, vt per eum ibi, n.
246 5. † Conductor tamen ad longum tempus alij locando in-
teruertit poſſeſſionem primi domini locatoris, vt ibi etiam
247 per Caroc. num. 6. † Poſſeſſio naturalis regulariter reti-
netur per Dominum, & locatorem, ſecundum Caroc. verſ.
248 communia de vſucapionibus, num. 1. † Ampliatur primo
249 ut etiam retineatur medio hæredis coloni, numer. 2. † Se-
cundo ampliatur in hærede locatoris, qui continuat poſſeſ-
ſionem etiam non apprehenſam per conductorem locatoris,
250 vt per eum ibi, numer. 3. † Si tamen ſit ſciens ibi, numer. 3.
251 † Conductor autem, vel Colonus ſi moriatur pendente cõ-
ductione, Dominus perdit naturalem, ciuilem autem per ne-
252 gligentiam, num. 5. † Colonus ſi deijciatur, & alteri tradat,
præiudicat Domino in ciuili, vel naturali, verſ. communia
253 de vſucapionibus, num. 8. † Ampliatur etiam de iure Co-
dicis, tam in colono, quam in alio, qui alteri tradidit, nu. 7.
254 † Conductor domus, quæ ſit ſub tali forma ædificanda, li-
cet non teneatur ad penſionem, vbi non ſit ſub tali forma
ædificata, tamen tenetur ad ratam, vbi ſit in aliquo vtilis
arbitrio boni viri, ſecundum notata per Caroc. verſ. Quan-
255 do liceat. † Locans rem conſtruendam certo tempore, &
ſi non conſtrueretur quod non poſſet locator relocare, ſi re-
256 locat minori mercede, an poſſit illud plus petere à primo
conductore, diſtinguit tres caſus, Caroc. ver. Locatione li-
257 mitata, per totum. † Per inobſeruantionem cõtractus, q.
habeat locum l. ſi. C. de condict. ob cauſam, ut agatur ad im-
plementum, vel intereſſe, tradit Idem Caroc. verſic. Condi-
ctio ob cauſam, num. 1, Declarando quatuor modis, nume-
258 ro ſequent. vt per eum. † Locator autem, & conductor
poſſunt præciſe cogi ad factum promiſſum, vt per Bald. in l.
1. & in l. Nec libertas, C. de oper. liber. & per Carociũ verſ.
259 recompenſationibus, num. 3. † In contractu locationis, &
conductionis habet locum pœnitentia conductoris, Caroc.
verſ. pœnitentia, num. 1. Et ſi pœniteat non perdit arrham,
ſi dein habitat domum conductor, vt ibi ipſe Caroc. num. 2.
ſed ea computatur in penſionem ſi conſiſtat in pecunia, alias
260 repetitur, vt ibi per eum, num. 5. † Colonus, uel condu-
ctor vendens bonæ fidei emptori, transfert onus præſcribẽ-
di, ſecundum tradita per Caroc. uerſ. Præſcriptionibus, nu.
261 11. † Si autem colonus, uel conductor Domino ignorante
fundum vendidit tertio, qui ſoluit penſionem Domino per
annos triginta præſcribit ille tertius contra Dominum, licet
Dominus ille reſtituatur ex clauſula generali, Si fuit iuſta
262 cauſa ignorantiæ, vt per Caroc. d. loco, num. 9. † Impe-
ditur autem præſcriptio, ſi res locetur nomine alicuius, &
263 ille eam ratificet, vt etiam ibi per eum, num. 2. † Condu-
ctor ſi facta conductione clauſo oſtio recedat, quomodo ſuc-
curratur locatori, diſtinguitur, quod ſi velit tantum aperiri
domũ ad effectum vt bona deſcribantur exiſtentia in domo
condu-

Digitized by Google

conducta, tunc ſufficit narratio locatoris, & eius iuramen-
tum, vt tradit Caroc. verſ. Abſentia conductoris, numer. 1.
264 † Si autẽ ad effectum vt res locata perueniat ad manus lo-
catoris, vt poſſit alteri locari, tunc debet fieri fides abſentiæ
conductoris per biennium. Et in hoc debet Iudex eſſe mu-
tum circumſpectus, vt not. Caroc. d. loco, num. 1. verſ. ſecũ-
265 dus caſus. † Conductor ad longum tempus, ſi pignorauit
locatori rem conductam qui ex ea percipit fructus, hi non
computantur in ſortem, ſecundum Carocium, verſ. Conuẽ-
266 tionibus illicitis. † Locator an teneatur de rebus vitioſis,
diſtinguit Carocius idem verſ. Vicio operis, num. 2. 3. & 4.
267 † Locator autem non tenetur de vitio operis, vbi in ſingu-
268 los dies locat, vt per eundem eo. verſic. num. 1. † In loca-
tione operis conductor non liberatur faciendo partem, vt
per eundem Carocium, ipſo verſ. vitio operis, numer. 8.
269 † In locatione vlterius, ſi opus faciendum eſt perfectum pe-
riculum eſt locatoris, Si opus non eſt perfectum, aut peri-
culum venit vitio ſoli, & periculum eſt eiuſdem locatoris, &
tenetur ſoluere conductori integram mercedem, aut vitio
operis, vel culpa conductoris, & eſt conductoris, qui etiam
de leuiſſima culpa tenetur, ſi ſuſceperit periculum, alias tã-
270 tum de leui, vt per eundem, d. verſic. num. 7. † Et vbi quis
conduxerit domum conſtruendam, & pars operis caſu cor-
ruerit, conductor debet reficere expenſis locatoris, & debet
habere integrum tempus ad conſtruendum, vt per ipſum
271 Carocium d. loco, num. 5. verſ. adde etiam. † Si autem fa-
cta ſit conductio operata ſub certa forma cum pœna, ſi dein
fiat ſecunda conuentio diuerſa, ea attendenda, nec poteſt
agi ex prima non ſeruata, ſecundum eundem Carocium
272 verſ. Forma. † Mercedem præſtationis operarum, an quis
petere poſſit, ſi eſt pauper ante finem earum, declarat, & Ca-
273 rocius, verſ. Tempore penſionis, nume. 4. & 5. † Archite-
cto autem, qui in ędificio perdit ex conuentione facta ædifi-
cij, an dominus teneatur ex conſcientia, relatiue tradit Ca-
274 rocius, verſ. Tempore penſionis, nu. 14. † Qui autem po-
teſt locare operas in perpetuum, poteſt etiam ſeruire per
ſubſtitutum, niſi ſit electa induſtria perſonæ, vt per eundem
Carocium, verſ. Operibus perpetuis, declarando, vt ibi la-
275 te. † Conductor autem famuli, vel eius operarum, quod
poſſit eum delegare, notat etiam Carocius, verſ. Delegatio-
276 nibus, numer. 1. † Et acquiſita per famulum requiruntur
277 Domino, vt ibi per eum, nu. 2. † Limitatur primo in ope-
ribus fabrilibus, & mœchanicis, non officialibus, vel obſe-
278 quialibus, numer. 3. † Secundo limitatur, niſi ſic operanti
fieret præiudicium, quia alter dominus eſſet odioſus, nu. 4.
279 † Limitatur tertio, quando vellet quod extra locũ ſeruiret,
280 num. 5. † Operarius ſi eſt adhibendus in aliquo opere,
extra locum non eſt quęrendus, niſi ſit remotus valde locus,
ſecundum Carocium ipſum, verſi. Operario extra locum.
281 † Locatori nauis an pro omnibus in naui appoſitis debean-
tur vecturæ nauis, diſtinguit quatuor caſus Carocius idem
282 verſ. Naulo † Argumentum à locatione ad conductionẽ,
& e cõtra habet locum militante eadem ratione, vt per Soc.
iun. conſ. 86 num. 7. vol. 2. & per Rol. à Valle conſ. 69. num.
23. volum. 4. Idem per Carocium, uerſ. fin. argumentum.
Conductionis ius poteſt legari, ſecundum Carocium, verſi.
283 Legatis, & fideicommiſſis, numer. 1. & 2. † Locato fundo
veniunt inſtrumenta fundi, vt per eundem Carocium, verſi.
284 Fundo inſtrumento, numer. 1. & 2. † Tamen legato fundo
inſtructo non veniunt inſtrumenta, nec alia colonorum, vt
285 per eundem, verſ. Legatis, nu. 3. & 5. † Venit autem fru-
mentum ſeminatum, ſi ſit in dominio legantis, non autem ſi
286 ſit mutuatum, vt tradit idem Carocius ibi, num. 8. † Idem
ſi ſit legatus fundus cum iuribus ſuis, & pertinentijs nõ ve-
nit mutuatum pro ſemine, vt per eum, ibi, nume. 10. Quod
287 autem veniat, notatum per eum, num. 6. † Legato autem
colono vſufructu fundi poteſt agere contra hæredem, ne
præſtet penſionem, & teneatur ad expenſas factas gratia rei,
288 vt per eum ibi, ad finem. † Ex inſtrumento locationis regu-
lariter non probatur poſſeſſio locantis, & in eius perſonam,
ſecundum notata per eundem Carocium, verſ. Acquirenda,
vel retinenda poſſeſſio, num. 1. Limitatur quinq; modis,
289 numeris ſequentibus, & numer. 13. & 14. † Conductori
competit reſtitutio in integrum ex clauſula ſaltem genera-
li ob penſionem non ſolutam, tradidit idem Carocius, verſ.
Reſtitutio in integrum, num. 1. veluti in conductore carcera-
290 to, num. 2. † Idem eſt in abſente ex cauſa neceſſaria, num.
291 3. † Idem in infirmo, nume. 4. † In minoribus autem non
292 procedit, niſi in quatuor caſibus, num. 5. † Idem in loca-
293 tione læſa, num. 6. † Sententia lata contra conductorem
294 nocet locatori, ad quem ſpectat periculum, & ipſum prin-
cipaliter tãgit, vt notat idem Carocius, verſ. Res inter alios
295 acta. † Promittens reficere opus, vel partem domus minan-
tem ruinam, ſi non reficiat intra tempus præfixum, vnde ſit
ſecutum damnum aliquod, ad illud tenetur conductor il-
lius operis, vt etiam per Carocium, verſ. In obſeruantia,
296 num. 1. † Ampliatur etiam ſi corruerit per dolum, vel ne-
297 gligentiam, ſiue culpam, nume. 2. & 3. † Tenetur etiam de
298 rebus in domo conſumptis ex mora eius, nume. 4. † Limi-
tatur primo, vt non teneatur ad damnum incurſum, vel lu-
cra ceſſantia fere inopinata, nu. 5. exemplificando, vt per
299 eum. † Secundo limitatur, vbi habuerit legitimum im-
300 pedimentum artifex, nu. 6. † Aegidiana non habet locum
contra conductorem, ſecundum Bald. l. vnica, num. 8. C. Si
de moment. poſſeſſ. & Menoch. tract. Adipiſcendo, remed.
4. num. 865. ac etiam Carocium, verſ. Si de momentanea, n.
301 1. † Limitatur in conductore ad longum tempus, per eun-
302 dem Caroc. nu. 2. † Deciſio gloſſæ, in l. tale pactum, §. fin.
303 ff. de pact. † quod habeat locum in locatione, not. Ruin.
conſ. 7. num. 1. vol. 1. & Carocius, verſ. Extenſione ad ca-
304 ſum, declarando duobus modis, vt ibi per eum. † Diſpo-
ſitio l. Seruus emptor, ff. De periculo, & commodo rei ven-
ditæ, procedit nedum in ſeruo vendito, ſed etiam in fundo,
vt traditur per Carocium, verſ. Periculo & commodo, nu. 2.
305 † Conductor pendente venditione non facit fructus ſuos,
quia non habet nec ciuilem, nec naturalem poſſeſſionem,
vt per eundem Carocium, verſ. Periculo & commodo, nu.
306 3. † Diſpoſitio l. inquiſitio, C. de accuſat. quod in gene-
rali ſermone non comprehendatur perſona loquentis, an
comprehendat locatorem, diſtinguit Carocius idem, verſ.
Clauſulis.

g Vel ad Maſſaritium acceptam] † Quo quidem caſu dici-
307 tur partiarius colonus, vt cauetur d. l. Si merces, §. vis maior,
ad finem, ff. locat.

h Nec trauerſeram] Quæ vulgo appellatur, molino d'-
arme.

i Nec reſegam] Ex qua ſecantur ligna.

k Nec malleum] Vbi enſes, pugiones, ſcloppi, & ſimilia cõ-
ficiuntur.

l Quæ ſint extra portas Ciuitatis Mediolani] † Hoc ca-
308 ſu non comprehenduntur ſuburbia, ſed tantum, quæ in-
tra Ciuitatem ſint. Et ſic voluere tantum ſtatuentes ex-
cipere, quæ ſint extra muros, per verbum, Extra portas, nam
id proprie dicitur contineri appellatione Ciuitatis, prout
not. Hieronym. de Monte, tractat. fin. regund. capit. 90. nu-
mer. 2. & notatum ſupra, cap. 342. Si quis, in verbo, In Ci-
uitate.

m Etiam termino] † Locatio facta ſimpliciter ſine adiectio-
309 ne temporis, dicitur facta ad annum tantum, vt notatum
eſt ab Arrio Pinello, in l. 1. 3. parte, numer. 63. ad fin. C. de
bonis mater. Idem confirmat Caroc. d. tract. Locati, verſic.
310 Locatio ad longum tempus, num. 6. † Inferendo, quod ſi
facta ſit locatio fructus animalis, qui pariat bis in anno,
vel fundi, qui bis in anno fructus pariat, intelligitur tãtum
locaſſe primos fructus, non ſecundos, vel vlteriores, vt ibi
311 per eum, numer. 8. † niſi animal, vel fundus ille producat
bis fructus in anno ex natura ſua, ex quo limitatur in mate-
ria criminali, text. in l. Sine præfinitione, ff. de pœnis, vt ibi
per eundem, nu. 9. Quem textum extollit pro ſingulari Iaſ.
§. curare, num. 46. ac Decius cap. Ex literis, numer. 36. de
conſtit. atque Gomez. in §. Quædam, num. 2. Inſtitut. de
action.

n Elapſo] † Intra autem terminum conductionis de iure
312 communi non poteſt colonus dimittere, vel relinquere rem
conductam, vel coloniam deſerere, non conſentiẽte locato-
re, ſicut etiam ipſe conductor inuitus non poteſt expelli à
locatore ante tempus, quia hoc ineſt ex natura contractus,
313 vt per Didacum tract. variar. reſolut. lib. 2. cap. 15. † Fallit
tamen prima concluſio, quod colonus poſsit relinquere co-
loniam ante tempus conuentum finitum. Primo quando
conductor is peruenit ad tantam paupertatem, quod inuti-
lis ſit huic coloniæ, qui eam deſerere poteſt impune, vt ca-
314 uetur infra, cap. 395. Si vero. † Secundo poteſt deſerere in
caſu ſuperuenientis peſtis, ea tamen tantum durante, vt la-
te notauit Ripa in ſuo tract. De peſte, tit. De priuilegijs cõ-
tractuum, num. 17. cum ſeq. Idem Gomez. tract. De cõtract.
tit. de locat. nume. 3. An autem tunc debeat fieri remiſsio
mercedis, & pro quo tempore, notatum eſt per Rip. d. loco,
num. 22. cum ſeq. & per Chriſtophorum Porch. Inſtit. de
locat. §. finali, ad finem, ac per Gomez. d. tit. de locat. num. 3.
atque per Boſſ. ſua praxi crimi. tit. de locat. §. 3. in prin. vbi
diſſentit à Ripa, quod ſcilicet non teneantur reuerti ad Co-
loniam finito tempore peſtis, & late notatum infra, c. 394.
Si colonus. In Ciuitate autem Mediolani anno 1577. quo
quidem

Digitized by Google

quidem anno malo noſtro Fato peſtis viguit valde in hac
Ciuitate, & quaſi in toto Ducatu, & in Ciuitate Papiæ, &
eius Comitatu, Senatus cenſuit per eiuſdem cõſultum edi-
tum, quod omnium apothecarum fieret remiſſio tertiç par-
tis ficti illius anni, demptis quibuſdam, quæ apertæ reman-
ſerant tempore proclamatum ſuperinde factum, quæ vulgo
appellabantur le Quarantene. Et vlterius ſancitum fuit,
quod fieret remiſſio fictorum domorum, quæ infectæ peſte
fuerunt. Et ad has remiſſiones exequendas, & dubia ſu-
perinde orientia decidenda poſt electionem quorũdam Il-
luſtr. Senatorum fuere etiam vltimo loco, cum Senatus de-
in vacaret muneri ſuo, & Senatores illi electi eſſent impli-
citi grauioribus negotijs, electi ſex Iuriſconſulti Venerandi
315 di Collegij noſtri, qui huic muneri incumberent. † Tertio
loco licet Conductori etiam ante terminum recedere à do-
mo conducta ob malos Spiritus, qui ſentiuntur in ea, vt tra-
dit in his terminis Chriſtophorus Porch. inſtit. De locat. §.
finali, circa finem, & Cagnolus in l. contractus, num. 55. ff.
de regul. iur. ac Gomez. d. tit. de locatione, nu. 3. atque Fer-
ronius late ſuis comment. tit. 3. de locat. §. 3. verſ. Dubitatũ
ſane fuit, colum. penult. Idem Carocius tract. locati, verſic.
316 Remiſſionibus, num. 46. † Poteſt & quarto conductor, &
colonus relinquere rem conductam durante locatione, ſi
locator ſit rixoſus, moleſtus, odioſus, & ſimilis, ſecundum
317 Carocium ipſum eodem tract. verſ. Sterilis, nume. 3. † Po-
teſt quinto etiam recedere colonus ante finitam locationẽ
ex iuſta cauſa, ſi fundus ſit effectus ſterilis, vt per eundem
318 Carocium d. verſ. Sterilis, nume. 1. † Caſus autem aliqui
ſunt in quibus licet Domino, & locatori expellere condu-
ctorem etiam non finita locatione, quod alias regulariter nõ
319 licet, vt ſupra notatum. † Primus ille eſt, ſi conductor nõ
ſoluit pretium eius conductionis tempore debito, not. Ber-
tach. tract. de Gabell. 2. parte princ. num. 30. vbi dicit poſ-
ſe ſtatim expelli, idem poſt alios tradit Menoc. tract. recup.
poſſeſſ. remed. 5. num. 45. & 46. & Carocius d tract. Locati,
verſ. Recuſationibus, num. 22 Hieron. Magonius deciſ. 47.
nume. 6. † Quod quidem licet facere etiam propria au-
thoritate, not. Pract. Papien in ſua forma libelli, quo agitur
ad ficti præſtationem, verſ. Nec non, num. 2 ad finem, idem
Bertach. d. 2. parte, num. 30. Iaſ. in l. 2. num. 102. C. de iure
emphyt. & Ruin. conſ. 48. num. 9. volum. 2. ac Menoch. trac.
recuper. remed. 5. num. 45. vbi atteſtatur de Communi, atq;
320 Carocius d. verbo, Recuſationibus, nu. 22. ad finem. † Quod
habet locum etiam in ſecundo conductore, cum & ipſe poſ-
ſit expelli propria authoritate ceſſãte primo, vt notat Bald.
321 in l. certa, num. 3. C. vt in poſſeſſ. legat. † Limitatur niſi
hic ſecundus conductor ſoluiſſet penſionem primo locato-
ri, quia tunc hic ſecundus conductor non poteſt expelli, ſe-
cundum notata per Bald. in l. Aedes, nu. 10. C. Locat. & per
Bertach. tract. de Gabell. 2. parte, num. 31. Etiam ſi deficiat
322 in ſolutione vnius nummi, vt per eum. † Non tamen licet
propria authoritate expellere conductorem reſiſtentem, vt
tradit Menoch. d. tract. Adipiſcend. remed 5. numero 87.
323 † Non etiam poteſt locator expellere conductorem ceſſan-
tem, quando prius eſſet actum via iudiciaria, ſecundum Ca-
roc. d. verbo, Recuſationibus, num 22. verſ. Quod limita, vt
late notatum infra, cap. 409. in caſibus, in verbo, Non liceat
propria authoritate, in 1. & 2. limitatione, & in d. cap. 409.
in verbo, Contra emphyteutam, notatur quando mora ceſ-
324 ſationis poſſit purgari, & intra quod tempus. † Amplia-
tur hæc concluſio, vt poſſit quis ceſſans à ſolutione ficti ex-
pelli, etiam ſi locator promiſiſſet cum iuramento non ex-
pellere conductorem durante conductione, quia illa promiſ-
ſio intelligitur, ſi ſoluat penſionem tempore debito, vt per
Carocium d. loco, num. 27. idem per Nattam, conſ. 24. nu.
1. volum. 1. & conſ. 416. num. 2. cum ſeq. maxime num. 7.
325 volum. 2. † Ceſſatio autem huius ficti requiritur, quod
fuerit ſecuta per biennium in abſente, in præſente autem
ſufficit, quod ceſſauerit ſtatim, ſecundum Practicum d. for-
ma libelli, quo agitur ad ficti præſtationem, verſ. Soluere,
num. 2. & ſecundum Bertach. tract. gabell. 2 parte, num. 30.
326 † Sed quod in præſente, vt poſſit expelli, requiratur ceſſatio
per annum, notatum eſt per Borgnin. deciſ. 43. numer. 58.
327 † Expelli autem poteſt etiam quod ſoluerit maiorem par-
tem, quando omiſit minimam particulam, ſecundum Ber-
tach. tract. de gabell. 8. parte, 3. membro, num. 60. ad finem,
328 idem Carocius d. loco, nume. 25. † Tenetur vlterius colo-
nus ſic expulſus ob non ſolutionem nihilominus ad pen-
ſionem non ſolutam, vt per Bertach. d. tract. 2. parte princ.
num. 30. verſ. Et nihilominus, Carocium ipſum, d. verbo,
329 Recuſationibus, num. 26. † Poteſt tamen conductor ſic ex-
pulſus ob non ſolutam penſionem fructibus maturis repe-
tere pretium operarum, vt notauit idem Caroc. d. loco, nu.
330 23. † Licet autem colonus, vel conductor nõ ſoluens poſ-
ſit expelli à locatione, tamen fallit quando locator non
adimpleuit ex ſuo latere, vt per Borgn. deciſ. 43. nume. 40.
331 65. 67. & 68. † Non etiam cadit conductor is à pacto af-
francandi, vbi ipſemet conductor vendidiſſet illa bona, ſe
ſubſequenter in eis inueſtiendo ad fictum ſimplicem cum
pacto affrancandi, ſecundum Borgn. deciſ. 44. nume. 96.
332 † Non etiam cadit a melioramentis perpetuis factis in bo-
nis conductis, etiam quod cadat ex ſui culpa, vt notauit Bur
333 ſat. conſ. 23. num. 30. volum. 1. † Imo poteſt bona retine-
re loco pignoris, donec ea ſibi ſoluantur, vt per Carocium
334 d. verbo, Recuſationibus, num. 24. † Quicquid ſecus ſit in
emphyteuta, vel conductore ad longum tempus cadente à
bonis emphyteuticis, vel ad longum tempus conductis, ob
eius culpam, late notatum eſt d. cap. 409. in caſibus, in ver-
335 bo, Poſsit concedi per Iuſdicentem, vt ibi. † Secundo
principaliter poteſt expelli conductor, & inquilinus à do-
mo conducta, quãdo Dominus pro proprijs vſibus eget do-
mo locata etiam nondum finita locatione, vt tradit Alciat.
conſ. 137. num. 1. item Natta conſ. 416. num. 1. & 2. volum.
2. & Gomez. tract. contract. cap. 3. Locati, num. 6. ac Gabriel
ſuis communib. tit. Locati, concl. 6. atque Carocius d. trac.
Locati, verſ. Recuſationib. num. 1. & 2. Hier. Magonius de-
336 ciſ. 75. num. 1. † Ampliatur hoc etiam ſi quis egeat pro
vſibus filij ſui, ſecundum Tiraq. in l. Si vnquam, in procemio
337 num. 7. C. de reuoc. don. † Ampliatur ſecundo quod ha-
beat locum etiam ſi locator in inſtrumento locationis pro-
miſiſſet cum iuramento non moleſtare, nec expellere condu
ctorem durante conductione; quia nihilominus poteſt ex-
pellere pro vſu & neceſsitate ſua, ita contra Angel. & opi-
nionem eius ſecus ſentiens, notat Natta conſil. 25. nume. 1.
volum. 1. & conſ. 416. num. 2. cum ſeq. maxime num. 7. vol.
2. idem Carocius d. tract. Locati, verſ. Recuſationibus, nu.
338 4. ad finem, Magonius d. deciſ. 75. num. 20. † Hæc autem
concluſio non procedit in caſibus notatis per Carocium d.
verbo, Recuſationibus, num. 3. cum multis ſequentibus, vbi
declarat hanc concluſionem. Primo vt procedat ſi neceſ-
ſitas hæc ſuperuenerit poſt locationem, ſecus ſi adeſſet tẽ-
pore locationis, ita notat Carocius d. verbo, Recuſationi-
bus, num. 3. Idem tenet Hieronymus Magonius deciſ. 75.
339 num. 6. † Secundo requiritur neceſsitas ſuperueniens in-
opinata, quæ præuideri non potuerit, alias non habet locũ
illa diſpoſitio, ita Carocius d. verbo, Recuſationib. nume. 4.
340 idem Magonius dict. deciſ. 75. nume. 6. † Tertio ceſſat hęc
concluſio ſi locator poſt allegatam ſuperuenientem neceſ-
ſitatem receperit partem aliquam penſionis, quo caſu ſibi
præiudicaſſe cenſetur, ita Carocius d. verb. Recuſationibus,
341 num. 7. † Quarto ceſſat hæc concluſio ſi locator recepit
penſionem anticipatam multorum annorum ſecutorum, vt
per eundem Caroc. d. verb. Recuſationibus, num. 28. Mago-
341 nius d. deciſ. 75. num. 9. † Quinto Conductor non poteſt
expelli etiam pro vſu ſuo, ſi inquilinus habet domum illam
hypothecatam, & obligatam, quia non poteſt eo etiam caſu
expelli, niſi ſoluto intereſſe ſuo, & pœna, vt per Nattam cõſ.
419 num. 9. volum. 2. Sed quod non teneatur ad aliquod
intereſſe hoc caſu locator, faciens hoc lege permittente, no-
tat ibi Natta, refert Caroc. d. loco, num. 5. ad fin. & num. 6.
343 † Limitatur, niſi expellatur conductor tanquam indigens
pro vſu, tamen mutato propoſito alij locet, quia tunc tene-
bitur ad intereſſe, prout not. Bertach. tracta. Gabell. 2. parte
princ. num. 42. verſ. Nec omitto, vel reſtituere domum pri-
mo conductori, vt per eum ibi, idem ſignãter declarat Nat.
d. conſil. 25. nume. 5. & 6. volum. 1. Caroc. d. loco, num. 8. &
344 9. † Sexto non poteſt emphyteuta expelli à Domino di-
recto ob neceſsitatem ſuam, ſecundum Marſil. Sing. 94. idem
in conductore ad longum tempus, & ſecundum Caroc. d.
345 tract. verb. Effectibus, num. 9. † Septimo hæc concluſio nõ
habet locum in caſu conuerſo, quod inquilinus poſsit de-
ſerere domum cõductam ob neceſſitatem ſuam, ex eo quod
aucta ſit eius familia, & egeat maiori domo, ſecundum
346 notata per Didac. tract. pract quæſt cap. 30. nu. 3. † Excep-
to caſu peſtis, vt per eum ibi, Caroc. d. verb. Recuſationib.
347 num. 10. † Excipitur etiam alia vrgens neceſsitas, vt not.
348 Caroc. d. verb. Recuſationib. num. 10. † In caſibus tamen, in
quibus licet Domino locatori durante locatione expellere
conductorem ob neceſſitatem eius vſus, dicta neceſſitas de-
bet probari concludenter per locatorem, vt per Alciat. d.
349 conſ. 137. num. 4 verſ. Quarta ratio eſt. † Vnum caſum
ſingularem not Nat. d. conſ. 416 num. 1. volum. 2. ſcilicet
quando ob peſtem Dominus receſſiſſet ab eius domo eam
locando, ſi dein finita peſte etiam durante locatione velit
redire

Digitized by Google

350 velit redire in eius domum. † In caſibus tamen, in quibus licet Domino locatori durante locatione expellere Colonum, durante locatione propter neceſſitatem ſui vſus non poteſt conductor expelli propria authoritate, ſed requiritur libellus, ſecundum communem, vt per Alciat. conſ. 137.
351 numer. 4. verſ. Quarta ratio eſt. † Tertio principaliter poteſt expelli colonus à colonia, & conductione, ſi ille male verſetur in re conducta, & deterioratio ſit facta per colonum, & conductorem, in ſubſtantia perpetua, vt not. Alex. conſ. 129. num. 1 vol. 2. & conſ. 30. nu. 1. & 2. vol. 4. ac conſ. 118. num. 10. cum additionib. ibi, uol. 5. vt etiam not. Gabriel ſuis Commun. tit. de conſuet. concluſ. 1. num. 53.
352 & etiam Caroc. d. verbo, Recuſationib. n. 1. & 2. † Quod autem idem ſit in emphyteuta, vt propter malam verſationem poſſit expelli, notatum eſt de ambobus per Ferron. ſuis conſuet. tit de feudis, §. 23. in princ. & per Clarum, §. Emphyteuſis, q. 26. & Cephal. conſ. 347. nu. 4. vol. 3. idem per Soarez. ſuis communib. in ver. Emphyteuta ſi, vel emphyteuſin, idem per deciſionem Peruſ. 94. num. 1. par. 2. Idem
353 Laurent. Kirchou. ſuis communib. cent. 2. concluſ. 17. † Idē etiam in vſufructuario male verſante in bonis vſusfructus, vt poſſit expelli à proprietario, & etiam poſſit contra eum agi actione legis Aquiliæ, vel cautionis præſtitæ, notat ſi eſt
354 à Borgn. tract. de vſufruc. nu. 157. † Et ſi pro parte fuerit facta deterioratio, non in totis bonis, nō amittitur vſusfructus, ſed ſolum pro illa parte, ſecundum Borgn. d. tract. de tutore, num. 76. verſic. Tunc eſt quod ſi vſufructuarius.
355 † Ampliatur autem hæc concluſio, vt hoc caſu perdantur melioramenta per Conductorem facta in bonis his conductis, vt not. Ruinus conſ. 88 nu. 2. vol. 1. idem Caroc. d. ver. Recuſationibus, nume. 16. & 20. verſ. Quid ſi deterioratio.
356 † Nec hoc caſu compenſantur cum deteriorationibus, ſecū-
357 dum Ruin. eod. loco. † Ampliatur ſecundo, vt procedat etiam facta deterioratione tantum in vna re ex pluribus conductis vno, & eodem pretio ſimul, & vnica penſione ſint conductæ, vel in emphyteuſin habitæ; quia ab omnibus poterit expelli conductor, vel emphyteuta, vt tradit Tiraqu. tract. retract lignag. §. 23. gl. 1. nu. 4. idem Ferron. ſuis Cōmentar. tit. 8. de feudis, §. 22. & 23. col. 2. verſ. Finge tribus, lib. 2. vbi loquitur in pluribus emphyteutis quorum vnus fecit deteriorationem, & Borgn. Caual. tract. uſufruct. nu. 157. circa fin. licet ipſe teneat humanius eſſe eum tantum cadere à parte in qua deliquit, vt ibi per eum, quod idem notatum eſt à Carocio eodem verbo, Recuſationib. nume.
358 17. † Principalis autem concluſio, quod conductor, vel emphyteuta expellatur ob malam verſationem hoc procedit tribus concurrentibus, ſcilicet, primo quod deterioratio illa ſit commiſſa dolo coloni, vel conductoris, vel lata ſiue leui culpa eius, non autem leuiſſima, vt tradit Ferron. d. tit. 8 de feud. §. 23. in prin. & Burſat. conſ. 91. num. 4 uol. 1. ac deciſ. Peruſ. 94. num. 10 cum ſeq. 2. parte, atq; Caroc.
359 d. verbo, Recuſationibus, num. 17. † Secundo requiritur, quod ſit facta in proprietate, & ſic in ſubſtantia rei, non in fructibus, ſecundum Alexand. conſ. 118. num. 10. uolum. 5. & ſecundum Ferronium d. tit. 8. de feudis, § 23. in princip. ac Burſat. d. conſ. 91. num. 3. volum. 1. idem ſecundum Ca-
360 rocium d. verbo, Recuſationib. nume. 18. † Tertio requiritur, quod deterioratio ſit in notabili quantitate, quæ iudicis arbitrio iudicatur, vt per Ferronium, Burſatum, & Ca-
361 rocium d. locis. † Quando enim deterioratio eſt modica conductor, vel emphyteuta non poteſt expelli, vt notat Tiraq. tract. de iudicio in exiguis, verſ. 57. & ſeq. idem Clarus, §. Emphyteuſis, q. 26. ad finem, & deciſ. Peruſ. 22. nu. 16. & 24. parte 1. ac Burſat. conſ. 91. nu. 3. uolum. 1. nam tunc tenetur ſolum ad intereſſe, ſecundum deciſ. Peruſ. 22. nu. 22.
362 parte 1. † Quæ autem dicatur magna vel modica dete-
363 rioratio, notatum eſt per Burſ. d. conſ. 91. num. 4. vol. 1. † Non autem ſunt neceſſaria hæc requiſita, quādo fuit iuratum in inſtrumento locationis per colonum vel conductorem, quod nulla arbor incidetur ſine licentia locatoris, vt per Ruin. conſ. 84. num. 1. & 2. uol. 1. Nam eo caſu tenetur ad intereſſe conductor nulla facta diſtinctione, an ſit in magna quantitate deterioratio, vel minima, & etiam propria authoritate poteſt expelli, vt tradit Ruin. conſ. 58. nu. 3. 4.
364 & 5. uol. 1. & refert Caroc. d. loco, num. 19. † Et licet conductor ad modicum tempus regulariter ob deteriorationē in modica quantitate non poſſit expelli, tamen contra eum poteſt agi ad intereſſe, vt per Ruin. d. conſ. 58. uol. 1. & per Caroc. d. verb. Recuſationib. num. 20. item per deciſionem
365 Peruſ. 22. numer. 24. ad finem, 1. parte. † Quæ autem dicatur mala verſatio, & deterioratio, notat. eſt. per Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 78. & melius per deciſionē
366 Peruſ. 22. num. 20. cum tribus ſeq. 1. parte. † Dicitur autem fieri deterioratio, ſi in putatione vitium dimittantur duo capita eis, ut notat deciſ. Peruſ. 2 num. 1. parte 2 Ideo coloni debent aduertere, ne putari faciant vites, vel arbores per inexpertos, vt tradit Iaſ. in §. Fuerat, num. 8. Inſtit.
367 de act. † Idem ſi cum ſeminare deberet partem, colonus totum ſeminauit, ſecundum notata in deciſione Peruſ. 62. nu.
368 2. parte 1. † Dicitur & mala verſatio, vel deterioratio, ſi per emphyteutam, vel conductorem fiat inciſio arborum fructiferarum, quia poteſt ob hoc expelli, vt notatum in deciſione Peruſ. 94. num. 2. cum ſequ. parte 2. Idem Laurentius Kirchouius ſuis communibus, cent. 5. concluſ. 39. Emphyteuta. Idem Mantua. ſingul. 238. Borgninus tract. de vſufruct. num 57. verſic. Et quando, & Carocius d. verbo, Recuſationibus, num. 15. ac Ruin. conſ. 58. num. 4. uolum. 1. loquens de omnibus arboribus viridibus, & ibi nume. 5. loquitur de vſufructuario incidente arbores virides, ut poſ-
369 ſit expelli. † Sylua quoque non eſt cædua, quæ habet arbores fructiferas, quæ ſine incommodo rei cædi non poſſunt, vel quando cæſæ non renaſcuntur, vt per Artium Pinellum eruditiſſimum I. C. in l. 1. 2. parte, num. 59. C. de
370 bonis matern. † Quod tamen procedit, ſi id dolo malo factū ſit, alias non, vt ſupra notatum, ut etiam firmat deciſ. Peruſ.
371 94. num. 10. cum ſeq. parte 2. † Fallit tamen in caſibus notatis per Piccum in l. Titia, §. Titia cum nuberet, nu. 117. & ſequen. ff. de leg. 2. & per Tiraq. tract. conuent. §. 3. gloſſ.
372 vnica, num. 24. cum ſequen. † Exemplificando inter alia, quod poſſit incidere pro refectione domus, & bonorum cōductorum, vt ibi per eundem Piccum, nu. 117. & ſeq. ac per
373 Menoch. conſ. 13. nu. 17. uolum. 1. † Emphyteuta pariter poterit incidere arbores fructiferas, ſi loco earum alias ſubroget, vt notat Foller. in Conſtit. regni, Rubr. de offic. iu-
374 ſtit. num. 92. & deciſ. Peruſ. 94. nu. 13. parte 2. † Sed quod non poſſit incidere arbores grandes etiam non fructiferas renaſcentes, & creſcentes tractu temporis etiam per eum plantatas contra aliquo tenentes contrarium, notatum per
375 Borgni. deciſ. 44. num. 72. verſ. Vide Bertach. † Sententia autem ſuper hac deterioratione requiritur, vt notat in his
376 terminis Alexand. d. conſ. 118. num. 11. volum. 5. † Sed quod poſſit expelli propria authoritate notatum eſt per
377 Ruin. d. conſ. 88. num. 2. volum. 1. † Confeſſio autem primi conductoris ſuper hac deterioratione non nocet ſecundo conductori, ſecundum Carocium d. verbo, Recuſationi-
378 bus, num. 21. † Quarto principaliter poteſt expelli inquilinus durante locatione, ſi dominus velit reficere domum locatam, ex quo indiget refectione, & hoc tantum durante tempore refectionis, vt tradit Bertachinus in tract. gabell. 2. parte princip. num. 43. uerſ. Vnde ſi idem, Gomez. d. cap. 3. Locati, num. 6. idem Carocius d. loco, in verbo, Recuſa-
379 tionibus, num. 2. cum ſequen. † Declaratur autem hoc caput reſpectu refectionis, prout ſignanter per Carocium
380 d. loco, num. 11. vſque ad 20. † Quod autem refecta domo debeat conductor remitti in domum conductam, notatum per Rom. Sing. 235. cum addit. ibi, idem Cremen. Sing. 72. & per Marſ. in l. unica, num. 33. C. de rapt. virg. ac in Rubric. ff. de fideiuſſ. num. 264. & in l. Etiam ſi reddituturus, numer. 14. & 15. ff. de quæſt. & tract. Banni. in uerbo, Ceſſante bāno, num. 29. atq; per Ioannem Papōnem ſuis comment. tit. de execut. §. 121. idem per Ferronium ſuis conſuet. tit. Tertio locati, §. 2. verſ. Et licet, & per Menochium, tract. Retinendæ poſſeſſionis, remed. 1. nume. 238 & ſequen. vbi dicit poſſe agi de turbata poſſeſſione, vbi nollet deſerere eam do-
381 mum vt reficiatur. † Quæ concluſio procedit etiam in Doctore conductore, vt per Canoniſtas in c. Propter ſterili-
382 tatem, de locat. † Interim autem conductori fit remiſſio
383 penſionis donec reficiatur. † Et habetur ad ratam penſionis, vbi ſit ob neceſſitatē, notat Caroc. d. tract. Locati, verſ. Si pendente, num. 3. Si autem ſit voluntaria refectio tenetur ad omne intereſſe, ita Bertachin. d. tract. Gabell. 2. parte, nu.
384 43. † Alios tres caſus, in quibus conductori poteſt auferri colonia, etiam durante tempore conductionis licet videre
385 notatos infra cap. 395. Si vero, cum duobus ſequent. † In caſibus autem in quibus conductor poteſt expelli per locatorem à conductione ea durante, non poteſt expelli, ſi locator ficta receperit anticipate, vt notat Practicus in forma libelli, quo agitur ad ficti præſtat. in princip. numer. 7. & ſu-
386 pra notatum. † Niſi rem alienaſſet is tertio, quia tunc cōpetit etiam eo caſu, & eo caſu poteſt expelli, ut tradit idem Pract. d. num. 7.

o Niſi prius] Et ſic debet priuſquam recedat facere hanc ſatisfactionem, non autem ex poſt.

p Domino] † Appellatione, Domini, hoc caſu veniret

etiam

Digitized by Google

387 etiam vſufructuarius, vt tradit Alexan. conſ. 118. nu. 3. vol. 2. vbi loquitur in his terminis, quod maxime dicendum ſtantibus verbis ſequent.

q Seu locatori] Etiam quod non ſit Dominus, & conſequẽter hoc beneficium competit omnibus etiam non Dominis, dum tamen ſint locatores.

r Satisfecerit] † Requiritur autem realis ſatisfactio per
388 hęc verba, non autem ſufficit impropria ſatisfactio, veluti per ſatiſdationem, vt notat Oſaſc. deciſ. 18. numer. 5. niſi creditor contentetur pignus recipere, vel depoſitum, vt notauit Cummia in ritibus magnæ curiæ. cap. 93. numer. 15.
389 & ſeq. † Sufficit autem depoſitum, vel fideiuſſio, vbi creditor nolit recipere, vt tradit Cummia idem d. cap. 93. numer. 19.

ſ De omni eo] † Comprehendit ex his verbis omnẽ qua-
390 litatem debiti, quod habet hic colonus, vel conductor cum Domino occaſione coloniæ, vt infra dicetur.

t Occaſione dictæ terræ conductæ] Quo fit vt per hoc verbum, Occaſione, comprehendatur omnis cauſa etiam remotiſſima, quæ proueniat ex cauſa conductionis, veluti eſt ſcortum maſſaritium, vel datum alijs locatoribus prioribus cauſa huius conductionis pro debito colonorum, vel ſimilium perſonarum, prout ex hoc verbo infert Speculat. tit. de iniur. §. Sequitur, verſ. Sed pone, num. 16. & ſeq. ſequitur plura allegando Socin. ſen. conſ. 156. num. 21. vſq; ad finem, vol. 2.

u Vel aliquis maſculus] † Et ſic appaeet Statutum etiam,
391 in princ. voluiſſe tantum comprehendere maſculos, nõ fœminas, cum non congruat fœminis hæc materia, vt etiam notat Cotta ſuis memorab. in verbo, Maſculinum, verſ. Iſtud inferebam.

x De ſua familia] † Simili verbo familia vtitur Iuriſcon.
392 in l. eum quis, ff. de dolo. † Qui autem veniat appellatione familiæ explicat Statutum ſequens, Quilibet.

y Maior annis quatuordecim] † Quod ſit quis maior hac
393 ętate annorum quatuordecim debet probare actor locator, cum ſit fundamentum eius intẽtionis, vt tradit Card. Alex. conſ. 25. num. 4. refert ſequendo Felin. c. in præſentia, num. 28. verſ. Sed dicas, de probat. Statutum hoc loquens de ętate annorum quatuordecim tãtum, an ſit correctum, vel ampliatum per diſpoſitionem nouarum conſtitut. tit. de prohib. execut. cap. Idem de his, vbi ætas in his de familia, vt poſſint capi, prorogatur ad annos viginti. Crederem, quod non, quia ibi conſtitutiones ipſæ loquuntur in alio caſu, ſcilicet quando quis conuenitur ratione debiti ſimpliciter. Hic autem propter receſſum à colonia non ſoluto debito, quod magis eſt fauorabile locatori in odium colonorum diſcedẽtium abſq; ſatisfactione, & ſic caſus ſunt diuerſi habentes etiam rationem diuerſam, ita quod ab vno ad alium non eſt quoquomodo arguendum, tanto magis, quia Statuta, in quibus non contrariantur nouis conſtitutionibus, firma remanent, vt cauetur ex proœmio earummet conſtitutionum, ibi, ac alijs his conſtitutionibus contrariantibus.

z Nec debeat aliquo modo relaxari] Tamen poterit relaxari a Dominis protectoribus carceratorum præſtita per eum fideiuſſione de ſoluendo, vel redeundo ad carceres intra terminum dierum 10. donec cognoſcatur de rectitudine capturæ, iuxta tradita ſupra, capit. 154. Statuitur, verſic. finali.

aa Niſi prout ſatisfecerit] Realiter, non impropriè per fideiuſſionem, vel depoſitum, declarando, vt ſupra notatum in hoc verbo, Satisfecerit.

bb Non poſſit cedere bonis] † Hæc pariter videbatur pro-
394 hibita per verba præcedentia, quod non poſſit relaxari, niſi ſatisfacto Domino vel locatori, vt tradit Socin. ſen. conſ. 204. vol. 2. & Brun. iun. tract. de ceſſ. bonorum, quæſt. 3. prin. num. 4.

cc In præiudicium Domini ſeu locatoris] Licet ceſſio teneret in præiudicium aliorum creditorum, demptis caſibus notatis ſupra, c. 408. Si quis, vol. 1.

dd Non obſtante, quod eſſet maior annorum ſexaginta] Et ſic ſublata diſpoſitio Statuti ſupra, capit. 243. Minores, volum. 1. Cui in ſpecie erat derogatio neceſſaria vt teneretur, alias generalis non tenuiſſet, vt ibi cauetur.

ee Nec poſſit petere denarios 18. in die] De quo cauetur ſupra, c. 244. Si quis, vol. 1.

ff Aliquis] Comprehenditur maſculus, & fœmina, cum loquatur Statutum de materia congruenti vtrique ſexui, vt cauetur ſupra, cap. 126. In ciuitate, vol. 1. vbi notatum. Non tamen ligantur clerici recipientes has perſonas ſuper ſuo, cum non dicantur ſuppoſiti, licet poſſint vti beneficio Statutorum noſtrorum, vt notatum ſupra, cap. 180. In fauorem.

gg De ciuitate] Quid veniat appellatione, Ciuitatis, late diſcuſſum ſupra, cap. 341. Si quis, in verbo, Hoc.

hh Nec Ducatu Mediolani] Quid comprehendatur, cauetur ſupra, c. 130. Vbicunq;, vbi notatum, vol. 1.

ii Nec alijs locis ſuppoſitis Statuti Mediolani] Vt ſunt terræ communes, vt ſupra cauetur, cap. 153. Statuitur, volum. 1.

kk Nec alijs] De quibus ſupra in principio Statuti expreſſum.

ll Nec ad libellum] Cum translatione vtilis tantum, ſecus tamen eſſet, ſi quis in hunc colonum transferret directum, & vtile, deinde de vtili inueſtiret, quia tunc ceſſaret huius Statuti diſpoſitio, vt cauetur ex verbis ſequentibus huius Statuti, ibi, Citra translationem directi dominij.

mm Nec aliter accipere] † Dubitatum quãdoque fuit, an
395 diſpoſitio huius Statuti haberet locum, quando aliqui coloni colerent bona communia inter duos fratres, & facta inter eos diuiſione coloni illi remanerent ſuper bonis vnius ex illis fratribus obuenientis ei in ſortẽ, vel diuiſionem tm̃, de quo Senatuſconſultus cenſuit quod ſic, in cauſa pendente inter duos fratres Pagnanos contra olim Magnifico D. Antonio Sanſono, motus, vt creditur, ex eo, quia etiam hoc caſu videtur militare ratio Statuti, & eius verba, dum prohibetur quis non ſolum accipere, ſed etiam tenere, ſed quãdo quis non recepit colonum, ſed ſolum retinet, quod non militet diſpoſitio Statuti de accipiente, facit quod tradit Alex. conſil. 83. numer. 4. volum. 2. Quia aliud eſt accipere, aliud retinere, vt ibi per eum. Verum Statututum hoc loquitur de vtroque, per verba ſequentia, Nec tenere.

nn Nec tenere] † Verba hæc prægnantia comprehendunt
396 omnem caſum, ita Deci. conſil. 37. in princ. in ſimili verbo, poteſt exemplificari in caſu, quo cum colonum acceperit, ſi denunciatus, vel monitus ſit, vt infra diſponitur,
397 verſic. Et ſi quis retineat. † Poteſt etiam intelligi in eo colono, qui erat colonus duorum fratrum, vel ſociorum, & facta inter eos diuiſione remanet in bonis obuenientis vni, vt in caſu nuper relato, & deciſo per Senatum, vt conſequenter tollatur diſtinctio, Alex. dict. conſil. 83. numer. 4. volum. 2.

oo Etiam ad mercedem diei] † Vti ſunt operarii diurni, de
398 quibus per gloſſam, in l. Si quis domum, §. 1. in verbo, Operas, ff. Locat.

pp Et ſi quis] Non igitur comprehenduntur non ſubditi, nec clerici per verba ſequentia Statuti loquentis de ſuppoſitis tantum Statutis, quod quidem habet locum etiam quod non ſubditi hi, & forenſes poſſiderent bona in Ducatu, vel terris ſuppoſitis Statutis Mediolani, cum Statutum loquatur de perſonis, non de bonis, vt late diſcuſſum in præludijs, Reſpectu autem non ſuppoſiti quæ pœna conſtituatur, notatur infra, verſic. Et quilibet non ſuppoſitus.

Et ei denunciatum fuerit] † Qualiter fiendæ hæ denun-
399 ciationes extraiudiciales, cauetur ſupra, c. 6. denunciationes & c. 376. Quicunque Notarius, volum. 1. & cap. 198. Quilibet, hoc volumine, vbi traditur forma ſimilium denunciarum fiendarum. Per quos autem, & quibus, & quo loco, & tempore, & coram quo fieri debeant, notatum late ſupra, c. 417. Si quis, in verbo, Denunciauerit ſolenniter, & c. 434. Si quis, in verbo, Teneatur denunciare, volum. 1. Denunciatio hæc poterit tranſmitti quandocunque vſque ad annos triginta, ex quo Statutum non præfigit aliquod tempus, vel terminum, vt in ſimili not. Rebuff. tract. de nominat.
400 quæſt. 14. numer. 32. verſic. Item poſtquam. † Denuncia hac non tranſmiſſa, ceſſat diſpoſitio huius Statuti, alioquin odioſa, ita quod non præiudicet ignorantibus, vt notat in hac ſpecie Aunanias conſilio 72. numero 2. & 3.

qq Per publicum inſtrumentum] † Hoc dictum ad differẽ-
401 tiam priuati, de quo, & de ſpeciebus publici inſtrumenti, not. per Pract. in forma productionis inſtrumenti, verſ. Exhibens, num. 12. vſq; ad finem.

rr Per dominum vel locatorem] Et ſic habet locum in quolibet etiam non domino, ſed ſimplici locatore, ex quo beneficium hoc non datur ratione dominij, ſed conductio-
402 nis tantum. † Beneficium hoc tranſit etiam in hæredes Dominorum & locatorum, cum in hæredes tranſeant omnia iura actiuę & paſſiuę, etiam facultas iurandi, ſi quis habet facultatem ex Statuto iurandi damnum paſſum, vt

Digitized by Google

notat Iaſ. in l. Si quando, num. 51. Vbi etiam Plott. nu. 619.
C. vnde vi, late Tiraquell. tract. retract. lignag. §. 2. gloſſ. 2.
num. 2. cum ſeq. cum late traditis ſupra, cap. 351. Statuitur,
in verbo, Domini, Si autem priuilegium eſſet perſonale, non
tranſiret in hæredes, vt tradit Boſſ. ſua praxi crimi. tit. de bo-
403 nor. public. num. 37. † Quando autem dicatur priuilegium
perſonale, vel reale, not. Boſſ. d. praxi, tit. de Principe, & eius
404 priuileg. num. 343. † Ceſſionario autem Domini, vel loca-
toris non competit beneficium hoc, quia eſt conceptum in
perſonam, non in rem, vt notat in ſimili Bald. in l. ſi poſt
diuortium, ff. ſolut. matr. ita ſignanter declarat Socin. ſen.
conſil. 120. numer. 18. volum. 1. & notatum ſupra, cap. 157.
Pro debito, in verbo, Niſi in caſibus infraſcriptis, vo-
lumine 1.

ſſ Aut mandato Iudicis] Aliter quam per inſtrumentum,
cum commiſſione ſcilicet iudicis iuxta diſpoſitionem iuris
communis, de qua notatum ſupra, cap. 1. in verbo, Per Iuſ-
dicentes, ita quod eius denunciæ ſubſcriptio requiratur,
quod fiat à iudice.

tt Per ſeruitorem publicum Communis Mediolani] De
quibus cauetur ſupra, capit. 1. volum. 1. Quæ tamen de-
nunciatio, etiam quod fiat mandato iudicis, debet eſſe in
ſcriptis redacta, cum requiratur fides crediti, & alia infra
requiſita, quæ ſeruitor oretenus facere non poſſet, & ſit
præceptum.

uu Vel debitum ſoluant] † Hinc colligitur, quod im-
405 pediens debitorem alicuius, ne laboret creditori, & eidem
de eius laboribus ſatisfaciat, non tenetur præciſe ad rela-
xandum, quia creditor non dicitur habere ius reale, ſed
tenetur ad intereſſe tantum, vt hic cauetur, & not. in ſimi-
li Bald. in cap. Cum dilecti, colum. 4. numero 5. de lectio-
nib. & in terminis huius Statuti facit text. in l. omnis, C. de
agric. & cenſit. libr. 10 quem ſignat ibi Ange. refert ſequen-
do Ripa tract. de peſte, tit. de remedijs præſeruat. contra pe-
ſtem, num. 254.

xx Facta mentione, & fide] Per inſtrumentum ſcilicet,
vel per teſtes examinatos ipſum contra colonum, vt faciant
fidem, nam prius debet conſtare de credito, & de eo fieri
mentio, & fides in denuncia tranſmittenda. Crederem igi-
tur non poſſe fieri fidem, nec probari creditum poſt denun-
ciam, cum ex forma Statuti debeat fieri fides eius in denun-
cia, iuxta tradita in ſimili ſupra, cap. 38. Omnes, in verbo,
406 niſi prius, volum. 1. † Fides hæc debet approbari per Iu-
dicem, & ſuper ea pronunciari iuxta tradita per Bart. in l.
eius qui delatorem, num. 3. ff. de iure fiſci, Felyn. cap. 2. num.
2. de ſponſal.

yy Occaſione prædicta] † Quæ verba comprehendunt
407 cauſam etiam remotiſſimam, vt ſupra notatum, & late ex-
plicat Socin. ſen. conſil. 256. numer. 21. vſque ad finem, vo-
lumine 2.

zz Et ad prædicta compelli poſſit] Condictione ex hoc Sta-
tuto, vel ad dimittendum termino menſis, vel ſoluendum
creditum, de quo ſupra.

aa Summarie, de plano, ſine ſtrepitu, vel figura iudicij]
Quid releuent hæ clauſulæ, late notatum cap. 47. Dominus
Poteſtas, in his verbis.

bb Et ſine litigio] † Tollitur ex his verbis appellatio, prout
408 tollitur ex clauſula, Ex officio, ita Bald. conſil. 330. num. 8.
ad fin. volum. 1. refert ſequendo Boſſ. ſua praxi crimin. titu.
de appell. num. 16.

cc Sola facti veritate inſpecta] † Quid releuet hæc clau-
409 ſula, explicat Barto. in l. Si filiusfam. numer. 4. cum addit.
ibi per Alexand. ff. de donat. Idem Bart. in extrauag. ad re-
primend. in verbo, Videbitur Areti. conſil. 84. col. 4. num. 3.
Alexan. in l. Si ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, nume. 8. ff. de
verb. oblig. Idem notatum in addit. ad Orian. ca. Quoniam
contra, cap. 12. de cauſa delegata, nu. 1. in verbo, Adde An-
tonium de Butrio. Iaſ. in l. certi conditio, §. Si nummos, nu-
mer. 32. & 33. ff. Si cert. pet. Idem in l. vinum, nu. 24. ff. eod.
tit. Idem Iaſ. in §. in bonæfidei, nu. 45. Inſtit. de actio. Maran
410 ta ſuo Speculo 4. parte, diſtinct. 9. num. 32. cum ſeq. † Inter
alia ſpecialia illud eſt, quod Iudex poteſt condemnare in
alio reum conuentum, quam ſit petitum, vt not. Grammat.
deciſ. 15. num 4 & deciſ. 19. numer. 4 cum ſequen. Menoch.
tract. arbitr. lib. 1. quæſt. 31. nume. 5. Plura alia ſpecialia ex-
plicat Aſin. ſua praxi, §. 3. cap. 8. cum ſeq. Menoc. conſ. 180.
num. 7. volum. 3. Simon de prætis, conſi. 177. num. 3. & 4. &
411 infra dicetur hoc verbo. † Clauſula autem ſecundum rei
veritatem quid releuet, not. Iaſ. in §. in bonæfidei, num. 43.
Inſtit. de actionibus.

dd Et ſine exceptione] Remota exceptione quæ ex-
ceptiones cenſeantur remotę, & quę non, late notatum
ſupra, capit. 42. Si quis, in verbo, Omni exceptione re-
mota, & infra cap. 398. Si aliquis, in verbo, Nulla exceptio-
ne obſtante.

ee Beneficio, & auxilio] † Veluti reſtitutionis in integrum,
412 vel officij Iudicis, vel querelæ, ſiue reclamationis, ita not.
Rebuff. tract. de reſtitut. artic. 2. gloſ. 5. num. ſeptimo. Quę
quidem non eſſent ſublata, licet appellatio eſſet ſublata, vt
notatum in capitu. 116. petito in verbo, nec appellari,
volum. 1.

ff Etiam non obſtante requiſitione compromiſſi] De quo
ſupra cap. 115. ſi de cætero, volum. 1.

gg Intelligantur de debito puro] † Debitum enim condi-
413 tionale non poteſt dici debitum, nec creditor conditionalis
poteſt dici creditur, niſi eueniente conditione, ita notat Bar
tol. in l. prima, in fin. vbi in ſpecie Curt. numer. 76. ff. ſi
cert. pet.

hh Idonee ſatiſdare] Quid releuent hæc verba, late nota-
tum ſupra capit. 44. ſi quis, in verbo, idonee, & verbo, ſa-
tiſdare, volum. 1.

kk Tantummodo vendicent ſibi locum in familia condu-
ctoris, & ſupra nominatorum] In principio ſcilicet hu-
ius ſtatuti.

ll Qui proprijs manibus laborant, vel laborari faciunt]
Prout faciunt rurales.

mm In filijs, & famulis ruralium] † Qui dicuntur ruſtici
ex quo ruri habitant, vt not. deciſio Peruſina 34. nume. 1.
414 declarando, nu. 13. parte 1. † Statutum in hac parte vide-
tur contrariari ſtatutomet infraſcripto in fine, nam hic di-
citur, quod habeat locum in familia ruralium, & eorum fi-
lijs, in d. autem verſ. fin. vult tantum appellatione familiæ
comprehendi filios, non alios de familia, verum aduerten-
dum pro concordia, hos eſſe diuerſos caſus, nam hic loqui-
tur in caſu ruralium, in quo vult comprehendi non ſolum
filios, ſed etiam alios de familia. Infra autem d. verſ. finali,
loquitur generaliter in familia eius, qui proprijs manibus
laborat, vel laborari faciat, quo caſu vult appellatione fa-
miliæ comprehendi ſolum filium laborantis, vel labore fa-
cientis proprijs manibus, quia poteſt eſſe nobilis filius. Et
ſic ſtatutum hoc in hac particula magis ſpeciale loquens
de ruralibus non cenſetur ſublatum perſequentem particu-
lam, in fine generaliter loquentem, vt non tollat hunc ca-
ſum particularem ruralium, iuxta tradita per Bart. in extra-
uag. ad reprimend. in verbo, non obſtante, num. 4. & ſupra
notatum in præludijs. Et ita hoc modo concordabuntur
ſtatuti huius particulæ, prout concordari debent, cap. cum
expediat de electionibus, nec debet præſumi ſubita corre-
ctio, per textum in l. non ad ea, ff. de cond. & demonſtr. Vltra
quod ipſa particula in verſic. finali, ſi bene ponderetur non
contrariatur huic, quia eius intentio fuit tantum declarare
quo ad filios quid cenſeat, quo autem ad alios de familia ſe
remittendo ad iam diſpoſita.

nn Non autem nobilium] † Nobilis hic ſi manibus filiorū,
415 & famulorum laborari faceret terras, comprehenderentur
hi filij, & famuli in hac diſpoſitione, quia militaret eadem
ratio ſtatuti. Excipiuntur autem hic filij & famuli nobi-
lium ex conſuetudine, & ſolito, quia hi non ſolent laborare,
ergo ſecus dicendum ſi ipſi laborarent, & id probaretur, cum
ratio ſtatuti militaret, quod idem ſentire videtur ſtatutum-
met, verſ. finali, ibi, & vbi.

oo Idem per omnia] Quid releuet hæc clauſula, per omnia,
not. Rolan. à Valle, conſ. 60. nu. 30. cum ſeq. vol. 1.

pp Excumiatus, vel expulſus fuerit] In caſibus ſcilicet in
in quibus licite potuit expelli, durante etiam locatione,
de quibus ſupra, in verbo, etiam durante termino, uel finita
locatione in omnibus caſibus.

qq Per Dominum, uel locatorem] Siue ſit Dominus, ſiue
non, cum non attendatur dominium bonorum, ſed ſolum
ius conductionis.

rr Et quilibet de eius familia maſculus] Expreſſa eſt qua-
litas maſculinitatis, ex qua tollitur difficultas & contro-
uerſia, ut non comprehendatur fœmina, de qua per Ga-
briel. ſuis communibus, titu. de uerb. ſign. concluſ. 6. &
etiam ex diſpoſitione alterius ſtatuti ſupra cap. 243. mino-
res, uolum. 1.

ſſ Maior annis quatuordecim] † Hæc ætas fuit prorogata
416 ad annum uigeſimum, ex nouis conſtit. tit. de prohibit. exe-
cut. cap. coloni, §. idem de his.

tt Ad petitionem olim Domini, uel locatoris] † Idem in
417 hærede horum, non autem in ceſſionario, ut ſupra notatū,
in uerbo, per Dominum, uel locatorem, & iuxta diſtinctio-
nem Soc. ſen. conſ. 120. nu. 18. uol. 1.

uu Poſſit perſonaliter capi] Idem cauetur durante loca-

Digitized by Google

tione in his perſonis, vt cauetur ſupra c. 167. pro debito,
418 verſ. item pro fictis, vol. 1. † Contra hos de familia licet
detur captura, vt hic cauetur, tamen non datur niſi pro
debito maturato, poſtquã is de familia ſit factus maior an-
nis 14. vol. 20. & pro tempore quo ſteterit in colonia, ſimul,
vt tradit Bart. in l. Titaq. ff. de milit. teſtament. & infra di-
cetur cap. ſequen.

xx Nec poſſit relaxari] Niſi medio protectorum carcerato-
rum præſtita fideiuſſione, vt traditum ſupra, in verbo, nec
debeat aliquo modo relaxari.

yy Etiam ſi eſſet ſexagenarius] Quod beneficium traditum
à ſtatuto ſupra c. 243. minores, vol. 1. debet in ſpecie tolli,
vt ibi cauetur.

zz Nec poſſit cedere bonis] Quod idẽ cauetur ſupra, verſ.
& ſi dictus colonus, & infra verſ. alioquin.

aa Nec poſſit petere denarios 18. in die] Iuxta diſpoſitionẽ
cap. ſupra 244. ſi quis, capi, vol. 1. idem cauetur d. verſ. & ſi
dictus colonus ſupra.

bb Vel emphyteutam] Modo quo notatum ſupra, in verbo,
nec ad libellum.

cc Alicuius] Siue maſculus ſit, ſiue fœmina hæc perſona nõ
ſuppoſita, cum tractetur de materia vtrique ſexui cõgruẽti,
vt cauetur ſupra c. 126. in Ciuitate, vol. 1.

dd Non ſuppoſiti] Quid differant, non ſuppoſitus, non ſub-
ditus, & forenſis, late notatum ſupra c. 44. ſi quis, in verbo,
non ſuppoſitus, vol. 1.

ee Super ſuo] † Sex modis quid dicitur ſuum in iure, vt no-
419 tat Napod. in conſuetud. Neapol. in tit. 22. de faciendo cẽ-
ticulum, verſ. non licet in ſua propria. nu. 10.

ff Quouis modo teneretur] Siue ad fictum, ſiue aliter, ſic
importat hoc verbum, quouis modo, vt ſupra cauetur,
cap. 417. ſi quis, in verbo, ſi vero alio modo alienauerit,
volum. 1.

gg Olim Domino, ſeu locatori] † Etiam quod non eſſet
420 expreſſum verbum, Olim, ita intelligeretur de Domino
præterito, ſi ſimpliciter dictum de Domino, ita not. gloſ-
ſa in l. Cotem ferro, §. penultim. in verbo, Dominus, ff. de
publican.

hh Perſonaliter capi] Idem cauetur quando hæ perſonæ ac-
cipiunt bona à ſuppoſitis, vt ſup. verſ. idem per omnia, verſ.
& vltra dictus colonus.

ii Non obſtante collatione captionum facta, vel fienda]
421 † Arbitror ſtatutum voluiſſe intelligere de ordinibus ſu-
perſedentibus captione, de quibus ſupra c. 260. aliqua per-
ſona, vol. 1. & ſupra hoc volumine, cap. 64. Nullus, cum cap.
ſeq. Vel etiam quod non poſſint hæ perſonæ vti beneficio
ſalui conductus, prout hoc eſt etiam de iure communi, vt
not. Rebuff. in tract. ſuper conſtit. regijs, tit. de literis dilato-
rijs, gl. 1. num. 21. idem cauetur in nou. conſt. tit. de saluis
conductib. verſ. huic tamen.

kk Petere ipſi olim Domino, ſeu locatori denarios 18. in die]
De quibus ſupra c. 244. ſi quis capi. vol. 1.

ll Sub prætextu ſexagenarij] Cuius beneficij requireba-
tur ſpecialis derogatio, vt cauetur d. capit. 243. minores,
volum. 1.

mm Nec ceſſionis bonorum] De qua ſupra cap. 408. ſi quis,
volum. 1.

nn Capere] Propria authoritate, vt cauetur ſupra ca. 232.
licitum ſit, in colonis, & maſſarijs exiſtentibus ſuper bonis,
volum. 1.

oo Et robari facere] Medio iudicum, & iudiaria impetrata
executione.

pp Boues, & plauſtra] Hæ res ſunt alias prohibitæ derobari
regulariter, ut cauetur ſupra c. 251. nullæ beſtiæ, demptis
certis caſibus, inter quos hic adeſt, vt ibi cauetur, verſ. &
prædicta.

qq Quæ reperirentur in cuſtodia] Etiam quod dictas be-
ſtias non haberet in loco habitationis, ſed in aliqua capa-
na, vel prædijs, volum. 1.

rr Vel habitatione talis coloni] Quæ dicatur habitatio ali-
cuius, notatum ſupra cap. 1. in verbo, eorum habitationis,
vbi late, volum. 1.

ſſ Quæ bona quo ad hoc] Vt ea poſſit capere Dominus,
vel locator olim, vti propria coloni, vel perſonarum ſupra
nominatarum.

tt Præſumantur eſſe ipſius debitoris] Hæc eſt præſumptio
iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contra-
rium, vt infra cauetur, de qua loquitur Alciat. in ſuo tract.
præſumpt. in prin. 2. par. nu. 3.

uu Nec admittatur probatio in contrarium] † Propter hoc
422 dicitur præſumptio iuris, & de iure, quæ tamen recipiunt
aliquas probationes in contrarium, de quibus per Alciat.
d. tract. præſumpt. in prin. 2. par. nume. 4. vſque ad finem
423 eius. † Non tamen videtur ex diſpoſitione huius ſtatuti
ſublata facultas reprobandi probationem per quam pro-
bata eſt alius intentio in iudicio, ita Marſ. tenet tract. ban-
nit. in verbo, vilis, nu. 45.

xx Et quilibet non ſuppoſitus] Non ligantur tamen clerici
ex his verbis, licet ſint non ſuppoſiti ex quo non ligantur
ſtatutis laicorum, niſi in certis caſibus, vt notatum in præ-
ludijs late, & ſupra c. 252. omnes ſtratæ, in verbo, Expenſis
habentium domos.

yy Ipſo iure] Requiritur tamen ſententia iudicis declara-
toria ſuper facto, vt notatum late ſupra c. 1. in verbo, ipſo
facto, uol. 1.

zz Exemptus, & alienus à protectione] † Remotus à prote-
424 ctione alicuius loci, cenſetur remotus à ſuccedendo, in d.
loco, vt not. Boſſ. ſua praxi crim. tit. banniti quid amittant,
nu. 14. verſ. non autem ſi ei, ad fin.

aa Et defenſione] † Quæ cenſeretur pariter remota per re-
425 motionẽ à protectione, vt not. Boſſ. d. tit. banniti quid amit-
426 tant, n. 14. verſ. non autem ſi ei. † Non cenſetur tamen re-
mota appellatio remota audientia, & defenſione, ita not.
Cœpoll. conſ. 63. num. 5. ſequitur referendo Boſſ. d. praxi
ſua, tit. de appell. num. 18.

bb Si non ſoluerit, uel non excumiauerit intra decem dies]
Hic abbreuiatur in non ſuppoſito tempus menſis, quod da-
tur ſuppoſito ſupra, ratio diuerſitatis facti colligitur, quia
ſupra datur maior terminus, ex quo lapſo termino menſis
dicto caſu niſi expellat cogitur ipſe retinens ſoluere debi-
tum huius coloni. Hic autem non ſuppoſitus non tenetur
ſoluere, ſed tantum eximitur à protectione communis Me-
diolani. Ideo non mirum ſi minor terminus datur.

cc Poſtquam ei fuerit notificatum] Denuntiatum ſcilicet,
modo quo ſupra cauetur, per inſtrumentum, vel per præce-
ptum iudicis, ut ſupra dictum.

dd Tam in locatoribus] Hic adeſt error impreſſoris, quia vult
dicere locationibus, & omnia erunt plana.

ee Et debitis præteritis] Vt intelligatur concluſio prænarra-
ta, & diſpoſitio ſtatuti tam in locationibus, & debitis præ-
teritis, quando agitur finito tempore earum locationum.

ff Quam præſentibus] Veluti ſi colonus fuit excumiatus
durante locatione cauſa ficti, & non ſoluti, vel ex alijs nota-
tis ſupra, in verbo, etiam durante termino.

gg Et ſi controuerſia] Etiam ſi differant in iure cauſa quæ-
ſtio, lis, controuerſia, & diſcordia, tamen idem important
per ſtatutum ſupra, c. 123. hæc verba, vbi notatum, vol. 1.

hh Inter Dominum, ſeu locatorem] Intelligitur, vt ſupra no-
tatũ, ſiue ſit proprietarius, ſiue vſufructuarius, ſiue ſimplex
locator, quia ſufficit quo ad hoc beneficium ſolum inductũ
habito reſpectu conductionis.

ii Præſentem] Si oriatur controuerſia pendente adhuc
locatione.

kk Vel præteritum] Finita ſcilicet locatione, de quo ma-
ior erat dubitatio, cum amplius non adſit locatio, uel
conductio.

ll Et dictum colonum] Intelligendo proprie, ut in princi-
pio huius ſtatuti de eo, qui nummis colit, iuxta l. ſi merces,
§. vis maior, verſ. apparet, ff. locat.

mm Vel aliquem ex prædictis] Veluti partiarium, fictabilem,
& alios ſupra expreſſos in princ. huius ſtatuti.

nn Siue ſeparatim, ſiue mixtim] Dupliciter intelligi poſſũt
hæc uerba, ueluti ſi idem colonus ſit etiã fictabilis, uel mo-
lendinarius, uel alterius qualitatis, ut ſupra, in princip. ex-
preſſum eſt. Secundo poſſunt interpretari, & melius, ueluti
ſi conueniatur colonus ſolus, uel cum alijs ex familia, qui
ſint obligati, ut ſup. cauetur in princ.

oo Vel eius inquilinũ] † Plures ſpecies inquilinorum nota-
427 tæ ſunt per Napod. in conſuet. Neapol. d. tit. 18. in prin.
uerſ. inquilinorum. Verum ſtatutum hoc noſtrum in hac
particula, in praxi fuit interpretatum intelligi de inquili-
nis, tam qui habitant ruri, quam in Ciuitate in domibus,
iuxta text. in l. ſi id, quod, §. 1. ubi gloſſa, ff. de acquirend.
poſſeſſ. quam ſequitur Napod. d. tit. 18. in princip. ad finem
eius, uide Bald. in l. certi iuris, num. 4. ad finem, C. locat. re-
fert Iaſ. in §. item Seruiana, num. 25. inſtit. de action. Cuius
contrarium ipſe ibi tenet, ut per eum, & text. in l. rẽ pigno-
ris, ff. de acquiren. poſſeſſ. quem ad id allegat gloſſa, in l. ſi
id quod, §. 1. uidetur inferre contrarium, quod etiam pro-
prie intelligendo inquilinus dicatur, qui habitat in uilla, in
ædibus tamen, dum dicit text. ibi. Colonus eſt, qui habi-
tat in agro, & inquilinus, qui in ædibus, niſi dicas ſaluan-
do gloſſam illam, colonum non poſſe habitare in agro, ni-
ſi habeat etiam ædes. Et ſic ibi ager accipitur pro uil-

la,& ædes pro Ciuitate, quod credo verum in ea parte, no-
tat etiam Redoan. tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 17.
428 verſ. colonus, nu. 1. † Inquilinus etiam dicitur, qui habitat
vna die in aliqua domo, ſecundum Bal. d. l. certi iuris, nu.
5. C. locati.

pp Super quantitate debiti] Secus ſi controuerſia ſit ſuper
alio, quam ſuper quantitate debiti prænarrati, vt ſupra.
429 † Conductor debitor frumenti ad diem certum nō tenetur
quanti plurimi, ſed debet probari, quod tanti dicto tempo-
re communiter vendebatur, vt per Plottum, l. ſi quando, nu.
182. verſ. 4. C. vnde vi. Hoc etiam magis cauetur ex decre-
to Senatus condito anno 1545. declarando, vt per Plott. d.
430 loco, nu. 182. † Conductori incumbit onus probandi quod
ſoluerit, vbi ſit controuerſia inter conductorem, & locato-
rem, vt per Carocium, verſ. recuſationibus, nu. 32. verſ. &
431 vlterius. † Dominus, vel locans debet accedere ad domum
conductoris pro penſione habenda, vt notat Carocius, verſ.
432 ſolutionibus, & liberationibus, num. 1. † Limitatur, niſi ſint
433 eiuſdem fori, vt per eum ibi, nume. 2. † Dicuntur autem
eiuſdem fori, ſi ſint eiuſdem ciuitatis, vel comitatus, Caroc.
434 ibi, numer. 3. † Conductor autem quando debet portare
penſionem ad domum locatoris, debet hoc facere eius ex-
penſis, & periculo, vt per eundem Carocium d. loco, nu. 4.
435 † Conſignata autem penſione per colonum famulo Domi-
ni liberatur conductor, ſecundum Bald. l. ſi mulier, ff. de
vſufruct. & ſecundum Carocium dicto verſ. ſolutionibus,
436 num. 5. † Penſio, vel affictus conuentus per conductorem
debetur etiam ſi nil percipiat, dumtamen adſit facultas vtē-
di, ſecundum eundem Carocium, verſic. conductor, num. 2.
437 † Conductor tutus aliqua exceptione, ſi ſoluit ſibi præiu-
438 dicat, vt per eundem Caroc. verſ. exceptionibus. † Condu-
cens ſcienter rem alienam tenetur ſoluere pēſionem, vt tra-
dit Ruin conſ. 147. num. 15. volum. 1. & Carocius d. tract.
439 verſ. ſi conductor ſciens. † Colonus coactus à iudice ſol-
uere alteri penſionem, non excuſatur niſi contradicat quā-
tum poteſt, & exeipiat, ac proteſtetur, & denuntiet locato-
ri hoc, ſecundum Carocium d. loco, verſ. & quod metus.
440 † Locator, & conductor ſi diſcordent in penſione conſtituē-
da, & quantitate perſoluenda, iudex ſuum arbitrium inter-
441 ponere debet. † Idem eſt, ſi remiſſa ſit penſio iudicis ar-
bitrio, qui nolit arbitrari, vt per dictum Carocium, verſic.
442 arbitrio iudicis. † Duo fratres ſi cōduxerint domum vno
recedente, alter tenetur ſolum ad ſuam partem, & non ad
alterius quo ad penſionem, vt tradit ipſe Carocius, tracta.
locati, verſ. forenſibus, & aduenis. † Conductor, qui pro-
miſit dimittere certo pretio in fine locationis, quod tem-
pore dimiſſionis reperitur auctum vltra dimidium, non ex
ſolo curſu temporis, ſed caſu inopinato non tenetur, vt no-
443 tat Caroc. d. tract. verſic. ſi pretium augeatur. † Vxor in-
habitans domum viri poſt eius mortem, tenetur ad penſio-
nem eius, arbitrio boni uiri, ſecundum Carocium ipſum,
444 verſi. vxorem viduam. † Habens in pignus domum, quam
inhabitat, ad quam penſionem teneatur, not. Carociu. verſ.
445 pignore locatio. † Socius inhabitans domum communem
non tenetur ſocio ad aliquam penſionem præſtandam, vt
tradit Ludouicus ſuis communibus, concluſio. 53. verſ. ſimi-
446 liter poteſt, & Carocius d. tract. verſ. ſocio habitanti. † Vbi
non appareat, pro qua penſione ſit facta locatio, intelligi-
tur facta pro ea penſione, pro qua reperitur ſolutio facta,
ſecundum Ioſeph Ludouic. ſuis communibus, concluſ. 38.
447 verſ. infertur 49. † Domus ſi ſit propria vnius ex ſociis,
in qua exercetur hoſpitium cum altero ſocio, poterit Do-
minus domus petere penſionem partis illius domus ab alte-
ro ſocio ratione tantum locationis, vt diſtinguit Caroc.
verſ. pro ſocio.

qq Occaſione] † Hoc verbum comprehendit omnem cau-
448 ſam etiam remotiſſimam, vbi tamen ſit ſimpliciter prola-
tum, vt tradit Socin. ſen. conſ. 156. num. 21. uſque ad finem
volum. 1.

rr Maſſaritij] Si cauſa pendeat contra partiarium, qui qui-
dem dicitur maſſarius, vt ſupra, in prin. huius ſtatuti.

ſſ Vel fictaliciæ] Hoc poſitum eſt reſpectu coloni ad num-
mos, vel fictabilis, vel molendinarii, vel aliorum notatorū
ſupra, in princ. huius ſtatuti.

tt Vel penſionis] Hoc reſpicit caput inquilinorum, quia il-
lorum fictum dicitur proprie penſio, ſecundum l. ſi vrbana,
449 ff. de condit. indeb. † Quot modis autem accipiatur pen-
ſio, notatum eſt per Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. num. 93.
450 cum ſeq. † Penſiones ſunt fructus, licet nonnulli appel-
lent fructus ciuiles, vt tradit Caroc. dict. ſuo tract. locati,
451 verſ. fructus. † Quod imo penſio dicatur fructus indu-
ſtrialis, ac etiam induſtrialiſſimus, not. Bertach. tractat. de
452 gabellis, 5. parte, num. 2. verſ. tamen, & ad fin. † Ad fru-
ctus quis teneatur bonæ, vel malæ fidei poſſeſſor, tradit Ca-
roc. d. tract. locati, verſic. fructibus, num. 2. cum plurib. ſe-
453 quen. † Domus vbi locata ſit non expreſſo pretio dicitur
ille contractus innominatus, vt notat Iaſ. §. actionum, num.
454 168. inſtit. de action. † Etiam ex eo agitur præſcriptis ver-
bis non locati, ſecundum notata per Ruinum, conſ. 144. nu.
455 1. vol. 1. † Idem ſi quis inhabitet domum alicuius nulla in-
teruenіente locatione, vel pretio, quia contra hunc inhabi-
tatorem non poteſt agi locati actione, ſed tantum condi-
ctione ad id quanti conducturus eſſet eam domum inqui-
linus eius, vel actione præſcriptis verbis, vt notat Bart. in
l. in ſumma, §. & ſic, per illum text. ubi Ange. ibi, & Iaſ. in
§. in frumento, num. 2. ff. de condict. indeb. idem Io. And. in
addit. ad Spec. tit. locati. §. poſtquam, in verbo, locati, ac
Crem. ſing. 161. cum addit. ibi, atq; Iaſ. in §. actionum, nu.
167. inſtit. de actionib. idem Ruinus conſ. 78. n. 5. vol. 1. de-
clarando, ut per Caroc. d. tract. locati, verſ. condictionis in-
457 debiti. † Hoc autem caſu tenetur Dominus probare quantū
eſſet locaturus, & ille inhabitans conducturus, ita Ioſeph.
457 Lud. ſuis communibus, conclu. 14. verſ. infertur 135 † Quo
ſit ut his caſibus videbatur dicendum non poſſe agi ſecun-
dum diſpoſitionem huius ſtatuti, vt ſummarie procedatur,
& remoueatur appellatio, vt hic diſponitur, tamen contra-
rium credo verius in caſu huius ſtatuti, quod licet in his
caſibus non detur actio locati, tamen beneficium huius ſta-
tuti habeat locum etiam in dictis caſibus, qui aſſimilantur
locationi, licet agatur actione præſcriptis verbis, iuxta tra-
dita per Caſtrenſ. conſ. 270. num. 4. verſ. ſi vero uoluntarie,
uol. 2. in terminis per Ruin. conſ. 78. num. 5. uol. 1. quod ex-
preſſe colligitur ex verbis expreſſis ſtatuti met in hac parte,
nam in cauſa, & lite cum partiario colono nō agitur actio-
ne locati, ſed pro ſocio, ut cauetur ex text. in l. ſi merces, §.
vis maior, verſ. apparet, ff. locati, notauit late Iaſ. in §. item
Seruiana, n. 12. & 13. inſtit. de act. & ſupra notatum in ver-
bo, Partiarius relatiue, & tamen vtitur beneficio huius ſta-
458 tuti, ut hic expreſſe cauetur. † Fictabilis quoq; grani, & vi-
ctualium non cōuenitur actione locati, ſed præſcriptis ver-
bis, per l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. de acq. poſſeſſ. & ſupra nota-
tū hoc uerbo, fictabilis relatiue, & tū vtitur hoc beneficio, ut
hic cauetur expreſſe, & de iure eſſe ita not. Petrus de Vbal.
tract. de duob. fratribus, q. 21. prin. n. 32. uerſ. aut reſultat.
459 † Idem etiā in hypothecaria tacita notatum eſt à Menoch.
tract. adipiſcen. remed. 3. q. 10. nu. 88. & ſeq. & maxime, n.
91. Vbi dicit ſolutionis ſpecies non immutare naturam cō-
tractus. Idem ergo cenſendum eſt in his caſibus, qui aſſimi-
lantur locationi, vt not. in ſimili Bal. in l. certi iuris, nu. 6.
C. locati, ſic in hac ſpecie Ruin. conſ. 78. nu. 5. uol. 1. Quia
ſtatutum non inſpicit an agatur actione locati, uel pro ſo-
cio, vel præſcriptis uerbis, ſed ſolum an aſſimilentur, uel de-
pendeant à conductione, & locatione, & hanc arbitror me-
ram ueritatem, licet alias conſultus quandoq; contrarium
cenſui non facta medullitus ponderatione uerborum huius
ſtatuti.

uu Vel alia occaſione] † Etiam remotiſſima, ut not. Soc. ſen.
460 conſ. 156. nu. 21. uſque ad fin. uol. 1. † Occaſio differt à cau-
461 ſa, nam occaſio poteſt eſſe falſa, cauſa autem ſemper uera, ut
tradit Afflі. in feudis, c. de pace iuramento firmanda, uerſic.
conuenticulas, num. 36.

xx Abinde dependenti, uel connexa] Quid autem dicatur
dependens, uel connexum, late notatum eſt ſupra, cap. 100.
ſtatuitur in his uerbis, & cap. 58. in quibuſcunque, in uerbis
462 his, uol. 1. † Exemplificari poteſt in ſcorto, uel adiutoris
maſſaritio, uel in debito ipſius coloni ſoluto pro ſemine Do-
mino ſponte, uel coacte, iuxta diſpoſitionem huius ſtatuti
præcedentem, uel ſi diſputetur ſuper remiſſione fictorum
cauſa belli, peſtis, penuriæ, pruinæ, grandinis, uel ſimilium,
de quibus ſupra cap. 232. licitum, uerſ. item pro blado, cum
463 ſequ. uol. 1. † Cauſa non dicitur dependens, uel annexa, ſi
agatur pro reſtitutione rei locatæ, iuxta c. infra 398. ſi ali-
quis, quia non eſt ſuper quantitate debiti, nec eius occaſio-
464 ne, nec dependenti ab ea. † Controuerſia principalis ſi non
fuerit ſuper notatis in hac ſtatuti particula, ueluti ſi quis
à principio intentauerit actionem, rei uendicationis, uel ſimi-
lem in petitorio, dein in progreſſu cauſa innotuerit de loca-
tione illius rei, ad quam agebatur petitoria actione, an poſ-
ſit dein per uiam huius ſtatuti mutato iudicio agere ad fi-
cta, crederem quod non, niſi remedio reſtitutionis in inte-
grum ex clauſula generali, petendo, quod ſuſpenſo petito-
rio procedat in hoc iudicio, ut tradit ſignanter Alex. conſ.
43. nu. 9 cum addit. ibi in litera C. uol. 1.

yy Quilibet Iuſdicens] Ordinarius ſcilicet, non tamen
habet

Digitized by Google

habet locum in Domino Vicario Prouiſionum, qui nullam iuriſdictionem habet inter priuatos; vt notatur in capit. 46. quicunque, verſ. finali, exceptis caſibus notatis ſupra cap. 1. in verbo, modo non concernant alienationem bonorum.

zz In ciuilibus] Mediolani omnes iudices ordinarij ſunt iudices competentes, dempto Domino Capitaneo iuſtitiæ, & eius Domino Vicario, & memorato Domino Vicario Prouiſionum, qui ſolum reddunt ius in ciuilibus in quibuſdam cauſis, vt notatum eſt in nouis conſtitutionibus, tit. de officio Capitanei, & ſupra cauetur, d. cap. 46. quicunque, verſ. finali.

aa Aut ſuperinde delegatus] A Principe ſcilicet vel Senatu, prout ſæpe fit.

bb Summarie de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij] Quid releuent hæ clauſulæ, eſt notatum late ſupra dict. cap. 47. Dominus Poteſtas in his verbis, & clauſulis, vol. 1.

cc Sola facti veritate inſpecta] † Clauſula hæc quid operetur, & cuius effectus ſit, notatum late ſupra hoc verbo; &
465 poſt alios ibi relatos not. Marſ. tract. bannit. in verbo, iudice, nu. 253. & Aſin. ſua praxi iudiciaria, §. 30. c. 8. cum ſeq.
466 † Et quod plus releuet, quã clauſula, ſummarie, notat Alciat. ad Alex. & Bart. in l. ſi certi condictio, §. quoniam nummos, in verbo, iuxta, ff. ſi cert. pet. ac Roman. conſ. 20. nu. 8. ad finem, Dec. c. dilecti, nu. 3. verſ. & prędicta concluſio de iudic. atque Iaſ. in §. in bonæ fidei, nu. 44. inſtit. de actio. ite Mynſingerius, obſeruat. 44 cent. 2. & Oſaſcus deciſ. 1. num.
467 20. & 21. † Quo fit, vt probationes minus concludentes, & veriſimiles probent, vt notauit Boſſ. d. ſua praxi crim. tit. de iudic. ante torturam, num. 11. ac Simon de Prætis, d. conſil.
468 197. num. 4. & Burſatus conſ. 129 num. 41. vol. 2. † Etiam relictis iuris apicibus, vt per Marſ. d. tract. bannit. in ver-
469 bo, iudice, nume. 252. † Nec iuramentum teſtis habet locum, vbi proceditur cum hac clauſula, ſecundum Cottam d. ſuis memorab. in verbo, Apices, verſ. item iuramentum.
470 † Reijcitur pariter ex hac clauſula beneficium excuſſionis, vt tradit Menoch. tract. arbitr. lib. 2. q. 51. num. 8. & 10. ad fi.
471 † Sed quod requiratur excuſſio ſecundum magis communẽ
472 tradit Menoch. idem conſ. 25. nu. 12. vol. 1. † Poteſt etiam iudex ferre ſententiam ſuper cauſa non deducta, ſed probata, vt tradit Benintend. deciſ. 44. num. 1. & Menoch. tract. arbitr. lib. 1. quæſt. 31. num. 5. ac Oſaſc. deciſ. 15. nume. 4.
473 & deciſio. 19. num. 4. cum ſequen. † Non tollitur tamen per hanc clauſulam inſtantiam, vt per Burſat. conſ. 12. nu.
474 5. volum. 1. † Tenetur vlterius iudicare de iure, ſecundũ Benin. deciſ. 44. num. 2. & ſecundum Cottam ſuis memor. in verbo, arbiter, ad fin.

Factatius] † Hoc habet locum reciproce, tam in loca-
475 tore contra conductorem, & inquilinum, quam etiam in cõductore, & inquilino contra locatorem; propterea conductor, uel inquilinus poteſt agere, & compellere Dominum etiam officio iudicis implorato ad traditionem detentationis rei locatæ, vt tradit Alciat. conſ. 110. nu. 9. verſ. pro qua
476 ſententia. † Poteſt etiam agere ex conducto, ut domus conducta reficiatur, vel ad intereſſe rei vitiotæ, ſecundum
477 Iaſ. §. actionum, nu. 160. inſtit. de act. † Actio in rem datur conducentibus à fiſco, vel re publica, cum fortior ſit eorum locatio ex maioritate poteſtatis, vt per Arrium Pinellum, in
478 l. 1. 3. parte, nu. 68. verſ. vides igitur, C. de bon. mater. † Pacta inter locatorem, & conductorem cenſentur inita ſecundum iuris diſpoſitionem, vt tradit Menoc. conſ. 128. nu. 9.
479 uol. 2. † Poteſt autem contra conductorem denegantem fructus, vel penſionem agi remedio reintegrandæ, tam pro tempore præterito, quam futuro, vt not. Borgn. deciſ. 28. nu. 15. in addit. facit quod not. Pariſ. conſ. 77 nu. 41. & 42. uol. 3. & Iaſ. in l. 1. n. 7. C. de fideic. ac Rimin. ſen. conſ. 730.
480 n. 4. & ſeq. uol. 4. atq; Simon. de Præt. conſ. 11. n. 10. † Duo ſi adſint, qui prætendant ſe eſſe dominos in ſolidum fundi alicuius, colonus, uel conductor, hic poteſt denegare ſolutionem ficti utrique, ſatiſdando de reſtituendo fictum ei, quod obuenerit in controuerſia, ut per Tiraq. tract. primog. q. 97.
481 nu. 59. † Conductor tenetur ſoluere ficta in fine cuiuslibet anni, ubi non adſit pactum, uel conſuetudo in contrarium, ut not. Pract. in forma libelli, quo agitur ad præſtationem fict. uerſ. omni anno, nu. 1. & Bertach. tract. gabell. par. 2. nu. 3. ac Borg. deciſ. 44. nu. 75. licet dicat eſſe uarias opiniones.
482 † Locatio ſimplex facta uno denario, non ualet, quia præſumitur potius pius habitationis quędam donatio, licet teneat uenditio magnæ rei uili pretio, præterquam inter uirũ & uxorem, ſecundum Pract. d. forma libelli, quo agitur ad
484 præſtationem ficti, uerſ. florenos, num. 3. † Duo ſcholares ſi conducant domum unuſquiſque pro rata in dubio ad penſionem tenetur, ut per Vrſill. deciſ. 153. num. 6. Et per hoc decidi poteſt quæſtio ſimilis, quam indeciſam relinquit relatiue loquendo Iaſ. dict. l. 1. numer. 28. C. qui teſtamentum facere poſſ. de duobus ſcholaribus qui conduxerunt domum, & alter receſſerat, an teneatur alter in totum.

Remota appellatione] † Omnis effectus appellationis,
485 ea remota, cenſetur remotus, ſecundũ Bruni. in conſt. in ver-
486 bo, appellat. ad §. verſ. appellatione remota, † ideo cenſetur remota tam quo ad effectum ſuſpenſiuum, quam etiam deuolutiuum, vt tradit Boſſ. ſua praxi crim. tit. de Principe,
487 & eius priuil. n. 237. verſ. & quia appellatio. † Appellatione remota, licet tantum friuola cenſeatur remota, vt not.
488 Menoc. tract. arb. lib. 2. cent. 2 caſu 197. n. 2. † Et duob. ſeq. explicat quę dicatur appellatio friuola, tamen quando adeſt in reſcripto, quod omnis appellatio remoueatur & friuola cenſetur remota, vt per Boſſ. d. ſua praxi crim. d. tit. de Principe, & eius priuil. 199. verſ. omni appellatione, vt ibi
489 per eum. † Poterit tamen appellari retractando in dubium, quod actor ſit locator, vel reus conductor, vt tradit Bar. in l. 4 §. condemnatum, ad fin. ff. de re iud. & in l. 1. § & paruı, nu. 6. ff. quod vi, aut clam. & Alex. conſ. 77. nu. 17. vol. 5 ac Iaſ. in l. 1. nu. 103. verſ. & vltra, C. de iure emphyt. atq; Alci.
490 in l. ſiquis in pœnam, n. 2. & 3. ff. de verb. ſig. † Non cenſetur pariter remota, ſi petitio, & proceſſus, ſuper quibus lata eſt ſententia ſit inceptus, ſecundum notata per Bal. conſ. 321. nu. 3. vol. 3. Niſi ſuſtineatur ex clauſulis ſalutaribus, de qui-
491 bus ſupra in ſtatuto, & ibi notatum eſt. † Non cenſetur pariter remota quo ad tertium, cum hic loquatur tantum de conductore; tanto magis quod remota appellatione in aliquibus caſibus non cenſetur remota quo ad tertiũ, vt not. Dec. conſ. 198. col. 4. n. 4. verſ. poſtremo, & Menoch. tract. arbitr. lib. 1. q. 9. nu. 12. & Anchar. . . q. 44. nu. 4. lib. 2. & notatum ſupra c. 141. §. appellari non poſſit, in prin. vol. 1. vbi etiam notatum eſt, quæ appellationes aliæ non cenſeã-
492 tur remotæ, appellatione remota. † Per remotionem appellationis non cenſetur remota nullitas, querela, & recurſus ad ſuperiorem, etiam per ſupplicationem, nec reſtitutio in integrum, nec officium iudicis, niſi hoc expreſſe cautũ, vt late notatum eſt ſupra, cap. 116. petito, in verbo, nec poſſit appellari, cum verbis ſeq. vol. 1.

dd Nullitate] Quæ nullitates cenſeantur remotę, & quę per remotionem nullitatis à ſtatuto, notatum late eſt ſupra d. c. 116. petito, in verbo, nec de nullitate dici.

ee Reuiſione] Ex his verbis apparet non remoueri compromiſſum ad formam ſtatuti ſupra cap. 115. ſi de cætero, vol. 1. cum tollatur reuiſio. Quando autem de iure cõmuni admittatur reuiſio, notatum eſt late ſupra d. c. 116. petito, in verbo, admitti petierit, vol. 1.

ff Et officio iudicis] Officiũ iudicis quid ſit, & quotuplex, & quid releuet, eſt notatũ ſupra c. 375. ſi de cætero. In his autem terminis quid releuet, notatum videtur per Alciat. conſ. 87. il ſecundo, nu. 4. verſ & hanc partem.

gg Si talis cauſa commiſſa fuerit de voluntate partium cõ-
493 ſilio ſapientis] † Aliqui ex his verbis inferre volebant non dari in hoc caſu conſilium ſapientis inuitis partibus, argumentum ſumendo à contrario ſenſu; Verum valde hallucinantur, nam quod per clauſulas ſupra expoſitas non cenſeatur ſublatum conſilium ſapientis, firmat Bart. in l. Prætor, §. atque differẽtia, circa fin. ff. vi bon. rapt. idem Alex. conſ. 50. in fine, vol. 2. & conſ. 185. num. 22. vol. 5. & Alcia. conſ. 87. il primo, ad finem, nu. 7. multo minus compromiſſum, vt per eum ibi, ac Socin. ſen. conſ. 95. nu. 3. vol. 1. atq; Aſin. ſua praxi iudiciaria, §. 3. c. 33. & etiam Menoch. ſuo tract. arbitr. lib. 1. quæſt. 21. num. 6. & ſupra notatum c. 47. Dominus Poteſtas, verſ. ita tamen, ad finem ſtatuti, vol. 1.
494 † Nec verba hæc, de voluntate partium impoſita inferuntur, quod poſſit ſumi argumentum à contrario ſenſu, quod eis inuitis non committatur cauſa, ſed ea poſita fuere, quia ad hoc vt detur conſilium ſapiẽtis debet peti ſaltem ab vna ex partibus, vt expreſſe cauetur ſupra cap. 27. deinde Iuſdicẽs, verſ. infra duos dies vtiles, vol. 1. & propter hoc fuere poſita illa verba, De voluntate partium, quia vbi non adſit voluntas, vel non petatur, cauſa non committitur conſilio ſapientis. Imo etiam quod petatur, tamen ſi procedatur coram ordinario per petentem, cenſetur ei renuntiatum, vt not. Ang. conſ. 136. numer. 4. verſ. ſecundum eſt, licet per ſtatuta noſtra demonſtratum ſit, non ſufficere tacitam renuntiationem, ſed requiri expreſſam, vt notatum ſupra cap. 31. poſſit, in princ. volum. 1. Poſſunt etiam hæc verba verificari in compromiſſo voluntario inter non cõpulſos quando voluntarie ſit, vt hic cauetur, cõfirmatur hęc

concluſio, quod non cenſeatur remotum conſilium ſapientis ex argumento ex contrario ſenſu, ex quo illud aſſumere non licet, in ſtatutis noſtris, obſtante diſpoſitione ſtatuti ſupra cap. 174. verba, Vbi notatum fuit vlterius pro hac opinione tenenda, ex quo ex hoc ſtatuto non eſt remotũ compromiſſum, ponderando verbum, Reuidere, ſupra expoſitum; Ergo nec conſilium ſapientis, quod à pari procedit, & hæc eſt mera veritas.

hh Vel arbitrio, vel etiam arbitratui] Quid differant arbiter, & arbitrator, late notatum in cap. 1. in verbo, per arbitros, volum. 1.

ii Non intelligantur niſi de filijs eorum, qui actualiter]. Non tamen excludit diſpoſitionem ſuperiorem dum dicit, & comprehenduntur famuli, vt ſupra late notatum, in verbo, in filijs, & famulis ruralium.

De familiaribus, qui poſſunt agi pro debito Maſſarij, Partiarij, vel fictabilis. Cap. CCCLXXX.

a QVilibet maſculus, b maior annis quatuordecim, c qui fuerit de familia d alicuius maſſarij, e vel alicuius alterius ex prænominatis in proxime præcedẽtibus ſtatutis, f exceptis illis, de familia inquilini, ſub præſenti Rubrica generali ſituatis, teneatur, & obligatus ſit cum vniuerſis bonis eius, g quæ bona intelligantur hypothecata, h ſimul cum bonis principalis, i ad omnia debita, quæ fuerint contracta cum Domino, k vel locatore ſuo per illum maſſarium, & quemlibet alium ex prædictis, vt ſupra, l de cuius familia fuerit, m occaſione maſſaritij, vel bonorum locatorum, n quod, o vel quæ p laborauerit q vel tenuerit, ab eo Domino, vel locatore, ille maſſarius, & quilibet ex prænominatis, vt ſupra, r ſtando in eadem familia cum illo, qui ad ipſum debitum debet, vt ſupra, teneri, & ad omnia debita, quæ fuerint facta ex cauſis expreſſis in ſtatuto, poſito ſub Rubrica generali de robationibus, & cætera, quod incipit, Licitum ſit, & cætera. s De quibus omnibus, ſtetur ſacramento Domini, vel locatoris, u prout in dicto ſtatuto continetur. Et ad prædicta ſoluenda, x poſſint compelli ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, y & ſine litigio, z ſola facti veritate inſpecta, aa & remota omni appellatione, nullitate, & iudicis officio, & vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina quando non comprehendatur in diſpoſitione.*
2 *Ætas legitima in Ducatu Mediolani quæ ſit.*
3 *Familiæ appellatione quid veniat, vſque ad num. 5.*
6 *Hyppotecharia an poſſit agi contra maſſarium, partiarium, & quæ dicatur tacita. num. 7.*
8 *Obligatio quando tranſeat ad eos qui ſunt de familia, & numer. 9.*
10 *Obligatio vnius pro altero ſtrictè debet intelligi.*
11 *Occaſio verbum hoc quid comprehendat.*
12 *Stare in eadem familia, quando quis dicatur, vſque ad numer. 15.*
16 *Sine litigio clauſula hæc quid operetur.*
17 *Sola facti veritate inſpecta clauſula hæc quid operetur.*

a QVilibet maſculus] † Hic expreſſa qualitas maſcu-
1 linitatis, vt tollatur difficultas, quod fœmina non comprehendatur, de quo notatur per Cottam ſuis memorab. in verbo, maſculinum, ad finem, verſic. item inferebam, late Gabriel ſuis communibus, tit. de verb. ſign. concluſ. 6. per totum.

b Maior annis quatuordecim] † Hæc ætas vtrum fuerit
2 prorogata ad annos viginti, prout diſponitur de his perſonis quo ad capturam, per nouas conſtitutiones, titu. de prohibitione execut. capit. idem his, crederem quod non, quia ibi loquitur quo ad capturam, hic autem quo ad obligationem, quæ diuerſa ſunt, & ſic ſtatutum non intelligitur correctum vbi non contrariatur, vt expreſſè cauetur in proœmio conſtitutionum, ibi, circa finem, Ac alijs conſtitutionibus contrariantibus, tamen eadem ratio militat vtroque caſu.

c Qui fuerit de familia] † Qui dicatur de familia hoc ca-
3 ſu, not. ſignanter Napod. in conſuet. Neap. tit. 16. in quibus caſibus, verbo, familijs, n. 7. vbi dicit, comprehendi omnes, qui ſunt in miniſterio ſeruiendi, ſiue ſint ſerui, ſiue liberi, per l. 2. §. familiæ, ff. de vi bon. rap. & in l. pronuntiatio, §. familiæ, ff. de verb. ſig. & hoc, ſiue ſit vrbana, ſiue ruſtica, per text. in l. ſi habitatio, §. fi. ff. de vſu, & habit. Comprehenduntur & hi, quos quis induxit ſecum in colonia, per text. in l. videamus, ff. locat. Et ex hoc tollitur quod not. Bal. in l. certi iuris, num. 7. C. locati, dum vult famuli ſeruientis ad mercedem ſcholaris non eſſe & tacitæ hypothecata, cum non dicatur inquilinus, quia ſaltem dicitur de familia, vt hic ca-
4 uetur. † In ſucceſſionibus autem appellatione familiæ veniunt omnes propinqui, ſiue ſint agnati, ſiue non, licet de iure communi ſit ſecus, vt not. Iaſ. in l. fin. num. 21. Cod. de
5 verb. ſignific. † Appellatione etiam familiæ veniunt domeſtici, vt notatur in c. qualiter, in vſibus feud. ett. qualiter iurare teneatur, & notat Napod. d. tit. & in verbo, familijs, ad finem.

d Alicuius maſſarij] Id eſt, partiarij, qui dicitur maſſarius, vt notatum ca. præcedenti, in prin. & cauetur infra c. 382.
6 maſſarij, & c. 385. maſſarij, † & quod detur etiam de iure communi hypothecaria in eorum bonis, faciũt tradita per Bald. in l. certi iuris, nu. 6. C. locati.

e Vel alicuius alterius ex prænominatis in præcedentibus ſtatutis] Vult dicere capitibus, cum vnum ſit tantum ſtatutum habens diuerſa capitula, & hic intelligit quæ notantur in principio illius ſtatuti.

f Exceptis illis de familia inquilini]. De quo loquitur in fine præcedentis ſtatuti, verſ. & ſi controuerſia. Quod autem excipiat familiam inquilinorum, vt non teneatur pro debito penſionis inquilini conductoris ratio eſt in promptu, quia nimis grauaretur familia, ſi quilibet eorum teneretur pro penſione principalis conductionis, ſed in hoc debet ſufficere prouiſio, de qua infra capit. 390. Dominus vel locator, quod ſcilicet inuecta, & illata obligentur pro dicta penſione.

g Quæ cenſeantur hypothecata] † Hæc hypotheca indu-
7 cta à ſtatuto dicitur tacita, not. Fran. in tract. pign. 2. par. prin. 2. partic. in prin.

h Simul cum bonis principalis] Scilicet coloni illius, & prænominatorum, qui ſe principaliter obligarunt, vt ſupra cauetur.

i Ad omnia debita, quæ fuerint contracta cum Domino] Etiam quod ſit vſufructuarius, vt late notatum in c. præcedenti, in hoc verbo.

k Vel locatore ſuo] Siue ſit Dominus, ſiue nudus poſſeſſor vt pariter not. c. præced. in hoc verbo.

l Vel cuius familiæ fuerit] † Tempore ſcilicet contracti
8 debiti, alias enim pro debito anteriori antequam eſſet de familia, vel poſt, ſi deſijt eſſe de familia non tenetur, quia intelligitur pro debito temporis, quo erat de familia, quod pariter dicendum eſt, ſi erat contractum debitum antequam eſſet maior annis quatuordecim, quod pro illo tempore nõ teneatur, dein factus maior, quia tum temporis non erãt de familia, ita in ſimili not. Bart. in l. Titius, num. 2. ff. de milit.
9 teſtam. † Et quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi, per tex. in §. proximus, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. ad idem l. in rebellis, §. ſi extraneus, ff. de noxalibus, quod magis expreſſe cauetur in nouis conſtitutionibus de prohib. execut. cap. coloni, §. idem de his, ibi, eo tempo-
10 re. † Quod magis ſuadendum, ſtante diſpoſitione huius ſtatuti ſtrictiſſime intelligenda, cum vnus obligatur pro alio, vt in ſimilibus terminis, not. Cuman. conſ. 146. nu. 4. verſ. circa ſecundum.

m Occaſione] † Verbum hoc, Occaſione, comprehendit
11 omnem cauſam etiam remotiſſimam, ut not. Socin. ſen. cõſ. 156. num. 21. vſque ad fin. vol. 1. Hic autem reſtringitur per verba ſequentia.

n Quod] Scilicet maſſaritium.

o Vel quæ] Bona ſcilicet locata.

p Laborauerit] Propriis ſcilicet manibus, veluti faciunt coloni rurales.

q Vel tenuerit] Scilicet ea non laborando, ſed ea faciendo laborari, nam vtroque caſu vult obligari bona familiæ, licet quo ad capturam, & expulſionem, & obligationem perſonalem diſtinguatur inter perſonas, filios, & famulos nobilium, & ruralium, ſupra c. præcedenti, verſ. & etiam, & verſ. ſequenti, & verſ. finali, vbi notatum.

r Stando in eadem familia] † Stare dicitur qui ſtat in ea-
12 dem domo permanenter, vt in ſimili not. Cuman. cõſ. 146.
13 num. 5. verſi. præterea ſtatutum. † Fallit tamen in eo qui eſſet abſens ex cauſa coloniæ, vel hac de cauſa dependenti, quia nihilominus diceretur ſtare ſimul, vt not. Bart. in l. quæſitum, in princip. ff. de leg. 3. ſequitur Alex. conſ. 110. num. 12. volum. 3. Soc. ſen. conſ. 151. num. 9. ad finem, volu.
14 1. † Quidam à principio coloniæ, vel maſſaritij ſtabat cum aliquo colono, deinde ante primam collectionem fructuum, vel aduenientem terminum ad ſoluendum diſceſſe.

Digitized by Google

diſceſſerat, vel expulſus fuerat, crederem eum in aliquo nõ
teneri, nec obligatum eſſe, cum non dicatur de familia tem-
pore debiti exiſtentis, iuxta diſpoſitionẽ huius ſtatuti, quod
quidem clarius explicatur in nou. conſtit. tit. illo, de prohi-
15 bit. execut. cap. coloni, §. in his. † Non enim dicitur adue-
nire diem debiti antequam fructus coloniæ percipiantur,
& dies termini ad ſoluendum cedat, nam creditori in diem,
vel conditionalis ante euentum diei, vel conditionis non di-
citur proprie creditor, per late tradita per Bart. in l. 1. in
fine, vbi præcipue Curt. num. 76. cum ſequ. ff. ſi cert. pet.
ſequitur autem vt cum non ſit de familia tempore debiti
contracti, non teneatur pariter ad illud, ſecundum diſtin-
ctionem Bart. l. Titius, nume. 2. ff. de milit. teſtamento, cum
ſupra allegatis.

f Et ad omnia debita] Ampliat diſpoſitionem huius obli-
gationis, & hypothecæ non ſolum ad debita occaſione maſ-
ſaritij, & bonorum conductorum, ſed ad omnia alia contra-
cta ſupra cap. 232. licitum ſit, verſic. item pro blado dato, &
ſequen. vol. 1.

g De quibus ſtetur ſacramento Domini, vel locatoris]
Declarata hæc verba, vt late d. cap. 232. licitum ſit, in his ver-
bis, & ſupra cap. 375. ſi de cætero, in his verbis.

h Et prout in dicto ſtatuto continetur] Quo fit, vt cum d.
c. 232. licitum ſit, verſic. de quo debito ſtetur, caueatur quod
ſolum ſtari debeat ſacramento illius quo ad quantitatem,
non poterit iurari ſuper incidentibus, & emergentibus, licet
ſecus eſſet ſi ſtatutum diceret, quod poſſet iurari in cauſis lo-
cationum ſimpliciter, vt late notatum ſupra cap. 371. ſtatui-
tur, in verbo, ſuper damno dato.

i Poſſint compelli ſummarie] De hac clauſula cũ ſequen-
tibus, late notatum quid releuent ſupra cap. 47. Dominus
Poteſtas, in his verbis, vol. 1.

k Et ſine litigio] † Per hanc clauſulam, quod cenſeatur re-
16 mota appellatio, notat Bald. conſ. 330. ad fin. uol. 1. ſequitur
Boſſ. ſua praxi crim. tit. de appellatio. nu. 16.

l Sola facti veritate inſpecta] † Multum releuat hæc clau-
17 ſula, per tradita ſupra cap. præcedenti, in hoc uerbo, & late
not. Afin. ſua praxi iud. §. 3. cap. 8. cum ſequen.

m Et remota omni appellatione, nullitate, & officio iudicis]
Quid ſit remotum per has clauſulas, notatum ſupra c. præ-
cedenti, in his uerbis.

Quod coloni teneantur ingraſſare terras Dominorum, & ſuas. Cap. CCCLXXXI.

a COlonus, partiarius, vel fictabilis, qui diuerſorum Do-
minorum, ſeu locatorum, terras b laborat, c vel la-
borari facit, teneatur, & debeat d eas terras, ut ſuas, e
æqualiter f ingraſſare, & laborare, ſeu ingraſſari, & la-
borari facere. g Alioqui ad damnum teneatur. Idem ſi
ſuas terras, & unius Domini, ſeu plurium laborat, ſeu labo-
rari facit.

SVMMARIVM.

1 *Colonus partiarius, vel ficłabilis qui dicatur.*
2 *Diligentia in rebus alienis qualis eſſe debeat, & quomodo probe-
tur, & etiam ſi promittatur arbitrio boni viri, vſque ad
num. 4.*
5 *Colonus an teneatur mundare foſſata, & ad quas impenſas tenea-
tur, & probatio culturæ ad quem pertineat, vſque ad nu-
mero 10.*
11 *Colonus pro mala cultura, an patiatur Iuramentum in litem, &
quando dicatur deteriorari res conducta, vſq; ad num. 19.*

a COlonus, partiarius, vel ficłabilis] † Qui ſint hi, & quę
1 ſit inter eos differentia, notatum late ſupra cap. 379.
Nullus, Petr. de Vbal. tract. de duob. fratrib. quæſt. 11. princ.
num. 33. cum ſequen.

b Laborat] Suis proprijs manibus, prout faciunt omnes
ruſtici coloni, ut cauetur ſupra cap. 379. Nullus, uerſi. & ea
quæ dicta ſunt.

c Vel laborari faciat] Vt faciunt nobiles, qui conducunt
bona, & ea laborari faciunt per alios, ut etiam cauetur, d.
cap. 379. Nullus, d. uerſ. etiam ea quæ dicta ſunt, & ſequen-
ti uerſiculo.

d Eas terras, ut ſuas] † Qui enim adhibet diligentiam in
2 rebus alienis prout in ſuis, non tenetur in aliquo, nec ei ali-
quid poteſt imputari, ita Specul. tit. de pignor. § 1. num. 24.
uerſi. & nota, per textum, in l. quod uerum, ad fin. ff. depoſiti.
3 † Qualiter autem probetur fuiſſe adhibitam diligentiam,
prout in ſuis, not. Spec. d. tit. de pignor. § 1. num. 15. Bald. in
4 l. quæ fortuitis, num. 8. C. de pigno. actio. † Promittens la-
borare terras arbitrio boni uiri intelligitur ſecundum ſtatu-
tum, ita not. Beuintend. deciſ. 16. num. 3.

e Æqualiter] Ad ratam ſcilicet perticatus, & bonorum,
quia hæc dicitur æqualitas.

f Ingraſſare] † Tenetur etiam mundare foſſata, & ea pur-
5 gare in his quæ concernunt temporalem utilitatem, nõ per-
petuam, ita notat Bart. conſil. 193. num. 2. Practic. in forma
libelli quo agitur ad præſtat. ficti, uerſ. inueſtiuit, nume. 16.
Alex. l. diuortio, §. impendia, nume. 3. ff. ſolut. matrim. & Pe-
trus de Vbal. tract. de duobus fratrib. parte 6. principali, nu.
13. Ruin. conſil. 88. numer. 3. uolum. 1. idem deciſ. Peruſ. 58.
num. 8. parte 1. idem Borgn. deciſ. 44. num. 59. & Ruinus iu-
nior, conſil. 411. num. 24. cum ſequen. uolum. 4. ac Vincent.
Francus, deciſ. 107. & Caroc. tracta. locati, uerſic. expenſis,
6 num. 16. † In hoc tamen debet attendi conſuetudo loci, ut
tradit Gabriel, ſuis communibus, tit. de cõſuetud. concluſ. 1.
7 num. 51. † Ad colonos pariter de iure ſpectant impenſæ in
agris colendis, & ferendis, ut tradit Menoch. conſ. 64. nu. 27.
8 uolum. 1. & infra dicetur cap. 402. coloni. † Controuerſia
ubi oritur, utrum colonus, uel conductor bene coluerit bo-
na conducta, uel ne, ipſe colonus debet hoc probare, non
autem locator oneratur ad probandum colonum male col-
uiſſe, vt tradit Alexan. conſil. 129. num. 2. verſic. & ſi, vol. 2.
idem Plott. l. ſi quando, num. 190. verſic. nec tenetur, C. vn-
de vi, & Beuintend. deciſ. 16. nu. 1. vbi dicit ſufficere, quod
exhibeat inſtrumentum locationis allegando negatiuã bo-
na non fuiſſe laborata, licet gloſſa Pariſ. ad Alexan. d. conſi.
190. in litera B, teneat contrarium, ſcilicet onus ſpectare
locatori ad id probandum, quod colonus male coluerit, cũ
9 ſit fundamentũ ſuæ intentionis, per l. 2. ff. de probat. † Quod
quidẽ venit declarando, vt per Anchar. iun. quæſt. 24. nu. 1.
lib. 1. declarando vt infra cap. 402. coloni, in verbo, coloni.
10 † Niſi ex inſtrumento promiſſũ ſit bene colere, vt poſt alios
Caroc. verſ. negatiua probanda.

g Alioquin ad damnum teneatur] † Et eo caſu poterit
11 iurari in litem pro mala cultura, vbi promiſſum fuerit co-
lere, ſecundum notata per Plottum in l. ſi quando, nu. 109.
12 C. vnde vi. † Colonus vineæ ſi non colat omni anno tene-
13 tur ad intereſſe pro deteriorationẽ perpetua. † Idem ſi per
imperitiam laboratoris rem faciat potari vites, ſecundum
Bertach. tract. gabell. parte 4. num 45. verſic. idem in quoli-
14 bet. † Idem ſi incidat colonus arbores fructiferas, vel in-
fructiferas, quæ tamen ſint ad voluptatem in viridario, vel
horto, veluti buxus, vel lauros, & ſimiles, vt per Bertach.
15 d. parte 4. numer. 11. verſic. idem ſi incidat. † Conductor
præterea molendini non poteſt in præiudicium futuri con-
ductoris molere pro minori gabella, & mercede, quam ſoli-
ta, ſecundum allegata per Bertachinum d. 4. parte, num. 16.
16 verſ. facit etiam. † Conductor præterea lacus non poteſt
piſcando totos piſces deſtruere lacum, alias tenetur ad inte-
reſſe verſus Dominum lacus, vt per Bertachinum, d. tracta.
17 gabell. parte 4. num. 15. verſic. idem ſi incidat. † Deterio-
rans quoque rem cõductam qualiter, & quibus caſibus poſ-
ſit expelli, notatum eſt ſupra, cap. 379. Nullus, in verbo, etiã
18 termino elapſo, quod hic ſuperfluũ videtur repetere. † Co-
lonus autem conducens fundum cum pacto, quod teneatur
plantare vineam, ſi eam non plantet, an poſſit expelli, di-
ſtinguit Cotta ſuis memorab. in verbo, locaui vineam, verſ.
quod autem.

Quod maſſarij non moueant fructus ſine præſentia Domini, vel ſui nuntij. Cap. CCCLXXXII.

a MAſſarij, vel alij, qui partem b dare debent c de fru-
ctibus, d Domino, vel locatori, non audeant e di-
ctos fructus ſecare, f nec colligere, g nec extrahere de ter-
ris, h niſi facta notitia Domino, vel locatori, vel eius Do-
mini, vel locatoris i negotiorum geſtori, vel nuntio, k ac
etiam ſine eius præſentia, ſi adeſſe voluerit, ſub pœna om-
nis damni, & intereſſe, quæ pateretur Dominus, vel locator,
m de quibus ſtetur n ſacramento o Domini, ſeu locato-
ris p de credulitate præſtanda.

SVMMARIVM.

1 *Maſſarij qui dicantur, & ad quam partem fructuum teneantur,
& ad quas expenſas pro fructibus obligentur, vſque ad nu-
mer. 13.*
14 *Fructuum appellatione quid veniat, vſq; ad num. 16.*

17 Maſ-

Digitized by Google

17 *Maſſarius prohibetur colligere fructos immaturos, declara vſque ad num. 20.*
21 *Maſſarius an teneatur denuntiare Domino collectionem fructuū, & quomodo, vſq; ad num. 23.*
24 *Colonus præſumitur fraudare Dominum, & an detur contra eum iuramentum in lite, nu. 25. & quale debeat eſſe iuramentum, num. 26.*

a MAſſarij, vel alij qui partem] † Qui quidem dicun-
1 tur partiarij, vt eſt tex. in l. ſi merces, §. vis maior, ff.
locati, & etiam dicuntur ſocij, & inter eos, & Dominos, non
datur actio locati, ſed pro ſocio, ſecundum Barto. d. §. vis
maior, num 9. vbi cæteri Scribentes, & Iaſ. in §. item Seruia-
na, num. 11. & ſequen. Inſtit. de actio. ac Plott. in l. ſi quando,
num. 175. ad finem, C. vnde vi, & ſupra notatum capit. 329.
Nullus, in prin.
b Dare debent] † Quæ vero pars fructuum in dubio da-
2 ri debeat Domino, vel locatori, diſtinguit late Petrus de
Vbal. tracta de duobus fratribus, parte 11. princip. num. 29.
verſic. non quæro cum ſequent. maxime, nume. 35. cum ſeq.
3 † Et quod debeat eſſe dimidia, notatum eſt per Baldum,
conſil. 25 num. 2. volum. 5. cum notatis per Borgn. deciſ. 44.
4 num. 28 facit tex. in c. potuit, de decimis. † Vbi autem con-
uentum de dando dimidiam fructuum domino, vel locato-
ri, ex eā dimidia non deducuntur expenſæ culturæ, & colli-
gendorum fructuum, vt tradit Pract. in forma libelli, in act.
reali, verſ. ſimul cum fruct. b. num. 6. vbi adducit rationem,
& Caſtr. conſ. 270. nume. 3 verſic. 3. principaliter, volum. 2.
ac Petrus de Vbal. tract. de duobus fratrib. quæſt. 11. prin-
cipali, numer. 38. item Tiraquell. tract. retract. lignag. §. 15.
glo. 1. num. 19. & 20. atque Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 3.
5 caſu 175. num. 2. & 3. † Quod idem eſt in expenſis in cu-
ſtodia fructuum à latronibus, & furibus, vt per eum, num. 4.
licet alias appellatione fructuum à lege, vel ſtatuto prola-
to, hi non veniant, niſi deductis impenſis, vt tradit Pract. d.
loco, num. 5. & Cremenſ. ſingu. 134. & Cotta ſuis memorab.
in verbo, fructus intelliguntur, & in verbo ſtatuto Mediola-
ni cauetur, quod in diuiſionibus, verſi. ſecundo facit, regulā
hanc firmat Tiraquell. d. §. 15. gloſſa 1. num. 1. cum ſequen.
vbi eam ampliat. Limitando dein eam octo modis, num. 10.
vſque ad nu. 24. refert Duen. reg. 387. fructus, & Diaz reg.
302. fructuum. Idem cauetur in lib. 15. communium, in ver-
bo, ſtatutum, vel lex, idem tenet Burſat. conſil. 184. num. 20.
6 volu. 2. † Si autem præferatur ab homine, quod debean-
tur integri, notatum eſt per Duen. reg. 198. dictio, fructus.
7 † Conuentum ſi fuerit cum colono, vt debeat dare quotam
partem fructuum vineæ, quod debeat dari etiam quota pars
fructuum aliarum arborum ibi exiſtentium, notatum eſt in
gloſſa, l. certo, in verbo, actum erit, cū addit. ibi, ff. de ſeruit.
ruſtic. præd. facit quod not. Iaſ. in l. 1. num. 15. ff. de legibus,
& Ambroſ. Opizon. in l. filiusfam. §. Diui, num. 94. verſic. &
facit, ff. de leg. pri. Petrus Rauen. ſing. 613. & Marſ. ſing. 582.
num. 2. idem Rebuff. tract. de nominat. quæſt. 5. numer. 26. &
Caroc. verſic. rerum diuiſione, num. 1. & 2. Licet in praxi di-
8 catur ſeruari contrarium. † Idem eſt de vinea data ad plan-
tandum, ita quod fructuum eius detur quota pars, quod
etiam debeatur quod pars fructuum de arboribus ibi plan-
tatis, notatum eſt per Cottam ſuis memorab. in verbo, lo-
caui vineam, & per Marſ. in l. vnica, numer. 174. C. de rapt.
virgin. & tract. bannit. in verbo, ſubrogentur, numer. 2. idem
9 per Carocium, verſi. pactis conuent. num. 1. & 2. † Vbi au-
tem non plantet vineam an cadat, vel teneatur ad intereſſe,
10 diſtinguit ibi Carocius, num. 3. † Arbores ſiccæ, aut vi ven-
torum, aut fluminis euulſæ, ſunt in totum locatoris, non au-
tem conductoris, ſecundum Borgn. deciſ. 44. num. 72. verſic.
11 nec arbores ſiccæ. † Et pertinent etiam ad proprietarium,
& non vſufructuariū, vt per Borgninum, tract. de vſufructu,
12 nu. 157. verſ. quod ſecus eſſet. † Pecunia abſcondita reperta
à conductore eſt Domini, non autem conductoris, vt tradit
13 Caroc. tract. locati, verſi. theſauris, nu. 1. † Et eſt etiam ven-
ditoris, & non emptoris, nu. 2.
c De fructibus] † Fructuum appellatione, quid veniat, la-
14 te ſcripſit Tiraquell. tract. retract. lignag. §. 15. glo. 1. nu. 27.
15 † Et quod veniat etiam palea, & fœnum notatum eſt per
Roman. ſing. 455. cum addit. ibi, & per Petrum Rauen. ſing.
225. idem tradit deciſ. Peruſ. 14. num. 9. parte 1. & Caroc. d.
16 tract. locati, verſ. paleis, num. 4 † An autem dari debeat me-
dietas Domino not. Caroc. ibi, num. 4.
d Domino, vel locatori] Declara verba hæc vt ſupra cap.
379. Nullus, in his verbis.
e Dictos fructus ſecare] Hoc reſpicit blada, & fœnum, &
alia legumina, quæ ſecantur.

f Nec colligere] Reſpicit vuas, nuces, poma, pyra, & ſi-
milia, quæ colliguntur.
g Nec extrahere ex terris] Prout fit de lino, canepo, & ſimi-
17 libus, quæ extrahuntur. † Prohibentur pariter hi maſſa-
rij, & partiarij percipere, & colligere fructus non maturos,
alias tenentur Domino ad intereſſe, nec fructus facit ſuos,
vt per tex. in l. & hæc diſtinctio, §. fundum, ff. locati, & per
gloſſam ſingularem, in l. in fructu, quæ eſt lex pen. ff. de vſu-
fruct. legat. quam pro notabili ſignat Bald. in l. ſi pater, nu. 3.
C. de vſufruct. & quam etiam pro ſingulari extollit Iaſ. in l.
ſi quis in cauſam, §. 1. notab. 1. num. 2. ff. ſi cert. pet. idem te-
net Carocius, tract. locati, verſi. collectione immatura, nu. 1.
18 Limitando in conductore nummis. † Ampliando hoc non
poſſe fieri in præiudicium noui coloni partiarij, nu. 2. & 3.
19 exemplif. nume. 4. † Vſufructuarius autem poteſt impune
tollere fructus immaturos, ſi tamen ſint prope maturatio-
20 nem, ſecundum Bald. d. l. ſi pater, nu. 3. C. de vſufruct. † Co-
lonus autem partiarius tenetur ſoluere fructus tempore col-
lectionis, vt tradit Caroc. tract. locati, verſ. tempore penſio-
nis, num. 3.
h Niſi facta notitia] † Idem eſt de iure communi, notat
21 Specul. tit. de decimis, § 1. num. 12. & Bald. in l. ſi ita, §. Do-
minus, ff. de vſu, & habit. & in l. diuortio, §. impendia, vbi
etiam Alexan. nume. 5. uerſi. iuxta hoc vnum, ff. ſoluto ma-
trim. ac Cæpolla tracta. ſeruit. ruſtic. præd. tit. vigeſimo, de
meſſe, num. 2 item Iacob. de ſancto Georgio, tract. de roidis,
ſiue operis, num. 88. verſi. minus, atque Afflict. in conſtit. re-
gni, rubr. 7. de decimis, num. 21. lib. 1. & Crauetta conſil. 25,
num. 11. uerſi. non obſtat, ac Plott. in l. ſi quando, num 133.
22 cum duobus ſequen. C. vnde ui. † Notitia autem hęc datur,
vt locator poſſit mittere nuntium, uel negotiorum geſto-
rem, qui videat, & aſſiſtat, ne iſti maledicti ruſtici fraudent
eorum locatores in his fructibus, per text. in l. 2. uerſic. na-
turale, C. quando, vel quibus quarta pars, libr. 10. quem ad
hoc allegat Cotta ſuis memorab. in uerbo, fructus, uerſi. ul-
terius etiam ſciendum, & nouiſſime notat Bonacoſſa, tract.
23 de ſeruis, quæſt. 140. † Verum hæc notitia hodie regula-
riter non datur, & data hac notitia, ubi Dominus non mit-
tat, nec veniat tempore limitato, excuſatur colonus, ſi dein
colligat fructus, ſecundum notata per Ferronium in ſuis
commentar. titu. de feudis, & iure emphyt. § 22. & ſequen.
colum. 2. uerſic. ſubditur in eo text. Limitando niſi daretur
in tempore, quo eſt occupatus alijs negotijs, ibi, verſ. quod
enim.
i Negotiorum geſtori, vel nuntio] In abſentiam Domini
locatoris à re conducta.
k Ac ſine eius præſentia, ſi adeſſe voluerit] Data etiam no-
titia, vbi reſponderit velle adeſſe.
l Sub pœna omnis damni, & intereſſe] † Ex quo poteſt
24 præſumi dominum fraudatum à colono, vel partiario, ex
quo hi ruſtici præſumuntur frauduloſi, vt notatum eſt late
per Bonacoſſ. in tract. de ſeruis, quæſt. 140.
m De quibus ſtetur] † Idem de iure communi, quia hoc ca-
25 ſu poterit in litem iurari contra non ſeruantē, vt tradit Plot.
in l ſi quando, nu. 137. C. vnde ui, & Vrſill. ad Afflict. deciſ.
360. num. 9. ad finem.
n Sacramento] Quando, quo tempore, & quo loco, & co-
ram quo debeat pręſtari hoc ſacramentum, & quando non
credendum, late diſcuſſum eſt ſupra cap. 371. ſtatuitur, in
hoc uerbo, & clarius capit. 232. licitum ſit, in hoc verbo,
uolum. 1.
o Domini, uel locatoris] Quando poſſit reijci, vt non
poſſit iurare, notatum eſt d. cap 371. ſtatuitur, in hoc uer-
bo, Domini.
p De credulitate pręſtanda] Non enim poterit iurare de
veritate, cum non uiderint, nec fuerint pręſentes, nec infor-
mari de quantitate fructuum, ut in ſimili dicitur in deputa-
tis locorum piorum, & notatum ſupra cap. 447. ceſſionarius,
26 uolum. 1. † Iuramentum hoc cum ſit credulitatis, non po-
teſt ſic iurans redargui de falſo, ut tradit glo. in cap. requiſi-
ſti, in uerbo, hi, qui iurauerunt 33. quęſt. 1. ſequitur plura al
legando Tiraq. tract. retract. lignag. §. 2. glo. 2. nu. 2.

Quod Domini poſsint fructus in fundo diuidere. Cap. CCCLXXXIII.

a DOmini, uel locatores, b quibus pars fructuū debetur,
c poſſint ipſos fructus d in fundo diuidere, ita, quod
colonus tenetur, & debeat partē ipſorum fructuum e do-
minicalem conducere ad domum ipſius Domini f in rure
poſitam, g & blada ipſa triturare, & ordinare, ipſaq; con-
ſignare

ſignare ſuper ſolario Domini, uel locatoris, *h* in rure, *i* ſeu loco ipſo. Et ſi pactum fuerit, teneatur, & debeat conducere, vbi conuentum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, & reditus an differant, num. 2.*
3 *Dominus an poſſit diuidere fructus cum partiario.*
4 *Colonus partiarius an teneatur ponere ſemina, & facere omnes expenſas culturæ, & quando deducantur ſemina, vſque ad num. 8.*
9 *Vendens fundum pendentibus fructibus, an cenſeatur vendere fructus coloni partiarij, vſq; ad num. 12.*
13 *Fructus de proximo colligendi habentur pro collectis.*
14 *Fructus collecti ex bonis Eccleſiæ an pertineant ad ſucceſſorem.*
15 *Colonus partiarius, an teneatur blada triturare.*
16 *Fructus quando intelligantur deductis expenſis, & quid fructuum appellatione veniat, vſq; ad num. 19.*
20 *Fructus oliuæ quomodo diuidantur inter Dominum, & colonum partiarium.*
21 *Conuenta in omnibus ſunt ſeruanda.*

a DOmini, vel locatoris] Exponenda ſunt hæc verba, vt ſupra cap. 379. Nullus, in his verbis.
b Quibus pars fructuum debetur] Quæ pars debeatur, & quomodo, notatum eſt ſupra capit. præcedenti, in his
2 verbis. † Fructus, & redditus idem ſunt in iure, & potior eſt appellatio redditus, quam fructus, ſecundum Bertachin.
3 tract. de gabell. parte 5. nume. 3. verſic. nec refert. † Quomodo autem intelligatur redditus, notatum eſt ibi, num. 3. ad finem.
c Poſſint ipſos fructus] † Facultas hæc ſicut datur Domi-
3 no, vel locatori contra partiarium, vel maſſarium diuidendi fructus hos in fundo, an ita etiam detur partiario contra Dominum, crederem quod non, ex quo hoc fuit inductum fauore locatoris, quod non debet induci in eius odium, ſecundum l. quod fauore, ff. de legibus, licet colono partiario competat contra Dominum pro fructibus actio perſonalis pro ſocio, vt per Oſaſc. deciſ. 81. num. 4.
d In fundo diuidere] † Partiarius etiam quod teneatur
4 ponere ſemina, & facere omnes expenſas culturæ, & colligendorum fructuum, vt tradit Menoch. conſ. 64. numer. 17. vol. 1. & Carocius tract. locati, verſ. expenſæ, num. 1. & verſ.
5 paleis, & oliuis, num. 1. † Ampliando etiam in colono qui
6 bummis colit, num. 2. † Tamen in diuiſione eas non debet detrahere ante partem, vt notauit Innoc. in cap. tua nobis, num. 2. vbi cæteri canoniſtæ, de decimis, relatus per Petrum de Vbal. tract. de duobus fratribus, quæſt. 11. in principali, num. 38. & ſeq. idem tenet Bertach. tract. gabell. nu. 8. 8. parte, 2. membro, ad finem, & Cotta ſuis memorab. in verbo, colonus Eccleſiæ, verſi. vlteris obiter, & in verbo, ſtatuto Mediolani cauetur quod indiuiſionibus, ad finem, ac deciſ. Pe-
7 ruſ. 24. num. 11. parte 1. † Tamen ſi Dominus vel locator ponat ſemina, contrarium ſeruatur, vt deducantur ante par-
8 tem. † Tenetur pariter colonus volens vendere fructus rei conductæ iuſto pretio præferre Dominum, vel locatorem alijs, vt tradit Bart. in l. 1. ad finem, num. 3. vbi & Ioannes de Platea, & Lucas de Penna, verſi. & nota, C. de metall. lib. 11. & Iaſ. in l. fin. num. 11. C. de iure emphyt. ac Petrus Rauenna ſing. 104. Socin. reg. 530. vendere, limitatione 2. & 3. idem Afflict. in conſtit. regni, quæſt. 3. num. 12. ad finem, ac Boer. in ſuis conſuetud. lib. des couſtumes de tours, tit. 12. artic. 5. in princ. & deciſ. 107. num. 2. & Ruin. conſil. 161. num. 30. volum. 1. idem Tiraquell. tract. retract. lignag. §. 1. gloſſa 18. num. 2. & Borgninus tract. de vſufruct. num. 113. verſ. etiam videmus, atque Carocius tract. locati, verſic. emptione, &
9 venditione, num. 1. & 2. † Dominus vendens fundum pendentibus fructibus, cenſetur etiam vendere fructus portionis partiarij, ſecundum deciſionem Peruſ. 83. nume. 3. parte 2.
10 † Tamen ſecus cauetur infra, cap. 399. cum res, verſ. finali, cum fructus pendentes pars fundi propter vnitatè cenſea-
11 tur, ſecundum tradita per Oſaſc. deciſ. 81. num. 2. † Etiam colonus partiarius in eis fructibus pendentibus nullum ius
12 habet, vt ibi per eum, num. 3. † Licet habeat tacitam hypothecam in parte eorum colonica loco operis, & laboris,
13 & ſumptuum, vt ibi per eum, num. 8. † Fructus autem de proximo colligendi habentur pro collectis, ſecundum Marſ. in l. vnica, nu 25. C. de raptu virg. & Borgn. deciſ. 44. nu. 16.
14 † Tamen etiam collecti, & non reconditi ex bonis Eccleſiæ pertinent ad nouum ſucceſſorem, vt per eundem Borgn. deciſ. 44. nu. 4 & Burſ. conſ. 75. nu. 36. vol. 1.
e Dominicalem] Quæ dimidia eſt non deductis impenſis, vt ſupra notatum fuit.
f In rure poſitum] Niſi aliter conuentum, vt in fine dicitur.
g Et blada ipſa triturare, & ordinare] † Suis impenſis,
15 niſi aliud ſit conuentum, ex quo tenetur colonus partiarius ad omnes expenſas temporales, vt tradit Petrus de Vbal. d. tract. de duobus fratribus, quæſt. 11. princip. num. 39. & 65. abſque aliqua detractione per eum fienda, vt ibi per eum.
16 † In contractu, lucratiuo fructus intelliguntur deductis expenſis, ſecundum Bertach. tracta. de gabell. part. 8. memb. 2. nume. 9. Fructus beneficij Eccleſiaſtici intelliguntur deductis expenſis, vt per eundem Bertach. d. par. 8. memb. 2. nu. 9.
17 verſi. idem dicit. † Idem in fructibus fornacis, ſecus in fru-
18 ctibus vaccarum, & pecudum, vt ibi per eum. † Fructuum appellatione quid ueniat, tradit Innocentius in rub. de re iudicata, & Ioannes Andreæ in cap. 1. eodem titu. notatum
19 ſupra, in principio, & capit. præcedenti. † Fructus oliuæ qualiter diuidendi inter Dominum, & partiarium, diſtinguit quatuor tempora, Caroc. d. tracta. locati, verſic. paleis,
20 numer. 7. † Quod idem in glandibus & arundinibus, numero 8.
h In rure] Quæ ſcilicet diſtet à domo maſſarij.
i Seu loco ipſo] Vbi adſit ſolarium Domini in loco coloniæ.
k Vbi conuentum fuerit] † Ex quo ſeruanda ſunt conuen-
21 ta in omnibus, ſecundum l. 1. ff. de pact.

De Poſcha.
Cap. CCCLXXXIV.

POſſint maſſarij, & partiarij facere poſcham, *a* vuis competenter præcalcatis.

a VVuis competenter præcalcatis] Nam tunc aliquod præiudicium Domino, vel locatori fieri non poteſt.

Quod maſſarij nihil recipiant pro colligendo fructus Domini. Cap. CCCLXXXV.

a MAſſarij, vel partiarij, *b* nihil recipere debeant de parte Domini, ſeu locatoris pro vendemiatura, nec conductura vuarum, nec pro faciendo uinum, nec illud reponendo in ipſa uilla, uel loco, nec pro area, etiam ſi Domini, uel locatores uuas diuidere uoluerint in fundo, quo caſu conductor ipſe teneatur uuas Domini conducere *c* ad torcular, *d* & uinum facere, & reponere in uaſis, ut ſupra *e* ſuis expenſis, niſi aliter conuentum ſit, quo caſu conuenta ſeruentur.

SVMMARIVM.

1 *Maſſarius tenetur ad omnes impenſas temporales, & an ad carigia, & vecturas, num. 2.*
3 *Locator an teneatur dare maſſario vaſa neceſſaria pro conducendis vuis.*
4 *Vinum nouum quando ſit bibendum.*

a MAſſarij, uel partiarij] Qui ſint, notatum eſt late ſupra cap. 379 Nullus, in his uerbis.
b Nil recipere debent de parte Domini, uel locatoris]
1 † Ratio in promptu, quia maſſarius, vel partiarius tenetur ad omnes expenſas temporales abſque aliqua detractione fienda, niſi aliter ſit conuentum, ut tenet Petrus de Vbal. tract. de duobus fratribus, quæſt. 11. princ. num. 39. & 65. & deciſ. Peruſ. 24. nu. 11. parte 1. ac Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 215. num. 1. cum ſeq. idem Caroc. tract. locati, uerſic. expenſis, num. 17. & uerſic. paleis, nume. 6. & ſupra notatum capit. 383. Domini, uel locatores, in uerbo, in fundo
2 diuidere. † Non tenentur tamen ruſtici, & uaſalli facere carigia, & uecturas, ac alias operas abſque pretio, non obſtante curſu temporis, ubi de titulo, uel obligatione non conſtet, ſecundum Borgninum, deciſ. 27. numer. 33. Faciunt notata late per Soc. iunior. conſil. 98. per totum maxime, numer. 32. & ſequen. uolum. 3. & per Alphonſum Mendo Hiſp. tracta. de benefic. incorrupt. cap. 13. numer. 32. & ſeq. parte 1.
c Conducere ad torcular] † Quod tamen dari debet per
3 Dominum, uel locatorem pro præmendis uuis una cum inſtrumentis ad id acceſſorijs, ut per Soc. ſen. conſ. 15. nu. 20. uolum. 1.
d Et uinum facere] † Quo autem tempore ſit bibendum
4 uinum nouum, notatum eſt per Petrum Rauen. ſingu. 800. & per

Digitized by Google

& per Ripam tracta. de peſte, titu. de remed. ad conſeruandum ubert. nu. 143. ac per Marcum, deciſ. 141. nu 6.

e Suis expenſis] Quod in omnibus fructibus fieri debet per eum, & late notatum fuit ſupra c. 373. Domini, uel locatores.

De vuis non portandis ad vendendum Mediolani, vel alibi. Cap. CCCLXXXVI.

a Non audeant b maſſarij partiarij uuas uendere, nec Mediolanũ, nec alibi conducere ad uendendum c ſine licentia Domini, uel locatoris, d aliqui damnũ in quadruplum e reſtituant Domino, ſeu locatori, f & quilibet poſſit eis ipſas uuas auferre g impune.

SVMMARIVM.

1. *Maſſarius quando poſſit diſponere de fructibus, & num 2.*
3 *Maſſarius an poſſit conueniri criminaliter pro furto, & contra eum iurare in litem, & ad quam pœnam teneatur, vſque ad numer. 6.*

a Non audeant] Hi maſſarij partiari ſicut prohibentur colligere fructus non data notitia Domino, uel locatori, ita prohibentur uendere uuas, ut hic cauctus, & ſupra cap. 383 maſſarij.
b Maſſarij partiarij] † Secus in fictabilis ad granum, uel
1 ad denarios, cum hi poſſint diſponere de fructibus omnibus ad eorum libitum, nec per hoc ſtatutum prohibentur. Tamen n6 poſſunt uendere fructus, nec ius eos percipiendi ante penſionem ſolutam, ſecundum Caroc. d. tract. locati, uerſ.
2 emptione, & uenditione, nu. 3. † Idem in alio contractu dominium transferente, num. 4.
c Sine licentia Domini, uel locatoris] Sicut etiam ſine licentia Domini, uel locatoris non poſſunt colligere fructus, quod minus eſt.
d Alioquin damnum in quadruplum] In pœna huius quadrupli continetur ſimplum, ut late fuit notatum in præludijs ſtatutorum. † Videtur etiam poſſe conueniri actione
2 de furto criminaliter, ſicut etiam ſocius occupans totã rem communem, ſocium ſua parte priuando committi furtum, ut tradit Alex. conſ. 103. nu. 10. uol. 1. & Plott. l. ſi quando, nu. 135. ad finem, C. unde ui.
e Reſtituant Domino uel locatori] † Imo cõtra eos eo ca-
4 ſu poterit iurari in litem, ſecundum Plott. in l. ſi quando, nu. 137 in prin. & uerſ. & ſi poteſt, C. unde ui, & notatum ſupra cap. 382. maſſarij, in uerbis, de quibus ſtetur.
f Et quilibet poſſit eis ipſas uuas auferre] † Et ſic ultra
5 pœnam quadrupli hic partiarius uendens uuas perdit illas, cum poſſint ab eo auferri impune, prout etiam perdit fructus collectos, qui erant immaturi, ut tradit Bald. in l. ſi pater, num. 3. C. de uſufruct. & Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam, §. 1. notab. 1. n. 2. ff. ſi cert. pet. & notatum ſupra cap. 382. maſſarij, in uerbo, niſi data notitia.
g Impune] † Hoc dictum eſt propter tertium, qui auſerat
6 uuas uendendas, ita quod nulla actio, uel accuſatio poſſit contra eum porrigi, per hoc uerbum, impune, ut tenet text. in l. qui ſeruum mihi ex ſtipulatione, ubi Bald. ad fin. ff. de uerb. obl. & Alber. ſuo dictionario, in uerbo, impune.

De ſacramento præſtando pro ficto, & re libellaria, & decima. Cap. CCCLXXXVII.

Si contingat a inter Dominum, ſeu locatorem b præſentem, c uel præteritum, d & colonum, e de ficto preteriti temporis, f quæſtionem moueri, g colonus h poſſit iurare i fictum eſſe ſolutum, k uel ſe ſoluere non teneri l in toto, nec in parte, m à triennio ſupra, uel quod ipſe colonus n referat Domino, ſeu locatori ſacramentum. o Hoc idem ſeruetur, ſi fictũ rei libellariæ petatur. p Idemq; obſeruetur in ſolutione decimæ, q & idem obſeruetur in partiario, r & etiam idem ſit inquilino. Et prædicta locum non habeant, ſ ſi Dominus, uel locator t intra dictum triennium u querimoniam depoſuerit.

SVMMARIVM.

1 *Colonus propriè quis dicatur, & an veniat nomine conductoris, vſq; ad num. 4.*
5 *Solutio ficti. quo tempore fieri debeat, & an ſoluens ante tempus poſſit petere quod ſibi caueatur, vſq; ad num. 7.*
8 *Colonus an poſſit iurare ſolutionem fictuum contra Dominum, quid in procuratore coloni, vel in hærede ipſius, vſque ad num. 20.*
21 *Quid ſi plures fuerint coloni, & falſo fuerit iuratum, & quomodo poſſit procedi, vſq; ad num 25*
26 *Statutum permittens iuramentum colono an valeat.*
27 *Conductor an præſumatur ſatisfeciſſe ſi penes eum reperiatur inſtrumentum locationis.*
28 *Quietatio generalis ſuper penſioni, an comprehendat res mutuatas.*
29 *Solutio ſemper præſumitur facta in duriorem cauſam.*
30 *Colonus quando poſſit iurare ſuper ſolutione penſionis.*
31 *Emphyteuta tenetur probare ſolutionem per triennium, & quomodo, vſq; ad num. 39.*
40 *Inquilinus quis ſit, & quomodo teneatur ad penſionem, & numero 41.*
42 *Emphyteuta, vel colonus quando dicatur in mora ſoluendi, & an præſcribatur ius ſoluendi, vſq; ad num. 51.*
52 *Pluralitas inſtrumentarum contractuum arborum nominum imbreuiatura rum, ac ſententiarum non præſumitur.*
53 *Præſumptio hominis quando non ſit attendenda, vſque ad numer. 56.*
57 *Locatio ad longum tempus an præſcribatur.*
58 *Querimonia quæ dicatur, vſque ad num. 60.*

Statuti huius diſpoſitio, & ſequentis, quod ſit in uſu, cauetur ex ordine collegij Notariorum edito anno 1555. die 23. Februarij.

a Inter Dominum ſeu locatorem] Quo fit, ut quilibet etiam non Dominus, qui tamen ſit locator comprehendatur, ut notatum eſt late per hæc uerba ſupra, capit. 379. Nullus, in his uerbis.
b Præſentem] Durante ſcilicet locatione.
c Vel præteritum] Finita ſcilicet locatione.
d Et colonum] † Comprehenditur proprie qui nummis
1 colit, qui dicitur colonus, ut cauetur ex text. in l. ſi merces, §. uis maior, ad finem, ff locati, cum alijs accumulatis rela-
2 tiue ſupra, cap. 379. Nullus, in principio. † Quod tamen idem eſt in fictabile grani, frumenti, & uictualiũ, licet enim ex eo contractu innominato non agatur actione locati, ſed preſcriptis uerbis, ut eſt in tex. l. 1. § ſi quis ſeruum, ff. depoſiti, & notatum relatiue ſupra cap. 379 Nullus, in uerbo, uel
3 penſionis. † Tamen cum aſſimiletur contractui locationis in omnibus, debet ei æquiparari, & eius uires, & effectus ſortiri, ut cauetur d. l. ſi quis ſeruum, ff. depoſiti, ut tradit Bald. in l. certi iuris, numero 7. C. locati, & Petrus de Vbal. tracta. de duobus fratribus, quæſtio. 11. princip. numero 32. uerſic. aut reſultat, ac Ruinus conſil. 78. num. 5. uolum. 1. & nota-
4 tum ſupra d. cap. 379. Nullus, in uerbo, penſionis. † Conductor tamen iuris non comprehenditur in hac diſpoſitione, ut in his terminis tradit Alciat. conſ. 416. in princip. numeribus, ut per eum.
e De ficto preteriti temporis] Et ſic a triennio ſupra, ut ex
5 verbis ſequentibus colligitur. † Solutio ficti, vbi nil ſit conuentum, debet ſolui in fine anni recollectis fructibus, non autem ante, vt tenet Borgninus, deciſ. 44. num. 25. Licet dicat eſſe varias opiniones, & Caroc. tract. locati, verſ. tempo-
6 re penſionis, num. 1. † Inferendo ad legatum domus, nu. 2.
7 † Et ſoluens ante tempus poteſt petere ſibi caueri à locatore, ſecundum d. Caroc. uerſ. ſi quis cautionibus.
f Quæſtionem moueri] Idem importat quæſtio, quod lis, cauſa, controuerſia, & diſcordia, quicquid in iure diſcordent ex ſtatuto ſupra cap. 123. hæc verba, in 1. vol.
g Colonus] Colonus is, vt poſſit iurare debet carere omni exceptione, nec pati aliquam notam infamiæ, vt late notatum eſt in ſimili ſupra cap. 371. ſtatuitur, in verbo, Domi-
8 mini. † Non debet pariter admitti ad iurandum ille, quem ſcit Iudex poſſe conuinci de mendacio, vel periurio, veluti ſi ſit certum eum non ſoluiſſe, vt tradit Caſtr. conſi. 162. ſuper primo dubio, volum. 1. & Romanus conſil. 102. num. 1. & 2. ac Felinus in cap. finali, nu. 7. de præſcript. & late Plot.
9 l. ſi quando, num. 828. C. vnde vi. † Non admittitur pariter colonus ad hoc iuramentum, vbi ſit veriſimilitudo contra eum, quod non ſoluerit, vt tenet Alex. in l. pro hærede, in principio, numer. 3. ad finem, ff. de acquiren. hæred. & in
10 addit. ad Bart. in l. inter eos, §. recte, in litera C. ff. de furt. † Non admitti debet etiam colonus ad hoc iuramentum, ſi ſit ſolitus peierare, vt in his terminis tradit Abbas, in cap. finali, §. ſane, nu. 9. de iureiuran. & Marſ. ſing. 74. ac Boer. in ſuis conſuetud. in rubrica, des couſtumes concernent le iuges, §. 25. ad finem, atque Socinus ſen. conſ. 139. num. 9. & 10. vol. 2.
11 † Quod procedit etiam ſi colonus ſit alias ſuſpectus, quia non debet ei eo caſu iuramentum hoc deferri, per text. in cap. ille,

Digitized by Google

cap. IIIe, 22. quæſt. 5. & in cap. clericis, de cohabit. cleric. & per Bald. in authent. cui relictum, num. 9. verſi. attende, C. de indict. viduit. tollen. ac per Angel. in l. qui iudicio, in fine, C. de accuſat. idem tenet Roman. conſi. 481. num. 11. ad finem, & Caccialup. in l. admonendi, nume. 154. cum ſequent. ff. de iureiuran. vbi allegat Clementinam 1. de teſtibus, ac Marſil. in l. maritus, quæſt. penultima, & finali, num. 56. ff. de quæſt.

12 †Poterit exemplificari in eo, qui prius negaſſet ſe colonum, vel emphyteutam, ſi idem conuictus vellet iurare à triennio ſupra ſe ſoluiſſet ad formam huius ſtatuti, quia non debet admitti, cum veriſimilitudo ſit contra eum, ſi ſoluiſſet, quod nō negaſſet ſe colonum, per tradita ab Alexan. in l. pro hærede, in principio, num. 3. ad finem, ff. de acquiren. hæred. &

13 à Plotto, l. ſi quando, num. 610. & 618. C. vnde vi. † Iudex quoque non debet admittere hunc colonum ad iurandum, vbi ſciat eum non eſſe veriſimiliter informatum huius ſolutionis, veluti ſi ſint plures fratres coloni, & vnus eorum fuiſſet regens in domo, prout ſolet communiter eſſe inter plures ſocios, vel fratres, uam non informati non debent admitti ad iurandum, vt in terminis ſimilibus notauit Plot. in

14 l. ſi quando, num. 610. & 618. C. vnde ui. † Quod idem dicendum eſt in Procuratore coloni, quia non debet admitti ad hoc iuramentum, vti non informato, vt tradit Iaſ. in l. ſi quando, num. 52. vbi Plott. nume. 610. C. vnde vi, & Alciat.

15 tract. præſumpt. in rubr. num. 14. cum ſequen. † Hæres vlterius coloni, licet poſſit iurare, cum facultas hæc iurandi delata ex ſtatuto tranſeat in hæredes, vt notat Roman. conſ. 290. num. 5. in ſua diſtinct. & in l. qui bona, §. qui damnum, num. 6. vbi Alexan. num. 20. ad finem, ff. de damno infecto. idem tenet Alex. in l. penult. §. hoc iudicium, nu. 6. vbi Iaſ. num. 7. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. & Decius in l. edita, numer. 50. C. de eden. ac Iaſon, in l. ſi quando, nume. 51. vbi Plott. num. 619. C. vnde vi, atque Socinus ſenior, conſilio 89. numer. 5. ad finem, & numer. 6. volum. 3. item Tiraquell. in

16 tracta. retract. lignag. §. 1. gloſſa 2. † Tamen hæc concluſio non procedit, vbi ille hæres non eſſet informatus veriſimiliter, quia tunc non debet admitti ad hoc iuramentum, vt per eundem Tiraquel. d. gloſſ. 2. num. 2. cum ſeq. explicat hoc ſi-

17 gnanter Plot. ipſe d. l. ſi quando, num. 620. C. vnde ui. † Repellitur præterea ab hoc iuramento, qui bis in eadem cauſa iurauit, ſecundum Romanum in l. admonendi, num. 24. ff. de iureiurand. & Felyn. cap. Paſtoralis, num. 27. de exceptio-

18 nibus. † Ab hoc beneficio iurandi ex forma huius ſtatuti repellitur is colonus, qui in inſtrumento locationis promiſit cum iuramento ſoluere ficta, ſecundum tradita cumulate in hac ſpecie per Lamberten. ad ſtatutum de alienationibus mulier. ad finem tituli, num. 14. & per Burſatum late confirmantem conſil. 220. num. 20. volum. 2. ac per Duen. reg. 306. Famulus, limitatione 2. Quæ concluſio vbi ſuſtineatur, eſſet magna reſtrictio ad hoc ſtatutum, ex quo communiter ſolet per Notarios apponi in inſtrumentis omnibus fere iu-

19 ramentum. † Non admittitur pariter ad hoc iuramentum colonus ille, qui ſoluerit ficta hæc primo locatori, quē ſciebat ceſſiſſe iam partem ſuam dictæ locationis tertio, vt in

20 hac ſpecie tradit Romanus d. conſ. 302. in princip. † Iudæus pariter colonus non poterit vti hoc beneficio iuramenti contra Dominum vel locatorem Chriſtianum, vt notatum eſt in addit. ad Napod. in conſuetud. Neapol. tit. 26. De pignor. in uerbo, An conſuetudo, ac etiam notat Boſſ. ſua praxi crimin. titu. de rapinis, numer. 44. & Curtius in l. Admonendi, numero 72. & ſequen. ff. de iureiurand. ac Lamberteng. ad ſtatutum de alien. mulier. ad finem, quæſtio. 13. numer. 60.

h Poſſit iurare] Plures ſi fuerint coloni, vel conductores, & emphyteutæ, omnes debent iurare, vbi non ſint obligati in ſolidum, quia tunc ſufficeret vnicū iuramentum propter

21 inſoliditatem obligationis. † Iuramentum hoc debet præſtari tempore probatorio, non autem à principio, & debet per Iudicem deferri, & in die iuridica abſque citatione partis. Et licet illud habeatur pro plena probatione, tamen nō dicitur legitima probatio, vt late notatum eſt in ſimili ſupra, cap. 232. Licitum ſit, in uerbo, Stetur ſuo Sacramento,

22 volu. 1. † Aduerſus hoc iuramentum poterit probari contrarium, vt eſt notatum late in ſimili ſupra d. cap. 332. Licitum ſit, in d. verbo, Stetur ſuo ſacramento, volum. 1. & ſu-

23 pra, cap. 371. Statuitur, in verbo, Sacramento. † Tamen ſic iurans non poterit redargui de ſacramento falſo, vti periurus, licet alias poſſet ſic cōuinci, & accuſari de falſo in locis ſupra allegatis. Quod autem non poſſit contra talem colonum ſic iurantem procedi de falſo probando contrarium, fuit deciſum vt creditur præcipuo fundamento, quia Colonus hic nedum non poteſt iurare ſoluiſſe ſictum à triennio ſupra, ſed etiam poteſt iurare ſe non teneri ad illud de triennio ſupra, quo ſit, vt impoſſibile ſit cogitare rationem cur motus fuerit ille colonus ad ſic iurandum, potuit enim ille moueri aliqua ratione, quam nō poteſt probare, & propterea non mirum eſt ſi deciſum fuit non poſſe eo caſu redargui de falſo ſacramento, & ita Senatus cenſuit in facti contin-

24 gentia. † Iuramentum hoc non uidetur poſſe deferri contra locatorem forenſem, quia non reſpicit ordinatoria iudicij, ſed deciſoria, ſecundum tradita per Bar. in l. Ictus fuſtiū,

25 num. 7. ff. de his, qui not. infam. † Idem eſt iuramento damnum paſſi, ſecundum formam Statuti ſupr. c. 371. Statuitur, & c. 375. Si de cætero, ſcilicet quod non poſſit præſtari contra forenſem damnificantem, vt tradit Rom. Sing. 259. cum addit. ibi. Ad quod cenſendum, ſuadetur ex diſpoſitione Statuti ſupra, cap. 179. in omnib. Vt inſpiciatur ſi tale Statutū ſit in loco forenſis, & tunc poſſit iurari contra eum, alias non. In contrarium autem facit, quod in hoc caſu debeat inſpici Statutum, in quo debeat fieri ſolutio, ſecundum Bart. in l. cunctos populos, num. 27. q. 4. C. de ſum. Trin. & rex. in l. venditor, §. ſi conſtat. ff. communia vtriuſque iudicij, & Cuman. conſ. 140. num. 3. ad fin. vbi dicit hoc iuramentum probandi reſpicere ordinem iudicij, & ſic attendi Statutum loci iudicij, & ita audio fuiſſe iudicatum ab Illuſt. olim D. Iacobo Pirouano tunc Senatore, & dein Regente apud Cæſaream Maieſt. diui Caroli V. Imperat. Late diſcutit de veritate huius articuli Caccialup. in l. cunctos populos, n. 133. cum ſeq. & nu. 170. cum ſeq. C. de ſumma Trinit.

i Fictum eſſe ſolutum] † Statutum hoc per hæc verba ſe-

26 quentia, tollens ius locatoris per indirectum addito iuramento, de quo ſupra quod valeat, ſicut valet Statutum præſumens ſimulationem contractus etiam cōtra iuramentum, notatum eſt per Abba. in cap. Quod clericis, nu. 44. de foro compet. & in Rubr. de præſcriptionibus, columna finali, nu. 6. verſic. Aut enim dicit, Idem per Cuman. conſ. 91. nu. 4. & Franc. Balb. tractat. præſcript. parte 3. princip. particulaque 2. quæſt. 14. num. 1. verſic. Sed Statutum dicit, ac Port. Imolen. tractat. commun. libr. 3. regul. 45. limitatione 4. &

27 ſequen. † Inſtrumentum locationis ſi reperiatur penes conductorem, non cenſetur per hoc ſatisfactum penſioni, niſi ſit vltro, citroque obligatorium, vt per Carocium tract. Lo-

28 cati, verſ. Liberare. † Quietatio, & liberatio generalis per locatorem conductori facta, vtrum comprehendat res mutuatas, colligi debet ex procemio, & narratiuis inſtrumenti, ſecundum allegata ſignanter per Caroc. d. tract. locati, verſ.

29 Tranſactione. † Solutio ſemper præſumitur facta in duriorem & antiquiorem cauſam, ita notat Borgninus deciſio. 1. num. 27. & deciſ. 5. num. 22.

k Vel ſe ſoluere non teneri] † Colonus quando in veri-

30 tate non tenetur, poteſt intrepide iurare ſe non teneri argumento eorum, quæ tradit Antonius Butr. in cap. 1. De mutuis petit. relatus per Deci. in l. Ea eſt natura, num. 3. ff. de regulis iuris, vbi dicit, quod ſi in veritate mutuum fuit redditum, poteſt iurare ſe nihil habuiſſe, & non teneri. Et per hoc Senatus motus fuit ad decidendum ſic iurantē non poſſe, de falſo redargui.

l In toto vel in parte] Nam valet argumentum de toto ad partem, per textum l. Quæ de tota, ff. De re vendicat.

m A triennio ſupra] † Emphyteuta autem, qui dicit ſe ſol-

31 uiſſe per triennium, tenetur id probare, ſecundum Clarum,

32 §. emphyteuſis, quæſt. 10. verſ. Sed pone. † Statutum hoc triennij videtur ſumptum ex traditis in l. Quicunque, C. de oper. publ. lib. 10. de quo per Salic. in l. Solennibus, ad finē, num. 3. C. de rei vendic. & per Iaſo. in l. certis annis, num. 4. C. de pact. Idem tradit Petrus Rauen. Singul. 21. & Antonius Trigona Singul. 125. Cotta in ſuis memorab. in verbo Solutio à tribus annis, verſic. Vbi dicitur, vbi infert ad hoc Statutum, Idem Ioannes de Arnono problemate 46. & Commentar. 99. Idem Martin. Lauden. tract. De iure fiſci, quæſt. 156. & Duenn. regul. 54. Apocha, ampliando, & limitando, vt per eum, ac Anguiſola in conſilijs ſuis criminal. in conſi.

33 12. nu. 8. † Modo ſit facta ex interuallo, non autem eodem

34 tempore, vt per eum, † quæ tamen, l. Quicunque, non videtur habere locum in colono & conductore, ſecundum Caroc. d. tract. locati, verſic. Triennali ſolutione, Facit quod notat Gabriel ſuis communibus, tit. De præſumptionibus, concluſ. 11. quod ſoluens tribus annis cenſeatur, & præſumatur abinde retro ſoluiſſe, quo ſit vt hoc iuramentum ſuccedat loco triennalis ſolutionis, declarando vt per Gabriel.

35 d. loco, & per Menochium conſil. 5. num. 23. vol. 1. † Quod autem vnica præſtatio pro pluribus annis ſufficiat, notatū uidetur per Rebuffum tract. de famul. ſalar. gloſſa 11. verſic.

36 an ſufficiat. † Iuramentum hoc, & præſumptio hæc iurantis, quod

Digitized by Google

t.s quod præſumatur ſoluiſſe à triennio, ſupra non nocet
tertio, ut puta ſi Dominus directus, vel Dominus pleno iu-
re vendat rem, vel directum alicui, cum eſſet creditor fi-
ctorum duorum annorum, conductor vel emphyteuta ſol-
uens tribus annis, non poteſt ſe tueri ex iuramento, & ex-
ceptione triennij aduerſus illum primum venditorem, vt
tradit in his terminis Corta ſuis memora. in verb Soluitio
verſ. cæterum in prædictis, vbi dicit ſic fuiſſe iudicatum in
37 extremo Senatu. † Beneficio huius Statuti, & quod poſſit
quis iurare ſe ſolniſſe a triennio ſupra, vel non teneri à dicto
tempore ſupra quod poſſit renunciari non eſt dubium, cum
ſit introductum principaliter in fauorem ipſius coloni, ſe-
cundum diſtinctionem Abba. in Rubric. de præſcript. nu. 8.
& ſic quotidie practicatur. & Notarij ſolent de ſtylo appo-
nere in inſtrumentis locationum renunrias Statuti huius, &
38 ſeq. † Non autem ſufficit renunciatio generalis, ſed re-
quiritur ſpecialis, vt notauit Alexand. conſil. 170. nume. 4.
volum. 3. & Rebuff. tractat. De mercar. miſ.ut. art. 1. gloſſ. vl-
tima, num. 6.

n Referat Domino, vel locatori ſacramentum] Quid ſi
Dominus, vel locator, noluit iurare, veluti non informati,
vt quia forte ſint hæredes locatoris, vel alia de cauſa, tunc
colonus ipſe debet iurare, vt conſequatur beneficium huius
Statuti, alias illud non obtinebit non iurando, vel poterit
Dominus & locator is iurare de credulitate, vt notatum eſt
ſupra, cap 100. Statuitur, verbo, Aliter autem ſufficit iurare
de credulitate.

o Hoc idem ſeruetur, ſi fictum rei libellariæ petatur] † Nã
39 etiam in emphyteuſi de iure communi præſumitur facta ſo-
lutio à triennio retro, vt notatum eſt in lib. 5. communium,
in verb. Emphyteuta eo ipſo, & per Soarez. ſuis Communi-
bus, in verbo, Emphiteuta omnibus.

p Idemque obſeruetur in ſolutione decimæ] Vt poſſit ſci-
licet iurare ſe ſoluiſſe à triennio ſupra modo, quo cauetur
ſupra in alijs.

q Et idem obſeruetur in partiario] Qui ſit talis, notatum
eſt ſupra, cap 232. Licitum ſit, in hoc verbo, vol. 1. & ſupra
in præcedentibus ſtatutis.

r Et etiam idem ſit in inquilino] Qui ſit inquilinus, la-
40 te notatum eſt ſupra, cap 379. Nullus, in hoc verbo. Qui
autem gratis inhabitat alicuius domum, non dicitur inqui-
linus, vt notat gloſſa, in l. 4. verbo, Qui cum eo, ff. De vſu,
& habit. & Bald. in l. certi iuris, numer. 7. C. Locati, nec
gaudet hoc beneficio, cum non poſſit conueniri ad fictum
41 gratis inhabitans. † Inhabitans autem domum alicuius
nulla conſtituta mercede, vel penſione, uel tantum dicto,
quod habitaret, quia dein erunt concordes, licet inter eos
non detur actio locati, ſed actio præſcriptis verbis, vel con-
dictione ſine cauſa, tamen poterunt conueniri vti condu-
ctores, quo ſit, vt ipſi poſſint vti beneficio huius Statuti,
per tradita ſupra, capit. 379. Nullus, verſic. finali, in verbo,
Penſionis.

ſ Si Dominus vel locator] Idem eſt in eorum hæredibus,
cum omnes actiones tranſeant actiue & paſſiue in hæredes,
& militet eadem ratio, vt notatur in fortioribus terminis in
iuramento hæredis Domini, vel damnum paſſi, ſupra, c. 232.
Licitum ſit, in verbo, Statur ſuo ſacramento, vol. 1. & ſupra,
cap. 371. Statuitur, in verbo, Domini.

t Intra dictum triennium] Quid ſi mota fuerit queri-
42 monia ſuper ſolutione vnius anni, ſi multi dein prætereant
non mota aliqua querimonia, tamen debentur per peti-
tionem illius anni non obſtante huius Statuti diſpoſitione,
quia dicitur eſſe in mora per petitionem illius anni præce-
dentis, per l. cum fundus, vbi Iaſon, num. 3. ff. Si cert. petat.
& per Rebuff. tract. de conſtit. reditus, artic. 1. gloſſ. 16. de-
clarando, vt late per Cummiam in his terminis, in ritibus
43 magnæ curiæ, cap. 7 num. 10. & 11. † Dominus, vel loca-
tor ſi mouerit querimoniam intra triennium contra hunc
colonum, ſed à die querimoniæ factæ lapſum ſit aliud trien-
nium, an excludatur à colono per Statutum hoc cum iura-
mento, diſtinguendum eſt, quod aut eſt mota querimonia
extraiudicialiter, vel etiam iudicialiter per ſimplicem cita-
tionem, vel denunciationem ſine litis conteſtatione, & tunc
lapſo alio triennio excluditur colono iurante, vt per Barto.
in l. Cum notiſſimi, num. 2. ad finem, C. de præſcriptione tri-
ginta annorum, & hoc eſt, quia per citationem ſimplicem
ſine litis conteſtatione non interrumpitur, nec perpetuatur
actio, vt late firmat plura allegando Tiraquell. tract. retract.
conuent. §. 4. gloſſ. 6. num. 38. & ſequen. Aut facta eſt litis
conteſtatio, & tunc actio perpetuatur, vt ſentit Alexand.
conſil. 138. num. 6 verſic. Quid plura, volum. 2. & Iaſon §.
Pœnales, numer. 113. Inſtitut. de actionibus, & late diſcuſ-
ſum ſupra, cap. 112. Quilibet, in verbo, Quod non petierit
44 volum. 1. † Conductor, vel emphyteuta non ſoluens ſpa-
tio triginta, vel quadraginta annorum, an ſit præſcriptio-
ne tutus, diſputat Practic. in forma libelli quo agitur ad fi-
cti præſtationem, verſ. Soluere, numer. 4. vbi ſe remittit, di-
ſtinguit autem Balb. ſuo tract. præſcript. parte 4. princip.
45 partie. 4. quæſt. 4. † Et quod præſcribat penſionem præ-
teritam, non autem futuram, notatum eſt à Carocio dict.
46 tract. verſic. Præſcriptionibus, nume. 6. † Quicquid ſit ſol-
uens dicto longiſſimo tempore ad monetam aliquam, cum
debeat de alia ſoluere tutus eſt præſcriptione, vt tenet Pra-
ctict. d. verſ. Soluere, num. 4. ad finem, & Carocius d. tracta.
47 Locati, verſic. Præſcript. num. 7. † Colonus autem, vel con-
ductor recognoſcens aliquem in Dominum, nullo vnquam
tempore præſcribit contra eum, niſi poſſeſſionem interuer-
tat, Caroc. d. verſic. Præſcriptionib. numer. 1. Ampliatur
primo etiam in parte fructuum, quos nunquam dedit, nu. 2.
Facit deciſ. Peruſ. 105 parte 2. declarãdo, vt per Rol. à Val-
48 le, conſil. 25. num. 28. & ſequen. volum. 2. † Conductor &
emphyteuta ſoluens per annos triginta & vltra penſionem
& fictum, tacite cenſetur præſcripſiſſe ius Coloniæ, ſecun-
dum Borgninum deciſ. 44. nume. 80. & ſequen. & deciſi. 45.
num. 86. vt dicatur perpetuus conductor, ſecus ſi ſolueret
difformiter, vt per Caroc. d. tracta. Locat. verſic. præſcri-
49 ptionibus, num. 4. † Fallit, niſi de cauſa illegitima, & ti-
50 tulo inualido appareat, vt ibi per eum, num. 5. † Secundo
fallit, quando à principio conſtat de inueſtitura, & de in-
ſtrumento locationis etiam antiquo; Nam licet Alex. de
Næuo conſ. 16 & ſequen. & Franc. Marz. conſ. 15. chart. 69.
ac Angelus de Cambiglio conſil. 17. num. 44. & ſequen. te-
neant præſcripſiſſe ius Coloniæ, & cenſeri emphyteuſin per-
petuam. Vera tamẽ, & magis realis eſt opinio in bonis Ec-
cleſiæ, quod ſit finita locatio illa ad tempus, & poſtea tacite
de anno in annum continu: ſic per mille annos, vt not. Bor-
gni. in d. deciſ. 44 num. 79. & ſequen. volum. 1. & Bal. conſi.
116. volum. 1. Item Anchar Regiens quæſt. 24. nume. 10. &
ſeq. lib. 1. vbi reſpondet contrarijs, atq; Cephal. conſi. 316.
num. 27. & ſeq. volum. 3. & Deci. in cap. Quoniam contra,
51 ſub num. 48 de probat. ac Borgnin. deciſi. 45. nu. 58. † Suffi-
cit enim quod à principio conſtet de inueſtitura per inſtru-
mentum, & illud producatur: Et qui voluerit aliud dicere,
& nouas alias fuiſſe factas inueſtituras, habebit ex longin-
quitate temporis vere, nõ autem præſumptiue probare, per
ea quæ notauit Borgninus deciſ. 44. ſub nu. 44. & deciſ. 45.
num. 90. & per Ferrant. Gorg. Patrocin. 100. num. 3. & ſeq.
Facit quod not. Cephal. conſil. 238. num. 17. & 18. volu. 2.
52 † Nam pluralitas inſtrumentorum contractuum, arborum,
nominum, imbreuiaturarum, ac ſententiarum in homine nõ
præſumitur, ſecundum Iaſ. conſ. 42. ſub num. 5. volum. 1. &
Cephalum conſ. 10. num. 45. volum. 1. & conſ. 540. nu. 118.
volum. 3. ac ſecundum Crauetta conſi. 198. num. 1. vol. 1. &
in l. Bonorum quidem, nu. 8. & 13. C. de bonis poſſ. ſecundum
tabul. Hyppol. Marſil. Singul. 439. Pluralitas, nu. 2. & ſecun-
dum Soci. conſ. 129. nu. 3. volum. 4. & maxime quando agi-
tur ad idem, & ſic de eadem re alias ſecus eſt, vt per Crauet.
conſ. 112. num. 4. & ſeq. volum. 1. & Socin. conſil. 24. libr. 1.
53 in addit. ad Abb in cap. Auditis, nu. 21. de præſcript. † Cum
igitur veritas hæc ſit quod inſtrumentum, & præſumptio le-
gis ſit contra fundantem ſe ex noua inueſtitura præſum-
ptione hominis ex curſu quadraginta annorum, & non mi-
nus in bonis Eccleſiæ, per ea, quæ not. Borgnin. deciſ. 45. nu.
86. per rationem Alphonſi Mendoz. Hiſp. in tract. de benefic.
incompatibili, ca. 11 num. 14. char. 137. in 2. parte, clara re-
ſultat deciſio quod vana, & tanquam pictabula in pariete
dicitur illa præſumptio humana inducta ſolum ex garritu
hominum, & non eſt attendenda, vt per Pancirol. conſil. 20.
num. 31. & ſequen. ac per Cephal. conſil. 433. numer. 35. &
ſequen. volum 3. & per Corn. conſi 230. Quanquam, col. 5.
litera L, verſ. Et propterea non obſtat, volum. 3. ac per Bur-
ſat. conſil. 51. num. 9. volum. 1. atque Menochium conſil. 85.
num. 88. & ſeq. lib. 1. idem per Federicum Scottum conſi. 1.
54 num. 40. & ſeq. lib. 5. volum. 2. † Et ideo ſacrum Concilium
Neapolitanum parum curauit de præſumptionibus illis ho-
minum, non legis, præcipue quando ſunt contra præſum-
ptionem legis, quæ fortior eſt, & contra alia documenta, vt
refert Afflict. deciſ. 13. num. 24. 27. & ſequen. maxime quan-
do ſolueretur penſio, & fictus vniformiter, & ſecundum te-
norem inueſtituræ, correſponderet fructibus, quia fortior
vrgeret iuris præſumptio, quod temporalis, & non perpe-
tua eſſet locatio, cum à communiter contingentibus ſoleat
minus ſolui pro emphyteuſi perpetua, quam pro tempora-
li, ſecundum notata in Auth. Perpetua, C. de Sacroſanct.
Eccleſ.

Digitized by Google

Eccleſ.& ibi Bart.& Doct.& not.Borgn.in deciſ. 46. nu.74.
Facit quod notat Rimin.iun.conſ.462.num.26.& ſeq. vol.
56 4. † Et ideo cum conſtet de inſtrumento inueſtituræ, & de
præſumptione iuris, & ſolutione fictorum, & penſionum
vniformiter,non eſt dubium,quod aliæ hominum præſum
ptiones contrariæ ſint friuolæ; nugæ, & non attendendæ,
per ſupradicta,& per Natt.conſ.162. num. 29.vol. 1. vnde
neceſſe eſt fortiores & efficatiores probationes,& apertiſſi-
mas habere, qui vult ſupradicta ſuperare, & vincere, alias
deficiet in ſalutari ſuo,ſecundum Crauet.conſ. 56. num. 11.
conſil.75.num. 12.& conſil.129. num.24.lib.1. Nam alias
de facili bona Eccleſiæ alienarentur ſine ſolennitatibus, &
cauſis, & ſic ſolo curſu temporis, quod non eſt dicendum
propter reſiſtentiam iuris, ut per Borgnin.in dict. deciſ.45.
num. 58.& deciſ. 27. num. 11. & 33 & per Decian.conſil.
2.num.190. & ſeq.volumin. 1. ac per Caball. Milleloquio
419 parte 2. Et in dubio eſt iudicandum potius, quod ſit
locatio temporalis, quam emphyteuſis, vt per Rimin. iun.
conſil.461.numer. 28.volum.4. & Ruin.conſil. 161. nume.
57 18. volum.1. † Locatio autem ſi eſt facta ad longum tem
pus triginta, vel quadraginta annorum non præſcribi-
tur actioni ex locato, Ita Caroc. verſic. Præſcriptionibus,
num. 3.

a Querimoniam depoſuerit] † Querimonia dicitur depo-
58 ſita, ſiue ea fiat in ſcriptis, ſiue viua uoce, ſiue in iudicio,
ſiue extra, vt tenet gloſſa Singularis, in l.Si intra, in verbo,
Querimoniam, C.de non numeranda pecunia, vbi Salyc.n.
2. Idem tenet glo. in l. Habitationum, § finali, ff. de pericu-
lo,& commodo rei vend. & Salyc. idem in l. Si maior, nu.
12.C.de tranſact. ac Deci.conſ.550.n.2.& 3. idem Fabian.
de Monte tract. de empt.q.6.princ.membro 12. numer. 51.
59 † Quod idem eſt in interpellatione,ſecundum Rebuff.tract.
de mercat. minor.art. 1.gloſſa 22 uerſic. Non retragatur,&
60 tractat. De famul. ſalar. gloſſa 15. in principio. † Que-
rimonia proprie dicitur ante litem conteſtatam, poſt au-
tem dicitur quæſtio, ſecundum gloſſam pen. in l.2. C. fi-
nium regund.& ſecundum Abb.cap.quia indicanti, num.
8.de præſcript.ac Salyc.d.l.Si quis maior,num.12.Cod.de
tranſact. † Quo fit, vt ſufficiat ad hanc præſcriptionem
interrumpendam ſupplicatio porrecta Principi, & decre-
ta, vt notauit Cummia in ritibus magnæ curiæ, capit. 40.
num.252.

Quod Domini non poſsint petere contra colonum, niſi depoſuerint querimoniã intra decennium. Cap. CCCLXXXVIII.

a SI colonus b ſteterit extra coloniam c per decenniũ,
d & ſteterit in eadem iuriſdictione e cum Domino,
vel locatore, f & Dominus,vel locator, g interim h que-
rimoniam non depoſuerit, i vlterius Dominus vel loca-
tor, k pro ficto petẽdo l non audiatur. m Idem habeat
locum in inquilino. n Idem ſeruetur in emphyteuta, &
decimario, o Idem habeat locum in partiario.

SVMMARIVM.

1 *Conductor vectigalis an veniat nomine coloni.*
2 *Per dictio hæc quid denotet.*
3 *Coloniæ deſertio per decennium quomodo probetur, & nume. 20. & 21.*
4 *Solutio diutina quid operetur, vſq; ad nu. 12.*
13 *Iuriſdictio quæ ſit, & quando quid dicatur eſſe in conductione, num. 14.*
15 *Mala fides an ſemper prohibeat præſcriptione, vſque ad numer. 19.*

a SI colonus] Comprehendit eum, qui nummia colit, &
etiam ſoluit ficta in grano,& victualibus,vt late notatũ
1 eſt ſupra præcedenti c. in hoc verbo. † Non tamen com-
prehendit iuris conductorem, veluti datiorum & ſimilium,
quia non venit appellatione coloni,nec inquilini,nec par-
tiarij,nec emphyteutæ,nec decimarij, vt notauit in his ter-
minis Alexan.conſ.426.in princip.

b Steterit extra coloniam] Extra bona ſcilicet conducta
poſtquã finita fuerit locatio,vel etiam expulſus colonus ea
durante,modo notato ſupra,c. 379. Nullus,uerſ. Etiam du-
rante termino,quia ſufficit ad huius uerificationem, quod
ſteterit extra bona conducta per decennium.

c Per decennium] † Dictio hæc,Per, denotat perfectionẽ,
2 & conſequenter quod totum decennium ſit lapſum, ut per
Bart.in l.Celſus, colum. ult. num. 25. ff. de uſucap. & per
Bertach.ſuo repert.in dictione,Per,ac per Rebuff. tractat.
De reſcin.contract.art.unico,gloſſ.19.in princ.& in tract.
concordat.Rubric.de Collat.§.1.in uerbo, Per decennium.
3 † Beneficio huius Statuti uti uolẽs,quid debeat capitulare
ad probandam hanc qualitatem,quod ſteterit extra colo-
niam per decennium, tradit Pract. in forma libelli reſpon-
ſionis rei conuent. uerſ. Præſcriptiones,n.19 uerſ.Poſt hęc,
probando ſcilicet extrema,quia tunc præſumuntur media,
4 ut ibi per eum. † Pręſtatio autem penſionis diutina per de-
cem annos tanquam colonus,uel inquilinus,uel ſeruitium
decem annorum, uti uaſallus alicuius, nec eſt ſufficiens ad
inducendum ius coloniæ, uel uaſallagij, ſecundum notata
5 per Iaſ. §.Præiudiciales,nu.60.inſtit.de actionibus. † Co-
lono inducitur obligatio ex diutina præſtatione durante
laboritio,& conductione,non autem poſt,ſecundum tradi-
6 ta per Caroc.uerſ.Diutina præſtatione,num. 1. † Ampliã-
7 do id procedere etiam ex æquitate canonica,num.2. † Co-
lonus quis præſumitur, ſi ſoluit uti talis per annos decem,
explicat Caroc.d. uerſ. Diutina præſtatione, nume.3.limi-
8 tando,num.4. † Per binam autem receptionem fictorum,
& fructuum dicitur quis eſſe in poſſeſſione exigendi fru-
ctus,& penſiones,vt notatum eſt per Borgninum deciſ. 44.
num.14.ad finem,& deciſ.45.num.87 & ſequenti,Idem per
Purpurat.conſ.488.num.2. & duobus ſequentib.uolum.1.
9 † Soluens autem decem annis uti emphyteuta,quod ſuma-
tur emphyteuta,notatum eſt per Bald.in l. 1. colum. 3. nu.
15.& ſequent.C.de fideicommiſſ. & per Iaſ. Relatiue, d.§.
Præiudiciales,nu.61. Inſtit.de action.cum addit. Sardi ibi.
10 † Soluens autem par unum caponum omni anno per decẽ
annos, an teneatur in futurum, notatum eſt per ipſum Ia-
11 ſon.d.§. Præiudiciales,num.66. Inſtit.de action. † Soluẽs
autem per triginta annos decem par caponum, cum tene-
retur ad uiginti, uel ſoluens de una moneta, cum tenere-
tur de alia,quod præſcribat,notauit Iaſon dict.§. Præiudi-
12 ciales,numero 68. Inſtitut. de actionibus. † Soluens au-
tem uniformiter quid per annos quinquaginta actionem
locati excludit,ſecundum Burſatum conſil.23.num. 3. uo-
lum.primo.

d Et ſteterit in eadem iuriſdictione] Secus ſi iuerit habita-
13 tum in alia iuriſdictione,quã habet Dominus. † Iuriſdictio
autem quæ ſit,& quæ dicatur,not. Felin. in c. Rodulphus,
nume. 25. cum ſequen. de reſcript. Hieronymus de Monte
tractat.fin.regund.c.11. & late notatum ſupra, c. 19 Pote-
14 ſtas, in verbo, Plenam iuriſdictionem. † Probare volens
aliqua bona eſſe in iuriſdictione quid probare debeat, no-
tat Iaſon in conſ.166. volum.4. Ruin.conſ.22. num.1. vol.
5.notatum ſupra,cap.310.Nulla mulier,in verbo,Extra iu-
riſdictionem, vol.1.

e Cum Domino,vel Locatore] Idem in hærede eorum,
vt notatum ſupra,c. Præcedenti,in verbo, Si Dominus, vel
locator.

f Et Dominus,vel locator] Vel hæres eadem ratione, vt
nuper notatum.

g Et interim] Intra ſcilicet decennium. Quid ſi mouerit
querimoniam intra decennium,dein labatur aliud decenniũ
an præſcribatur,notatum declarando ſupra, cap. Præcedẽ-
ti,in verbo, Intra d. triennium.

h Querimoniam non depoſuerit] Quæ ſit querimonia,no-
tatum in c.Præcedenti,in hoc verbo.

i Vlterius Dominus vel locator] Eo minus hæres,& om-
nis habens cauſam ab eis, cum non poſſint habere plus iu-
ris, quam habeant eorum principales, & authores iuribus
vulgaribus.

k Pro ficto petendo] Quid in alijs dependentibus, veluti
ſcortis,& adiutorijs maſſaritijs, crederem non comprehen-
di,cum Statutum loquatur ſolum de ficto ſimpliciter, & o-
dioſum ſit, tollens ius alterius, ut infra dicetur, ideo non
debet extendi,tanto magis quia vbi voluit ſimilia compre-
hendere id exprimere ſciuit,vt cauetur ſupra,c.379.Nullus,
verſ. finali,in ſimili.

l Non audiatur] † Statuti huius diſpoſitio quod valeat,
15 etiam quod is præſcribens ſit in mala fide, notat Bart. in l.
Sequitur,§.Si viam,num. 3.ff. de vſucap. Quæ opinio ſal-
uari poteſt quando verba diriguntur ad creditorem, quod
non audiatur, vt hic cauetur,Ita notat declarando Caſtrẽſ.
d.§.Si viam,nu.6.circa finem. Idem Abb.c. Quod clericis,
nu.44.de foro competen.Cuman.conſ.67.per totum,& cõſ.
91.num.4.late Balb.tract. præſcript 3.parte princ.2.mem-
bro,quæſtio.14.in princip. & latius per Port. Imolen. ſuo
tract.Communium, lib. 3. regul.45. maxime limitatione
16 tertia, verſic. Tertio limita. † Procedit autem hæc præ-
ſcriptio,& diſpoſitio, ſiue locatoris agat actione perſonali

r contra

Digitized by Google

contra ipſum colonum, & infraſcriptos hic expreſſos, ſiue
etiam actione reali virtute hypothecæ bonorum aduerſus
tertium poſſeſſorem bonorum, quæ fuerunt prænarrato-
rum, qui dein haberet regreſſum contra colonum, & has
perſonas. Nam Statutum perimit omne ius, cum diſpo-
nat eos non debere audiri, per quæ verba quis repellitur à
limine iudicij, vt in his terminis notat Bald. in l. Reos, num.
33. verſic. Nec offendit, C. de accuſat. & notatum ſupra, cap.
17 10. Si quis, in verbo, Non audiatur, volum. 1. † Non tolli-
tur pariter officium Iudicis per diſpoſitionem huius Statu-
ti, etiam penes Iudicem Eccleſiaſticum, ſic notat Barto. in
l. Sequitur, §. Si viam, num. 4. ff. de vſucap. Idem notat Are-
tin. in §. 1. gloſſ. 3. circa medium, nu. 7. verſi. Aduertas, Inſtit.
18 de action. † Poterit etiam audiri per denunciationem Euan-
gelicam, vt notat Cuman. conſil. 67. nu. 5. late Port. Imolen.
ſuis Communibus, d. lib. 3. regur. 45. limitatione 12 princi-
19 pali, verſi. Tertio limita, quia ſecundum. † Poterit etiam be-
neficio huius Statuti renunciari in inſtrumento locationis,
dum tamẽ renunciatio ſit ſpecialis, vt ſupra notatum, c. præ-
cedenti, in verbo, A triennio ſupra.

m Idem habeat locum in inquilino] Qui ſit, notatum ſu-
pra in cap. præcedenti, in hoc verbo.

n Idem ſeruetur in emphyteuta, & decimario] Veluti ſi
alienata fuerint bona emphyteutica, & decimaria per em-
phyteutam, & dominus directi, vel decimæ ſteterit per de-
cennium, quod non mouerit querimoniam, quia excludun-
tur, vt non poſſit peti ab olim emphyteuta, vel decimario.
20 † Dicitur autem ſteteſſe eo caſu emphyteuta, vel decima-
rius extra colonism, ex quo fuerint apprehenſa per credito
rem per primum decretum, quia tunc dicitur creditor poſ-
ſidere, non autem emphyteuta, vel debitor decimarius licet
fructus computentur in ſortẽ, per l. 1. & 2 C. de pign. action.
21 † In diſpoſitione Statuti huius vidi quandoque diſputari
in Senatu in publica audientia hunc articulum. Quidam
fideiuſſerat pro aliquo emphyteuta, qui dein deceſſerat
ſuperſtite hærede, euenerat quod vxor emphyteutæ occu-
pauerat bona mariti illius emphyteutæ pro eius, dotæ, &
ea ſibi in ſolutum dari obtinuerat, ex quo hæres emphyteu-
tæ ſteterat per decennium extra bona emphyteutica, fictum
autem illud emphyteuticum petebatur à fideiuſſore vltra
tempus illius decennij, & cauſa fuerat commiſſa conſilio
Sapientis, qui inclinare videbatur contra fideiuſſorem,
contra quem nonnulla allegabantur, quæ minus iuridica
Senatui viſa fuere, tamen cauſam noluit decidere, nec ei
apponere manum, ſed cenſuit partes iuribus ſuis vti de-
bere, monendo tamen commiſſarium cauſæ, vt bene aduer-
teret, nam exceptio competens colono, & perſonis hic no-
minatis à Statuto, competit etiam fideiuſſoribus, qui poſ-
ſunt vti exceptionibus omnibus principalium, vt notat
Caſſa. in ſuis conſuet. Rubr. 5. §. 2. ad finem eius. Et ſupra
notatum in cap. 189. Fideiubens, in verbo, Et tanquam prin-
cipalem.

o Idem habeat locum in partiario] quis ſit, notatum ſu-
pra, cap. 231. Licitum ſit, in hoc verbo, vol. 1. & ſupra, cap.
382. Maſſarij, & alibi ſæpe.

Quod Dominus poſsit accipere decimam in campo. Cap. CCCLXXXIX.

a DOminus, b vel cõductor c decimæ, d poſſit in fun-
do decimam accipere.

SVMMARIVM.

1 *Decimas an poſſint habere laici, & ſaeculares, vſque ad nu-
mer. 3.*
4 *Ceſſionarius an poſſit habere decimas.*
5 *Decima an poſſit tolli per Pontificem.*
6 *Conſuetudo non ſoluendi decimas an valeat, vſq; ad nu 8.*
9 *Dominus decimæ vbi debeat eam capere, & quod poſſit facere pro
colligendo decimam, & an fiat remiſſio, vſq; ad nu. 17.*

a DOminus] † Laici tamen & ſeculares non poſſunt ha-
1 bere decimas, niſi fuerint de eis inueſtiti ante Conci-
lium Lateranenſe, ita Felyn. cap. Cuiuſcunque, colum. 1. de
præſcript. Boer. ſuis comment. Des couſtumes de tours, tit.
34. artic. 9. col. 3. cum ſeq Brun. tract. ſuper Conſtit. in ver-
bo, Decima ſoluitur, Bald. tract præſcript. 2. parte princip. 1.
particula, quæſt. 7. num. 21. cum ſeq. Ferrand. Vaſc. tract. ſuo
controuerſ. Illuſtrium, cap. 89. nume. 3. Burſatus conſil. 50.
num. 9. & 14. volum. 1. Et præſcriptio immemorabilis facit
præſumere eas habitas ante d. Concilium, vt notat Gabriel
ſuis Communibus, titu. De præſcript. concluſ. 1. numer. 22.
2 Idem Burſat. d. conſil. 50. num. 14. volu. 1. † Imò non poter-
runt, nec pignorari laico, cum ſint ſpiritualia, licet poſſit pi-
gnorari earum commoditas, ita Iaſ. §. Item Seruiana, num.
3 110. Inſtitu. de actio. † Et laici habentes has decimas ante
Concilium Lateranenſe poſſunt eas ex conſenſu Epiſcopi
transferre in aliquas Eccleſias, vt eas ipſa Eccleſia eodem
titulo obtineat, ita not. Didac. Couar. tract. variar. reſolut.
lib. 1. cap. 17. num. 5. verſ. Propter hęc.

b Vel conductor] Idem in hęrede eorum, qui eorum per-
ſonam in omnibus repreſentat, vt notatum late ſupra, cap.
4 387. Si contingat, in verbo, Si Dominus uel locator. † Non
tamen competit ceſſionario hoc beneficium, niſi quatenus
eis de iure communi, ut infra dicetur, cum hoc beneficium
ſit perſonale, iuxta doctrinam Bald. in l. Si poſt. ff. ſolut. ma-
trim. & ex quo Statutũ loquitur in perſonam Domini, uel
conductoris, non comprehendens alios, iuxta diſtinct. Soc.
ſen. conſ. 120. num. 18 uol. 1. & notatum late ſupra, c. 167.
Pro debito, in uerbo, Niſi in caſibus, uolum. 1.

c Decimæ] Decima hodie iure diuino, & naturali debe-
tur, ut not. Didac. Couar. d. tract. uariar. reſolut. cap. 17. n.
5 1. uerſ. Et pręter has, & num. 8. lib. 1. † Decima autem quæ
debetur iure naturali, uel diuino Euangelico non poteſt tol
li per Pontificem. licet ea quę debetur iure humano per pri
uilegium ſedis Apoſtolicę aliqua ratione minui, & remitti
6 poſſit, ita not. Didac. d. cap. 17. num. 9. uerſ. 7. † Conſuetu-
do non ſoluendi decimas non ſubſiſtit, ita Burſatus conſilio
7 50. num. 11. uol. 1. † Sed conſuetudine decima prędialis po-
teſt reduci ad uigeſimam, uel aliam portionem, modo ſuffi-
ciat honeſte ſacerdoti ſuſtentationi, & conſuetudo eſt uti le
gitima interpres inter ipſos obſeruanda, ubi dubium uerti-
tur, an Eccleſiæ decimæ in aliquibus rebus debeantur, ita
8 Didac. d. c. 17. nu. 8. uerſ. 4. & 6. lib. 1. uariar. reſolut. † Ve-
ra & propria pręſcriptio ſolius uſucaptionis, utrum poſſit
eximere quem ab obligatione ſoluendi decimam, ſic diſcu-
tit Didac. Couar. d. c. 17. nu. 10. cum ſeq. uerſ. 8. Vbi etiam
ponit quantum temporis ſit neceſſariũ in pręſcriptione ſer-
uitutis in agro alieno.

d Poſsit in fundo decimam accipere] † Idem de iure com-
9 muni, ut notat Boer. d. ſuis commentar. Rubr. des couſtumes
prędiales, §. 12. Quo ſit ut poſſit prohibere Dominus uel
conductor earum, ne decimarius colligat fructus, donec ip-
ſe Dominus uel conductor decimę, uel eius nuncius uadat
ad uidendum & habendum ſuam partem in fundo, ut not.
Speculat. tit. De decimis. §. 1. num. 12. Idem cenſet Cranet.
conſ. 21. num. 11. uerſ. Non obſtat. Idem not. Plott. in l. Si
quando, num. 132. C. unde ui. Vbi dicit, quod contra eum
qui non paruit huic prohibitioni, poſſit iurari in litem.
10 † Excuſatur tamen ſi Dominus non iuerit uel miſerit tem-
pore limitato, ut per Ferronium ſuis comment. titul. 8. de
feudis, & iure emph. §. 22. & ſequen. colum. 2. uerſ. Subditur
11 in contextu, lib. 2. † Idem cauetur contra quemlibet Maſſa-
rium partiarium, ſupra capit. 383. Domini uel locatores.
Imò etiam dicto iure laici tenentur deferre decimas ad hor
rea Clericorum, etiam ſi petitum non fuerit, ut per Dida-
cum Couar. d cap. 17. nume. 8. uerſ. 8 & ſequen. ubi dicitur
qualiter procedatur, quod autem decimę etiam portantur
per decimarium uſque ad horreum Prelati, notat Burſat.
conſil. 50. numero 10. uolum. 1. etiam ſecundum Ferronium
ſuis commentar. tit. 8. de feud. §. 22. & ſequent. column. 2.
12 uerſ. Sic decimas, libr. 2. † Fructus autem decimę debentur
etiam non deductis impenſis, ut per Tiraquel. tract. retrac.
13 lignag. §. 15. gloſſ. 1. num. 10. cum ſequen. † Prędia quoque
ſuper quibus ſoluuntur decimę ſunt tacite hypotheca pro
his decimis, ſecundum notata per Fanum tract. pign. parte
14 princ. 2. membro 4. num. 126. † Cum onus earum dicatur
reale, ut notauit Cotta ſuis memorab. in uerbo, Decima eſt
15 onus, & Borgnin. deciſ. 28. num. 11. † In poſſeſſione autem
percipiendi decimas quis dicitur per duas receptiones, uel
ſolutiones dicta de cauſa factas, ſecundum Borgninum de-
16 ciſ. 28. num. 14. † Conductori uiro ſcelerato decimas nõ ſol-
uenti, non eſt fienda remiſsio, ut per Carocium, tit. locati,
verſic. Dolo & culpa, num. 13. & infra dicetur cap. 39. Si co-
17 lonus, in uerbo, Futuri temporis. † In ſolutione decima-
rum obſeruantia eſt attendenda, ut per Beroum conſil. 19.
num. 3. & 4. uol. 1.

Quod Dominus præferatur alijs creditoribus, & certis caſibus. Cap. CCCXC.

a DOminus, b uel locator c pręferatur omnibus credi-
toribus, d etiã tempore anterioribus, e uel quocun-
que

Digitized by Google

quæ priuilegio priuilegiatis, *f* coloni, *g* vel inquilini, *h* vel partiarij *i* cum hypotheca vel ſine, *k* in fructibus, qui ex terris ſuis, ſeu quas locauerit, exierit, *l* & in rebus inuectis, vel illatis *m* in domum conductam *n* pro fictis & redditibus ſuis, *o* & pro alijs cauſis comprehenſis in Statuto incipiente; Licitum ſit, poſito ſub Rubrica generali de probationibus, & conteſtationibus, in volumine Statutorum ciuilium. *p* Et adhibeatur fides de prædictis omnibus, prout in dicto Statuto continetur, *q* ſalua reformatione facta reſpectu fictabilium ex forma præſentium Statutorum. Et, quod res ſit nata ex terris Domini, vel locatoris *r* credatur ſacramento ipſius *ſ* Domini vel locatoris, intelligendo vbi in dicto Statuto legitur, non obſtante Statuto incipiente, Nulla beſtia araturia, quod voluit dici nullę beſtię ruſticorum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an quis dicatur reſpectu poſſeſſionis.*
2 *Locator quando habeat ius prælationis, vſque ad num. 7. declara num. 8. & 9.*
10 *Coloni nomine, quid veniat.*
11 *Hypotheca an detur in bonis coloni, & Inquilini, & quomodo, & quid in reconductione, vſque ad num. 21.*
22 *Colonus & Inquilinus quomodo differant, & num 23.*
24 *Hypotheca tacita an detur in bonis coloni, & emphyteuta, & quid in bonis famuli vſque ad num 29*
30 *Hypotheca an detur in fructibus quoad prælationem, & numero 31.*
32 *Hypothecaria obligatio eſt acceſſoria.*
33 *Hypotheca an trahatur ad litis expenſas.*
34 *Hypotheca ſuper fructibus, quomodo intelligatur.*
35 *Hypotheca tacita inducta de iure communi, quomodo differat ab inducta per ſtatutum. vſque ad num 40.*
41 *Prælatio competens Domino contra alios creditores, quamdiu duret, & quomodo practicetur, vſque ad num 44.*
45 *Inuecta & illata in domum ſunt tacite hypothecata etiam ad inducendam prælationem, declara, amplia & limita vſque ad num. 112.*

1 DOminus] † Quolibet modo ſit Dominus etiam reſpectu poſſeſſionis, vt ſignanter docet Socin. ca. Quoniã frequenter. § Si ſuper rebus, num. 4. vt in lite non conteſta. quod maxime dicendum eſt per verba ſequentia cum loquatur de locatore ſimpliciter.

2 Vel locator] † Procedit, ſiue ſit locatio facta in ſcriptis, ſiue viua voce, vt per Rebuff. tract. de literis oblig. articul. 4.
3 gloſſ. 2. num. 20 † Habet etiam locum in conductione tacita renouata per tacitum conſenſum, ſecundum l. Item quæritur. § Qui impleto. ff. Locati, & infra capit. 398. Si aliquis, quia cenſetur renouata cum omnibus eius qualitatibus tacitæ hypothecæ, & prælationis, vt per Marſil. tract. bannit. in verbo, Bona, nume. 32. verſ. Item etiam, ac per Menoch.
4 tract. adipiſc. remed. 3. num. 157. q 27. † Procedit pariter in hæredibus horum locatorum, vt habeant hanc tacitam hypothecam, ſecundum tradita per Rebuff. d. tract. De literis oblig. art 4. gloſſ. 2. num. 23. & notatum ſupra cap. præcedentib. vt hæredes colonorum poſſint iurare ad formam illorum Statutorum.

b Præferatur omnibus creditoribus] Quid ſi de iure communi, notatum eſt ſupra cap. 232. Licitum ſit, in hoc verbo, volum. 1.

c Etiam tempore anterioribus] † Hoc priuilegium prælationis inducitur de nouo per hoc Statutũ, quicquid tenuerit in contrarium Iaſ. in §. Item Seruiana, num. 60. Inſtitu. de act. vt eſt notatum d. c. 233. Licitũ ſit, in verbo, Præferatur omnibus creditoribus, vol. 1. declarãdo, vt per Caroc d.
6 verſ. Inuectis, ad fi. † Quot aut domus, vel res locator ad habitandum tantum, & tunc non præfertur, aut ad cõſeruandũ, prout ſunt horrea, apothecæ, & ſimilia, & tũc præfertur ſecũ
7 dũ ipſum Caroc. d. verſic. Inuectis, ad finem. † Priuilegia autem tria inducuntur ex Statutis ſub hac Rubrica poſitis ad beneficium dominorum, & locatorum, contra colonos, fictabiles, & inquilinos. Primum enim priuilegium notatum eſt ſupra, capit. 379 Nullus, vbi cauetur, quod ſi diſceſſerit non ſatisfacto debito, quod Domini cum quibus collocantur, teneantur eos expellere, alias ipſi tenentur ſatisfacere, vbi ſint ſuppoſiti, ſed ſi ſint non ſuppoſiti, priuantur beneficio, & auxilio Statutorum, vt ibi pariter diſponitur. Datur vlterius perſonalis detentio contra eos, & illos de familia eorum maiores annis quatuordecim, modo quo cauetur ibi, verſic. Item per omnia, cum ibi notatis. In capitulo autem ſequenti datur ſecundum priuilegium hypothecæ, tam in bonis ipſorum colonorum, quam aliorum de familia, modo quo ibi cauetur. In hoc Statuto inducitur tertium priuilegium principale prælationis in fructibus in prædijs ruſticis, & in inuectis, & illatis in domum conductam, modo quo infra explicabitur late. Quartum inducitur priuilegium ex Statuto, in primo volum. ca. 163. Pro debito, quod hæ perſonę poſſint capi pro eorum debito. Quintum autẽ priuilegium eſt notatum in cap. 232. Licitum ſit, eiuſdem volum. quod poſſit propria authoritate Dominus, & locator capere bona conductoris.

e Vel quocunque priuilegio priuilegiatis] De his perſonis priuilegiatis, late notat Fanus tract. pign. 5. parte princ. membro 2. nu. 22. cum ſeq. exemplificando, prout ſunt mu-
8 lieres in dotibus. † De iure communi etiam mulier habens expreſſam non præfertur locatori expreſſam habenti, ſecun
9 dum Caroc. verſ. Qui potiores, n. 1. † Imò locator prior in expreſſa hypotheca præfertur mulieri poſteriori habẽti expreſſam, licet poſt inſtrumentum mulieris factum ſit inſtrumentum calculi inter locatorem, & conductorem cum hypotheca, quia hoc ſecundum refertur ad primum, vt per eundem Caroc. d. verſ. Qui potiores, num. 3.

f Coloni] † Hoc verbum comprehendit tam conductorem
10 nummis, quam victualium, ſecundum notata per Romanũ ſing. 36. & Rebuff. tract. de literis obligator. articulo quarto. Gloſ. 2. numero 12. & ſequ. idem per Marſil. tract. bannit. in verbo, Bona, num. 31. vbi allegat etiam Gloſſam, & alios tenentes contrarium, & notatum in ſimili ſupra capit. 387. Si
11 contingat, in verbo, Et Colonum. † Procedit etiam contra hæredes harum perſonarum hypotheca hęc, & prælatio, ut per Rebuff. d. tract. de literis obligat. art. 4. Gloſſa 2. nu. 23.
12 † Non tamen bona, & melioramenta ſucceſſoris, & fructus nati, & recollecti poſt mortem harum perſonarum tunc tacite hypothecata, ſecundum Borgninum decil. 28. numero 10. in addit.

g Vel inquilini] Inquilinus autem dicitur, ſiue ſit vrbanus, ſiue ruſticus, licet proprie videatur dici inquilinus, qui habitat in ciuitate, vt late notatum eſt ſupra ca. 379. Nul-
13 lus, in verbo, vel eius inquilinum, circa finem Statuti. † Hęc hypotheca in bonis inuectis, & illatis per inquilinum in domum conductam inducitur etiam de iure communi, vt tenet deciſio Peruſina 84 numero 1. vbi nume. 2. & 3 adducit
14 rationem parte 2. † Quod quidem procedit etiam in inquilino, qui vna tantum die hoſpitatur in aliqua domo pro rata penſionis illius diei, vt per Bal. in l. Certi iuris, numero 5. C. locati, & per Vrſill. ad Afflict. decil. 184. num. ſecundo.
15 † Nõ tamẽ procedit hęc diſpoſitio in bonis illatis per famulum, qui mercede conſtituta ſeruit alicui, veluti ſcholari in domo conducta per illum ſcholarem, quia ipſe famulus non poteſt dici inquilinus, vt tradit ſignanter Bald. d. l Certi iuris, num. 2. C. locati, & Antonius de Fano tract. pignor. parte 2. principali, membro quarto. nume. 151. idem Menoch. tract. adipiſcend. poſſeſſ. remed. 3. quæſtione 21. numer. 145. ac Bonacoſſa late in tract. de ſeruis, & famul. quæſtio. 108.
16 † Hęc diſpoſitio tacitæ hypothecę habet locum, etiam ſi domus fuerit locata tertio per conductorem, quia illius tertij bona inuecta, & illata remanent hypothecata primo locatori, ſecundum Marſil. tract. bannit. in verbo, Bona, num. 30. verſic. Item prædicta, & ſecundum Caroc. dicto verſiculo Inuectis, & illatis, numero 6. etiam infra dicetur communẽ
17 eſſe, in verbo, Et in rebus. † Facta reconductione etiam tacita, illata, & inuecta, remanent tacite obligata tanquam conſequentia ad reconductionem, ſecundum Afflictum deciſ. 365. num. 2. & ſecundum Ruinum conſ. 78. nu. 4. & 5. vol. 1. ac Crauet. conſ. 87. nume. 8. Idem Menochius tracta. adipiſc. remed. 3. nume. 358. & Caroc. dicto verbo, Inuectis,
18 num. 23. † Dubium ſi oriatur, vtrum quis ſit inquilinus, vel potius colonus ex eo quod habeat domum, & prædia conducta, tunc inſpiciendum eſt quod principaliter fuerit conductum, vtrum ſit domus, & tunc dicitur inquilinus, aut prædium, & dicitur colonus, vt notauit Bald. in l.
19 Si certi iuris, num. 4. C. locati, quod multum ſeruit ſcire, † licet enim Statutum hoc mixtim loquatur de colono, & inquilino, tamen inter eos eſt longa differentia, tam de iure communi, quo ad hypothecam, quam ex hoc Statu-
20 to quo ad prælationem. † De iure enim communi quo ad tacitam hypothecam, cum dicto iure non detur prælatio, vt relatiue notatum eſt ſupra. † Bona inuecta, & illa-
20 ta in domum inquilini ſunt tacite hypothecata, ſiue Dominus, vel locator ſciat illa illata, ſiue ignoret, ſed bona illata, & inuecta in prædio ruſtico coloni, uel fictabilis demũ hypothecantur, ſi Dominus, vel locator id ſciat, ſecundum communem Scribentium ſententiam, vt tradit Aretin. l. ſolutum. §. Solutam, ad fin. ff. de pign. act. & Iaſon in d. §. Item

r 2 Ser-

Digitized by Google

Seruiana, nu. 29. & 30. Inſtit. de actionib. ac Fanus d. tract.
pignor. parte princ. 2. membro 4. n. 145. idem Rebuff. tract.
de literis oblig. art. 4. Gloſ. 2. num. 35. Communem dicit
21 Menoch. tract. adipiſcend. remed. 3. num. 34. & ſeq. † Verum
(quod plus eſt) ipſe Menoch. de mente Franciſci Couani in
ſuis commentarijs iuris ciuilis, lib. 4. c. 16. num. 5. cum alijs
relatis per ipſum Menoch. d. remed. 3. num. 37. & ſequen.
tenet ſecundum veriorem nullam tacitam hypothecam in-
duci in bonis illatis in prædijs ruſticis, niſi ſit expreſſe cau-
tum, rationibus, vt ibi per eum. Et ex hac ratione, & opi-
nione moti fuere forte ſtatuentes dare ſolum prælationem
in bonis inuectis, & illatis tantum in domo conducta, non
autem in bonis inuectis in prædijs ruſticis, & hæc eſt diffe-
rentia ſtatutaria, quia ex hoc Statuto datur tantum præ-
latio in fructibus prædiorum ruſticorum, etiam in bonis
illatis, & inuectis in domo tantum inquilini, non autem in
22 bonis inuectis in prædijs ruſticis, vt videre licet. † Sed,
quod prælatio detur etiam in rebus poſſeſſis per ruſticum
colonum, cauetur ſupra capit. 232. Licitum ſit verſ. Et in
prædictis, volum. 1. † Secunda differentia de iure com-
muni eſt inter inquilinum, & colonum, quia etiam ſi inqui-
linus locet ſecundo domum conductam, bona ſecundi in-
quilini, illata in domum conductam remanent hypotheca-
ta pro penſione, quod minime eſt in bonis ſecundi condu-
ctoris prædij ruſtici, ſecũdum notata per Iaſ. d. §. Item Ser-
uiana, nume. 34. Inſtit. de actionib. Tertia differentia ad-
ducitur per ſcribentes, Saluianum interdictum non datur
niſi locatori prædij ruſtici, & non datur niſi contra condu-
ctorem, & hæredem conductoris. Seruiana autem actio da-
tur locatori, tam prędii ruſtici, quam vrbani, & contra quē-
cunq; extraneum poſſeſſorem, vt per Iaſ. in d. §. item Ser-
uiana, nu. 99. & 100. Inſtit. de action. declarando vt per eũ,
vbi etiam dicit Seruianam actionem eſſe onus reale, Saluia-
num autem interdictum perſonale, declarat late hanc dif-
ferentiam Menoch. tract. adipiſcend. remed. 3. q. 5. nu. 46.
cum ſeq.

h Vel partiarij] Quis ſit partiarius notatum eſt in text. in
l. Si merces, §. Vis maior, ad finem, ff. locati, & ſupra c. 232.
Licitum, in verbo, hoc, vol. 1. & ſupra c. 379. Nullus, in ver-
24 bo hoc, & alibi ſæpe in præcedẽtibus Statutis. † Tacita hy-
potheca etiam de iure communi inducitur in bonis illatis
in prædio ruſtico partiarij coloni, ſecundum tradita per
Bald. in l. Certi iuris, n. 6. C. locati, & ſecundum Socin. reg.
25 192. Inuecta, & illata, verſ 7. † Si tamen Dominus id ſciat,
vt tradit Iaſ. in d. §. Item Seruiana, nu. 29. inſtit. de actio. li-
cet ſecus ſit ſecundum opinionẽ Couani, & aliorum nota-
torum per Menoch. tract. adipiſ. remed. 3. nu. 37. & ſeq. late
idem diſcutit d. remed. 3. q. 10. nu. 82. cũ ſeq. & Caroc. tract.
26 locati, verſ. Inuectis, & illatis, nu. 2. † De iure etiam com-
muni tacita hypotheca inducitur in bonis inuectis, & illa-
tis in domum emphyteutæ, & conductoris ad longum tem-
pus pro penſione, & cenſu, vt notat Bald. in l. Certi iuris, nu.
8. C. locati, & Iaſon d. §. Item Seruiana, num. 52. inſtit. de
action. ac Marſil. tract bannit. in verbo, Bona, nu. 28. idem
Fanus tract. pignor. part. prin. 2. membro 4. num. 127. ad fin.
ac Menoch. tract. adipiſcen. remed. 3. quæſt. 14. num. 207.
27 † Quod autem hoc caſu Dominus directi, vel longi tem-
poris præferatur creditoribus anterioribus de iure com-
muni non diſponitur, nec hoc Statutum inducit de eo
28 non loquens. † Idem in bonis, & fructibus emphyteu-
tæ, quæ tacite ſunt hypothecata pro canone, ſecundum
29 Borguinum deciſion. 28. numer. 11. † Non tamen indu-
citur hypothecata in bonis inuectis, & illatis per famu-
lum in domo domini, quia illa non obligantur tacite
pro ſeruitio, vt per Caroc. dict. verſ. Inuectis, & illatis,
num. 22.

i Cum hypotheca] Singulare hoc priuilegium ad benefi-
cium dominorum, & locatorum inducitur per hoc Statu-
tum, quod hi præferantur cum tacita hypotheca creditori-
bus anterioribus, & habentibus expreſſam hypothecam.
30 † Rationes autem hæ præcipue adduci poſſunt reſpectu
fructuum, ex eo quod ſint collecti ex bonis proprijs loca-
torum, nil ideo mirum, ſi debent cæteris præferri, prout ẽt
in ſimili præfertur mutuans pecuniam expreſſe, & ſpecifice
ad aliquid emendum, quod ſit ſpecialiter ad hoc obliga-
tum, vt tradit ſignanter Fanus d. tract. pign. parte princ. 5.
31 membro 2. numer. 17. limit. 2. † Quo autem ad alia bona
inuecta, & illata in domum, illa fuit etiam ratio præci-
pua, quæ colligitur ex l. Huius, ad finem, ff. Qui potior.
in pign. habeantur, ex quo ſoluitur penſio domus prop-
ter quam quis ſe cõſeruauit, prout in ſimili late deducitur
per Fanũ d. parte 5. memb. 2. n. 15. & melius in part. prin. 2.
32 membro 4. nu. 141. † Hypothecaria obligatio eſt ad actio-
nem principalem acceſſoria ſecundum Burſatum conſ. 103.
33 nu. 10. vol. 2. † Hypotheca ſuper debito non trahitur ad li-
tis expenſas, ſecundum Burſatum ipſum conſ. 103. num. 22.
34 vol. 2. † Hypotheca ſuper fructibus extenditur ad pretium
quanti plurimi ex mora debitoris, vt per eundem Burſatum
35 d. conſ. 103. num. 26. vol. 1. † Differt autem hæc tacita hypo-
theca inducta per ius commune, & hoc Statutum, vt Domi-
nus, vel locator præferatur cęteris creditoribus etiam ante-
rioribus cum hypotheca expreſſa, vt habeat locũ ſi illa bo-
na, ſuper quibus conſtituitur hypotheca tacita, inferantur,
& inducantur in prædium, uel domum, vt per Iaſ. d. §. Item
Seruiana, num. 76. ad finem, Inſtit. de action. quod non eſt in
expreſſa, quia etiam ſi non inducantur, vel inducta non alie-
nentur, tranſeunt cum illo onere hypothecæ, quod non
eſt in tacita hac hypotheca, & hæc eſt ſecunda differentia,
cum ea non comitetur tertium poſſeſſorem, niſi fuerint in-
36 cluſa, vt ibi per Iaſ. numero 77. † Qualiter autem dica-
tur fieri incluſio eorum, notat idem, numero 78. Hæç
autem incluſio operatur mirabilem effectum, quem non
operatur expreſſa hypotheca, cum ea incluſa poſſint dein
Dominus, vel locator propria authoritate auferre, quod
non eſt in creditore alio cum expreſſa etiam hypotheca
abſque incluſione, vt ibi per Iaſon. numero 79. & 80.
37 vbi adducit rationem. † Tacita hæc hypotheca non in-
ducitur in bonis inuectis, & illatis per conductorem, vbi ſit
datus fideiuſſor, ſecundum Caroc. verſic. Inuectis, & illatis,
numero 21.

k In fructibus, qui ex terris ſuis, ſeu quas locauerat exie-
rint] Ratio huius Statuti nuper adducta fuit, ex quo in ſi-
mili mutuans expreſſe pecuniam ad aliquid emẽdum, quod
ſit ſpecialiter obligatum, præfertur cæteris etiam anterio-
ribus, Fanus notat d. tract. pign d. parte 5. membro 2. num.
38 17. in limit. 2. † De iure etiam communi inducitur tacita
hypotheca, ſine tamen prælatione ipſo iure in fructibus na-
turalibus, non autem induſtrialibus, ſecũdum communem,
de qua per Iaſ. in l. Item quia, in princ. num. 14 ff. de pactis,
39 & latius d §. Item Seruiana, nu. 36. Inſtit. de action. † Quod
tamen habet locum in omnibus fructibus, vt per Marſ. d.
tract. bannit. in verbo, Bona, num. 34. verſ. Item intelligo, &
per Fanum tract. pign. d. 2. parte princ. membro 4. nu. 147.
40 & ſeq. † Si tamen adſit ſcientia Domini, vt per eum, & Me-
noch. tract. adipiſc. remed. 3. quæſt. 1. num. 127. Licet quo
ad ſcientiam reprobetur à Menoch. d. remed 3. quæſt. 10.
41 num. 113. cum ſeq. † Prælatio tamen hæc & hypotheca ta-
cita habet locum, donec remaneant penes colonum, vel in-
cludantur. Secus eſt ſi ſint alienata à colono, quia iſta hy-
potheca non ſequitur emptorem, ſecundum Iaſ. in d. l. Item
quia, in princ. num. 17 ff. de pact. & ſecundum Iaſ. d. §. Item
Seruiana, n. 77. ac Fanum d. tract. pign. parte princ. 2. mem-
bro 4. n. 249. atq; Rebuff. tract. de literis oblig. artic. 4. Gl. 2.
42 nu. 6. † Practica autem includendi eſt ibi notata, n. 7. De qua
etiam prius per Iaſ. d. § Item Seruiana, num. 78. & per Me-
noch. tract. adipiſc. remed. 3. nu. 220. cum ſeq. Quod idem
dictum fuit ſupra in bonis inuectis in domum conductam,
43 & infra dicetur etiam. † Fundus pariter ſi fuerit emptus ex
fructibus illis, non etiam ille tacite obligatur, & hypothe-
catur ſicut fructus, ſecundum Iaſon. d. l. Item quia, in princ.
nu. 17. & ſeq. ff. de pact. & in §. Item Seruiana, n. 37. Inſtit.
44 de actio. † Quod idem cenſendum eſt in prælatione, cũ Sta-
tutũ loquatur tantũ de fructibus, non autẽ de emptis ex eis.

l Et in rebus inuectis, & illatis] † De iure etiam Commu-
45 ni inuecta, & illata in domum erunt tacite obligata pro
penſione domus, vt per text. d. l. Item quia, in princ. vbi Scri-
bentes, ff. de pact. & in l. Certi iuris, vbi Bal. & cæteri, C. Lo-
cati, & in §. Item Seruiana, nu. 11. Inſtit. de actio. & per Mar-
ſil. tract. bannit. in verbo, Bona, n. 30. ac Carocium tract. Lo-
cati, verſ. Inuectis, & illatis, nu. 1. Idem per Fanum d. tract.
46 pign. parte princ. 2. memb. 4. nu. 128. † Quod Doctores ex-
tendunt communiter etiam inuectis, & illatis in prædijs ru-
ſticis ſciente Domino, vt tenet Iaſ. diſtinguendo d. §. Item
Seruiana, num. 29. & 30. Inſtit. de actio. ac Marſil. relatiue d.
verbo, Bona, n. 33. verſ. & iſta, Idem Caroc. d. verſ. Inuectis,
47 & illatis, nu. 13. † Ampliando, quod hæc ſcientia requiri-
tur, vt procedat in fructibus, tam naturalibus, quam indu-
ſtrialibus, nu. 14 atque Menoch. d. tract adipiſcen. remed. 3.
nu. 34. & ſeq. Licet ipſe ſecus teneat de mente multorum in
prædijs ruſticis, n. 37. & ſeq. declarando numeris ſequen. Ra-
48 tionem adducit in prædio vrbano, nu. 44. & ſequen. † Quæ
concluſio procedit tam in bonis præſentibus, quam futuris,
ſecundum notata per Marſil. tracta. bannit. in verbo, Bona,
49 num. 4. & Borgn. deciſ. 28. num. 12. in addit. † Declarando,
vt per

Digitized by Google

vt per Marſil. d. loco, quod ſi ſemel fuerint alienata cum
conſenſu creditoris, etiam quod redeant in bonis, & domi-
50 no debitoris non amplius ſunt obligata, vt ibi per eum. † Et
hæc concluſio procedit etiam ſi vno tantum die ſteterint
in domo, vel hoſpitio, ſecũdum Petr. Rauen. ſing. 71. & Marſ.
51 d. verbo, Bona, numer. 35. † Si tamen prius conſtet ea in-
uecta, & illata, vt per Rebuff. tract. de literis obligat. art. 4.
52 Gl. 2. nume. 34. ad fin. † Et quod ea intulerit animo relin-
quendi vſque ad finem locationis, quod ex qualitate re-
53 rum dignoſci debet; vt per Marſil. d. verbo, Bona nume. 34.
verſ. Item intellige, & clarius per Fanum d. tract. pign. par-
te 2. membro 4. num. 150. & per Caroc. verſic. Inuectis,
54 & illatis, nume. 15. & infra dicetur. † Et eo caſu ad indu-
cendum tantum hypothecam, & Saluianum interdictum
obtinendum, ſufficit probare poſſeſſionem ſolum huius co-
loni in his rebus illatis, & inuectis, vt not. Menoch. tracta.
55 adipiſc. remed. 4. num. 15. † Ratio autem potiſſimum, quę
mouet ſtatuenter ad inducendam hanc prælationem, illa
eſt, de qua ſupra dictum fuit, quia hæc penſio ſoluitur pro
conſeruatione inquilini in domo, vt per textum in d. l.
Huius, ad finem. ff. qui potior. in pign. Idem per Fanum in
tract. pignor. parte princ. 5. membro 2. numer. 15. & parte
56 princip. 2 membro 4. num. 141. † Cautela autem datur lo-
catori contra conductorem non ſoluẽtem penſionem, quod
faciat per inuentarium deſcribi inuecta, & illata in domum
cõductam, ad hoc vt ſint tacite hypothecata, vt per Caroc.
57 d. verſ. Inuectis, num. 25. † Prælatio ex diſpoſitione huius
Statuti habet locum, etiam quod dominus, vel locator ſibi
prouidiſſet de certo pignore ſpecialiter, quia ſicut non pro
hoc tollitur tacita hypotheca in alijs inuectis, & illatis, vt in
hac ſpecie notauit Bald. d. l. Certi iuris, num. 13. cum addit.
ibi, C. locati, item Iaſon late diſputando d. §. Item Seruiana,
num. 67. & duobus ſequen. Inſtit. de action. & Fanus d. par-
te 2. membro 4. num. 128. verſic. Quarto amplia, ac Menoc.
tract. adipiſc. remed. 3. quæſt. 25. num. 134. atque Caroc. d.
verſic. Inuectis, & illatis, nu. 10. Idem dicendum eſt in præ-
58 latione per hanc Statuti diſpoſitionem. † Prælatio hæc an
inducatur in bonis ſecundi conductoris illatis, & inuectis in
domum conductam, videtur dicendum quod non, cum ea
non cẽſeantur tacite hypothecata, vt per Romanũ ſing. 391.
Verum contraria opinio verior videtur, & communis, per
textum, in l. Solutam, §. Solutum, ff. de pign. action. idem
notauit Marſil. tract. bannit. in verbo, Bona, num. 30. verſic.
Item prædicta, Idem Socin. reg. 129. Inuecta, limit. 6. ad fi-
nem, ac Iaſon d. §. Item Seruiana, num. 34. Inſtit. de action.
Fanus tract. pign. parte princ. 2. membro 4. num. 135. † De-
clarando, vt ibi per eum, quod pro rata tantum domus quã
ſub conduxit, Idem Gomeſ. d. §. Item Seruiana, nume. 15. &
num. 32. Inſtit. de action. ac etiam Menoch. tract. adipiſcen.
remed. 3. num. 96. cum ſeq. & Caroc. d. verſ. Inuectis, & illa-
tis, num. 6. & 7. † niſi ille conductor ſecundus gratis inhabi-
taret, ſecundum Fanum d. parte 2. membro 4 nume. 136. &
Menoch. d. tract. adipiſcen. remed. 3. nume. 100. ad finem, ac
ſecundum Caroc. d. verſic. Inuectis, num 8. † Non autem
habet locum in ſecundo conductore prædij ruſtici, & ita in-
telligi debet deciſio Romani d. ſing. 391. per text. quem al-
legat, Ita declarat Menoch. d. tractat. adipiſcen. remed. 3.
59 nu. 99. cum ſequen. † Non autem quadrat reſponſio quam
notauit Fanus d. parte 2. membro 4 nu. 136. ad finem, quod
ille textus allegatus per Romanum loquatur in expreſſa hy
potheca, quia hoc eſt diuinare, & ea reprobatur per Menoc.
d. loco, remed. 98. vt ibi per eum: Eo igitur caſu quo indu-
citur tacita hypotheca, inducitur etiam prælatio per hoc
60 Statutum. Hæc † prælatio non tamen procedere videtur
in bonis minoris inuectis, & illatis in domum conductam,
quia nec etiam tacite hypothecatur, ſecundum notata per
Iaſ. in l. Item quia, in princ. num. 20. ff. de pact. & Iaſonem,
in §. Item Seruiana, num. 57. & in §. Fuerat, num. 47. Inſtit.
de action. ac ſecundum Marſil. relatiue d. verbo, Bona, n. 35.
Tamen contraria opinio communior videtur, vt notauit
Bald. d. l. Certi iuris, num. 11. Cod. locati, & Amanellus de
Claris ſing. 209. ac Fanus late tract. pign. parte prin. 2. mem-
61 bro 4. nu. 154. verſic. 9 † Quod autem hipothecantur vbi
domum conductam condignam conduxerit, ſecus ſi viuit
volando, vt faciunt quidam iuuenes, notauit Angel. l. finali,
nu. 2. Cod. de legit. tutor. & vt refert Marſil. d. tract. bannit.
in verbo, Bona, num. 30. verſi. Quod verum, Menoch. tamen
tract. adipiſcen. remed. 3. quæſt. 9. num. 65. cum ſequen. reci-
tat quatuor opiniones contrarias, & tandem, nume. 81. ad-
hæret opinioni, quod hypothecetur tacite, iſtas opiniones
62 refert diſtinguendo pariter deciſio Peruſ. 75. par. 2. † Quic-
quid ſit hypothecari omnino dicendum eſt, ſi in illatione
fuit adhibitus conſenſus tutoris, vel curatoris per l. 1. & 2.
ff. de rebus eorum, faciant notata per Bald. Angel. Caſtrenſ.
& Iaſ. d. l. Item quia, in princip. Idem Ferronius ſuis com-
mentar. titu. 3. de locat. §. 4. verſic. Ego cum deeſſent, & Ti-
raquell. tracta. communib. ibi, all. Gloſſa 8. de ſon marij,
numer. 189. licet in contrarium arguat, numer. 193. ac Re-
buff. tracta. de literis oblig. artic. 4. Gloſſa 2. numer. 41. idem
Viuius ſuis communibus, lib. 2. opin. 62. Conducens minor.
63 Ergo tali caſu habet locum prælatio. † Ceſſat pariter hæc
tacita hypotheca, ſi conductor dederit fideiuſſorem de ſol-
uendo penſionem, vt per Marſilium d. tract. bannit. in ver-
64 bo, Bona, num. 32. † Hæc tacita hypotheca, & conſequen-
ter prælatio non habet locum in rebus paternis inuectis, &
illatis per filiumfamilias in domo conducta per eum, niſi fi-
liusfamilias ſit negociator de voluntate patris, & eas indi-
cta domo tunc induxerit, vt per Iaſ. d. §. Item Seruiana, nu.
59. Inſtit. de action. per l. Si permittente, C. ad Senatũ Con-
65 ſultum Macedon. † Hæc pariter tacita hypotheca, & præ-
latio non habet locum in bonis Eccleſiaſticis inductis per
Eccleſiaſticum in domum conductam, vt per Bald. in l. Cer-
ti iuris, nume. 11. C. locati, & per Iaſonem de mente Ioan.
66 Fabri d. § Item Seruiana, num. 58 Inſtit. de action. † Non
inducitur etiam tacita hæc hypotheca, & prælatio, vbi in-
ferantur in domo conducta non animo quod ibi ea rema-
neant vſque ad finem locationis, ſed ſi à principio ibi inſer-
rentur cum intentione, quod ibi remanerent, tunc hypothe
carentur, etiam quod dein fuiſſent ablatæ, vt per Bald. d. l.
Certi iuris, quęſt. 6. nu. 9. C. locati, & late per Iaſ. in d. l. Item
quia, in princ. num 64 ff. de pact. ac in §. Item Seruiana, nu.
66. Inſtit. de action. atque Fanus d. tract. pign parte 2. mem-
bro 4 num. 142. & etiam Menoch. tract. adipiſcen. remed. 2.
quæſt. 3. num. 103. cum ſequen. Idem Carocius d. verſicu.
Inuectis, & illatis, nume. 12. & 18. verſic. Limitatur quinto.
67 † Quomodo autem dignoſcatur animus hic quod voluerit
ea relinquere vſque ad finem locationis, hoc remittitur ar-
bitrio Iudicis ex qualitate rerum, ſecundum dicta per Fa-
num, d. parte 2. membro 4. num. 150. verſ. Quod tamen vlti-
mum, & per Menochium tract. arbitr. lib 2. cent. 5. caſu 441.
numer. 5. & 6. ac Borgninum deciſ. 3. num. 19. † Poteſt ta-
men in eis fieri executio etiam quod ibi non eſſent perman-
ſuræ, ex eo quod ibi reperiantur, ſecundum Rebuff tract. de
68 literis oblig. artic. 4. Gloſſa 2. num. 25. & ſequenti. † Pręla-
tio, & hypotheca hęc non inducitur in rebus alienis, niſi
malitioſe fuerint inductę in domum Domino earum re-
rum ſciente, & patiente ſecundum communem relatam per
Iaſ. d. §. Item Seruiana, num. 53. & ſequen. Inſtit. de actio.
not. Rebuff. tract. de literis oblig. artic 9. Gloſſa 2. num. 36.
& Marſil. tract. bannit. in verbo, Bona, nu. 35. verſ. Item præ
dicta, ac Caroc. d. verſic. Inuectis, & illatis, nu. 17. & ſequen.
atque Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 5. caſu 441. nume. 5.
latius diſtinguendo. Quatuor caſus diſcurit idem Menoch.
tract. adipiſcen. remed. 3. quæſt. 15. num. 108. cum ſequent.
69 † Cẽſebitur etiam tacite obligata res inducta, & illata per
conductorem, in qua ipſe conductor habebat Publicianam,
ſecundum notata per Caroc. d. verſic. Inuectis, & illatis, nu.
70 28. verſic. Si tamen. † Bona autem illata, & inuecta in domũ
alicuius, qui habeat vxorem cenſentur eſſe vxoris, vel eius
viri, prout eſt domus, vt notauit Anchar. iun. ſua quæſt. 7.
libr. 1. niſi euidenter appareret ſpectare ad vxorem, etiam
quod eſſent in domo viri, veluti ſunt monilia, gorgeriæ, ve-
ſtes, annuli, collanę, & ſimilia, ſecundum Borgnin. deciſ. 31.
71 num. 43. verſicu. Et quando ſunt. † Non inducitur pariter
hypotheca, nec pręlatio per hoc Statutum in bonis venali-
bus inuectis, & illatis in domum conductam, quia tunc ceſ-
ſat ratio tacitę hypothecę, cum ibi non inferantur, vt per-
petuo ſint ſecundum l. Si prędijs. §. finali, vbi Gloſ. ff. In
quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacite contrahatur. Idem no-
tauit Bald. in l. certi iuris, num. 2. cum add. ibi. C. locati, &
Iaſon d. §. Item Seruiana, nume. 35. & 44. declarando vt per
eum, num. 51. Inſtit. de actio. ac Ferron. ſuis comment. titu.
3. de locat. §. 4. atque Marſ. d tract. bannit. in verbo, Bona,
nume. 33. verſ. Quod intellige, ac etiam Fanum tract. pign.
parte princ. 2. memb. 4. nu. 150. & 153. limit. 7. & Menoch.
tract. arbitr. lib 2. cent. 5. caſu 441. num. 7. Verum idem Me-
noch. tract. adipiſc. remed. 3. quæſt. 17. numero 126. cum ſe-
72 quen. diſtinguit quatuor caſus, vt ibi per eum. † Quando
autem venalia veniant in legato, notatum eſt per Duran.
tract. de arte teſtan. titulo 6. de legat. caut. 19. per totum.
73 † Bona minorum mobilia illata etiam in domum conductã,
quę ſeruando ſeruari non poſſunt, ſunt tacite hypothe-
cata pro penſione domus ſine aliquo Iudicis decreto,
aut inferantur bona, quę ſeruando ſeruari poſſunt, &

Digitized by Google

tunc non cēſetur tacite hypothecata,ſecundum Caroc.verſ.
74 Inuectis, & illatis, nume.19. † Quæ concluſio declaratur
non procedere, ſi creditor dictorum bonorum poſſeſſionem
haberet,nam poſſet eam retinere vſq; ad quantitatem, qua
minorem vtilitatem habuit,vt per eundem Caroc.ibi,n.20.
75 † Tacita hypotheca hæc, & prælatio non habet quoq; lo-
cum in pecunia illata in domum conductam,vt expendatur
quotidie,ſecus eſt, ſi inferatur ibi in arca remanſura, vt de-
clarauit Gomeſ.d.§.Item Seruiana, nu.20.& ſeq. vbi etiam
Taſſius,nu 22.& ſeq. Sic diſtinguit Menoch.d.tract.adipiſc.
76 remed.3.quæſt.18.nu.134.cum ſeq. † Inſtrumenta quoque
aratoria, & boues non veniunt in hypotheca pro penſione,
ſecundū notata per Bertach.tract.de gabellis,parte 8.mem-
77 bro 2.n.20.ad finem. † Hypotheca hæc,& prælatio non ha-
bet etiam locum in veſtibus omnibus mulieribus,& lecto do-
tali, licet non ad vſum mulieris ſolius, ſed promiſcuum, &
in alijs rebus dotalibus durante matrimonio, iuxta diſpoſi-
tionem apertam ſupra,cap.254 Veſtes,volum.1.Nec etiam
in alijs rebus vxoris, ut notauit Bald.in l. Si aduerſarius,C.
ad Velleianū, niſi ipſa mulier eſſet conductrix,vt per Marſi.
d.tract.bannit.in verbo, Bona,n.35.verſ. Quid autem in bo-
nis,declarando etiam vt per Vrſil.ad Afflict.deciſ.184 n.5.
78 & 6. † Veſtes quoq; quotidianæ ſunt exemptæ ab hac ta-
cita hypotheca, & prælatione, ſecundum tradita per Bald.
in d.l.Certi iuris,num.9.C.locati, & Iaſ.in §.Item Seruia-
na,num.63.Inſtit.de action.ac per Fanum d.parte princ.2.
membro 4.num.151.atque Menochium tract.adipiſcen.re-
79 med.3.quæſt 19. nume.139. † In hac tacita hypotheca, &
prælatione non comprehenduntur ea, quæ non veniunt in
obligatione generali,prout lecti,& alia ſuppellectilia, vt la-
te deduxit Iaſ.dict.§.Item Seruiana,numero 63.Inſtitut.de
action.& Fanus tractatu,pignor.parte ſecunda, membro 4.
numero 151.verſic.5. ac late Caroc.d.verſic.Inuectis, & il-
latis,numero 16.allegando alios, Idem Menoch.d.tractatu,
adipiſcen.remed.3.quæſtio.19.numero 140.declarando vt
ibi per eum. Vbi alia extent illata,alias etiam hę compre-
henduntur in obligatione, & hypotheca, vt ibi per eum de
70 mente Gomeſij, & aliorum. † Boues ararorij an ſint tacite
hypothecati quod non, notat Bertachinus de Gabell. 8.
parte membro 2. numero 20. ad finem. Opiniones contra-
81 rias allegat Caroc. d. verſic. inuectis, numero 26. † Libri
pariter ſcholarium, & arma militum non comprehendun-
tur in hac hypotheca tacita, & pręlatione. De libris enim
notatum eſt per Iaſ.d.§.Item Seruiana,numero 64.licet ſub
dubio hoc dicat Inſtit. de action. De armis autem tradit
Taſſius dict.§ Item Seruiana,num.23.Quos refert Menoch.
82 d.remed.Tertio quęſt.19.num.141. † Non habet pariter
locum hęc hypotheca, & pręlatio in inſtrumentis, in qui-
bus continentur nomina debitorum conductoris illatis in
domo conducta, tum quia non veniunt generali hypotheca
bonorum, tum quia ibi non ſunt illata, vt ibi permanerent,
ſecundum allegata per Petrum, Cynum, & Salic. d.l.certi
iuris, quęſt.4.C.Locati, & per Ang.Aret.d.§. Item Seruia-
na,num.15.vbi Iaſ.nu.41.Inſtit.de actio.& Fanus d.tract.
pignor. parte 2 membro 4. nume.133. verſic.8 Limita, ac
Rebuff.tract.de literis oblig.Gloſſa 2.num.42.atque Menoc.
tract.adipiſcen.remed.3.quęſt.20.numer.142.cum ſequen.
vbi allegat Taſſium diſſentientem d.§.Item Seruiana,num.
83 19.Sed male,idem Vrſill.ad Afflict.deciſ.184 num.3. † Non
habet pariter locum hęc pręlatio, vbi ſit neceſſe hęc bona
illata,& inuecta in domum conductam diſtrahere pro fune-
re inquilini, vbi alia non adſint. Si tamen aliquid ſupereſt
eis diſtractis datur Domino, vel locatori, vt textus tenet in
84 l.Et ſi quis, §.1 ff. de relig. & ſumpt. fun. † Nam funeria
impenſa pręfertur omnibus creditoribus habentibus taci-
tam hypothecam,& omni ęri alieno,ſiue hypothecę,ſecun-
dum notat per Foller. in conſtit.regni, Rubrica de ſumma
Trini.verſic.Peruenit,num.20.& duobus ſequen.verſic.Sed
85 cum † Hoc priuilegium pręlationis, & tacitę hypothecę
non ſequitur bona,quin ea poſſint alienari,niſi includantur
à Domino, vel locatore, & ſic fiat eorum repoſitio cum de-
ſcriptione, iuxta text.l.Eſt difficile,ff.quibus modis pign.
vel hypoth.tacite contrahatur, vt in his terminis tradit
Bald.d.l.Certi iuris nume.12. C.Locati, Scilicet quod re-
quiratur apprehenſio horum illatorum, ad hoc vt Domi-
nus, vel locator dicatur poſſidere, ita Iaſ.in §.Item Seruia
na, numer.81 Inſtit.de actio.ac Menoch.d.tractat.de ad-
piſcend.remed.3.numer.51. & ſeq. † Et ſi non apprehen-
dantur, ceſſat hypotheca,& pręlatio hęc, ubi alienentur,ut
tenet diſputando Iaſon d.§ Item Seruiana, numero 76. &
ſequent. licet dubitet numero 51. verſicul. Apud me, &
Menoch.d.tracta.adipiſcen.remed.3.numer.131. ad finem,
86 vbi loquitur in mercibus venalibus tantum. † Verum in
alijs bonis inuectis, & illatis per conductorem, quod illa
hypotheca tranſeat contra tertium emptorem,contra Iaſo-
nis opinionem tenet dari vtile interdictum Saluianum Fa-
nus tract.pign.parte 2.memb.4.nu.131.cum ſeq. idem Me-
87 noch.d.remed.3. quęſt.7.nu.55. cum ſeq. † Hę autem res
poſſunt includi propria authoritate per Dominum, uel lo-
catorem, ut notauit Iaſon d.l.Item quia, in princ. nu.2.&
Iaſon in §.Item Seruiana,n.79.ad finem,Inſtit. de action.
ac Menoch.tract.adipiſcen.remed.5.num.134.& late nota-
tum ſupra ca.111.Quolibet die,in verbo,Poſſit fieri ſeque-
ſtratio,vol.1.vbi etiam notatum eſt,an poſſint releuari per
88 fideiuſſorem. † An autem incluſę poſſint retineri in totum,
ueluti ſi ſint pretioſę,quod ſic, firmat Iaſon contra Fabrum
d.§.Idem Seruiana,declarando ut ibi per eum,nu.61.& ſeq.
89 † Incluſio autem hęc,& captio poteſt fieri, etiam quod in-
ſtrumentum locationis eſſet factum alibi pro re hic ſita, ut
in his terminis tenet Rebuff.ſuo tract. de literis oblig.art.4.
90 Gl.2.num.12. † Quę quidem fieri poteſt de omnibus bonis
inuectis,& illatis, etiam ſi ſint ſecundi cōductoris,quicquid
ſit quo ad hypothecam,ut ſupra deductum, ut per eundem
Rebuff.tract. de literis oblig.artic.4. Gl.2.num.13. Etiam
ſi ibi non eſſent permanſurę perpetuo,ut ibi per eum,n.25.
Etiam ſi Dominus neſciuerit ibi illatas,ut ibi per eū,nu.26.
Etiam quod eſſent uenales, ut ibi per eum, nume.28. † Et
etiam quod eſſent exportatę clanculum à conductore, ut
ibi per eum,num.29. † Ac ſi etiam datus eſſet fideiuſſor, li-
cet eis caſibus ceſſaret hypotheca, ut per eundem locis alle-
gatis ſupra. † Etiam ſi eſſent bona Doctorum,ut ibi per eū,
91 num.17. † niſi eſſent libri Doctoris, uel ſcholaris, ut per
eum ibi, numero 18. quia hi non poſſunt capi, niſi pro ali-
mentis,pro infirmitate & funeralibus,ut per eum ibi,nu.19.
92 † Quę tamen incluſio,& captio non poteſt fieri ante termi-
num elapſum penſionis, vt per eum ibi, num.43. ac niſi ſit
93 ſuſpectus ad hoc vt caueat,† quę etiam fieri non poteſt pro
deterioratione domus, niſi id expreſſe cautum ſit, vt ibi per
94 eundem,num.32. † Tertio non procedit, ſi non conſtet de
locatione,vt ibi,nu.34. † Quarto non procedit, ſi bona in-
95 uecta ſint aliena, vt ibi per ipſum, num.36. † Quinto ſi ſint
extra domum,vel penes tertium, non poſſunt includi, quia
rerum immobilium eſt uilis poſſeſſio,ut per ipſum ibi,n.38.
96 † niſi ad illum tertium ueniſſent iure hęreditario, uel lucra-
tiuo in fraudem, uel iſta mobilia eſſent obligata expreſſe,
97 ut per Rebuff d.loco, num.39.& 40. † Sexto non procedit,ſi
conductor migraſſet extra domum cum ſuis mobilibus per-
mittente Domino, quia ea non poſſent capi, tum quia mo-
bilia non habent ſequelam, tum quia facta eſſet nouatio, ut
ibi per eum,num.33.

m In domum conductam] † Ergo,ſecus infertur non ha-
98 bere locum in bonis illatis in prędijs ruſticis, cum tantum
hic loquatur de illatis in domū,moti fuerunt forte ſtatuen-
tes ex opinione Communi, & aliorum, per Menoch.relat.
d.tract.adipiſcen.remed.3.nu.36.cum ſeq.ubi notat ſecun-
dum ueriorem non dari hypothecam tacitam in prædijs
ruſticis,licet communis ſit contraria, & ibi citat Commu-
nem,num.34.& ſeq. Verum quod detur etiam in illis reb.
prælatio cauetur ſupra c.252. Licitum ſit, uerſ. Et in præ-
99 dictis,uol.1.† Habet etiam locum in horreis,area,ſtabulo,
& apotheca conductoris,uel iunctis domui,ut illata, & in-
uecta in eis ſint tacite hypothecata, & in his habeat locum
conſequenter prælatio,ſecundum notata in his terminis p
Marſil.d.tract.bannit.in uerbo,Bona,num.33.& ſeq. idem
per Fanum d.parte 2 memb.4.nu.138.uerſ. Quinto amplia,
& Rebuff.tract.de literis oblig.art.4 gl.2. num. 24. ac Me-
noch.tract.adipiſc.remed.3.q.22. num. 147. Idem Caroc.
100 d.uerſ. Inuectis, num. 11. † Extenditur hæc concluſio, ut
procedat,etiam ſi ſint illatæ in porticu, domui annexo, li-
cet enim appellatione domus non ueniat porticus, ſecun-
dum ſcribentes in l.Cætera, §.Hoc Senatus Conſultum, &
maxime Iaſonem,num.6. ibi, tamen hoc caſu comprehen-
ditur porticus,ut in his terminis firmauit Marſil.tract.ban-
nit.in uerbo,Bona,nu.38. & Fanus d.tract.pign.parte prin.
2.membro 4.num 139.ac Rebuff.d.tract.de literis obligat.
artic.4.gloſſa 2 num.24.atq; Menoch.d.tract adipiſcen.re-
med.3.quæſt.22.num.146.cum ſeq.& Caroc.d. uerſ. Inue-
101 ctis,num.11.† Hæc pariter procedit non ſolum ex hoc Sta-
tuto,ſed ex diſpoſitione etiam iuris communis in inuectis,
& illatis in naui: Nam in his inducitur hypotheca tacita,
& prælatio: De hypotheca tradit Bald.d.l.Certi iuris, n.7.
uerſ. Quid ergo C.locati,& Marſil. tract. bannit.in uerbo,
Bona, num.34. uerſ. Item prædicta habent. De hypothe-
ca, & prælatione firmat Fanus dict. parte 2. membro 4.
num.

Digitized by Google

num. 140. & ſeq. Mouetur ex illa ratione ſupra notata, quia debeatur merces illa pro conſeruatione illarum rerũ ideo inducatur etiam prælatio, per text. in l. Huius, ad fin. ff. Qui potior. in pign. Fanum ſimpliciter allegando, & per Menoch. d. tract. adipiſcen. d. remed. 3. quæſt. 23. num. 150.
101 & ſeq. Hoc etiam procedit in molendino, in quo habitaretur, quia etiam eo caſu inducitur tacita hypotheca in illatis, & inuectis, & æquiparatur tunc vrbano, ſed ſecus ſi in eo non habitaretur, vt firmat Fanus, d. parte princ. 2. membro 4. num. 144. Limit. 1. ita declarat Bald. d. l. Certi iuris, nu. 7. verſ. Quid de molendino, & Menoch. d. 3. remed. quæſt. 24.
103 num. 157. & ſeq. † Vtrum autem molendinum ſit prædiũ ruſticum vel vrbanum, tradit Tiraq. tract. retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 92.

n Pro fictis, & redditibus] Et ſic tam pro fictis nummorũ, quam victualium, quam etiam penſionibus domus, etiam non in pecunia numerata per ſupra deducta, vt per Fanum d. tract. pign. parte princ. 2. membro 4. numer. 138. verſ. 3. Amplia, & per Menoch. tract. adipiſcen. remed. 3. quæſt. 10.
104 num. 88. cum ſequen. † Procedit etiam in fictis, & redditibus tacitis per reconductionem tacitam, vt ſupra expoſitum, ex quo cenſetur renouata cum eiſdem qualitatibus, ſecundum tradita per Menoch. d. tract. adipiſcen. remed. 3.
105 quæſt. 37. num. 157. † Hæc hypotheca, & prælatio habet locum non ſolum pro victis, & penſionibus domus, ſed etiã pro deterioratione in eadem facta ab eius inquilino, ſecundum text. in l. Pannonius, ff. in quibus cauſis pignor. tacite contrah. & ſecundum Iaſ. d. §. Item Seruiana, num. 22. Inſtit. de action. ac Marſilium tract. bannit. in verbo, Bona, n. 30 verſ. Et prædicta vera, idem ſecundum Fanum d. tract. pign. parte princ. 2. membro 4. num. 129. atque Ferronium d. ſuis commentarijs, tit. 3. locati, §. 4. verſ. Id vero, & Paponem ſuis commentar. §. 117. ad finem, ac ſecundum Rebuff. tract. de literis oblig. art. 4 Gloſſa 2. nume. 32. & Menochium tract. adipiſcend. remed. 3. quæſt. 10. num. 92. & quæſt. 12. num. 102. & per Caroc. tract. locati, verſ. Inuectis, & illatis, num. 3. Quod procedit, & habet locum, etiam
9 ſi illæ res ſint ſecundi conductoris, qui gratis in habitaret, vt late tradit Fanus d. 2. parte, memb. 4. num. 138. reprobãdo opinionem Iaſonis tenentis contrarium d. l. Item quia, num. 1. In limit. 2. Confirmat opinionem Fani Menoch. d. tract. adipiſcen. remed. 3. quæſt. 12. num. 102. & Caroc. dict.
106 verſ. Inuectis, & illatis, num. 9 † Licet pro penſione hæ res ſecundi conductoris non cenſeantur hypothecatæ, vt notauit Menoch. d loco, num. 100. ad finem, & Viſill. ad Afflict. deciſ. 184. num. 6. ad finem, & ſupra notatum, in ver-
107 bo, In rebus. † Idem eſt dicendum in fideiuſſore conductoris, vt teneatur non ſolum pro penſione, ſed etiam pro appendicijs, & pro deterioratione domus, vt per Bart. in l. Amiſſi ruina, §. Fideiuſſores, ff. de fideiuſſ. & Romanum ſingul. 425. ac per Ferron. d. commentar. tit. tertio locati, §. 4. verſ. Plura, & Petrum Rauen. ſingul. 224. atque Rebuff. tract. de literis oblig. art. 4. glo. 2. num. 31.

o Et pro alijs cauſis comprehenſis in Statuto licitum ſit] Quod eſt cap. 232. Licitum ſit, Quæ cauſæ ibi exprimun-
108 tur, in verſ. Item pro Baldo, & ſequ. volum. 1. † Poſſunt autem hæc illata, & inuecta includi etiam propria authoritate per creditorem dominum pro hac penſione domus ſecundum notata per Marſil. d. verbo, Bona, num. 36. verſic. Et ſcias, & per Menoch. tract. adipiſcen. remed. 5. numer. 6. verſ. 4. accedat, & num. 134. & notatum late cap. 111. Qui-
109 libet, in verbo, Conteſtatio, & ſequeſtrum, volum. 1. † Poſſunt hæc inuecta, & illata retineri etiam pro alio credito domini, vel locatoris, non tamen cum prælatione, cum hoc
110 non dicant Doctores, nec hoc diſponat Statutum. † Quod autem poſſint retineri pro alio credito locatoris, notatum eſt per Fanum d. parte princip. 2. membro 4. num. 129 item per Caroc. d. verſ. Inuectis & illatis, num. 4. Et hoc ſi pro alio debito ſit obligata, alias non liceret retinere, niſi eſſet tradita ad hunc finem, vel conſtituatur ius in illa re, vel vel retinere vellet ratione impenſarum, vel melioramen-
111 torum, vt ibi per eundem Caroc. numer. 5. † Et etiam pro hoſpitatione vnius noctis, ſecundum Petrum Rauen. ſing. 71. & ſecundum Caroc. verſic. Inuectis, & illatis, numer. 24.

p Et adhibeatur fides pro prædictis] Quo ad quantitatem, ſcilicet victi vſq; ad libras quinquaginta Imperialium, prout ibi cauetur d. c. 132. Licitum ſit, verſ. De quo debito ſtetur, vol. 1.

q Salua reformatione facta reſpectu fictabilium ex forma præſentium Statutorum] Quod eſt, vt intelligatur reſpectu fictabilium ruralium, & illorum de ſua familia, vt caueatur ſupra capit. 205. Declaratur, verſic. Item pro declaratione Statuti poſiti ſub Rubrica generali, de robationibus.

r Credatur ſacramento ipſius] Quale debeat deferri hoc ſacramentum, & quomodo, & quo tempore, & loco, & coram quo Iudice, eſt diſcuſſum late ſupra, cap. 371. Statuitur, in verbo, Sacramento.

ſ Domini, vel locatoris] Habet locum etiam in hærede eorum, non autem ceſſionario, vt notatum eſt ſupra c. præ-
112 cedenti, in princip. † Caſus in quibus non ſit defferendũ his perſonis, notatum ſupra, d. cap. 371. Statuitur, in verbo, Domini.

De ruderibus, & ſtraminibus, & certis alijs relinquentibus domino per Maſſarios, & partiarios. Cap. CCCXCI.

SI contingat *a* colonum, partiarium, vel Maſſarium, *b* vel partiarium, & fictabilem ſimul in Ducatu, vel intra Corpora Sanctorum Mediolani *c* recedere, *d* teneatur relinquere *e* domino, ſeu locatori, *f* palleam ligatam & non ligatam, culmum, meliacham, ſtipulam, rappas, ſtacias, ſcharlionos, pallos, troſos vitium, & pachas, *g* ſi ſint de materia illius maſſarij, & alia rudera, & ſtramina illius maſſarieij, & quæ relinquenda *h* præſumantur eſſe de materia illius maſſarieij, *i* niſi probetur contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Socij qui dicantur.*

2 *Colonus, ſiue Maſſarius quam paleam teneatur dimittere in eius receſſu.*

3 *Palea ſtipula, & alia reperta penes Maſſarium cuius eſſe præſumantur.*

a COlonum, partiarium, vel maſſarium] † Qui dicun-
1 tur ſocij, l. ſi merces, §. vis maior, ad finem, ff. locati. Inter quos, & Dominum datur actio locati pro ſocio non locati, ſecundum Bart. numer. 9. vbi cæteri, & Iaſ. late, §. Item Seruiana, numero 11. & 12. Inſtit. de action. ac ſecundum Plottum, l. ſi quando, num. 135. ad finem, Cod. vnde vi.

b Vel partiarium, & fictabilem ſimul] Veluti ſi conducat fundum ad frumentum, vel victualia, & dimidium fructuũ, ſcilicet vitium, & arborum, prout quotidie ſit, quia tunc dicitur fictabilis reſpectu victualium, & partiarius reſpectu fructuum vitium, & arborum.

c Recedere] Quolibet modo recedat, ſiue ante finem locationis in caſibus notatis, ſupra, cap. 379. Nullus, in verbo etiam, ante fin. termini, vel poſt finitam locationem, cũ ſtatutum loquatur indiſtinctè, & indefinite.

d Teneantur relinquere] Et vbi non faciunt hæc, poſſunt cogi a Iudice iuris remedijs, de quibus per Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de mulctis, ad fin.

e Domino, vel locatori] Etiam quod non ſit Dominus, declarando, vt late ſupra notatum fuit, in cap. 379. Nullus, in hoc verbo.

f Palleam ligatam, vel non ligatam] † Quid ſi tempore
2 coloniæ, vel maſſaritij cœpti hic poſita non fuerint relicta à præcedenti colono, vel maſſario, vtrum relinquenda ſint per hunc ad formam huius ſtatuti? crederem, quod non, vt corrigatur minus, quam ſit poſſibile diſpoſitio iuris communis, & ſic ſtatutum hoc intelligi debeat in dubio, cum de iure communi bona conducta debeant relinqui in eo ſtatu, quo partiarius, vel colonus ea habuit, etiam quo ad ſemina, ſecundum Petrum de Vbaldis tractat. de duobus fratribus q. princ. 11. num. 44. & 56. & 66. & ſecundum Ruinum, conſ. 80. num. 1 & conſ. 88. num. 4. volum. 1. idem ſecundum deciſ. Peruſ. 14. nume. 6. parte 1. & 62. numer. 5. parte 2. & Menoch. conſil. 13. nume. 1. volum. 1. & conſil. 189. num. 4. volum. 2. ac ſecundum Caroc. verſic. reſtit. ſpoliatorum, num. 2. Verum huic interpretationi obſtant uerba generalia huius ſtatuti. Crederem autem hoc caſu obſeruandam conſuetudinem loci, ut tenet dec. Peruſ. 11. num. 4. parte 1.

g Si ſint de materia illius maſſarij] Vult dicere maſſaritij, & hic error prouenit in curia impreſſoris, ponderando etiam uerba ſequentia, quæ hoc innuunt, & omni eiunt plana.

h Præſumantur de materia illius maſſaritij] Hoc procedit ubi unus haberet tantum unum maſſaritium, ſed ſi plura maſſari-

maſſaritia haberet, pluresq; habitationes, uel locos, præ-
ſumerentur tunc hæ res relinquendæ illorum maſſaritio-
rum eſſe, ubi reperirentur. Sed ſi in una, & eadem habita-
tione repertæ ſimul fuerint ceſſaret hæc iuris præſump-
tio, ſed ad ratam perticatus, & coloniatum deberet fieri hęc
diuiſio.
i Niſi contrarium probetur] † Hæc igitur præſumptio
3 non eſt iuris, & de iure, quia tunc non admitteret proba-
tionem in contrarium, ut per Alciat. tractat. præſumpt. in
princ. parte 2. num. 2. & 3. demptis quibuſdam caſibus ibi
notatis.

DE EODEM.
Cap. CCCXCII.

a SI fictabilis ſit tantum, qui conduxerit ad denarios, b uel
aliter c ſedimen, & terras, uel terras tantum in Du-
catu, uel intra Corpora Sanctorum Mediolani, ab aliquo
domino, uel locatore, & contigerit d ipſam fictalitiam re-
linquere, e teneatur dimittere f domino, uel locatori g
ledamen, paleas ligatas, & non ligatas, ſtipulam, culmum,
& meliacham.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus quis dicatur.*
2 *Maſſarius quæ teneatur relinquere in fine locationis, & nu-
mer. 3.*

a SI fictabilis ſit, qui conduxerit ad denarios] Qui pro-
prie dicitur colonus, qui autem ad granum, uel ad alia
uictualia dicitur fictabilis, ut not. eſt ſupra c. 232. licitum
ſit, in his uerbis, uol. 1.
b Vel aliter] Ad uictualia, ſcilicet qui proprie dicetur fi-
ctabilis, ut nuper notat. fuit.
c Sedimen & terras] † Secus eſt ſi ſedimen tantum, quia
1 dicitur inquilinus, ratione autem terrarum, quæ principa-
liter conducuntur, dicitur fictabilis, vel colonus quis etiam
conducens domum, quia inſpicitur quod principaliter
agitur, & conducitur, ut tradit Bal. in l. certi iuris, nume. 4.
C. locati.
d Ipſum fictabilem relinquere] Loquitur indefinite ſtatu-
tum, ſiue ante finem locationis, ſiue poſt, ut notat. eſt c. prę-
cedenti, in hoc uerbo.
e Teneatur relinquere] Alias cogi poteſt per Iudicem, iu-
ris remedij, ut notatum eſt c. præcedenti, in his uerbis.
f Domino, uel locatori] Etiam quod non ſit Dominus,
quia inſpicitur ſolum ius conductionis.
g Ledamen, paleas ligatas, & non ligatas] † Ratio autem,
2 cur alia de quibus in partiario colono dicetur cap. præce-
denti, non teneatur relinquere, eſt potiſſimum illa, ex quo
ultra nummos, & mercedem promiſſam colonus non tene-
tur etiam quotannis dare paleam, ſecundum notata per Pe-
trum de Vbaldis d. tract. de duobus fratribus, parte 11 prin.
3 nume. 36. † Quod de iure communi notatum eſt à Caro-
cio, d. tract. locati, uerſ. Paleis, num. 5. † Fictabilis, & colo-
nus is ſi tempore locationis minus habuit ex his rebus, uel
plus quam ultimo anno habeat, an teneatur in eadem quā-
titate reſtituere, prout accepit iuxta diſpoſitionem iuris cō-
munis, de qua per Petrū de Vbaldis, d. tract. de duobus fra-
tribus, parte prin. 11. num. 44. 56. & 66. & per Ruin. d. conſ.
80. num. 1. & conſ. 88. uol. 1. ac dec. Peruſ. 14. nu. 6. parte 1.
& dec. etiam, nu. 5 parte 2. late diſcuſſum ſupra c. præced.
in uerbo, paleam ligatam.

DE EODEM.
Cap. CCCXCIII.

a TEneantur coloni, b partiarij, vel maſſarij, c vel fi-
ctabiles relinquere ſepes, ſeu ceſias, & d arbores cæ-
duas, ſeu cedi conſuetas, & quæ non ſunt cum cima, in,
& de tot folijs, e vt erant tempore inchoatæ fictalitiæ, vel
inchoati maſſaricij. Illas vero, quæ fuerint cum cima,
nullo modo ſine licentia Domini locatoris, vel eius nego-
tiorum geſtoris, f incidere, g nec agabare, h nec ſchal-
uare, i nec amouere poſſint, nec extirpare aliquas arbores
cum cima, nec ſine cima, abſq; ſpeciali licentia, vt ſupra, &
alias contrafacientes k incurrant pœnam dupli, l appli-
candam in totum damnum paſſo.

SVMMARIVM.

1 *Maſſarius quas arbores teneatur conſignare, & quomodo tenea-
tur pro arboribus inciſis, & destructis.*

a TEneantur coloni] Qui nummis colunt, vt notatum
eſt ſupra capit. 232. licitum ſit, in his verbis, volumi-
ne primo.
b Partiarij, vel maſſarii] Qui ad dimidiam colunt, & di-
cuntur ſocij, vt notatum fuit ſupra, cap. 302. ſi contingat, in
princip.
c Vel fictabilis] Quia ad victualia conducunt, qui pro-
prie fictabiles dicuntur, vt notat. eſt ſupra, cap. 232. licitum
ſit, in hoc verbo, vol. 1.
d Arbores cæduas] Nam alias arbores à cima, & fructife-
ras non poſſunt conductores incidere, niſi in certis caſibus,
vt late notatum fuit ſupra c. 366. ſi quis, in verbo, plantam
ſeu plantas, & capit. 371. ſtatutum, in verbo, arborum, &
1 cap. 381. Colonus, in verbo, alioquin ad damnum. † Te-
netur vlterius conductor conſignare tantum vites veteres,
vt tenet gloſſ. in l. ſi agri, ff. de vſufruct. & dec. Peruſ. 53.
num. 6. parte 1. ac Caroc. d. tractat. locati, verſ. expenſis,
ad finem.
e Vt erant tempore inchoatæ fictalitiæ, vel inchoati maſ-
2 ſaritij] † Idem eſt de iure communi, ſecundum Petrum
de Vbaldis, tracta. de duobus fratribus, parte princip. 11.
num. 44. 56. & 66. ac Ruinum conſ. 80. num. 1. & conſ. 88.
num. 4. vol. 1. idem dec. Peruſ. 14. nu. 6. parte 1. & dec. 62.
num. 5. parte 2.
f Incidere] In totum ſcilicet, quod pariter prohibitum eſt
de iure communi, vt ſupra not. fuit.
g Nec agabare] Incidendo cimas, & hoc pariter prohibe-
tur de iure communi, vt notatum fuit.
h Nec ſcaluare] Incidendo ramos ſcilicet, & hoc de iure
communi permittitur, quia hi dicuntur eorum fructus, vt
tradit Picus in l. Titia, §. Titia, cum nuberet, nu. 116. verſ.
præterea, ff. de leg. 2.
i Nec amouere, nec extirpare aliquas arbores cum cima]
3 † Idem cauetur de iure communi, vt notat Bal. Caſtrenſ.
& Alexand. late in l. diuortio, § ſi fundum, ff. de ſolut. matr.
Piccus d. l. Titia, §. Titia, cum nuberet, num. 116. ad fin. li-
mitando, vt duobus numeris ſeqq. ff. de leg. 2. idem tenet
Ruinus conſ. 88. in princ. vol. 1. & ſupra notatum d. c. 381.
4 Colonus, in verbo, alioquin ad damnum, & alibi. † Co-
lonus ſi diſtraxerit aliquas arbores, vel eius culpa, vel odio
extirpatæ, & deſtructæ fuerint, tenetur verſus Dominum,
ſecundum Caroc. d. tract. locati, verſ. rerum diuiſione, nu.
2. ſi tamen eius culpa ſit tale odium cauſatum, vt ibi per
5 eum. † Conductor qui ex pacto ſub pœna promiſit non
incidere arbores, ſi in fine locationis non reconſignet illas,
poteſt locator agere ad pœnam, niſi conductor probet ar-
bores defeciſſe caſu, ſecundum notata per Caroc. d. tract. lo-
cati, verſ. arborum furtim cæſarum, num. 1. & 2. Modo pœ-
na non excedat quadruplum, vt per eundem d. loco, num.
6 3. † Quod autem poſſit exigi pœna conuentionalis etiam
ex contractu locationis, quod eſt bonæ fidei, eſt notatum
7 ibi per eum, num. 4. † Secus eſt in curia mercatorum, vbi
agitur ex bono, & æquo, vel vbi ex clauſula commiſſionis
poteſt procedi ſola facti veritate inſpecta, vt ibi per eun-
dem, num. 5.
k Incurrant pœnam dupli] Idem cauetur ſupra c. 367. ſi
quis, verſ. ſi vero, vbi notatum.
l Applicandam in totum damnum paſſo] Declarando, vt
ſupra late, d. c. 367. ſi quis, in his verbis.

In quibus caſibus colonus non teneatur ſol- uere fictum, vel redditum, vt poſsit impune ad alia colonus ire.
Cap. CCCXCIV.

a SI colonus, b vel alius fictabilis c propter Domini,
vel locatoris ſui, d guerram, vel inimicitiam, e vel
cauſam, f vel propter communem guerram migraue-
rit, ſeu receſſerit, g ita, quod in colonia ſine periculo per-
manere non poſſet, h fictum, i vel redditum, k futuri
temporis l ſoluere non compellatur, m & ad aliam co-
loniam ſe poſſit n impune transferre. o Et ſi poſtea pax
fuerit, antequam ad aliam coloniam ſe transferat, rem, quā
antea conduxerat, colere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio penſionis an debet fieri per guerram, & inimicitiam.*

2 *Condu-*

Digitized by Google

2 *Conductor an poſſit recedere à colonia ob communem guerrā, vel periculum ipſius, vſque ad num. 7.*
8 *Conductor impeditus poteſt prætendere remiſſionem mercedis, & quis teneatur probare impedimentum, & quæ ſint cauſæ ob quas facienda eſt remiſſio, & quantum debeat eſſe damnum, & quomodo probetur, & quid ſtante pacto ſuper damno, & quid vbi ſuſceptum fuerit periculum, vſq; ad nu. 346.*
347 *Conductor an teneatur ad ratam pro tempore quo ſtetit in conductione.*
348 *Conductor an poſſit recedere à locatione impune, & quando, vſq; ad nu. 374.*
375 *Impunè cuius ſit ſignificationis.*
376 *Conductor recedens ob peſtem à conductione, an teneatur redire.*

a SI colonus] Qui nummis conducit fundum dicitur colonus proprie, vt notatum eſt ſupra cap. 232. licitum ſit, in hoc verbo, vol. 1.
b Vel alius fictabilis] Scilicet frumenti, vel alterius mercedis, in ſpecie notatum eſt ſupra, d. cap. 232. licitum ſit, in hoc verbo.
c Propter Domini, vel locatoris ſui] Etiam quod non ſit Dominus, ſed ſimplex poſſeſſor, & locator, quia inſpicitur ius locationis principaliter, vt not. fuit ſupra, d. c. 379. Nullus, in hoc verbo.
d Guerram, vel inimicitiam] † Particularem ſcilicet ali-
1 cuius cum ipſo Domino, de qua remiſſione notatum eſt, per Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de pœnis merced. conduct. num. 92. & infra dicetur.
e Vel cauſam] Quamcunque ſcilicet veluti quia fuiſſent vendita bona, vel euicta, cum tunc ſingularis ſucceſſor non teneatur ſtare locationi, vt infra cauetur, cap. 399. cum res, cum ibi notatis.
f Vel propter communem guerram] † Intellige de bel-
2 lo ſuperiorum, quo caſu licet recedere à colonia, ſecundum Alciatum conſ. 146. num. 1. ad finem, & 5. & ſecundum Carocium verſ. remiſſione, num. 41. Idem ſi adſit iuſta cauſa
3 timoris belli, num. 42. † Limitatur primo, ſi conduxiſſet tempore belli, vt per eundem Carocium ibi, numer. 43.
4 † Secundo limitatur, vt teneatur ad penſionē, vbi non reſtituiſſet claues, vel retinuiſſet ibi mobilia, vbi eſſet domus
5 conducta, vt per Caroc. d. loco, nu. 51. † Nam debet proteſtari, vt infra notat. eſt, in verbo, & ad aliam coloniam.
6 † Alios caſus in quibus colonus poteſt recedere ante fructuum locationem à colonia notatos vide infra in verbo, & ad aliam coloniam.
g Ita quod ſine periculo permanere non poſſit] † Re-
7 quiritur igitur iuſtus timor periculi, vt in his terminis notauit Ripa tract. de peſte, titul. de priuileg. contract. peſtis, num. 26. & Ferron. ſuis conſuetud. tit. tertio locat. §. tertio, in princip. ad Burſatum, conſil. 81. num. 8. vol. 1. atq; Caroc. tractat. locati, verſic. remiſſione mercedis, numer. 42.
h Vel relictum] Quando eſt in victualibus.
i Futuri temporis] Idem de iure communi remiſſio, eſt fienda in ficto præterito, ſi damnum prouenerit ex dictis cauſis, vel alijs, de quibus infra, ex facto locatoris, vel caſu ſine culpa colonorū ad ratam damni dati, vt per Bart. l. ſi tem, §. item cum quidam, nu. 2. in ſua diſtinctione, ff. locati, idem q. 4. publicanus, num. 5. verſic. limita, quod declarando, vt per Practicum in forma libelli, quo agitur ad pręſtationem ficti, verſ. recuſauit, num. 2. cum addit. ibi, in litera A. & per Cæpollam caut. 135. nume. 1. ac Cottam ſuis memorab. in verbo, conductor, in princip. & ad finem, idem per Ferron. ſuis conſuet. tit. tertio locati, §. 6. in princip. idem per Soarez ſuis communibus, in verſicu. conductori inſigne, & per Viuium ſuis communibus, lib. 2. opin. 63. conductori remiſſio, ac Caroc. tract. locatione, verſ. remiſſione mercedis, n. 1.
8 † Impedito vlterius cōductore vtifrui locata, quod ſit fienda remiſſio præteritæ penſionis, & competat repetitio ſolutæ, notatum eſt per Burſatum conſil. 101. num. 6. volu. 1.
9 † Ipſi tamen cōductori competit onus probandi quod fuerit impeditus, vt tradit Ioſeph. Lud. ſuis communibus, con-
10 cluſ. 14. verſ. 37. † Cauſas autem ex quibus ſit fienda remiſſio explicat aliquas Bertach. tract. gabell. parte 2. nume. 53. Octauo autē notat Boſſ. tit. de remiſſione mercedis conduct. num. 37. Inter alias hæ ſunt, ſi conductor non poſſit vtifrui re conducta, quia tenetur locator ad remiſſionem damno-
11 rum, ſecundum Pariſ. conſ. 38. num. 1. volu. 1. † Quod procedit ſiue caſus prouidentia Diuina, ſiue hominis facto proceſſerit, vt ibi per d. Pariſ. num. 2. & 3. Damnum quoq; datum conductori ab exercitu, cui reſiſti non poſſit, operatur, vt remiſſio fieri debeat, ſecundum Curt. iun. conſ. 85. nu. 3.
Item de violentia facti tenetur locator Caroc. verſ. caſibus,
12 & periculis, nu. 21. † Propter peſtem etiam quod ſit fienda remiſſio conductori, tradit Vrſil. dec. 258. num. 1. Propter bellum vlterius ſit remiſſio, cum ſit de caſibus fortui-
13 tis, vt per Ceph. conſ. 257. num. 10. & 11. vol. 2. † Debitores vlterius conductorum, ſi ob guerram ſiant non ſoluendo, & ſic patiatur damnum conductor, ſit ei remiſſio, vt per
14 Soc. ſen. conſ. 156. num. 14. vol. 2. † Pro omni etiam tempeſtate de iure communi ſit remiſſio, ſecundum Ceph. conſ.
15 199. num. 11. volum. 2. † Idem ſi vi fluminis conductor ſit paſſus damnum, quia ſit reſtaurum; vt per eundem Cephal.
16 conſ. 257. num. 11. volum. 2. † Inquilino prætcrea inhabitanti domum, quæ minatur ruinam, eſt fiendam remiſſio, vt per Ripam de priuileg. contract. numer. 26. verſ. tertio
17 facit. † Ampliatur primo hæc concluſio, vt habeat locū etiam ſi conductor ſoluiſſet ficta rei locatæ, quam non potuit frui aliquo tempore, quia pro tempore prædicto poteſt repetere, vt per Oſaſc. dec. 98. numer. 11. & ſupra not.
18 † Ampliatur ſecundo, vt hoc procedat non ſolum in colono colente nummis, ſe etiam in eo, qui promiſiſſet puta decem corbes frumenti quotieſcunq; percipiantur fructus ex fundo, ſecundum Bertach. d. parte 2. num. 53. & Caroc. d.
19 verſ. remiſſione mercedis, num. 31. † Colono autem partiario non ſit remiſſio aliqua, vt per eundem Bertach. parte 2. nu. 53. verſ. non tamen, & Caroc. d. verſ. remiſſione mer-
20 ced. num. 19. † Quid autem in emphyteuta, & publicano,
21 infra dicetur. † Ampliatur tertio hæc concluſio in caſibus, in quibus conductor poteſt petere remiſſionem ob dānum, locator non poteſt dicere recedas à contractu locationis, & ſis exemptus à penſione pro dicto anno, vel tempore, vt contra Bal. id tenentem in l. licet q. 1. num. 2. Cod. locati, & Calcaneum, affirmat Boſſ. referendo d. tit. de remiſſione merced. conduct. num. 49. licet Bald. ſimpliciter referendo ſequatur Caroc. d. verſ. remiſſione mercedis, nu.
22 31. † Quod autem conductori non ſit fienda remiſſio, ſi facta denunciatione ſterilitatis locator obtulit ſe paratū ſuo periculo recipere fructus, & remittere penſionem, oblationemq; recuſauerit conductor, ſecundum trad. per Rol.
23 à Valle conſ. 86. nu. 9. volum. 3. † Vbi autem adeſſet conſuetudo, quod conductor poſſet renunciare cōductioni pro illo anno, quo eſt paſſus damnum, & in vna parte bonorum, in qua paſſus eſſet damnum vellet renunciare locationi in alijs non, minime audietur, niſi in totum renūciaret, ſi vnica in omnibus eſſet conſtituta merces, vel penſio, non autē
24 diuerſa, vt tradit Bart. de Capua ſing. 65. † Debet autem eſſe intollerabile damnum, & magnum, vt fieri debeat hæc remiſſio, ſecundum not. per Pariſ. conſ. 38. num. 14. vol. 1. & Nattam conſ. 449. numer. 1. volum. 1. ac Burſ. conſ. 193.
25 num. 27. volum. 2. † Quod ſine dubio dicitur intollerabile quando deductis expenſis nil penitus percipitur, vt per
26 eund. Pariſ. conſ. 38. nume. 20. volum. 1. † Quale autem debeat eſſe damnum, vel ex bello, vel aliter ex caſu fortuito, vt fieri debeat remiſſio ſunt variæ ſcribentium opiniones, de quibus per Pract. d. forma libelli, quo agitur ad ficti præſtationem, verſ. inueſtit. num. 10. ac Boſſium referendo tit. de remiſſ. merced. conduct. num. 4. & Ioſeph Lud. ſuis
27 commun. concluſ. 12. verſ. quæ autem ſterilitas. † Varietas autem Doctorum prouenit in hoc articulo, ex eo, quod iura non aperiunt, quando dicatur intollerabile dānum, vt tradit Boſſ. d. tit. de remiſ. merced. conduct. nu. 12. & ideo non eſſet abſurdum, quod ſtetur Iudicis arbitrio, vt per eundem, d. num. 12. verſ. & ideo, & num. 13. refert Burſ.
28 conſ. 81. num. 14. vol. 1. † Quod autem requiratur eſſe graue, ac intollerabile damnum, in quo ſtetur iudicis arbitrio, notatum eſt per Caroc. d. verſ. remiſ. mercedis, num. 2. vbi dicit communem eſſe, & per Burſ. conſil. 11. num. 28. vol. 1. Ideo datur cautela, quod probatur grauitas hæc damni, vt Iudex poſſit induci ad hoc arbitrandum, notatur per Ca-
29 roc. d. uerſ. remiſsione mercedis, nume. 3. & 4. † Quod autem propter exiguitatem fructuum perceptorum ex re locata nulla ſiat remiſsio, cum non dicatur ſterilitas, eſt notatum à Bertach. d. parte 2. gabell. nu. 52. ad finem, & Pract. d. verſ. inueſtiuit, nume. 9. verſ. aliquando allegat, ac per Gozad. conſil. 74. num. 4. atq; Pariſ. num. 38. num. 15. vol.
30 1. † Qualiter autem ſtetur arbitrio Iudicis notauit Bart. in l. ſi merces, §. vis maior, num. 4. ff. locati, & Caroc. dict. verſ.
31 remiſsione mercedis, num. 11. † Quod autem Iudex debeat hoc caſu arbitrari, fuit per Boſſ. notat. d. tit. de remiſ-
32 ſione, merced. conduct. num. 14. † Opinio autem illorum qui tenent ſufficere læſionem, & damnum in tertia parte fructuum, de qua per Gozad. conſ. 74. num. 3. eſt reprobata communiter, vt tradit Boſſ. d. loco, num. 33. Ipſe autem

Digitized by Google

33 Boſſ. tres opiniones refert communiter approbatas. † Prima illa eſt, quod fiat remiſſio, ſecundum vulgi opinionem, quādo per eā dicitur ſterilitas, quæ conſideratur, vt trad. Pract. d. forma libelli, quo agitur ad præſtationem ficti, verſ. inueſtiuit, num. 10. ad fin. & Boſſ. tit. de remiſſione merced. cōduct. num. 10. ac Grat. conſ. 161. num. 8. volum. 2. atq; Socin. iun. conſ. 78. num. 11. volum. 2. idem Pariſ. conſ. 38. nu. 21. volum. 1. Ruin. conſ. 81. num. 3. & 4. volum. 1. & Soarez ſuis commun. verſ. conductori læſione, & Capra ſuis commun. in verbo, remiſſio penſionis, idem Viuius ſuis commu. lib. 2. opin. 276. ſterilitas exigua, ac Vrſill. dec. 258. num. 12. communem dicit Caroc. d. verſ. remiſſione mercedis, n.
34 5. verſ. coadiuuatur. † Quod idem eſt ſi fiat pactum de faciendo reſtaurum ex damno notabili, quia intelligitur ſecundum vulgi opinionem, vt trad. Cephal. conſ. 199. num.
35 26. & conſ. 257. nume. 13. 14. & 27. volum. 2. † Secunda opinio illa eſt, ſi non liqueat Iudici, quando deductis impenſis, & ſemine non ſupereſt dimidium penſionis, vt colonus poſſit ſoluere, ſecundum not. per Bertach d. 2. parte gabel. num. 55. & per Boſſ. tit. de remiſſ. merced. conduct. nu. 1. ac Gozad. conſ. 74. nu. 1. & 2. idem per Grat. d. conſ. 161. num. 5. cum ſeq. volum. 2. & Pariſ conſ. 38. num. 23. vol. 1. vbi, num. 24. dicit non fieri remiſſionem, ſi colligantur fructus, qui ſufficiant ad penſionem, vt per eum quia tunc non dicitur damnum intollerabile, idem tenet Soc. iun. conſ. 78. nume. 5. & 6. volum. 2. & Did. Couar. tract. pract. q. c. 30. num. 1. verſ. quamobrem propria authoritate, idem Atrius Pinell. l. 2. parte 1. cap. 3. num. 21. & ſeq. vbi ſignanter declarat, num. 23. & duobus ſeq. C. de reſcind. vendit. ac Menoch. tractat. recuper. rem. 10. num. 99. atq; Roland. à Valle conſ. 86. num. 1. 2. & 3. vol. 3. & Vrſil. dec. 258. num. 7. ad finem, ac Ceph. conſ. 104. num. 3. & 4. volum. 1. & conſil. 257. num. 3. 4. & 5. volum. 2. & Caroc. dict. verſ. remiſſione mercedis, num. 5. atque Ioſeph. Lud. ſuis communib. concluſ. 12. verſ. verior, & communior, & Vincent. Franc. dec.
36 276. † Tertia opinio eſt illa, quæ etiam communiter approbatur, quando non eſt perceptum dimidium eius, quod ſolitum eſt percipi, ſecundum notata per Alexand. conſ. 3. num. 6. vol. 1. & per Ripam de priuileg. contract. num. 25. ad Pariſium d. conſ. 38. num. 22. volum. 1. atque Boſſ. tit. de remiſſ. mercedis, conduct. num. 2. idem per Gozad. conſ. 74. num. 1. & 2. ac per Grat. conſ. 161. num. 5. cum ſeq volum. 2. & Vrſil. deciſ. 258. num. 10. ac etiam per alios in ſupraſcripta opinione ſecunda allegatos, quæ tertia opinio declaratur, vt ſignanter per Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced. con-
37 duct. num. 3. cum quatuor ſeq. † Requiritur autem, quod damnum ſit vltra dimidium ſaltem in vno nummo, & ſic in
38 aliquo, vt tenet Boſſ. d. loco, num. 8. † Quod habet locum, etiam ſi adſit pactum per conductorem appoſitum, quod fiat remiſſio debita in caſum belli, & peſtis, quia non comprehenditur minimum damnum vltra ius commune, cum adſit verbum, debita, alias operaretur etiam in minimo dāno pactum illud, vt per Boſſ. d. tit. de remiſſione merced. publican. num 48. & Aleiat. tract. præſumpt. reg. 3. principali, præſumpt. 32. num. 12. ac per Roland à Valle tractat. de
39 lucro dotis, q 32. num. 4. † Non requiritur etiam damnū in dimidio, ſed pro quali bet rata fit remiſſio, quando damnum prouenit propter impedimentum locatoris, vel tertij,
40 vel caſu. † Opinio autem dimidiæ eſt, quando prouenit vitio fructuum, ſecundum communem, vt dicit Cotta ſuis memorab. in verbo, conductor, verſ. quarto adde, vbi dicit ſic ter obtinuiſſe. Dicit etiam rationem, Caroc. d. verſ. re-
41 miſſione merced. num. 10. † Magiſtratus vlterius facere ſolet remiſſionem publicanis, etiam ſi non ſentiant damnū dimidij, ex quo bellum illatum locatori, vel contra locatorem tenetur ad totale intereſſe, ſecundum tradita per Boſſ.
42 tit de remiſſ. merced. conduct numer. 18. † De quo etiam ſolet magiſtratus à ſe ipſo ſe informare, vt ibi per eum, nu. 19. & tit. de remiſſione merced. publican. num. 45. has opiniones cum alijs notat. Gomez. capit. tertio locati, num. 18. verſ. dubium tamen eſt, has etiam tres opiniones cum alijs ſex tenet Menoch. dict. tract it. arbitr. lib. 2. cent. 1. ca-
43 ſu 77. † Onus autem probandi hoc intollerabile damnū, vel ſterilitatem ſpectat ad conductorem, cum ſit fundamētum ſuæ intentionis, & quæ probatio debet eſſe qualificata, vt per Gozad. conſ 74. nume. 9. & 10. ac Pariſium conſ. 38. num. 16. vol. 1. idem per Nattam conſ. 449. num. 2. vol. 2. atque per Roland. Valle conſ. 86. nume. 4. & 5. volum. 3. ac etiam Burſatum conſ. 11. num. 18. ad fin. & 32. ac conſ. 81. num. 3. volum 1. ac ſecundum tradita per Ioſeph Lud. ſuis
44 commun. concluſ. 12. verſ. declara igitur. † In æſtimandis autem fructibus, in quibus datum eſt damnum debet inſpici tempus collectionis, non autem contractus, vt notauit Boſſ. d. tit. de remiſſione merced. conduct. num. 9. & Ca-
45 roc. d. verſ. remiſſione merced. num. 10. † An autem conſiderentur fructus cuiuſcunque generis, non vnius tantum, eſt notatum per Nattam conſ. 418. num. 5. cum ſeq. vol. 2.
46 † Conductori autem plurium poſſeſſionum in vna locatione ſi datum ſit damnum in vna poſſeſſione, vnde ſit fienda remiſſio ea non ſit, quando conſideratis omnibus alijs nō eſt læſio ad dimidium, ſecundum trad. per Boſſ. d. tit. de remiſ. merced. conduct. num. 10. & Nattam d. conſ. 449. num.
47 5. volu. 2. † Dicitur autem vna locatio ſi vnicum ſit pretium, ſicuti ſi plures fundi emantur vno pretio, dicitur vnica emptio. Si autem res emantur plures pretio puta decē pro tali, & pro tali, alia re decem, & ſic de ſimilibus dicuntur plures emptiones, ſecundum Boſſ. d. tit. de remiſ. merced. conduct. num. 21. & Nattam d. conſ 449. num 6. 7. & 8. vol.
48 2. † Ideo aliquando ſit remiſſio conductori particulari vnius poſſeſſionis, licet generali non ſiat illius, vel aliarum poſſeſſionum rationibus per Boſſ. allegatis d. loc. num. 22.
49 † Conductori præterea vnius rei pretio puta mille per decem annos ſoluendo ad ratam ſingulo anno non ſit remiſſio, ſi vnica ſit locatio, & vno anno nil percipiat, ſecus ſi plures ſint locationes, vt per Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced.
50 conduct. num. 23. † Plures autem locationes dicuntur, ſi plures ſint termini ad ſoluendum, & tot cenſentur quot anni ſunt, vel termini ad ſoluendum, vt per eundem Boſſ. d. tit. de remiſ. merced. conduct. num. 23. verſ. & die videri.
51 † Et hoc quo ad remiſſionem fiendam ſingulo anno, vel menſe, prout eſt terminus ſoluendi, licet vna ſit, quo ad alia
52 vt per eundem Boſſ. nume. 23. verſ. ſed contra. † Vnde infertur, quod ſi duobus annis ſit facta locatio, vel duobus menſibus, & vnus ſit fertilis, alter vero ſterilis, compenſatur fertilitas cum ſterilitate, & eam ſupplet, vt per eundem
53 Boſſ. d. tit. num. 24. † Sed ſi vbertas non ſit tanta quanta ſterilitas, an ſit fienda compenſatio, vel remiſſio, diſtinguit
54 Boſſ. idem d. loco, num. 25. vſque ad num. 31. † Hæc autem concluſio principalis, quod remiſſio fiat conductori ob dānum intolerabile, habet locum tam pro vno caſu, quam
55 pluribus, vt per Burſ. conſ. 81. num. 23. volum. 1. † Quæ etiam habet locum in omnibus caſibus fortuitis, ſecundum l. in rebus ad princ. ff. commod. & l. quæ fortuitis, vbi ſcribentes, C. de pignor. act. tradit regulam Caroc. verſ. caſibus, & periculis, num. 1. Limitatur autem pluribus modis hæc concluſio, vt per Bart. in l. ſi merces, §. vis maior, num. 6. &
56 7. ff. locati. † Et primo, ſi aliter ſit conuentum inter contrahentes, ita de mente Bar. in l. ſi merces, §. vis maior, col. 2. nu. 6. verſ. fallit, ff. locati, not. Bertach. tract. gabell. parte 2. nume. 52. & Pract. in forma libelli, quo agitur ad præſtationem ficti, verſ. Inueſtiuit, num. 9. verſ. tertius caſus eſt,
57 ac Boſſ. tit. de remiſſione mercedis conduct. num. 56 † Per pactum autem ſuſcipiens omne periculum, videtur comprehendere, & ſuſcipere etiam omnes caſus fortuitos, cum ſit generalius verbum quam ſuſceptio caſuum fortuitorum, vt not. Ripa de priuileg. contra cauſas peſtis, num. 72. not. Gomez. c. tertio locati, nume. 19. verſ. & adde cuius opinio
58 reprobatur communiter ex infra dicendis. † Et ſic ſuſcipiens in ſe generaliter periculum cuiuſlibet aduerſi caſus, dicitur ſuſcepiſſe caſum peſtis, ſecundum communem, vt tradit Ripa d. loco, num. 71. Tamen conductor datiorum, qui datia ſuo periculo conduxit, non tenetur de caſu fortuito propter peſtem, vt per eundem Ripam, d. loco, num.
59 73. † Ampliatur hæc concluſio, quod per ſuſceptionem omnis periculi, non cenſeatur ſuſceptum periculum caſuū fortuitorum, vt per ipſum Ripam, num. 73. verſ. ampliatur iſta, & per Caroc. dict. verſ. caſibus, & periculis, numero 11.
60 † Nec etiam caſus peſtis, vt per dictum Ripam eodem loco, num. 74. licet poſſit ſuſcipi in ſe caſus peſtis vti fortuitus,
61 vt per eundem d. loco, num. 67. & duobus ſeq. † Idem ue non cenſeatur ſuſceptus fortuitus caſus, ſi conduxerit fundum, vel datium ſuo reſigo, & periculo, vt per ipſum, ibi,
62 numer. 75. † Idem eſt ſi conduxit datia cum ſuis rappis,
63 & ſpinellis, vt ibi, per eum, num. 76. † Eſt idem ſi ſuſcipiat ſuo reſigo, & fortuna, vt per Caroc. d. verſ. caſibus, & peri-
64 culis, num. 3. † Licet teneatur de inſolito, quod prætuidere potuit ſecundum communiorem, vt per Caroceium ipsū
65 d. num. 3. † Quod autem per ſuſceptionem omnis periculi, & aliorum verborum ſimilium ſupernotatorum à conductore facta non cenſeatur ſuſceptus caſus fortuitus, dixit Boſſ. d. tit. de remiſſione mercedis conductorum, nume. 57.
66 exemplificando, vt per eum. † Ampliatur tamen hoc procedere etiam ſi adſit iuramentum in hac ſuſceptione omnis periculi, ſecundum tradita per Gozad. conſ. 84. nume. 18. &

per

Digitized by Google

per Ripam d. tit. de priuileg. contract. num. 84. licet alleget
ille quoſdam tenentes contrarium, num. 83. ac per Boſſ. d.
loco, num. 63. & ſecundum communem, quam dicit Ioſeph
Lud. concluſ. 12. verſ. quarto ampliatur, idem per Caroc.
67 verſ. caſibus, & periculis, nume. 6. † Ampliatur ſecundo,
quod ſi cauerit locator in inſtrumento locationis non vel-
le teneri pro re locata, & caſu fortuito non poſſit vti condu-
ctor, quam quidem cautionem valere not. Gozad. conſ. 74.
num. 16. ac Boſſ. tit. de remiſſione merced. public. num. 38.
68 verſ. nam valet, & num. 42. † Nihilominus remiſſio fienda
eſſet in caſibus permiſſis conductori, & operatur tale pa-
ctum, ut non teneatur locator ad damna, & intereſſe, vt per
eundem Boſſ. tit. de remiſſione merced. conduct. num. 58. in
69 prin. ac verſ. & ideo. † Quod autem caſus fortuitus non
cenſeatur ſuſceptus, niſi alias quis in ſpecie ſe obliget, no-
tatum eſt per Boſſ. d. loco, numer. 58. verſ. & quod tale pa-
ctum, exemplificando, vt per eum renunciatio fieri poteſt,
70 Gomez. d. cap. 3. locati, num. 19. verſ. item quæro. † Si ta-
men tale pactum, de quo ſupra, fieret per locatorem tempo-
re belli, comprehenderet tunc caſum fortuitum belli, quia
etiam ſine illo comprehenditur, ut per eundem d. num. 58.
71 verſ. tamen tempore belli. † Operatur enim illud pactũ
locatoris ſupra notatum, vt inſolitum caſum comprehen-
dat, qui alias non comprehenderetur ex ſuſceptione caſus
fortuiti, vt per eundem d. nu. 58. verſ. quid igitur, Gomez.
72 d. cap. 3. locati, num. 19. ad fin. † Operatur vlterius circa
damnum, & intereſſe, quod non teneatur locator, vt ſupra
not eſt, ſecundum firmata per Boſſium ipſum d. loco, nume.
73 58. verſ. poteſt etiam dictum. † Vnde infert Boſſ. d. loco,
nume. 59. & 60. quod ſi locator tempore belli locet decem
vncias aquæ eum pacto prædicto, & conductor non conſe-
74 quatur dictas vncias decem locator ipſe non teneatur. †
Tenebitur tamen ad remiſſionem ubi in totum ſint exſicca-
tæ caſu etiam fortuito, ut per eundem dictis, numer. 59. &
60. Adducit rationem, ex quo defecit ſubſtantia rei, vt
ibi, num. 61 tenet idem Caroc. verſ. remiſſ. mercedis, numer.
29. † Limitatur primo principalis concluſio, quod imo
dicatur ſuſcepti caſus fortuiti, ſuſcepto uno caſu in ſpecie
ſi adſit dein clauſula generalis, ac omne aliud periculum,
vt notauit Ripa d. tit. de priuileg. contract. num. 77. & Ca-
roc. verſ. caſibus, & periculis, nume. 4. licet Fulg. conſ. 193.
num. 3. dicat non ſufficere verbum generale periculi, vt per
75 eum. † Quod plus ut trahatur ad inſolitos, tenet Crauet.
conſ. 294. num. 7. verſ. octauo conſidero, cum verſ. ſequent.
76 † Intelliguntur tamen caſus ſimiles expreſſo tantum ſuſce-
77 pti, vt per Ripam d. loco, numer. 77. ad fin. † Quis autem
dicatur caſus ſimilis, tradit Caroc. d. verſ. caſibus, nume. 4.
78 verſ. ſubdeclaratur, & Ripa d. loco, num. 78. † Quod au-
tem dicantur ſimilia relinquitur Iudicis arbitrio, vt per
eundem Ripam ibi, nu. 79. † Limitatur ſecundo non pro-
cedere, ſi ſuſcipiens periculum in genere teneretur alias de
culpa leuiſſima, iſto enim caſu teneretur de caſu fortuito
etiam, ſecundum Ripam d. loco, nume. 80. & Boſſ. d. tit. de
remiſſ. mercedis conduct. num 63. ac Caroc. d. verſ. caſibus
79 & periculis, num. 5. † Vnde infertur per Ripam, quod ſi
ſuſcipiens periculum, alias teneretur de caſu fortuito, tunc
tenebitur, etiam quod caſus fortuitus prouenerit ex culpa
aduerſarii, dum tamen dolus abſit quod aliter non eſſet, vt
infra etiam dicetur, vt etiam tenet Ripa eodem loco, num.
80 81. † Hoc tamen procedit, ſi culpa aduerſarii ſit in non
faciendo, ſecus eſt ſi in faciendo, vt per eundem Ripam d.
81 nu. 81 verſ. quod reſtringit. † Declaratur tertio, niſi mo-
ra præcedat caſum, ut tradit Caroc. d. verſ. caſibus, num. 7.
82 † Limitatur quarto, niſi culpa præcedat caſum, & culpa ſit
83 ordinata ad caſum, vt ibi per eum, num. 8. † Et culpa di-
citur præcedere caſum tribus modis, primo ſi nõ facit, quod
diligens homo feciſſet, uel ſi contra conuentionem fecit, vel
ſi hoc contingat facto domeſticorum, vel famulorum, vt
84 ibi per eum, num. 9. † Quis autem debeat probare adeſſe,
vel abeſſe culpam, tradit idem Caroc. relatiue, numero 10.
85 exemplificat caſum, num. 11. † Quinto limitatur, vt non
procedat, ſi ſuſceperit conductor periculum, & fortunam,
quia cenſetur ſuſcepiſſe caſus fortuitos, ſecundum Ripam
eodem loco, nume. 85. & Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced. con-
86 duct. nume. 63. † Per quæ autem verba cenſeatur quis ſe
obligare ad caſus fortuitos, declarat Fulg. conſ. 193. nume.
87 3. & Ang. conſ. 219. colum. 4. † Quod autem ſufficiat ſe-
cundum communem, quod ſuſcipiat caſus fortuitos in ge-
nere, etiam quod illi non exprimantur ſpecialiter, eſt nota-
tum per Pinel. l. 2. part. 1. c. 3. num. 26. cum duobus ſeq. C.
88 de reſcin. vend. † Caſus autem fortuiti multi ſunt, & maxi-
me quibus non poteſt reſiſti, ſecundum Cephal. conſ. 257.
num 18. vol. 2. Explicat plures Calderinus tit. locati, num.
5. & Ang. conſ. 202 nume. 2. vbi etiam notat qualiter pro-
bentur, Boſſ. tit. de remiſſione mercedis conduct. nume. 72.
89 cum quatuor ſeq. † Omne autem factum Principis dici-
90 tur caſus fortuitus, vt per Crauet. conſ. 95. num. 1. † Flu-
minis etiam impetus, aut rei interitus dicitur caſus fortui-
91 tus, vt per Fulgoſ. conſ. 193. num. 2. verſ. nec rurſum. † Ca-
ſus autem fortuitus, & improuiſus differunt, vt tradit Cæ-
polla conſ. 33. nume. 28. refert Boſſ. tit. de remiſſ. mercedis
conduct. num. 72. idem Iaſon, §. ſed iſte, nume. 50. inſtit. de
92 action. atque Lud. d. concluſ. 12. verſ. & eſt differentia. †
Caſus autem fortuitos ſuſcipiens conductor, & omne peri-
culum, non poteſt remiſſionem petere, & valet tale pactum
vt tradit Gozad. conſ. 74 numer. 16. & ſupra notatum eſt.
93 † Tenetur etiã ſi culpa aduerſarij in non faciendo præcedat
caſum fortuitũ, non in faciendo, ſiue illud factũ ſit iuſtum,
ſiue iniuſtum, vt per d. Boſſ. titul. de remiſſ. merced. conduct.
num. 64. & 65. ac Menoch. conſ. 55. nu. 18. volum. 1. & per
94 Caroc. d. verſ. caſibus, num. 13. & 14. † Quod autem poſ-
ſit petere remiſſionem, vbi præcedat culpa aduerſarij caſũ
in faciendo, eſt notatum per Ripam d. tit. de priuileg. con-
95 tract. num 87. & ſeq. † Tenetur ulterius locator etiam eo
caſu, etiam ſi non faciat, ſi tamen cum potuit interpellatus
reſiſtere non reſiſtit, iuxta deciſionem Corn. conſ. 12. colu.
3. num. 7. uolum. 4 & Boſſ referentis d. loco, num. 65. ad fi-
nem, & Ripæ, d. loco, num. 96. Idem per Caroc. d. verſ. caſi-
96 bus, num. 16. † Limitatur non teneri conductorem, vbi ex
facto aduerſarii etiam iuſto ſuſcipiens caſum incidat in pe-
riculum, vt per dictum Ripam d. loco, nume. 89. exemplifi-
cando vſque ad numerum 96. & per Caroc. d. uerſ. caſibus,
97 & periculis, num. 15. † Limitatur tertio quod ſuſcipiens
caſum, & aduerſam fortunam, non tenetur de impoſſibili,
inopinato, & inſolito, ut tenet Fulg. conſ. 193. num. 3. verſ.
præterea, & verſ. ad tertium, ubi exemplificat multis modis
vt per eum, ibi, & Ripam d. loco, num. 97. Exemplificando,
& ampliando etiam ſi adſit iuramentum, & declarando, n.
98. & ſequen. Dicit hanc communem Boſſ. d. tit. de remiſſ.
merced. conduct. num. 66. & ſeq. & Crauetta conſ. 95. nu.
2. vbi dicit etiã non teneri de caſibus extraordinariis, Burſ.
etiam dicit communem, conſ. 81. num. 6. & num. 51. vol. 1.
98 idem Caroc. verſ. caſibus, num. 17. † Ampliatur hæc con-
cluſio ut quis non teneatur de caſu inſolito, etiam quod
quis ſuſcepiſſet omnem caſum fortuitum tam præuiſum,
& cogitatum, quam non præuiſum nec cogitatum, vbi oc-
currat talis, in quo nullus etiam prudentiſſimus cogitaſſet,
vt tradit Corneus conſ. 23. volum. 2. & conſ. 12. num. 4. vol.
4. & Boſſ. de remiſſione mercedis conduct. numer. 68. idem
Pinell. plures allegando, in l. 2. parte 1. cap. 3. num. 28. li-
cet contrarium teneat, num. 30 & ſequen. cum addit. ibi tã-
99 quam veriorem, C. de reſcind. venditio. † tanto magis ſi
vult teneri conductor de caſu inexcogitato ſecundum ve-
riorem, vt per Pinellum d. loco, num. 33. de cuius veritate
diſcutit Crauetta conſ. 294. num. 9. uerſ. non obſtat dictum,
cum ſequentibus uerſiculis, & uerſ. octauo dico. Commu-
nem Boſſij opinionem dicit Ioſeph Ludouicus d. concluſ.
12. uerſ. in uno etiam caſu, & uerſ. ſequent. ac uerſ. Amplia-
100 tur primo. † Vbi id tenet habere locum etiam ſi ſe obli-
gauerit ad caſus inſolitos, quia non tenetur ad valde inſo-
litos, ut per eum, idem Caroc. d. uerſ. remiſſione, num. 38.
101 ad finem, & uerſ. caſibus, num. 18. † Limitando, niſi dictũ
ſit etiam ſi eſſet talis caſus, qui indigeret ſpeciali expreſſio-
102 ne, Caroc. ibi, num. 19. † Quod ampliatur habere locum,
etiam ſi uerbis generalibus, & prægnantibus renunciaſſet
omnibus caſibus inſolitis, quia non cenſeretur renunciaſſe
caſibus ualde inſolitis, ut tradit Lud. d. concluſ. 12. uerſ. am-
pliatur tertio, licet contrarium teneat Crauetta dict. conſ.
294. nume. 8. uerſ. tertio reſpondeo, & uerſ. octauo dico,
103 † nam expreſſio caſuum fortuitorum per uerba ampliſſi-
ma, & generaliſſima, ac prægnantia confirmat regulam in ca-
ſibus non reſeruatis, ut per Crauettam conſ. 294. numer. 7.
uerſ. 10. Verum quia multi ſunt in contraria opinione re-
lati, per eundem Lud. d. concluſ. 12. uerſ. contrarium, ipſe
fœdere diſtinctionis opiniones has conciliat, uerſ. & quo-
104 niam, & uerſ. ſeq. † Caſus autem inſolitus eſt ille de quo
non præſumitur cogitatum, & qui rariſſime accidit, & etiã
nunquam, ut tradit Ripa d. tit. de priuileg. contract. num.
101. declarando nu, ſequen. uſq; ad nu. 111. idem Boſſ. dict.
tit. de remiſſione mercedis conduct. numer. 67. & Crauetta
conſ. 95. num. 2. ac Burſatus conſil. 81. numer. 12. uolum. 1.
105 † Quod autem hoc relinquatur Iudicis arbitrio, poſt ſex
opiniones relatas, notatur per Menoch. tractat. arbitr. lib. 2
cent. 1. caſu 80. num. 7. cum ſequen. & per Burſatum d. conſ.

Digitized by Google

81. num. 7. ac 12. uolum. primo, ac per Ioſeph. Ludouicum
106 concluſ. 12. uerſ. quis autem dicatur. † Dicitur autem
caſus inſolitus, qui ſupra annos 40. euenerit, vt tradit Pi-
nell. dict. l. ſecunda, parte prima, cap. 3. num. 41. verſ. quo ad
107 prædicta, C. de reſcind. vend. † Etiam eſt ille qui eſt ſupra
hominum memoriam, vt per Caroc. d. verſ. caſibus, nume.
108 17. verſ. & dicitur. † Dicitur etiam inſolitus, qui à Prin-
cipis obſeruantia dependet, vt per eundem, dict. nume. 17.
109 † Omnis autẽ caſus fortuitus dicitur inſolitus, vt per Cra-
110 uet. conſ. 294. num. 9. verſ. quarto reſpondeo. † Quod au-
tem bellum non dicatur caſus fortuitus, nec inſolitus in lo-
co in quo ſæpe fieri ſolet, eſt notatum per Cottam ſuis me-
morab. in verbo, Guerra, & per Vrſil. deciſ. 150. numer. 4. ac
Ioſeph Lud. referens d. concluſ. 12. verſ. ſed Cotta, maxime
111 in Italia, ita Lud. ibi verſ. ſimilia bella. † Cenſetur vlte-
rius conductor ſuſcepiſſe omnes caſus fortuitos, vt non poſ-
ſit petere aliquam remiſſionem, quod datur pro cautela lo-
catoribus, vbi conductor renunciet cuicunq; conditioni
ſine cauſa etiam iuſta, & omnibus exceptionibus, per quas
releuaretur à ſolutione penſionis, & omni legum, & iuris
auxilio, vt tenet Cotta ſuis memorab. in verbo, conductor,
verſ. proinde debet, quod pactum valet, vt ibi per eum verſ.
& quod idem Rol à Valle conſ. 86. nu. 10. volum. 3. & Ca-
roc. d. verſ. remiſſione merced. num. 22. ac Vrſill. dec. 258.
112 nume. 5. † Quod idem videtur dicendum quando eſt re-
nunciatum omni legum auxilio, & ſuſcepti omnes caſus
fortuiti, quia tunc in omnibus caſibus ceſſat remiſſio, ſecũ-
dum Ioſeph Lud. ſuis communib. concluſ. 12. verſ. declara
113 octauo. † Quod autem nil operentur tales renunciatio-
nes, vt tollatur remiſſio, quia videntur appoſitæ potius ex
capite Notariorum, quam ex mente contrahentium, notat
Ludouicus ipſe d. concluſ. 12. verſ. ampliatur opinio, quam
tamen opinionem ille tenet periculoſam d. loco, verſ. quæ
114 tamen. † Quicquid ſit quod tamen hoc etiam caſu non
cenſeatur conductor ſuſcepiſſe caſus fortuitos prouentos
ex culpa locatoris, vel immediate ab ipſo locatore, vel ob
cauſam ipſius locatoris à tertio, ſiue iuſta ſit cauſa, vel iniu-
ſta, tradit idem Ludouicus d. concluſ. 12. verſ. intellige ta-
115 men, & verſ. ſequent. † Quod etiam non comprehendat
factum proprium ipſius contrahentis hæc renunciatio, ma-
xime ſi eſt Princeps contrahens, tenet Crauetta conſ. 95. n.
116 8. & 9. † In hoc tamen eſt differentia, quia quando eſt ex
facto ipſius locatoris, non eſt neceſſaria proteſtatio, ſed ſe-
cus ſi illatum ſit à tertio ex cauſa locatoris, quia tunc re-
quiritur proteſtatio, niſi ſit notorium, vt per Ludouicum
d. concluſio 12. verſ. in eo ſolummodo, & verſic. ſequent.
117 † Quæ quidem declaratio habet locum etiam ſi adſit iura-
mentum in his renunciationibus, vt tradit idem Ludouicus
d. concluſ. 12. verſ. ampliatur quarto, & ſupra in ſimili no-
118 tatum. † In iſtis inſuper caſibus locator tenetur ad inte-
reſſe etiam lucri ceſſantis, & conductor à locatione libera-
119 tur, vt per eundem Ludouicum d. loco, verſ. iſtis enim. † Vl-
terius, & ſecundo non obſtãtibus his renunciationibus quis
non tenetur, ſi bellum ſit illatum in illo loco, vbi ſitæ ſint
120 res locatæ, ex quibus damnum ſit illatum. † Idem ſi ſit ti-
mor belli, ex quo damnum inferatur conductoribus, exem-
plificando, vt per eundem Ludouicum d. conclus. 12. verſ.
121 ampliatur ſecundo, & verſ. ſequent. † Tertio renunciatio
omnium caſuum fortuitorum non cõprehendit caſum for-
tuitum ſuperioris cui renunciari non poteſt, vt tradit Vrſil.
122 dec. 258. num. 1. ad finem. † Quarto renunciatio hęc ca-
ſuum fortuitorum intelligitur tantum de his, qui commu-
niter accidunt, non autem de his, qui ex plenitudine pote-
ſtatis Principis aliquibus ſpecialiter, & particulariter ac-
123 cidunt, vt per Crauettam conſ. 95. num. 5. † Quinto prę-
terea declaratur vt renunciatio caſuum fortuitorum intel-
ligatur de his, qui ſunt pure, & ſimpliciter, quibus ipſi con-
trahentes non poſſunt præuidere, ſecus autem eſt ſi poſ-
ſunt præuidere, ſecundum not. per Crauet. d. conſ. 95. num.
124 6. & 7. † Sexto declaratur, quod licet renunciatio caſui
peſtis, vel alij caſui fortuito tollat remiſſionem omnium
caſuum, vt tradit Vrſil. dec. 258 num 5. tamen caſus fortui-
ti ſi ſint excepti vari eum clauſula generali, & alijs, nõ trahi-
tur hæc clauſula ad maiora, vt tenet Ripa d. tit. de priuileg.
contract. num. 77. refert idem Boſſ. d. loco, num. 62. & ſupra
125 not. & Crauet. d. conſ 95. num. 10. † Septimo declaratur,
quod promiſſio non petendi remiſſionem aliquam intelli-
gitur rebus ſic ſtantibus, ſed non ſi mutentur, ſecũdum not.
per Crauet ipſum d. conſ. 95. num. 4. ad fin. Incluſio autem
ſimplex aliquorum caſuum fortuitorum, non excludit eos,
qui de iure communi veniunt, vt tenet Burſ. conſ. 81. num.
126 13. volum. 1. † Conſuetudo vltimo, vbi adſit quod in
aliquo loco renũcietur remiſſioni ſterilitatis, vel alicui alij
caſui fortuito, & omiſſa ſit hæc renunciatio à Notario in
contractu, poteſt tamen eam addere vti clauſulam conſue-
tam, ſecundum tradita per Alex. conſ. 28. volum. 2. & Vrſil.
127 dec. 258. num. 8. † Exceptio autem caſus belli per verba
vniuerſalia comprehendit omne tempus, & locum belli, vt
128 tenet Burſ. conſ. 81. num. 25. volum. 1. † Et exceptio ca-
ſus belli comprehendit caſum etiam iuſti timoris belli, vt
per Dec. conſ. 55. nume. 9. cum addit. gl. Pariſ. ibi, idem te-
net Ripa d. tit. de priuileg. contract. cauſa peſtis, num. 134.
129 † Idem eſt ſi ſit apparatio belli, cum ſit caſus fortuitus, ſe-
130 cundum Burſ. conſ. 81. num. 10. volum. 1. † Suſceptio vl-
terius caſus fortuiti belli comprehendit etiam caſum inun-
dationis, vt tenet Ceph. conſ. 257. num. 17. volum. 2. tamen
contrarium tenet Rim. iun. conſ 49. nume. 29. vſque ad fin.
131 vol. 1. † Exceptio quoq; caſus fortuiti peſtis, & belli, pro
quibus quis non vult teneri, comprehendit penuriam, &
famem, vt tenet Dec. conſ. 55. numer. 9. & refert Vrſil. dec.
132 258. nume. 6. † Excipiens vlterius caſum tempeſtatis, &
belli, in quibus non vult teneri, facit ſe velle teneri in om-
nib. alijs caſibus, vt per Gozad. conſ. 74. num. 19. & 20. &
Fulgoſ. conſ. 193. num. 1. verſ. 2. & per Imolam conſ. 7. nu.
1. ac Boſſium relatiue in d. tit. de remiſ. merced conduct. n.
78. tenet idem Pariſ. conſ 38 num. 6. ad fin. cum ſeq. vſque
ad numer. 15. volum. 1. & explicite Caroc. verſ. remiſſione
133 mercedis, num. 35. † Limitando, niſi caſus ille ſit expreſ-
ſus gratia frequentioris vſus, vel ſimilis ſit, vel militet eadẽ
134 ratio, vt per Caroc. ibi, num. 36. † Idem eſt ſi locator ſu-
ſcipiat certos caſus fortuitos, quia in reliquis cenſetur vel-
le conductorem teneri, ſecundum Fulgoſ. in dict. conſ. 193.
135 num. 1. verſ. 2. † Vbi autem ſit cautum quod fiat remiſſio
ob bellum, & peſtem tantum, tamen fit remiſſio ob alteru-
trum eorum, & coniuncta reſoluitur in disiunctam, vt tenet
Ioſeph Ludouic. ſuis commun. concluſ. 12. verſ. ampliatur
ſexto, idem Caroc. verſ. remiſſio. merced. num. 50. & Burſ.
conſ 81. num. 27. volum. 1. declarat late idem Burſ. conſ. 81.
136 num 20. cum ſeq. volum. eodem. † Suſcipiens autem lo-
cator caſum Guerræ, vt ad id teneatur ad ratam, debet in-
telligi ſi damnum ſit notabile, vt per Gozad. conſ. 74. num.
137 12. † Exceptio autem in conductione, quod fiat remiſſio
debita in caſum belli, vel peſtis taxatiue, non tollit caſus ſi-
miles, vt tradidit Boſſ. tit. de remiſſione merced. publican.
num. 36. & ſequent. vbi comprobat hanc opinionem, quam
etiam ſequitur Fanus tract. de pignor. parte 2. membro 4.
138 num. 117. verſ. 2. amplia. † Tamen hæc concluſio non ha-
beret locum, ſi pactum diceret quod cõductor ſuſcipit om-
nem caſum fortuitum, dempto caſu belli, vel peſtis, quia
tunc omnes caſus, qui tamen comprehenduntur ſub regula,
intelliguntur firmari ſub eadem regula, vt non fiat remiſſio
demptis illis duobus caſibus, vt per Caroc. d. verſ. remiſſio-
139 ne, num. 38. † Suſcipiens autem caſum fortuitum in cu-
ſtodiendis mercibus tempore belli, an teneatur ſi in eum
milites impetum faciant, eſt notatum relatiue per Boſſ. d.
tit. de remiſſione merced. conduct. num. 69. allegando ad id
140 Ananiam conſ. 120. † Suſcipiens autem caſum fortuitum
quod nauis veniet in portu, an teneatur, & valeat talis ſti-
pulatio quod ſic, tenet Pariſ. de Puteo tractat. de ludo, nu.
37. relatiue Boſſ. tit. de remiſ. merced. conductorum, num.
141 71. † Suſcipiens vlterius caſum fortuitum, non compre-
hendit caſum alterius diſſimilis, habentis etiam maiorem
rationem, vt tradit Arius conſ. 151. num. 4. & Boſſ. referen-
do, ſed corrupte, tit. de remiſſione mercedis conduct. nu. 70.
& clarius tit. de remiſſione mercedis publican. numer. 43.
142 † Quinimo ſi conductor in contractu locationis, & condu-
ctionis renunciauerit aliquibus caſibus fortuitis, habebit
locum in eis tantum renunciatio, nec extenditur illa ex-
preſſio caſuum fortuitorum ad alios etiam ſimiles, & æqui-
paratos à iure, niſi adſit clauſula ſubſequens renunciationis
omnium caſuum, vt relatiue loquitur Boſſ. tit. de remiſſio-
ne mercedis publican. nu. 43. Explicite hoc firmat Rim. in.
iun. conſ. 49 num. 29. vſque ad finem, vbi etiam tenet, quod
hæ renunciationes belli, & Guerræ non trahantur ad inun-
dationem, etiam quod à iure æquiparentur caſus, contra-
rium tenet Cephal. conſ. 257. num. 17. cum ſeq. volum. 2.
143 † Caſus autẽ qui arguuntur à caſu excepto ex annexitate
cenſentur etiam ipſi pariter excepti, ſecundum Boſſ. d. titu.
144 de remiſſione mercedis public. num. 39. † Non autem hi
comprehenduntur ex ſimilitudine iuris, vbi non ſit conne-
145 xitas facti, vt per Boſſ. d. loco, n. 40. † Limitatur ſecundo
principaliter principalis concluſio, ꝙ non fiat remiſſio pen-
ſionis, vbi damnum intolerabile, vel ſterilitas prouenerit
conductori ex culpa ſua, ſecundum notata per Bertach.
tract.

Digitized by Google

tract.gabell.parte 2.num.52.& per Boſſ.d.tit.de remiſſione
merced.conduct.nume.79. ac per Roland. à Valle conſ.86.
num. 11.vol.3.exemplificando,vt per eum,atq; Carocium
d. verſ.remiſſione mercedis,num. 21. ac etiam Ludou.ſuis
146 communibus d.concluſ.22.verſ.declaratur ſeptimo.† Am-
pliatur primo,etiam ſi hoc prouenerit culpa familiæ,& fa-
mulorum conductoris,vt tenet Ripa d.tract.de priuil. con-
tract.num.40.& Boſſ.d.tit. de remiſſione merced. conduct.
147 num.86. † Ampliatur ſecundo hęc concluſio,etiam ſi hoc
prouenerit propter inimicitias conductoris,vt per Boſſ.d.
tit.de remiſſione merced.conduct.num.39. verſ. etiam am-
148 pliatur . † Quod habet locum etiam, ſi ad hoc non adſit
149 culpa conductoris , vt ibi per eum . † Ampliatur tertio ,
etiam quod hoc procedat ex culpa alicuius priuati , vt te-
150 net Burſ.d.conſ. 11.num.31.volum. 1. † Ex his infertur
ſecundum aliquos, quod ex incendio ſecuto in re condu-
cta,nō teneatur locator facere remiſſionem, quia pręſumi-
tur illud proueniſſe culpa inhabitantium, vt refert Boſſ. d.
loco de remiſſione merced.conductorum,numer. 80. vbi la-
te diſputat hunc articulum. De veritate videri poſſunt
per me notata ſupra cap. 375.ſi de cætero, in uerbo, incen-
151 dium . † Infertur ſecundo quod licet conductor poſſit
petere remiſſionem ex caſu fortuito , tamen hoc ceſſat vbi
culpa conductoris non præceſſerit caſum , ſecundum not.
per Boſſ.d.loco num.81.vbi exemplificat in magna pluuia
& inſolita,cui potuit colonus prouidere, faciendo ſulcos ,
ne ſegetes ſuffocarentur, exemplificat ſecundo in caſu furni
locati , quando non potuit conductor eo vtitui ægrotus
152 peſte,ut per eum . † Quod idem eſt, ſi quis ſcienter acceſ-
ſerit ad locum contagioſum, & peſtis ei obrepſerit , quia
tunc culpa dicitur præceſſiſſe caſum , ut tradit Ripa d. tit.
153 de priuil.contract.num.38. & ſeq. † Idem eſt, vt non fiat
remiſſio vineæ antiquæ , cum eam debuit propagare con-
ductor, & non propagauit,ſecundum tradiţ per Bertach.d.
154 tract.gabel. parte 2.num.53.uerſ.non tamen. † Imo caſus
fortuitus contingens in perſonam conductoris generaliter
non excuſat, quin conductor teneatur ad integram merce-
dem,vt tradit Boſſ.d tit.de remiſ.merced. conductor. num.
81. verſ.imo generaliter,& Bertach.d. parte 2. nu. 52. verſ.
155 conductor vero . † Limitatur niſi locator alteri non lo-
caſſet , tamen contrarium in principali limitatione tenet
156 Ripa d.tit.de priuil.contract.numer.33. † Infertur etiam
quod conductori impedito ex facto proprio, quia ſine cau-
ſa receſſit à locatione non fit remiſſio aliqua, ſed ſtatim te-
netur ad penſionem , ſecundum notata per Pract. in forma
libelli,quo agitur ad præſtationem ficti,verſ. inueſtiuit,nu.
9.verſ.ſecundus,& notata per Ripam d. tit. de priuil.con-
tract.num.39.ad fin.ac per Boſſ.d.tit.de remiſ.merced. cō-
157 duct. nu. 82. † Infertur etiam ex hac concluſione quod
culpa tollit excuſationem, quando conductor conducit tē-
pore belli,vel peſtis,cum ſibi debeat imputare hoc, vt tenet
Ripa d.tit.de priuil. contract.nume.36.41.& ſeq.ac 44. &
Alex.conſ.112.nu.4.uol.1.ac Soc.ſen.conſ.156.nu.12.vol.
2.atq; Boſſ.d.tit.de remiſ.merced.conduct.nu.8. Pariſ.cōſ.
38.nu.11.uol.1. vbi dicit ſufficere adeſſe tunc controuerſiā
impedimenti, idem Cotta ſuis memorab. in verbo,condu
ctor,verſ ſecundo adde,ac Marſ.tract.bannit.in verbo,læſę
Maieſt nu.66.Vrſil.dec.258.nu.9. atq; dec. Peruſ.106. nu.
29.parte 2.& Burſ.conſ.81.nu.2.& conſ.109.nu.31.uol.1.
concludit idem per plura Ioſeph. Ludou. ſuis communib.
concluſ.12 verſ.declara.6.& Rimin.iun.conſ.49.num.5.&
158 6.vol.1.† Limitatur tamen hoc procedere ſi erat ſuper re,
vel in re conducta, non autem alibi , ſecundum tradita per
159 Gozad.d.conſ.74.n.5.† Cum etiam bella , & caſus fortui-
ti de longinquo conſiderentur,ut per Burſat.d.conſ.81.nu.
160 9.vol.1. † Limitatur ſecundo quod non ſit fienda remiſ-
ſio,licet tempore conductionis immineret bellum aliquod,
& dein poſt conductionem ſuperueniret aliud ingens bellū
in alijs regionibus,ex quo conductoribus his cauſetur ma-
gnum damnum,ſecundum allegata per Lud.d. concluſ.12.
161 verſ.ampliatur 5. † Limitatur tertio,ut remiſſio fiat cōdu-
ctori, qui conduxit tempore belli , vbi in totum ſubſtantia
rei tollatur,vt not. Boſſ.d.tit. de remiſſ.merced. conduct.
162 num.35. † Eſt idem vt non fiat remiſſio ſi uitium aderat in
re tempore contractus,ſecundum Gozadinum d. conſ. 74.
numer.5. Veluti ſi conducat fundum ſui natura ſterilem ,
quia non eſt fienda remiſſio ob ſterilitatem, ſecundum Ca-
rocium,dict. verſic.remiſſione mercedis,numer.7. verſ.vel
163 conductor habeat. † Vel conducat agrum aquis ſubie-
164 ctum,vt tradit Burſatus conſil.11.numer.27. volum 1. †
Idem eſt vt non ſit fienda remiſſio , ſi quis conducat agros
in finibus Florentię,vel aliarum regionum,vbi quotidie ſūt
deprædationes, ſecundum notata per Ripam dict. titul. de
priuileg.contract. num.37.& 48.& per Boſſ.dict.tit.de re-
165 miſſione mercedis conduct.num.84.verſ.ſic etiam . † In-
fertur etiam ex hac concluſione,quando culpa conductoris
præcedat caſum , quod non ſit fienda remiſſio ob ſterilita-
tem,vel alium caſum fortuitum , ut tenet Caroc. d.verſic.
166 caſibus,& periculis, num.8. † Quod quidem poteſt con-
tingere tribus modis, ut declaratur,per eundem, ibi, num.
167 9. † Exemplificatur etiam quod ſi pro re conducta non
ſoluiſſet decimam ſolitam, quia præſumeretur ſterilitatem
obueniſſe ob iram Dei,tunc non fiendam remiſſionem , ſe-
cundum tradita per Bertach. d.tract gabell. parte ſecunda,
num.53.ad fin.& per Ripam d.tit.de priuil.contract. num.
35.ac per Boſſ.d.tit.de remiſſ.merced. conduct. numer.87.
168 atq; Caroc.uerſ.dolo,& culpa,num.13. † Limitatur hoc
niſi adeſſet conſuetudo in contrarium non ſoluendi , vt te-
169 net Boſſ. dict. loco . † Infertur vlterius ex hac concluſio-
ne,quod non ſit fienda remiſſio conductori,ſi peſtis obrepſit
in domo ipſius conductoris inquilini viri ſcelerati , veluti
quod ſit vſurarius,blaſphemus, vel ſodomita, ſecundū tra-
dita per Ripam d.tit.de priuil.contract.cauſa peſtis,nu.34.
& notata per Boſſ.d.tit. de remiſſione merced.conduct. nu.
88.Quod tamē vltimum exemplum nil releuat ratione ad-
170 ducta per Boſſ.ibi. †. Cui autem incumbat onus probandi
talem culpam pręceſſiſſe,vel abeſſe,relatiue tradiţ Caroc.d.
171 verſ.caſibus, nu. 10. † Et qui tenetur ratione officij veluti
Caprarius cōductor debet probare non culpam, nec ſufficit
ſimpliciter probare caſum,ſecundum Caroc.ibi, nu.11.vbi
dicit teneri de leuiſſima culpa,idem not.Gomez. c.3.loca-
172 ti,nu.22.verſ.aduertendum,& verſ.uel aliter. † Quando
autem culpa pręcedēs caſum excuſet, vel ne, in alijs caſibus
eſt not.per Boſſ.remiſſiue,d.tit.de remiſ.merced.conduct.n.
173 83. † Tertio principaliter non fit remiſsio ob damnum ſte-
rilitatis,vel grandinum,vel tempeſtatum , vbi in loco con-
ductionis erat ſolitum grandines cadere, ſicuti in Lombar-
dia, vbi ſæpe cadunt maio noſtro fato,ſecundum not. per
Cottam ſuis memorab.in verbo,conductor, verſ. extant ēt,
ac per Boſſ.d.tit.de remiſ.mercedis conduct.n.89.& Caroc.
d. verſ.remiſſ mercedis,num.6.atq; Burſ.d. conſ. 11. nu.30.
174 uol. 11.† Declarando,& limitando niſi tempeſtas hæc eſſet
valde inſolita,vel quę auferret dimidium fructuum,vt tenet
175 Boſſ.d.loco,num. 89.ad fin. † Quarto principaliter non fit
remiſsio conductori,etiamſi damnum ſit intolerabile,& vl-
tra dimidium , ſi fructus ſint à ſolo ſeparati tempore caſus
fortuiti,dein expilati,& deperditi,ex quo tunc ſunt condu-
ctoris per l.damnum, C. locati, vt tenet Bertach.d. parte 2.
gabellarum,nu. 53.verſ.item nec ei,& Curt.iun. conſ.85.n.
1.ac.Gozad.d.conſ.74.nu.15.atq; Aleiat.conſ.763.num.2.
176 ac etiam Boſſ.d.tit.merced.conduct.num.90. † Declaratur
primo hæc concluſio, vt procedat & habeat locum , etiam
quod fructus ſeparati à ſolo non ſint in horreo reconditi, ſi
tamen ſint triturati , & mundati, alias non,ſecundum opi-
nionem Fulgoſij,vt per Boſſ.d.tit.merced. conduct. numer.
90. verſ.contrarium,declarando,vt ibi per eum. Quod au-
tem ſit fienda remiſsio,vbi fructus ſint ſeparati a ſolo, tamē
non ſint triturati ſi diſperdantur , de mente Fulgoſ. d. loco
tradit Cotta d.verbo,conductor, verſ. tertio adde, Gomez.
d.cap.3.locati,nu.18.verſ.quod extende,& Caroc. d. verſ.
177 remiſſione merced.num.9. † Limitatur ſecundo, & decla-
ratur iſta concluſio , vt non procedat etiam quod ſint recō-
diti in horreo poſito in domo locatoris , quia nihilominus
debet fieri remiſſio ſi auferantur,ſecundum notata per Boſ.
178 d.loco,num.98. † Quod idem ſentit,declarando,ita eſſe ſi
tradidit claues horrei conductori Dominus horrei locans
alicui,quia tenetur ſaltem de cuſtodia,Carocius dict.tra-
179 ctat. verſic.Magazinis,num.3.& 4. † Tertio non habet lo-
cum hæc concluſio in fœno etiam recōdito in fœnili,quod
ex pacto,vel conſuetudine debet comedi à beſtijs,quia ſi in
eo inferatur damnum intolerabile etiam quod ſit tunc fa-
ctum coloni,debet tamen ei fieri remiſſio , ita poſt longam
180 diſputationem , tenet Boſſ. dict.loco, num.91. † Quarto
non habet locum hæc concluſio quando fructus etiam ſe-
parati à ſolo corrumpuntur vitio territorij,quia tunc fien-
da remiſſio, ita notat Socinus ſenior, conſil. 100. ad finem
volum. 1. refert Boſſ. dict.tit. de remiſsione mercedis con-
181 duct. num.91. ad finem . † Non autem fit remiſsio ſi ui-
tium oriatur ex fructibus , ita notat Gomez. dict. capit.
182 3. numer. 18.uerſic. ſi uero fructus. † Quid autem ſi dam
num hoc intolerabile ſit datum in fructibus his ſeparatis
à ſolo ob inimicitias locantis, ut quia locatori ſit illatum
bellum , uel ipſe illud alteri intulerit, an teneatur tunc
locator ad remiſsionem , diſputat late Boſſ. dict. titul. de
remiſsione

Digitized by Google

remiſsione merced. conduct. num. 92. tandem ipſe diſtin-
guit quatuor caſus, num. 93. cum tribus ſequentibus, vt ibi
183 per eum. † Fructus autem dicuntur ſeparati à ſolo ut di-
cantur coloni, vel conductoris, ut non teneatur locator ad
remiſsionem faciendam ob damnum intolerabile, quando
conductor diſtulit eorum maturatorum collectionem, cum
fraude & dolo, alias non, ita not. Boſſ. d. tit. de remiſ. mer-
184 cedis conduct. num. 97. † Tanto minus fienda remiſsio, ſi
damnum hoc fuit illatum in rebus coloni, ita not. Bertach.
185 2. parte gabell. num. 53. † Nam remiſsio non fit Domino
rei ob damnum paſſum in iure ſuo, ita Burſ. d. conſ. 11. nu.
186 3. volum. 1. † Quinto principaliter ceſſat remiſsio penſio-
nis, etiam quod ſit damnum intolerabile de quo ſupra, quã-
do ubertas unius anni poteſt computari cum ſterilitate al-
terius anni, per tex. in l. ſi uno, in princ. ff. locat. & c. licet,
C. locat. & c. propter ſterilitatem extra locati, ut not. Pract.
in forma libelli, quo agitur ad præſtationem ficti, uerſ. in-
ueſtiuit, num. 9. uerſ. aliquando allegat, & num. 10. ad finẽ,
idem Bertachinus d. 2. parte gabel. num. 52. uerſ. item niſi
alias, idem Guzadinus conſ. 74. nume. 21. Boſſ. d. tit. de re-
miſsione mercedis conduct. nu. 99. Gomez. d. cap. tertio lo-
cati, num. 18. uerſ. quod tamen limita, Roland. a Valle conſ.
86. num. 6. & 7. uolum. 3. Burſ. conſ. 11. nu. 33. uol. 1. idem
notat Ioſeph. Ludouicus d. concluſio. 12. uerſic. declara ſe-
187 cundo. † Quæ quidem concluſio habet locum in anno
fertili anni ſequentis, uel ulterioris, ut not. Boſſ. d loco, nu.
188 99. † Si autem annus fertilis nondum uenit, quod fiat ſu-
perſedentia remiſsionis alicuius partis, & ita decernere Il-
luſt. Magiſtratum in cauſis fiſcalibus, not. Boſſ. d. loco, num.
189 101. † Vbertas etiam inſpicitur ut fiat compenſatio uni-
uerſalis locationis, modo quo not. Boſſ. d. loco, numer. 100.
190 † Fit autem compenſatio fertilitatis unius anni cũ alijs ſte-
rilibus præcedentibus, & ſequentibus immediate, & hæc ſit
prima declaratio, ut not. Caroc. dict. uerſ. remiſſ. mercedis,
num 12. & num. 13. declarando, ut per eum, quid dicatur
191 immediate. † Secundo declaratur, ſi tunc illi duo anni ſte-
rilis, & fertilis ſint ſub una, & eadem locatione, ut not. Ca-
192 roccius d. loco, num. 13. uerſ. declarat ſecundo. † Quo qui-
dem caſu inſpicitur etiam tempus illud decem annorum,
193 ita not. Burſ. d. conſ. 11. num. 34. uolum. 1. † Tertio limita-
tur, ut non procedat ſi ſterilitas perueniſſet ex caſu inſolito
quia tunc conductor non compenſat ſterilitatem unius an-
ni cum fertilitate alterius anni, ſed fit remiſsio penſionis,
194 ita not. Caroc d. loco, num. 14. † Quarto ceſſat hæc con-
cluſio, ubi eſſet aliqua partium conuentio in contrarium,
ut notat Socin. iun d. conſ. 7. 8. ad finem, uol. 3. refert Ca-
roccius d. uerſ. remiſſ. mercedis, num. 15. idem notat Burſ. d.
195 conſ. 81. num. 19. uolum. 1. † Vbertas autem, uel fertilitas
dicitur quando ex fundo percipitur aliquid modicum ultra
conſuetum, ita Bertachinus d. 1. parte gabell. num. 56. ad fi-
nem exemplificat Caroccius, d. uerſ. remiſsione mercedis,
196 num. 16. 17. & 18. † Valor ulterius fructuum in compen-
ſatione ſterilitatis cum ubertate conſideratur in menſe Au-
197 guſti, ita not Burſ. conſ. 11. nu. 35. uol. 1. † In compenſa-
tione autem ſterilitatis cum ubertate an ſit habenda ratio
melioramentorum factorum per conductorem, notat Burſ.
198 conſ. 11. num 36. declarando, num. 38. & 39. uol. 1. † Duorũ
autem annorum ſi fiat locatio, uel duorum menſium, ſi u-
nus ſit fertilis, alter autem ſterilis, fertilitas compenſatur
cum ſterilitate, & eam ſupplet, ita Boſſ. d. tit. de remiſsione
199 mercedis conductor. n. 24. † Sed ſi ubertas non ſit tanta quã-
ta ſterilitas, an ſit fienda hoc caſu compenſatio, uel potius
fienda remiſsio, diſtinguit Boſſ. d. tit. de remiſſ. mercedis cõ-
200 duct. nu. 25. uſq; ad num. 31. † Pluribus autem annis ſi ſit
locatio, uel pluribus menſibus, lucrum unius anni compen-
ſatur cum damno alterius anni non intelligendo de ſterili-
tate, uel ubertate, ita Boſſ. d. tit. de remiſsione merced. con-
201 duct. num. 31. † Vbertas ulterius anni compenſatur cum
annis damnoſis, licet non ſterilibus, declarando, ut ſignan-
ter per Boſsium dict. loco, num. 32. cum ſequentibus, uſque
202 ad num. 36. † Vbi autem uno anno ſoluatur plus quam
alio, quando ſit fienda compenſatio, declarat Boſſ. d. loco,
203 nu. 36. † Sexto principaliter non eſt fienda remiſsio, quã-
do quis vẽdit fundum habita fide de pretio penes ſe reti-
nendo dominium, & donec pretium ſoluatur, ſi fiat loca-
tio rei una mercede emptori, nam hoc caſu damnum con-
tingens in fructibus eſt emptoris, l. ſicut emptis, §. fin. & ſeq.
ubi gloſſ. & ſcribentes, ff. locati, not. Alexand. conſil. 121.
uolum. 5. Cœpolla caut. 125. numer. 1. Dec. conſil. 119.
num. 4. Socin. ſen. conſil. 88. num. 14. uolum. 1. & conſil.
107. ad finem, uolum. 4. idem Boſſ. de remiſsione merced.
conduct. numer. 102. Fabianus de monte tractat. empt. &
uend. quæſt. 7. princip. num. 11. Socin. iun. conſ. 66. num. 2.
204 volum. 2. Bur. conſ. 11. num. 11. & 12. uol. 1. † Cur autem
in locatione fiat remiſsio, non autem in venditione, notat
tres rationes Bart. in quæſt. ſua 4. Publicanus, num. 8. not.
etiam Boſſ. d. tit. de remiſſ. mercedis conductorum numer.
205 16. Gomez. d. c. tertio locati, num. 18. uerſ. nec obſtat. †
Si autem damnum inferatur in re veluti amiſsionis totius,
vel eius partis, tunc quod ſit fienda remiſsio, ſi terræmotu,
vel chaſmate damnum ſit illatum intolerabile, ita not. Boſſ.
206 d. loco, num. 103. † Sed ſi ager ab hoſtibus occupatus, ita
vt non poſſit coli, vel aquis inundatus, videretur debere fie-
ri ad ratam remiſsio non conſiderando an emergat damnũ
intolerabile uel ne, quia verum ſit quod non poteſt vtifrui
conductor, & locator non poteſt præſtare patientiam, ita
not. Boſſ. dict. loco, numer. 104. vbi late diſputat hunc ar-
ticulum, tandem tenet fieri tantum remiſsionem ſi ſit into-
lerabile damnum propter iniuriam hoſtium, quando res nõ
poteſt coli, alias non ubi res in totum nõ pereat, prout di-
ctum eſt de caſmate, ita not. Boſſ. d. loco, num. 104. uerſ. bre-
uiter credo, & nu. 105. 106. & num. 107. diſtinguendo, an res
non poſſit coli ob timorem belli, vel quia ſit occupata ab
hoſtibus, ita ut ſit deperditum Dominiũ, & poſſeſsio, quia
tunc ſit remiſsio, quo ad illam occupationem, ita not. Boſſ.
207 d. loco, num. 105. † Quod autem timore vniuerſalis guer-
ræ, ſi damnum ſit ſecutũ, cõductori fiat remiſsio, not. Imol.
208 conſ. 7. num. 2. † Limitatur primo quando nullus iuſtus
timor belli, & migrandi ſubeſſet, quia tunc non eſt fienda
remiſsio, ita not. Cotta d. memor. in verbo, conductor, uerſ.
209 & quod vti, idem Vrſil. dec. 258. nu. 5. † Secundo limita-
tur quando non eſſet vniuerſalis, ſed in terra vna tantum, ſi
in alia potuiſſet cõductor exercere officium ſuum, ita Vrſil.
210 dec. 258. nume. 4. † Tertio principaliter ceſſat remiſsio in
conductore domus, in qua ſunt hoſpitati milites, licet enim
videretur poſſe peti remiſsio per conductorem hunc, ubi
incommodum non eſſet modicum, pro tradita per Boſſ. d.
211 tit. de remiſſ. merced. conduct. nume. 54. † Niſi tempo-
re conductoris vigerent hoſpitationes, vt per eundem Boſſ.
d loco, numer. 54. uerſ. item aduerte, tamen cum onus ho-
ſpitationis incumbat rei ad eum tenetur conductor abſque
alia remiſsione, ita Boſſ. d. loco, numer. 54. uerſ. cum igitur,
212 vbi tollit in contrarium obiecta. † Tanto minus eſt fien-
da, ſi modicum incommodum afferat, uel aderat tempore
conductionis, vel non impediatur hoſpitij ſublocatio fien-
213 da, ita not. Boſſ. d. loco, num. 54. verſ. & prædictis. † Oc-
tauo remiſsio aliqua non fit conductori etiam quod adſit
damnum intolerabile, vbi adſit locatio cum pacto affran-
candi, ita not. Burſ. conſ. 11. num. 12. volum. 1. Caroc. dict.
214 verſ. Remiſſ. merced. numer. 40. † Nono emphyteutis, &
conductoribus ad longum tempus non fit remiſsio regula-
riter ob ſterilitatem etiam magnam, ita in emphyteuta,
not. Bal. in l. 1. nu. 4. in nona differentia, C. de iure emphyt.
refert ſequendo Bertachin. tract. gabell. 2. parte, num. 53.
ad fin. Cotta ſuis memorab. in verbo, conductor, in princ.
Burſ. conſ. 11. num. 6. & num. 25. volum. 1. vbi adducit ra-
tionem in conductore ad longum tempus, quod non fienda
ſit remiſsio, not. Burſ. d. conſ. 11. num. 9 & num. 33. Caroc.
d. verſ. remiſſ. merced. num. 30. ubi adducit rationem quia
non eſt ueriſimile quod tanto tempore non ſequatur uber-
tas, ſed quod fiat remiſsio conductori ad longum tempus,
vbi deductis expenſis non percipit dimidium penſionis, ita
Grat. conſil. 161. num. 3. 5. & 6. volum. 2. Idem in ambo-
bus quod non fiat remiſsio de mente Ioannis de Platea, &
aliorum, not. Rimin. iun. conſil. 49. numer. 2. comproban-
215 do, numer. 3. & 4. volum. 1. † Tanto magis ſi rem ſteri-
lem, & aquoſam à principio quis in emphyteuſi accepe-
rit, ita Riminald. iun. d. conſil. 49. numer. 5. comprobando
216 numeris ſequentibus, volum. 1. † Verum in hoc articulo
ſolet diſtingui per ſcribentes, quod aut penſio non corre-
ſpondet fructibus, & tunc non fit aliqua remiſsio condu-
ctori ad longum tempus, vel emphyteutæ, niſi in totum
res emphyteutica corruat, ita Vrſill. dec. 258. numer. 11.
idem Rimin. iun. dict. conſ. 49. num. 21. uolumin. 1. Bein-
tend. dec. 13. numer. 11. idem Ioſeph. Ludouicus ſuis com-
mun. concluſ. 12. in princ. & verſ. hinc etiam, & verſ. Si
autem ager, ubi idem dicit ſi uinea ſicca fiat, uel arbores ui
217 uentorum euellerentur. † Tenetur ulterius emphyteu-
ta ad refectionem domus, uel furni emphyteutici diruti
etiam quod maxima impenſa ſit, ita not. Natta conſ. 377.
218 num. 1. uolum. 2. † Nec excuſatur a ſolutione canonis,
licet fundus emphyteuticus ſit corroſus, uel in parte perie-
219 rit, ita Ioſeph Ludouicus d. concluſ. 12. in princ. † Idem
ſi domus, uel fundus emphyteuticus ſit dirutus, ſi tamen
ſubſit

Digitized by Google

ſubſit area, ita Natta conſ. 377. num. 2. uolum. 2. Rimin. iun.
d. conſ. 49. num. 21. uolum. 1. refert, Ioſeph. Ludouic. d. cō
cluſ. 12. in princ. & duobus uerſ. ſequent. & uerſ. uerum te-
tenta, & ſeq. ubi adducit rationem differentię inter bellum,
220 & diruptionem rei locatæ. † Quod idem eſt in filio, &
hærede emphyteutæ, ubi ſit emphyteuſis pro eo, & deſcen-
dentibus, quia non poterit deſerere rem emphyteuticam,
& non ſoluere penſionem, ita not. Riminal. iun. dict. conſil.
221 49. num. 27. uolum. 1. † Limitatur primo, quod imo em-
phyteuta liberatur à penſione ſoluenda, quando conatus
fuit reducere rem emphyteuticam ad fertilitatem, & non
potuit, quia tunc eſſet, ac ſi in totum res periſſet, & ſic non
teneatur emphyteuta ad penſionem, ita Rimin. iun. d. conſ.
222 49. num. 11. uol. 1. † Limitatur ſecundo, in caſu quo em-
phyteuta antequam incipiat gaudere re emphyteutica, res
illa etiam in totum non periſſet, quia liberaretur emphy-
teuta à penſione, ac ſi in totum eſſet deperdita, ita not. Ri-
min. iun. d. conſ. 49. num. 15. volum. 1. refert. Ioſeph Ludo-
223 uicus d. concluſ. 12. verſ. intellige prædicta. † Limitatur
tertio vt non procedat ſi à principio nulla penſio præſte-
tur, ſed poſt fiat præſtatio, & non modica, ita not. Benin-
224 tend. dec. 13. num. 11. verſ. & prædicta. † Quarto limi-
tatur in emphyteuta fiſci, & Reipublicæ, quia eis ſit remiſ-
ſio, ita not. gloſ. in l. ſi vno in principio ff. locati, idem Lu-
canus tractat. de fiſco, 4. parte, numer. 50 contrarium tenet
225 Boſſ. dict. loco, num. 118. & 119. † Quinto limitatur, vt
conductoribus ad longum tempus, & emphyteutis ſit fien-
da remiſſio, quando nil percipitur, prout tempore belli
euenire ſolet, ita not. Bart. l. 1. ad fin. cum addit. ibi, Cod.
de iure emphyt. Bertach. d. 2. part. gabell. num. 44. verſic.
emphyteuta, idem Alex. conſ. 112. num. 1. volum. 1. idem
Rimin. iun. conſ. 49. num. 33. volum. 1. idem Ioſeph Ludo-
uic. d. concluſ. 12. verſ. quando autem, comprobat id verſic.
226 reſponderi poſſe, declarando verſ. ſequentibus. † Idem
videtur ſi ſit timor belli per nota a per eundem Ludouicū
verſ. ampliatur ſecundo, & verſ. ſequenti, tenet ſecus ſerua-
ri etiam ob bellum, niſi quo ad euitandam caducitatem,
227 not. Ludouicus concluſione 12. verſ. ſed quicquid. † Sex-
to emphyteuta pariter poteſt non ſoluere penſionem, & re-
cedere à contractu emphyteutico, quando res emphyteuti-
ca ſibi commode vtenda non offertur, vt notat exemplifi-
228 cando Riminald. iun. dict. conſil. 49. numer. 12. volum. 1. †
Vbi autem penſio quæ ſoluitur per emphyteutam, uel cō-
ductorem ad longum tempus correſpondeat fructibus, mul-
ti tenent etiam eo caſu ob damnum intolerabile non fieri
remiſſionem emphyteutæ, vel conductori ad longum tem-
pus, quando res non perit in totum, ita tenet Natta,
& multi alij relati per Ioſeph. Ludouicum dict. concluſio-
ne 12. verſ. & DD. dicunt vbi adducit eorum rationem,
Idem Burſ. d. conſ. 11. num. 22. volum. 1. Quod contraria
opinio poſſet forte procedere, quando ſterilitas curat in-
tra dicendo decennium, ita Ludouicus dict. concluſ. 12.
verſ. opinio tamen, verum communis opinio eſt in contra-
rium, quam originaliter firmat Alex. ſuo conſ. 112. nume.
eo. volum. 1. cum addit. vbi dicit communem, Boſſ. d. titul.
de remiſſ. merced. conduct. num. 114. clarius, § emphyteu-
ſis, q. 8. princ. verſ. ſed nunquid propter ſterilitatem, idem
Vrſill. ad Afflict. dec. 258. num. 11. idem Burſ. dict. conſ. 11.
num. 1. Rimin. iun. d. conſ. 49. numer. 14. comprobando nu-
mer. ſequentibus, uol. 1. cum accumulatis per Ludouicum
229 d. concluſ. 12. verſ. tamen contrarium. † quæ tamen com-
munis opinio non ſeruatur Mediolani teſte Boſſio, d. tit. de
remiſſ. mercedis conductorum, numer. 114 vbi adducit ra-
tionem, ex quo in contractibus noſtris emphyteuticis, li-
cet emphyteuta non gaudeat re, tamen gaudet pretio, non
in his in quibus loquuntur Doctores, in quibus res eſt da-
ta à Domino eius emphyteutæ, vt ibi per eum. Quod au-
tem de conſuetudine generali hoc non ſeruetur vt fiat re-
miſſio emphyteutæ, vel conductori ad longum tempus,
etiam quod penſio correſpondeat fructibus quicquid ſit
de iure ſtricto, not. Ioſeph. Ludouic. dict. concluſio. 12.
verſ. & Doctores, ibi, & iſta opinio, & verſ. quicquid tamen
230 ſit, & verſic. ego tamen. † In omnem caſum tamen re-
miſſio fieret in emphyteuſi, quæ ſaperet naturam locatio-
231 nis temporalis, ita Boſſ. d. conſ. 11. num. 24. volum. 1. † Te-
nendo autem communem intelligenda ea, vt non fiat re-
miſſio, quando penſio non correſpondet fructibus, vbi in
conſtitutione penſionis, pro re emphyteutica fuiſſet facta
deductio ſextæ partis redditus ſoliti, prout fieri poteſt,
ne teneatur Dominus ad collectas, nec ad diminutionem
penſionis, ita not. Alexand. conſ. 112. numer. 2. volumin. 1.
Decius conſ. 100. num. 2. & conſil. 130. num. 8. volumin 1.

Burſ. dict. conſ. 11. num. 23. volum. 1. idem Ioſeph Ludou.
232 d. concl. 12. uerſ. intellige q. † Quam remiſſionem ſex-
tæ partis non cogitur facere Eccleſia, ita not. Ludouic. dict.
concluſ. 13. d. verſ. intellige quod, de mente Nattæ d. conſ.
233 49 num. 27. volum 1. † Quæ declaratio licet poſſet de iu-
re procedere, tamen communis procedit abſque hac de-
claratione, vbi penſio correſpondet fructibus, alias ſecus
ita Ioſeph Ludouic. dict. concluſ. 12. verſ. quæ declaratio,
234 vt ibi per eum. † Sicut autem emphyteutæ, & condu-
ctori ad longum tempus non ſit remiſſio penſionis ob ſte-
rilitatem regulariter, ita etiam non ſit auctio penſionis ex
melioratione fundi, licet ex incremento inexcogitato poſ-
ſit licite augeri Canon, ut not. Bertachin. d. tracta. gabell.
2. parte, num. 39. verſ. idem in emphyteuta, dec. Peruſ. 24.
235 nu. 4. parte 1. † Fertilitas quoq; ſi augeatur in re locata
ad modicum tempus, vt quia fructus plus valeant, vel vber-
tas proueniat induſtria coloni, tunc non augetur penſio ex
hoc, ſecus ſi proueniat caſu fortuito, ita not. Calderin.
d. tit. locati, conſil. 5. num. 1. uerſ. conformatur prædicta
Caſtr. l. cotem, § qui maximos, num. 2. ff. de Publican. idem
Aitius Pinellus in l. 2. 1. parte c. 3. num. 34. tollendo contra-
ria, num. 35. C. de reſcind. vend. Gomez. d. c. 3. locati, num.
19. verſ. ſi vero, idem Caroccius d. verſ. remiſſione mercedis
236 num 23. exemplificando, vt ibi per eum. † Fructus vlterius
abundantiores valde niſi excedant dimidium, uel prouene-
rit abundantia ex caſu inopinato, non faciunt augere pen-
ſionem, ita Bertachinus d. 2. parte gabell. num. 39. verſ. co-
lono, autem, declarat Caſtrenſ. d. l. communem, §. qui ma-
ximos, num. 2. ff. de public. Gomez d. c. tertio locati, num.
19. verſ. ſi vero Caroccius dict. verſ. remiſſione mercedis,
237 num. 28. † Non augetur quoque penſio ſi fundus creue-
rit alluuione, ſed cedet lucro conductoris, ita Calderinus,
d. tit. locati conſ. 5. num. 5. verſ. quando autem, idem deciſ.
Peruſina 24 num. 4. parte 1. idem Caroccius dict. verſic. re-
238 miſſione mercedis, numer. 24. † Limitatur primo hæc cō-
cluſio quod imo fiat augmentum penſionis molendini, ſi
vicina molendina impetu aquarum ſint diſtracta, & creue-
rit vtilitas in eo, ita not. Bart. in l. ſi merces, §. vis maior,
num. 8. ff. locati, idem Gomez. d. c. tertio locati, num. 19.
239 verſ. ex quo. † Limitatur ſecundo etiam in conductore
gabellarum, & tributorum, quia aucto territorio augetur
penſio, ita Caroccius d. uerſ. remiſſione mercedis, num. 26.
240 † Locata etiam poſſeſſione per modum territorij, ſi acqui-
ratur aliquid per adiudicationem, vel ſimili modo intra
illos confines locatori acquiritur, non conductori, ita not.
Bal. conſ. 370. num. 1. volum. 1. Caroc. dict. verſ. remiſſio-
241 ne mercedis, num. 27. † Decimo principaliter non ſit re-
miſſio conductori etiam quod non perceperit fructus, qui
non aſcendant ad dimidium eius, quod ſolitus erat perci-
pere, ſiue læſus ſit vltra dimidium illius quod tenetur ſol-
uere pro penſione, ſi tamen illi fructus ſint effecti adeo ca-
riores, vt per venditionem ipſorum merces, vel penſio in-
tegra ſolui poſſit, ita Pariſ. dict. conſ. 38. num. 19. volum.
1. idem Roland. à Valle conſ. 86. numer. 8. volum. 3. Idem
Ioſeph. Ludouic. ſuis commun. d. concluſ. 12. verſ. declara
242 tertio. † Quod idem eſt ſi fructus in vna parte fundi uel
rei ſint æquiualentes penſioni, licet in alia parte ſecus, quia
tunc non ſit remiſſio de mente Riminaldi iunioris conſ. 49.
243 num. 11. & num. 34. uolum. 1. † Vndecimo non ſit pariter
remiſſio quando dominus, vel locator offert ſe paratum
recipere fructus illius anni, ſi conductor recuſat id facere,
ita not. Pariſ. d. conſ. 38. num. 18. uolum. 1. idem Roland. à
Valle d. conſ. 86. num. 9. volum. 3. refert Ioſeph. Ludouic.
244 d. concluſ. 12. verſ. declara quarto. † Duodecimo princi-
paliter non ſit remiſſio, quando conductor, vel emphyteu-
ta, cui fienda eſt remiſſio non denunciauit caſum fortui-
tum, vt not. Burſ. d. conſ. 11. nume. 29. volum. 1. ſequitur
Ludouic. d. concluſ. 12. verſ. declara quinto, & verſ. bona
245 tamen cautela, vbi hoc dat pro cautela. † Ideo vbi con-
ductor non denunciauit quod velit recedere à domo ob pe-
ſtem tenetur ad damnum, ſi aliquod fuit paſſus locator, ita
246 not. Ripa d. tit. de priuileg. contract. num. 13. † Propterea
datur pro cautela, quod denunciet, & conſignet etiam cla-
247 ues, ita Ripa d. loco, num. 23. ad fin. † Limitatur hoc non
procedere vbi impedimentum eſſet notorium, quia tunc
non eſt neceſſaria denunciatio, ita not. Ludouic. d. concluſ.
248 12. verſ. primus caſus, & verſic. ſecundus caſus. † In ca-
ſibus autem in quibus eſt fienda remiſſio conductori pri-
uatorum eſt potiſſimum attendenda conſuetudo loci, vt
notat Soc. iun. conſ. 78. numer. 12. volum. 2. idem not. Ca-
249 roc. d. tract. locati, verſ. conſuetudine, numer. 5. † Quod
autem obſeruantia ſubſecuta attendatur hoc caſu, not. Io-

ſeph. Ludouicus ſuis communibus concluſ. 38. verſ. infer-
250 tur 71. † Qualiter autem ſit fiēda remiſſio diſtinguit Pract.
in forma libelli, quo agitur ad præſtat, fict, verſ. inueſtiuit,
num. 9. Quod aut conductor, vel colonus allegat fundi per-
emptionem, vel corroſitatem, vt quia vi fluminis, vel terræ
motu ſit conſumptus antequam ex eo fructus ſint collecti,
& tunc excuſatur, & ſibi ſit remiſſio in totum mercedis, uel
penſionis, aut allegat fructuum exiguitatem, ſeu paucita-
tem, & tunc nulla ſit remiſſio penſionis, quia in caſu con-
uerſo, ſi occurreret fructuum abundantia non augeretur
251 penſio, vt ſupra notatum. † Notat vlterius Gomez. dict.
cap. tertio locati, num. 18. verſ. ſi vero fructus, non fieri etiā
remiſſionem ſi ſint pauci valoris fructus hi, vt per eum.
† Aut allegat conductor fructuum ſterilitatem, & tunc re-
gulariter ſit remiſſio mercedis illius anni, ita Pract. d. verſ.
inueſtiuit, nume. 9. Limitando, vt per eum, tribus modis.
252 † Qualiter autem, & pro quanto ſit fienda remiſſio ob ſte-
rilitatem, notat duas opiniones Menoch. tractat. arbitr.
lib. 2. centur. 1. caſu 77. idem not. Burſat. conſil. 11. numer.
253 41. volum. 1. † Damnum autem quod petit conductor, vt
remiſſionem conſequatur poteſt conſiderari habito reſpe-
ctu ad affictum ex pacto ſub certa quantitate affictus, ita
254 not. Burſatus d. conſ. 81. num. 13. uolum. 1. † Damnum vl-
terius ſi contingat in re conducta primo anno quod afferat
damnum, & præiudicium annis ſequentibus debet fieri re-
miſſio tam pro primo anno, quam pro ſequentibus, ita not.
255 Boſſ. d. tit. de remiſſione mercedis conduct. num. 45. † Ob
peſtem autem ſit tantum remiſſio pro tempore quo abijt à
domo conducta durante peſte inquilinus, ita not. Ripa d.
tractat. priuileg. contract. cauſa peſtis, num. 22. idem Boſſ.
d. tit. de remiſſione merced. conduct. num. 41. vſq; ad num.
47. vbi late hunc articulum diſcurrit idem not. Didac. Co-
256 uar. tract. Practic. quæſt. cap. 30. num. 3. † Quod habet lo-
cum etiam ſi hic conductor alibi recedens aliam habitatio-
nem habuiſſet gratis, ita contra Fulgoſium, not. Ripa d. tit.
257 de priuileg. contract. nu. 45. † Habet etiam locum ſi tantum
pro vno menſe durauit peſtis, ita not. Ripa d. loco, num. 26.
258 licet in contrarium arguat, nu. 24. † Non tamen ſit remiſ-
ſio inquilino ſi ipſe inhabitauit domum peſte infectam, li-
259 cet non potuerit aliis locare, Vrſill. dec. 258 num. 7. † Te-
netur vlterius inquilinus ad damnum ſi quod paſſus fuit
locator, quando receſſit conductor à domo non facta denū-
ciatione aliqua locatori, ideo datur cautela, vt denunciet
caſum peſtis, & conſignet etiam claues, vt not. Ripa d. loco,
260 num. 23. & ſupra fuit not. in 12. princ. limit. † In inqui-
lino autem conducente domum pro tenendis ſcholaribus in
contubernio, vel pro aduenis hoſpitandis, ſi cōtingat peſtis
in memorata domo, vnde ſcholares, vel hoſpites non adue-
nerint, fienda eſt remiſſio, licet ipſe inhabitauerit cum ceſſet
id, cuius cauſa, & gratia domus ſit cōducta, ita not. Bertach.
d. tract. gabell. 2. parte, num. 51. verſ Serus tamen, idem no-
tat Ripa d. tit. de priuil. contract. nu. 27. Boſſ. d. tit. de remiſſ.
merced. conduct. nu. 40. Vbi etiam clarius notat quomodo
cognoſcatur, cuius gratia ſit conducta domus per coniectu-
tas, quas explicite notat Ripa d. loco, nu. 27. ad finem, cum
ſeq. vſq; ad nu. 33. late etiam declarat Menoc. tract. arbitr.
lib. 2. cent. 5. caſu 440. relatiue not. Gomez. d. c. 3. locati, nu.
261 18. verſ. Et ex prædictis. † Aromatario quoque prohibito
exercere artem aromatariæ in re conducta fienda eſt remiſ-
262 ſio, ita Ripa d. tit. de priuil. contract. nu. 28. † Conductor
præterea domus collapſæ repetit, vel compenſat penſionem
illius temporis, quo non potuit domum inhabitare, ita not.
263 Ioſeph Ludou. d. concluſ. 12. verſ. Et in tantū. † Ob mi-
nimum autem incommodum quod patitur conductor nō ſit
remiſſio aliqua, ita Tiraq. tract. de Iudicio in exiguis, verſ.
264 15. colum. 18. † Colono autem impedito vti frui re locata
propter caſum fortuitum non datur remiſſio niſi pro rata
temporis, qua fuit impeditus, & non fuit vſus, ita Ripa d.
265 tit. de priuil. contract. num. 20. † Idem ſi ob rapinam, vel
rupturam fluminis ſint fructus deperditi, vel ob inundatio-
nem aquarum, quia ad ratam penſionis in totum, vel in
parte ſit remiſſio, ita Pariſ. conſ. 181. num. 4. & 5. volum. 1.
266 Soc. iun. conſ. 78. nume. 17. volum. 2. † Quod idem in fru-
mento in herba deperdito, not. Idem Soc. iun. d. conſil. 78.
267 numer. 15. volum. 2. † Impeditus autem conductor colere
in principio anni agit ad intereſſe totius anni, ita Bertach.
268 d. tract. gabell. 2. parte, numer. 41. verſ. Adde tamen. † Fit
etiam remiſſio impedito colligere fructus à menſe Septem-
bris, in antea, etiam ſi alios collegerit illius anni, ita Corta
d. ſuis memorab. in verbo, Conductor, verſ. Item adde,
269 idem Caroc. d. verſ. remiſſ. merced. num. 8. † Quod qui-
dem procedit, vt fiat remiſſio conductori per locatorem ad
ratam impedimenti penſionis ſoluendæ, vbi non adſit cul-
pa locatoris, alias ſi adſit culpa locatoris ſit remiſſio ad in-
tereſſe totale, idem ſi ob inimicitias locatoris, vel facto ter-
tij, cui locator potuit reſiſtere, per text. in l. Si vno, §. Vbi-
cunque, vbi Bart. ff. locati, idem not. Bertach. d. tractat.
de gabell. 2. parte, numer. 42. verſic. Secundum eſt etiam,
idem Soc. ſen. conſ. 88. num. 3. volum. 1. Boſſ. titul. de re-
miſſ. merced. conduct. num. 108. & 109. Idem not. Caroc.
270 verſ. Si non ſtat, num. 2. verſ † Tertia concluſio, & in d.
verſ. Si non ſtat, Caroccius notat plures concluſiones quā-
do locator teneatur ad remiſſionem ratæ partis damni, vel
totalis intereſſe, vt per eū ibi, quando quis fuit impeditus
271 facto locatoris, vel tertij, ſiue iuſto, ſiue iniuſto. † Quod ēt
habeatur ratio lucri ceſſantis etiam ſi factum locatoris ſit
iniuſtum, notat Boſſ. d. loco numer. 111. & num. 112. Vbi
declarat quendam ordinem Ducum antiquum, quo ad pu-
272 blicanos. † Quando autem dicatur factum iuſtum, vel
iniuſtum, notat Boſſ. dict. loco, numer. 113. & ſecundum
hanc diſtinctionem declarandus Caroc. d. verſ. Remiſſio-
273 ne merced. num. 37. † Quod autem conductor prohibi-
tus vti re conducta, uel emptor ſe vendita ab eo, quem lo-
cator, vel venditor prohibere non potuit conſequatur tan-
tum remiſſionem ad ratam penſionis, ſi autem ſit per eum,
quem locator, vel emptor prohibere potuit ad totale in-
tereſſe, not. Fulgoſ. dict. conſ. 193. num. 3 Soc. ſen. conſ. 156.
num. 4. volum. 2. Inferendo ut per eum, numeris ſequent.
idem Natta d. conſ. 449. numer. 2. uolum. 2. Et ſecundum
hanc diſtinctionem etiam declarandus Pariſ. dict. conſ. 38.
nume. 17. volum. 1. qui dicit damnum datum per tertium
non culpa locatoris debere remitti ad ratam mercedis, non
274 lucri ceſſantis, ut per eum. † Quod autem intereſſe du-
pliciter conſideretur ratione lucri, not. Socin. ſen. d. conſil.
156. num. 11. uolum. 2. idem Ruinus conſ. 55. num. 15. vſq;
275 ad finem, volum. 2. † Colonus autem vbicunque præten-
dit fundum damnificatum culpa, vel negligentia locatoris,
debet hac culpa, uel negligentia certa, & indubitata dedu-
cī, vt conſtare poſſit quomodo, & qualiter ſit commiſſa,
276 ita not. Natta d. conſil. 449. num. 4. volum. 2. † Quando
autem intereſſe lucri ceſſantis in genere poſſit peti, notat
277 Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced. conduct. num. 110. † Quod
autem in alijs caſibus ob ſterilitatem, vel aliter fiat tan-
tum remiſſio damni paſſi, non lucri ceſſantis, ita not. So-
cin iun. d. conſ. 78. num. 3. volum. 2. idem Pariſ. d. conſ. 38.
278 nume. 12. & 13. volum. 1. † Quod idem habet locum in
promiſſione expreſſa damni reficiendi facta per locatorem,
279 ita Socin. iun. dict. conſ. 78. numer. 4. volum. 2. † Licet de
iure lucrum ceſſans ineſſe deductum æquiparetur damno,
280 ita not. Socin. iun. d. conſ. 78. numer. 23. volum. 2. † Ad
hanc autem remiſſionem petendam fundi ſterilis implora-
tur officium Iudicis, ita not. Caroccius d. verſ. Remiſſio-
281 ne mercedis, num. 32. † In prædijs autem Ciuitatis fiſci,
vel Principis fienda eſt remiſſio modo quo fuit notatum ſu-
pra in prædiis priuatorum, ita not. Boſſ. dict. tit. de remiſſ.
282 merced. conduct num. 106. vbi adducit communem † Quod
idem habet locum etiam ſi quis habeat fundum fiſci vecti-
galem, uel ad longum tempus, ut ibi per eum, numer. 117.
283 † Non ſic ſi accipiatur in emphyteuſin à fiſco, ita not.
Boſſ. d. tit. de remiſſ. mercedis conduct. numer. 118 repro-
bata opinione Mart. Laudenſis tenentis contrarium, in ſuo
tract. de fiſco, quæſtione 51. vt ipſe Boſſius refert d. loco,
num. 119. ad finem. Tamen opinionem Mart. Laudenſis
tenet etiam Lucan. d. ſuo tract. de fiſco 1. parte, numer. 50.
284 † Quod autem pari paſſu ambulent in materia remiſſionis
ob ſterilitatem fiſcus, & priuatus, not. Boſſ. d. tit. de remiſſ.
285 mercedis conduct. nu. 118. uerſ. Et ſic. † In cenſuario quo-
que prædio idem eſt, ut fiat remiſſio quando res tota perit,
per l. Forma. ff. De cenſi. not. Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced.
286 conduct. num. 148. ad finem. † Quid ſit autem in prædio
tributario, notat Boſſ. relatiue d. loco, num. 119. de quo ha-
betur, in tex. l. 2. C. de Aluvr. & Palud. notat Gloſſa, & Scri-
287 bent. in l. 1. C. de iure emphyt. † Conductoribus pariter
publicanis uectigalium, & gabellarum fienda eſt remiſſio
ob ſterilitatem, quando in contractu ſunt uſi contrahentes
uerbo, locationis, & conductionis, & uere ſit locatio, & cō-
ductio, ita quod aliquo modo non poſſit refricari in du-
bium, ſicut ſit in alijs conductoribus ſimplicibus, ita not.
Bertachinus tract. gabell. 2. parte, num. 51. uerſ. Sed ſi etiā,
Idem Lucanus tract. de fiſco, 4 parte, num. 7. uerſ. Sed ubi,
Ripa tit. de priuileg. contract. cauſa peſtis, num. 55. decla-
rando, ut per eum, Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced. publican.
num. 1. Caroccius d. uerſ. De remiſſione merced. num. 33.
288 † Quod idem eſt ſi contrahentes uſi ſint promiſcue uerbo,

Locatio,

Digitized by Google

289 Locationis,& venditionis,ita Ripa d.loco,num.66 † Idem
præterea eſt, ſi verba cantent per verbum, Venditionis, ſed
reuera ſit locatio, quia tunc magis attenditur veritas, quã
verba, & ſic attenditur magis ſubiecta materia,ita Boſſ. d.
tit.de remiſſione merced. public num.2.& 3.vbi ſignanter
290 declarat. † Quod magis dicendum ſi pretium ſit ſoluendũ
annuatim per publicanum, quia licet contractus ſonet per
verbum,Vendidit, tamen dicitur locatio, & ſit remiſſio, ita
determinat Bart.q.ſua 4.publicanus, num.1. cum ſeq. vbi
arguit in contrarium cum ſequentibus numeris, tandẽ verſ.
Solutio,num.1.cum ſequ. ſic tenet,idem Anchar.conſ.414.
num.1.Alex. conſ.107.volum.3. Soc.ſen.conſ.88.num.3.
verſ.Si autem,vol.1.& conſ.156.num.2.& 3.vol.2.Caſtr.
l.Cotem,§.Qui maximos,nu.4.ff. de publican.Ripa d.tit.
de priuileg.contract.num.56.57.58.& 59.& num.65.Boſſ.
tit.de remiſ.merced.public.num.5.Caroccius d.verſ.De re-
miſſione merced.num.34.Burſ.conſ.81.nume 4.uolum.1.
291 † Ampliatur hęc concluſio vt procedat non ſolum ſi pretiũ
hoc ſit annuatim ſoluendum,ſed etiam menſuatim,ita not.
Ripa d.tit.de priuil.contract.numer.64. Boſſ.tit.de remiſſ.
292 merced.public.num.5.verſ.Et procedit. † Ampliatur ſe-
cũdo etiam ſi vendita ſit ſpes percipiendi fructus pro an-
nuo pretio ſecundum veriorem,ita not Boſſ.d.loco,num.6.
293 per totum. † Ampliatur tertio, vt multo magis procedat
hæc opinio,vbi contractus non dicit,vendidit,ſed ſimplici-
ter locans,vel Princeps non nominando ſpeciem cõtractus
concedat publicano vectigal pro pretio ſoluẽdo annuatim
per plures annos,ita not Ripa d.tit.de priuil.contract.nu.
49.& num.54.Socinus ſen.d.conſ.156.num.1.vol.1.Boſſ.
294 d.tit.de remiſſ.merced.public.num.7. † Ampliatur quar-
to etiam ſi vnicum ſit pretium pro pluribus annis, vel pro
vno anno, quia tamen eſt locatio ſi id expreſſe ſit dictum,
ita not.Boſſ.d.loco,num.8.ſecundum opinionem Caſtrẽſ.
d.l.Cotem,§.Qui maximos,num.4.ff.de publican.quam ip-
ſe approbat quando eſt pro vno anno,non ſi pro pluribus,vt
295 ibi per eum,n.8. † Declaratur tamen hæc concluſio quod
ſi locatio ſit vnica pro decem annis,puta pro mille ſoluen-
dis ad ratam cuiuſlibet anni, & vno anno tantum publica-
nus non exegerit,vel non perceperit aliquid,non ſit remiſ-
ſio,ſi vnica ſit locatio,non ſi plures eſſent,ita notat Boſſ. d.
tit.de remiſ.merced.conduct.num.23.& ibi declarat,quan-
296 do dicatur vna vel plures locationes. † Ampliatur quinto,
vt procedat etiam ſi contractus eſſet venditio quo ad effe-
ctum, quia licet ſit venditio, tamen habet locum remiſsio,
& regulatur eiſdem regulis,prout locatio,ita Anchar.dict.
conſ.414.num.1.Soc.ſen.d.conſ.156.num.3.volum.2.Boſſ.
297 d.tit.de remiſſ.merced.publican.num.7.ad finem. † Alias
autem emptori fructuum gabellarum non ſit remiſſio ob
ſterilitatem,ita Bertach.d.tract.gabell.2.parte,numer.51.
idem Lucanus tract.de fiſco,4.parte,num.8.& 9.vbi decla-
rat,idem Caſtrenſ.d.l.Cotem,§.Qui maximos,numer.3.
298 verſ.Bart.diſputauit ff.de publican. † Emptio autem vbi
ſit non locatio, ſi venditi ſint fructus ipſi, vel prouentus ſit
remiſſio quatenus non ſunt percepti, non ex natura loca-
tionis,ſed ex natura venditionis,ita not.Boſſ.dict.tit.de re-
299 miſſione merced.public.num.9.in princ. † Sed ſi ſit vendi
ta ipſa ſpes, non ſit aliqua remiſſio, quia cenſetur empta
alea,& fortuna,ita notat Boſſ.d.loco,num.9.verſ.Sed ſi in-
300 telligatur. † Maxime ſi ſit facienda vnica ſolutio pretij,
vt notat Vrſil.deciſ.258.nu.2. † Quando autem colliga
tur,venditam eſſe ſpem & aleam,ſiue ius,& commoditatem
notat Ripa d.tit.de priuileg.contract.num.60.cum ſequen.
301 † Quinque autem caſus diſtinguit Caſtr.d.l.Cotem,§.Qui
maximos,num.5.ff.de public.idem Boſſ d.tit.de remiſ.mer-
302 ced.publican.num.10.vſque ad num.20. † Vendito igi-
tur vectigali pro vnica præſtatione quæ ſit venditio,non ſit
aliqua remiſſio ob ſterilitatem ſecũdum communem,quic-
303 quid aliqui ſecus cenſeant,ita Boſſius dict.loco,num.11. †
Limitatur hæc concluſio quod imo fiat remiſſio ſi culpa
venditoris fructus percipi non potuerint, & eo caſu etiam
tenetur ad damna,& intereſſe,ita Boſſius d.loco numer.22.
304 † Quod magis dicendum ſi eſt locatio,Boſſius d.loco num.
22.ad finem. Et hoc non ſolum habet locum ſi ex hoc fa-
cto locatoris id proueniat,ſed etiam ſi ex alio facto locato-
ris, vel alterius declarando an id ſit iuſtum, vel iniuſtum,
vt teneatur ad totale intereſſe,Boſſ.d.loco,numer.23.& ſu-
305 pra notatum, in remiſſione fienda à priuato locatore. † Fit
autem remiſſio publicano ob ſterilitatem ob damnum in-
tolerabile, prout ſit conductori bonorum immobilium, ita
306 Boſſ.titul.de remiſſ.merced.public.num.30. † Ideo non
ſit etiam remiſſio ei in caſibus, in quibus non ſit conducto-
307 ri priuati,ita notat Boſſ.d.loco,num.35. † Non etiam ſit
remiſſio talibus conductoribus gabellarum,& pedagiorum,
ſi pauci per territorium tranſeunt, qui ſoluant gabellas, vt
notat Bald.l.Si ea lege,num.2.ad finem,C.de vſur.ſequi-
tur Bertach.d.2.parte gabell.num.59.Carocius dict.verſ.
308 Remiſſ.mercedis,nu.52. † Limitatur vbi non tranſeant,
vel non negotiarentur aliqua ex cauſa,ita Burſ.d.conſ.81.
309 num.17.volum.1. † Fit tamen remiſſio conductori vecti-
galis ſalis ſi aliquo anno moriatur ingens numerus perſo-
narum,qui comedunt ſalem,veluti ſi moriantur duæ partes
ex tribus locorum conductorum, quia tunc conductori illi
vectigalis ſalis non ſolum ſit remiſsio,ſed etiam diſſoluitur
contractus conductionis, ita notat Boſſ. de remiſſ. merced.
310 conduct.num.45.circa medium. † Princeps quoque,vel
Communitas ſi promittant publicano vel conductori,quod
non capietur ſal,niſi ex ſuo, & aliquod oppidum ſe ſubtra-
hat ab obedientia, & ex alio capiat, eſt fienda remiſsio, ita
Anchar.conſ.414 num.2.vbi ampliat etiam quod publi-
canus ſuſcepiſſet caſum ſuper ſe,refert relatiue, ſed corru-
pte Boſſ.titul.de remiſsione mercedis publican.numer.25.
311 † Locatio quando eſt facta vectigalis,& tot ſunt locationes
quot menſes remiſsio ob ſterilitatem ſit ſingulo menſe cõ-
ſiderata ſterilitate in quolibet eorum, & quia poteſt eſſe
alio menſe vbertas ſuperſedetur aliqua pars, ita not. Boſſ.
dict.tit.de remiſſ.merced.publican.numer.29 Quod idem
notatum in remiſsione fienda conductori bonorum immo-
312 bilium. † Conductoribus præterea, vel emptoribus ve-
ctigalium, & pedagiorum ad certum tempus ſi guerra in-
ſurgat tempore locationis, vel emptionis prænarratæ, ita
quod non potuerint conductores, vel emptores uti peda-
gio,remiſsio illis ſit,ſi guerra ſit culpa Ciuitatis, ſiue iuſte,
ſiue iniuſte,alias non,ita not.Practic.in forma libelli artic.
confeſſ.uerſ.Plenam,nu.20.uſque ad fin.idem tenet Boſſ.
dict.tit.de remiſſ.merced.publican.num.30.uerſ.Sed ta-
men, Idem etiam notat Bertach.dict.2.parte gabell.num.
313 43.uerſ.23. † Declarando in emptione quomodo eſſet fa-
cta pro unica ſolutione,uel unius anni, uel plurium,exem-
314 plificando, ut ibi per eum, & ſupra notatum late. † Si
autem ſit ſolutio annuatim, tunc ſit remiſsio ob guerram,
prout in alijs locationibus,etiam ſi adſit uerbum,Vendidit,
ut per eundem Bertachinum,num.43 quod pariter ſupra
315 fuit notatum. † Quam quidem diſtinctionem remiſsionis
fiendæ in caſu belli approbat eandem eſſe fiendam in caſu
peſtis,Idem Bertach.ibi ſequitur Calderinus titul.Locati
conſ.5.num.1.uerſ.Vnde idem Soc.ſen.conſ.44.num.4.
316 uol.1. † Non autem ſit remiſsio ob bellum quando nullus
iuſtus timor migrandi ſubeſt,ſecus ſi eſſet,quia idem timor
eſt belli quod bellum, not. Cotta d.memorab.in uerbo,
Conductor,uerſ.Et quod ubi,idem Vrſil.deciſ.258.num.3.
317 † Non etiam ſit remiſsio ob morbum quando non eſt uni-
uerſalis,ſed in una terra tantum,& in alio loco poſſet exer-
ceri officium gabellæ tutæ,ita Vrſil.d.deciſ.258.nume.4.
318 † Quod autem Princeps etiam iure communi inſpecto pu-
blicanos conductores uti ſuos teneatur reſarcire,ſi damnum
ob bellum,uel peſtem pati potuerunt, uel ob metum iuſtũ
319 belli,notat Burſ.d conſ.81 num.5.uolum.1. † Quod ul-
terius conductoribus etiam gabellarum, & pedagiorum
fieri debeat remiſsio à locatoribus ob bellum,uel aliud im-
pedimentum ob iniuriam,uel culpam locatorum,notat Cal
der.dict.tit.Locati,conſ.5.uerſ.Tertium probatur,Me-
noch.conſ.119.num.2.uolum.1.Idem notat Caroc.d tract.
Locat.uerſ.Rerum diuiſione,num.3.ubi etiam dicit loca-
torem teneri ad intereſſe damni emergentis, etiam ſi domi-
320 nus offerat patientiam. † In dubio autem non præſumi
damnum, uel iniuriam illatam, uel datam odio, uel culpa
conductorum,ideo locatori incumbere onus probãdi hoc,
321 ita not.Caroc.d.uerſ.Rerum diuiſione,numer 5. † Tanto
magis ſi probetur conductorem adhibuiſſe maiorem dili-
gentiam ob ſuſpicionem odij,& iniuriæ,ut notat Caroc. d.
322 uerſ Rerum diuiſione, num.6. † Alia etiam requiſita ne-
ceſſaria ſunt, ut teneatur conductor de damno dato in eius
odium,de quibus per Carocium d.loco de rerum diuiſione,
323 num.9.cum ſeq.uſque ad fin. † Venditor enim gabellæ cẽ-
ſetur ſemper promittere datiarijs nil facere propter quod
324 impediatur gabella,ita Ripa de priuil.contract.nu 95.† Re-
miſsio etiã ſit publicano ſi noua onera,& collectæ imponã-
tur per ſuperiorem,uel locatorem,ita Ruin.conſ.77.nu.7.
325 uol.1.refert Caroc.d.uerſ.Remiſſ.merced.nu 58.† Idem ſi
impedimentum præſtatur per ſuperiorem publicano, quia
ſit remiſsio ad ratam,ita Bald.conſ.360.uol.5.refert relatiue
326 ue Boſſ.d.tit.de remiſſ.merced.public.nu.261. † Verum au-
tem ſi impedimentum prouenerit ex facto ſuperioris, uel
tertij, ſiue iuſto,ſiue iniuſto ſit fienda remiſsio,not.relatiue

Digitized by Google

Boſſius d. loco, nu. 27. Quod autem ſit fienda etiam ex in-
iuſto impedimento ex facto ſuperioris, notat Caroccius d.
327 verſ. remiſſ. merced. nu. 38. † An autem ſit fienda, ſi ex fa-
cto ſuperioris minus ſit perceptum ex gabella, veluti ſi tem
pore conductionis aderat opinio, quod Princeps deberet
commorari in loco conductionis factæ, & receſſerit, vel ali-
ter, notat relatiue Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced. publican.
nu. 24. quod ſic notat Crauetta explicite conſ. 95. n. 3. de-
328 clarando, vt per eum. † Impedito autem facto etiã ex par-
te locatoris, ſi ei acquieuerit conductor, an ei fienda remiſ-
ſio, quod ſic, notat Bald. conſ. 465. nu. 4. vol. 2. ad finem, re-
329 latiue, Boſſ. d. tit. de remiſſione merced. public. nu. 28. † Re-
miſſionem autem magiſtratus facit publicano, etiam ſi non
ſentiat damnum dimidij ob bellum, etiam quod non ſit in-
tolerabile, ſed leue, veluti ex bello illato in Principem, vel
ipſi ab alio laceſſito, ex quo eo caſu tenetur ad intereſſe, ita
not. Boſſ. d. tit. de remiſſione merced. public. num. 45. & tit.
330 de remiſſ. mercedis conduct. num. 18. † De quo etiam dam-
no poteſt magiſtratus à ſe ipſo ſe informare, vt ibi per eũ,
331 nu. 19. † Remiſſio autem ſi fienda eſt ex pacto ob bellum,
& peſtem copulatiue, fienda eſt etiam ſi alterum contingat,
ita not. Carocius d. verſ. Remiſsione mercedis, nu. 50 Burſ.
conſ. 81. num. 27. vol. 1. Ioſeph. Ludouicus ſuis communi-
332 bus concluſ. 12. verſ. Ampliatur ſexto. † Si autem in inſtru
mento locationis datiorum, & gabellarum fuerit promiſ-
ſum per locatores quod facient remiſsionem propter bel-
lum, vel peſtem, ſi peſtis euenerit ante ingreſſum quaſi poſ-
ſeſsionis poſt contractum, nihilominus fienda eſt remiſsio,
notat Berous quæſt. 53. idem Carocius d. verſ. Remiſſ. mer-
ced. num. 49. Cætera de exceptione caſuum fortuitorum, &
inſolitorum videre licet ſupra in remiſsione fienda pro bo-
333 nis immobilibus. † Fit autem remiſsio publicano damni,
non autem lucri, ita not. Carocius d. verſ. Remiſsione mer-
cedis, num. 37. Declarando vt ſupra notatum in remiſsione
334 bonorum immobilium. † Ad colligendum autem damnũ
publicani inſpiciuntur libri eorum, & propter hoc adhi-
bentur etiam contraſcriptores, licet libri eorum non ſit cõ-
cludens probatio ſed tantum coniectura, ita not. Boſſ. d. tit.
335 de remiſſ. merced. public. nu. 42. verſ. Etiam ſciendum. †
Quomodo autem fructuum perceptio probetur, not. Boſſ.
d. loco, num. 47. Quod autem de damno poſsint Ill. Quæ-
ſtores à ſe ipſis ſe informare, notat Boſſ. d. tit. de remiſſ. mer
336 ced. conduct. num. 19 & ſupra notatum. † Locatores domo-
rum, & horreorum vbi Magazena fiunt, vbi dicta horrea
franguntur & expilantur merces, vel res repoſitæ, an teneã-
tur conductoribus ad remiſsionem diſtinguit ſignanter Ca-
roc. verſ. Magazenis, num. 20. Quid ſi locatores proteſtẽ-
337 tur nolle interri, not. Caroc. verſ. Caſibus, & periculis. †
Conductori molendini fit remiſsio, ſi molendini flumen mu
tauit alueum, ita Natta conſ. 449. num. 16. volum. 2. refert
338 ſequendo, Caroc. d. verſ. remiſſ. merced. num. 16. † Quod
habet locum etiam ſi ſuſceperit caſum manutenendi Ste-
chatos, uel cluſam conductor, ita Fulgoſ. conſ. 193. per to-
tam maxime, num. 3. verſic. Præterea, & verſ. Ad tertium,
comprobat Natta conſ. 449. num. 17. volum. 2. Caroccius,
339 verſ. Caſibus, & periculis, numer. 17. ad finem. † Idem ſi
molendinum hoc corruat chaſmate, vel aquarum inunda-
tione, ita Bertachinus, 2. parte gabell. numer. 54. verſ. Plus
dicit, Caroccius dict. uerſ. remiſsione mercedis, nume. 29 &
340 verſic. Rebus dubiis, num. 4 ad finem cum ſeq. † Idem ſi
molendinum ſemel fuit reparatum expenſis conductoris ad
id obligati, quia ei fit remiſsio ſi iterum corruat, niſi eſſet
obligatus reparare toties quoties corruiſſet, & opus fuiſ-
341 ſet, ita Bertachinus d. 2. parte, numer. 54. † Nam molendi-
num inſtructum tenetur tradere dominus locatori, & ma-
gnam impenſam ad refectionem molendini ſuſtinere debet,
342 † & eius refectio pertinet ad locatorem non ad conducto-
rem, ita Natta conſ. 449. nume. 14 & 15. volum. 2. & infra
343 dicetur cap. 394. Si quis, in verbo, Totum domini. † Con-
ductori autem molendini cũ tribus rotis ſi augeatur quar-
ta rota, non fit tamen auctio penſionis, ita Bertach. dict. 2.
344 parte, num 4. † Furno quoque conducto ad coquendum
pro decem 10 anno aucta, vel diminuta familia, non auge-
tur, nec diminuitur ſalarium conductoris, cum hoc ſit à
fortuna proueniens, ita Caroc. dict. verſ. remiſsione merce-
345 dis, nume. 25. † Bona conducta ſi confiſcentur fit remiſsio
mercedis, ita Natta conſil. 281. numer. 10. volum. 2. refert
346 Caroccius dict. verſ. Remiſsione mercedis, num. 57. † Lo-
cator primus an teneatur facere reſtaurum ſecundo con-
ductori, not. Borgn. deciſ. 44. num. 33. verſi. Et in ſubcon-
ductore.

k Soluere non compellatur] † Tenetur tamen ad ratam
347 pro tempore quo ſtetit in conductione, ita Borgninus deciſ.
44. num. 25. notatum ſupra late, in verbo præcedenti. Clau
ſulæ ſalutares, quæ ſolent apponi à locatoribus in condu-
ctionibus quod teneatur conductor de caſibus fortuitis, &
inſolitis, & quomodo, late notatum in verbo, præcedenti, in
limitatione prima principali.

l Et ad aliam coloniam ſe poſſit] † De iure communi
348 an liceat conductori diſcedere à locatione impune, ſiue ſo-
lutione mercedis durante locatione, diſtinguit Albericus
in l. 1. §. Si penſio, num. 2. ff. de migrando, quem refert Boſſ.
tit. de remiſſ. merced. conduct. numer. 41. verſ. Et omnino,
Quod aut recedit ex voluntate propria, & tunc non poſſit
niſi ſoluta mercede pro toto tempore, aut ex neceſſitate,
quia corruat, vel minetur ruinam res conducta, & tunc
poſſit abſque ſolutione mercedis pro tempore futuro, aut
ex neceſſitate conducentis, quia neceſſe ſit exulare, & tunc
349 poſſit, ſicut etiam locator ex ſua neceſsitate. † Licet au-
tem dominus vrgente neceſsitate poſsit auferre domum à
conductore, vt notat Ripa tit. de priuileg. contract. num. 18.
350 verſ. Nam ſi propter, † non tamen hoc licet conductori
ob neceſsitatem familiæ ſuæ factæ maioris quantitatis, ita
Ripa d. loco, num. 20. verſ. Non obſtant, & num. 21. nota-
351 tum late cap. 379. Nullus, in verbo, Elapſo. † Caſus au-
tem multos explicite notant Scribentes in capitulo, Prop-
ter ſterilitatem locati, in quibus conductor poteſt impune
etiam durante locatione recedere à locatione, prout notat
relatiue Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced. conduct. num. 48. In-
352 ter quos hi ſunt. † Primo quando locator non vult ob-
ſeruare pactum, cuius cauſa fuit factus contractus, Boſſ. d.
353 tit. de remiſſione merced. conduct. numer. 50 † Quando
autem conductor agat contra locatorem non obſeruantem
pacta, & non patientem eum vti frui, notat Boſſ. d. numer.
354 50. verſ. Et quomodo. † Secundo poteſt conductor rece-
dere a locatione etiam ea durante, quando præter conſue-
tudinem rei locatæ aliquid accidit, quo caſu conductor
damnum ſentiat, quod habet locum etiam ſi ceſſet caſus de-
in, ita not. l. Forma, ff. de cenſibus, Calderinus titul. locati
conſ. 5. verſ. Tertio probatur, Ripa d. tit. de priuileg. con-
tract. num. 18. verſ. Et pro iſta, Alciat. conſ. 762. numer. 3.
355 † Tertio vbi conductor caſu fortuito ſine eius culpa fru-
ctum rei conductæ percipere non poteſt, vel damnum in
eis ſentiat, non poteſt recedere à conductione, Calderinus
356 d. conſ. 5. in princip. † Quarto pariter ex defectu inſtru-
mentorum non traditorum per locatorem poteſt recedere
a locatione, ſicut emptor ob defectum inſtrumenti poteſt
recedere ab emptione, ita Boſſ. d. tit. de remiſſ. merced. con-
357 duct. num. 43. † Veluti defectus agricolarum ob bellum,
& peſtem, quia non eſt paruus defectus, ibi Boſſ. num. 44.
358 † Declarando, numer. 45. Vtrum poſsit reparari damnum
359 per ſubrogationem colonorum, vt ibi per eum. † Quinto
ob bellum guerræ, & periculum eius poteſt conductor, &
inquilinus recedere à re conducta durante bello, ita Didac.
Couar. tract. practic. q. c. 30. num. 3. verſ. Quam opinio-
nem, quod idem cauetur in hoc Statuto, declarando, vt late
notatum ſupra, in verbo, Propter communem guerram.
360 † Sexto ulterius quando conducitur poſſeſsio, quæ ex bel-
lo, & peſte mutauit faciem rei, vbi conductor non velit,
aut non poſsit eam reſtituere in priſtinũ, poteſt conductor
deſerere poſſeſsionem recedendo à locatione, vbi tamẽ res
deſtruatur, vel vſus eius vltra dimidium, ita Boſſ. tit. de re-
361 miſ. merced. conduct. num. 42. † Septimo principaliter
poteſt recedi à conductione per colonum, vel inquilinum
ob combuſtionem domorum conductarum, vel mortem
agricolarum, ita Alciat. conſ. 146. numer. 4. & numer. 7. ad
362 finem, & numer. 8. † Octauo limitatur principaliter ſi
vicinio etiam ædificante obſcurentur lumina cœnaculi
domus conductæ, vel oſtia & feneſtras nimium corrup-
tas locator non reſtituat, quia tunc licet colono, vel in-
quilino relinquere conductionem, l. ſi merces, §. Si vi-
cino, ff. locati, notat Boſſ. dict. loco, numer. 41. verſ. In con-
363 trarium videtur. † Nono vbi ager conductus ſit factus
ſterilis, quia poteſt relinqui à colono etiam non finita lo-
catione, ita Petr. Rauen. ſingul. 125. Idem Anchar. iun.
364 quæſt 68 num. 8 lib. 2. Caroc. d. verſ. Sterilis, num. 1. † De-
cimo conductor quoq; domus ob peſtem poteſt recedere
ante finitum tempus locationis, vt non teneatur ad ſo-
lutionem penſionis, niſi in contrarium ſit pactum, ita
Bertachinus tractat. gabell. 2. parte, num. 46. Ripa dict. tit.
de priuileg. contract. cauſa peſtis, num. 18. Gomez. tractat.
contract. cap. 3. locati. num. 3. Menoch. tract. recuperan. re-
365 med. 10. num. 100. Caroc. d. verſ. remiſ. merced. num. 41. †
Quod idem eſt in timore peſtis imminentis cum ſit eadem
ratio,

Digitized by Google

ratio, ita Alciat. conſ. 146 num. 4. ad finem, & nu. 5. Caroc.
366 d. verſ. remiſ. merced. num. 42. † Limitando niſi conduxiſ-
ſet tempore belli, vel peſtis, ita Caroc. d. verſ. remiſ. merced.
numer. 43. & ſupra notatum, in verbo, Propter communem
367 guerram. † An autem ceſſante bello, vel peſte teneatur
conductor reuerti, vel ſit locatio finita dicetur in verbo, Se-
368 quenti, vbi eſt locus. † Vndecimo licite etiam poteſt con-
ductor recedere à conductione ante terminum a domo con-
ducta ob malos ſpiritus, qui ſentiuntur in ea, vt tradit in his
terminis Chriſtoph. Porch. Inſtit. de locat. §. finali, circa fi-
nem, & Cagnol. in l. contractus, nu. 15. ff. de reg. iur. Ferron.
ſuis conſuet. tit. Tertio de locat. § 3. col. pen. verſ. Dubita-
tum autem fuit, Gomel. d. c. 3. locati, num. 3. Caroc. d. verſic.
369 remiſ. merced. nume. 46. † Duodecimo impune poteſt co-
lonus ante finitam locationem deſerere coloniam, ſi locator
ſit rixoſus, moleſtus, odioſus, & ſimilis malę naturæ, not. Ca-
370 roc. d. verſ. Sterilis, num. 3. † Decimotertio poteſt etiam re-
cedere conductor à conductione ex omni alia cauſa iuſta, &
probabili, ita Alciat. conſil. 146 nu. 4. ad finem, & conſ. 762.
371 num. 1. † Vbi autem conductor poteſt recedere a locatio-
ne in caſibus præmiſſis, non tamen poteſt cogi ad hoc per
locatorem ad recedendum, cum ſit hoc introductum fauore
conductoris, ſed poteſt petere reſtaurum, & non recedere, ita
372 Boſſ. d. tit. de remiſ. merced. conduct. num. 47. † Conductor
autem qui poteſt licite recedere à re vel datio conducto ob
bellum, vel aliud, ob quod non poteſt reſiſtere, tenetur de-
nuntiare domino, alias ſibi præiudicaret, quia teneretur
actione locati ad penſionem, ita Boſſius d. loco, nu. 51. Cot-
ta ſuis memorab. in verbo, Conductor, verſic. Et concludit
372 Caccialupus. † Limitando vbi veriſimiliter locator non
potuiſſet prouidere, etiam quod non fuiſſet denunciatum,
ita Boſſ. d. loco, num. 52. verſ. Arbitror tamen, & numer. 53.
373 ad finem. † Imò vbi ſit domus conducta tenetur his caſibus
conductor offerre claues vltra denuntiationem, & proteſta-
tionem, quas ſi locator nolit recipere, tenetur mandato Iu-
dicis deponere, vt excuſetur à penſione in futurum ſoluẽda:
ita Boſſ. d. tit. de remiſſione merced. conduct. num. 46. & nu.
52. verſ. Et ideo, Idem Cotta, in verbo, Conductor tenetur,
verſ. Et concludit. Idem Carocius d. verſic. Remiſſione mer-
cedis, num. 47. Alias tenetur ad penſionem retinendo maxi-
me ibi mobilia, & claues, ita Caroc. d. loco, nume. 51. & ſu-
pra notatum, in verbo, Futuri temporis, limitat. 12 princi-
374 pali. † Conductori tamen non denuncianti rem conductam
quam vult deſerere, competit beneficium remiſſionis, per
textum, in l. Quod ſi domus, §. Item iuris. ff. locat. Boſſ. d. tit.
de remiſſ. merced. conduct. numer. 52. vbi allegat Ripam d.
titu. de Priuileg. contract. cauſa peſt. ebatta 5. quod eſt, nu.
23. videantur notata ſupra, in verbo, Futuri temporis, limit.
12. princ.

m Impune] † Infertur ex hoc verbo non poſſe agi contra
375 eum, nec prętendi aliquod damnum, vel intereſſe, Ita Alber.
ſuo dictionario, in verbo, Impune, idem Bald. l. Qui ſeruum
mihi, ad finem, per illum text. ff. de verb. obligat.

n Rem quam conduxerit colere teneatur] † De iure com-
366 muni ſi quis recedat ob peſtem ingraueſcentem, vel pericu-
lum eius, quod non teneatur reuerti ad coloniam, quam de-
ſeruit ea ceſſante, ita not. Abb. capitulo, Propter ſterilitatẽ,
nu. 8. de locat. à quo diſſentit Ripa tit. de priuileg. contract.
numer. 20. quem tamen reprobat comprobando opinionem
Abbatis Ferronius d. conſuetud. tit. tertio locat. § 3. in princ.
verſic. Tum etiam extende, diſputat late Boſſ. d. tit. de remiſſ.
merced. conduct. num. 41. cum ſeq. vſq; ad nu. 47. Sed quod
non teneatur reuerti comprobando opinionem contra Ri-
pam, not. Didaci Couar. d. tract. Practic. quæſt. cap. 38. nu. 3.
Carocius d. verſic. remiſſ. merced. nu. 44. declarando, nu. 45.
Quod idem habeat locum ſi recedat ob bellum, vel aliam
iuſtam cauſam, quia non tenetur reuerti, not. Alciat. conſi.
762. num. 3.

DE EODEM.
Cap. CCCXCV.

a SI vero ad tantam paupertatem peruenerit colonus, vel ſictabilis, a quod oneri colonię inutilis fuerit effectus, b impune poſſit abire, c & dominus, vel locator ab eo coloniam auferre.

S V M M A R I V M.

1 *Colonus, vel ſictabilis propter nimiam paupertatem, an poſſit recedere à colonia.*

2 *Impune quid importet.*

a QVod oneri coloniæ inutilis fuerit effectus] † Velut
1 ſi propter paupertatem non poſſit manutenere inſtrumenta, & alias res opportunas pro cultura, de quibus notatum per Petrum de Vbaldis tract. de duob. fratrib. q. 11. num. 38. Alias autem deſerens vineæ culturam, vel fundum medio anni tenetur ad intereſſe, ſecundum Caroccium, verſ. Iure ſublocandi, num. 8. † Et ſi Dominus eam relocet tertio, poteſt tamen petere penſionem à primo conductore, de iure non de æquitate, vt per eundem Caroc. verſ. Fundo deſerto.

b Impune poſſit abire] † Quid importet verbum, im-
2 pune, dic vt ſupra notatum in cap. præcedentibus, id eſt ſine regreſſu actionis, vel accuſationis, vt tradit Alber. ſuo dictionario in verbo, Impune, & Bald. in l. Qui ſeruum, in fine, ff. de verb. oblig.

c Et Dominus vel locator ei coloniam auferre] Et ſic eſt reciproca libertas, tam colono recedendi, quam locatori expellendi ante finem locationis ex diſpoſitione huius Statuti.

Quod Dominus poſſit auferre maſſaritium colono, vel ſictabili.
Cap. CCCXCVI.

a SI extra locum, b vel territorium, colonus vel partiarius iuerit ad habitandum ſine licentia domini, vel locatoris, c dominus vel locator ab d eo impune e maſſaritiũ, f & coloniam auferre poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Territorium quid dicatur.*

2 *Impune quid ſignificet.*

3 *Maſſaritia appellatione quid veniat.*

a EXtra locum] Si extra ſcilicet locum, vbi ſit colonia.

b Vel territorium] † Quid dicatur territorium, & quid ve-
1 niat appellatione territorij, notatum eſt per Hieronymum de Monte tract. finium regund. cap 6. Hic autem accipitur pro territorio, in quo bona ſita ſunt, per text. in l. Pupillus §. Territorium, vbi Rebuff. ff. de verb. oblig.

c Dominus, vel locator] Et ſic ſufficit quod ſit ſimplex poſſeſſor, vt alias notatum eſt in multis locis.

d Eo impune] † Sine ſcilicet periculo actionis, vel ac-
2 cuſationis, vt tradit Alberic. in ſuo dictionario, in verbo, Impune, & Bald. d. l. Qui ſeruum, ad finem, ff. de verb. obligat.

e Maſſaritiam] † Quid veniat appellatione maſſaritij, ſi
3 alicui relinquatur, notatum eſt per Bart. in l. 1. & 2. ff. De ſuppellect. legat.

f Vel coloniam auferre poſſit] Ratio illa potiſsimum eſt, nam ſe abſentando cum habitatione, non ſic faciliter poteſt colere bona, & eorum curam habere

Quod in caſu diuiſionis colonorum poſſint bona ſibi locata auferre.
Cap. CCCXCVII.

a COloni, vel partiarij, vel ſictabiles, non poſſunt durante eorum inueſtitura, ſeu locatione, b de bonis ſibi, vel eorum parti, locatis, c aliquam diuiſionem facere, d nec diuerſis perſonis locare, ſine licentia domini, vel locatoris ſui, & ſi contrafiat, e poſſint impune ab f eis auferri bona locata,

S V M M A R I V M.

1 *Habitationem habens an poſſit eam locare.*

a COloni, vel partiarij, vel ſictabiles] Quid differant, late not. eſt ſupra cap. 232. Licitum ſit, in verbis his, volum. 1.

b De bonis ſibi, vel eorum parti locatis] Licita tamen erit diuiſio de bonis eorum proprijs, cum nõ prohibeatur ex eorum Statuto, & non militet eadem ratio.

c Aliquam diuiſionem facere] Cum per diuiſionem bonorum deterior fiat conditio locantis, & domini, tam in conueniendo conductores, quam etiam in viſitando coloniam.

d Nec diuerſis perſonis locare] Secus ſi uni tantum æque idoneo uelis ſublocare, ut per text. in l. Nemo, ubi Gl. ordinaria,

Digitized by Google

naria, C. Locati & Gomeſ. ſuo tract. contractuum, c. 3. Locat.
1 num. 11. & Afflict. deciſ. 401. num. 1. cum ſeq. † Habens ſolam habitationem, quod poſſit eam locare, tenet Afflict. d. deciſ. 401. nume. 8. per l. Cum antiquitas, C. de vſufruct. & Fulgoſ. conſil. 207. num. 2.

e Poſsit impune] Abſque periculo actionis, vel accuſationis, ſecundum Alber. ſuo dictionario, in verbo, Impune, ac Bald. l. Qui ſeruum, ad finem, ff. de verb. oblig.

f Si auferre bona locata] Etiam durante locatione, prout in caſibus notatis capit. præced.

De reſtitutione rei locatæ. Cap. CCCXCVIII.

a SI aliquis, *b* locauerit *c* alicui, vel aliquibus, *d* aliquam rem, *e* vel ius extra redefoſſa Mediolani, *f* & inde appareat publicum inſtrumentum, *g* vel probetur per duos teſtes, quod *h* ille conductor *i* elapſo termino locationis, teneatur, *k* nulla exceptione obſtante, & non obſtante Statuto, *l* de ſapientibus dandis, *m* nec admiſſa aliqua denuntiatione compromiſſi, *n* dimittere rem conductam, *o* vel ius conductum *p* locatori, *q* ſi denunciatum fuerit, *r* ſeu notificatum per locatorem, vel *ſ* habentem ius, *t* uel cauſam ab eo, *u* ante Calendas mēſis Maij. Intra uero redefoſſa, uel in ciuitate ante Calendas menſis Auguſti. Et, *x* ſi conductor *y* uoluerit recedere, *z* teneatur ſimiliter denuntiare, ut ſupra *aa* Domino, uel locatori, & ſi per locatorem, *bb* uel conductorem denunciatum nō fuerit, ut ſupra, *cc* tūc inueſtitura intelligatur renouata, *dd* de anno in annū, donec denuntiatū fuerit, ut ſupra, & vt ſupra, *ee* in omnibus caſibus ſupraſcriptis. *ff* Et ubi relaxatio ſit facienda, ut ſupra, *gg* cogatur ipſe conductor *hh* per quemlibet Iuſdicentem, *ii* ad ipſam relaxationem faciendam, ſub pœna Iuſdicenti, librarum centum Imperialium, & conductori librarum centum Imperialium, applicanda Communi Mediolani pro medietate, & pro altera medietate locatori. Et hoc abſque aliqua declaratione.

SVMMARIVM.

1 *Aliquis dictio h c quid ſignificet, & quos comprehendat, nu. 2.*
3 *Actio præſcriptis verbis, quando competat locatori.*
4 *Locatio quando dicatur non emptio, & num. 5. 6. & 7.*
8 *Statutum de reſtitutione rei locatæ an liget Clericos, & an quaſcumque res comprehendat, vel ius, vſq; ad num. 10.*
11 *Inſtrumentum publicum quid ſit, & num. 12.*
13 *Probatio per teſtes dicitur bona.*
14 *Conducens rem ſuam non ammittit dominium.*
15 *Conductor an poſſit expelli ante terminum.*
16 *Locatio ad beneplacitum quouſque dicatur durare, vſque ad numer. 20.*
21 *Locatio ad beneplacitum an ſit pura.*
22 *Conductor quando poſſit expelli ante tempus, vſq; ad num. 24.*
25 *Nulla exceptione obſtante clauſula, hæc quid importet, & quænam exceptiones per eam cenſeantur reiectæ, vſq; ad nu. 59.*
60 *Conſilium ſapientis quando detur in cauſa locationis.*
61 *Conductor quando teneatur dimittere rem conductam.*
62 *Locatio rei ſterilis quando licet perpetua, vſq; ad num. 76.*
77 *Iura quando comprehendantur in locatione.*
78 *Conductor an poſſit mouere quæſtionem dominij in reſtitutione.*
79 *Denunciationes per conductorem quando fieri debeant etiam per locatorem, & an ſit neceſſaria, vſq; ad num. 84.*
85 *Ius in re quomodo differat à iure ad rem.*
86 *Conductor à non domino an poſſit ab eo expelli, & cauſam habente ab eo, vſq; ad num. 89.*
90 *Denunciatio finis locationis quo tempore fieri debeat, vſque ad num. 94.*
95 *Locatio an tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores, & quid in locatione facta de rebus Eccleſiæ, & num. 96.*
97 *Denunciatio nomine conductoris per quos fieri debeat.*
98 *Conductor an teneatur denuo reconducere, vſq; ad num. 101.*
102 *Denunciatio de ulterius non perſeuerando in locatione quando requiratur, & num. 103.*
104 *Denunciatio qualiter fieri debeat ſi locator fuerit abſens, & an facta Procuratori ſufficiat, vſque ad num. 108.*
109 *Conductor ſi denunciauerit an teneatur ad fictum, vſque ad num. 112.*
113 *Inueſtitura renouatio quando cenſeatur facta.*
114 *Reconductio an cenſeatur facta per ommiſſionem denunciationis, & quando non habeat locum tacita reconductio, vſq; ad num. 179. vbi plures caſus annotantur.*
180 *Reconductio pro quanto tempore cenſeatur facta ſeu renouata, vſque ad num. 184.*
185 *Libellus contra conductorem ad reſtitutionem rei locatæ, quomodo debeat formari, & num. 186.*
187 *L. ſi quis conductionis Cod. locati quando locum habeat, vſque ad num. 204.*
205 *Conductor an poſſit expelli finita locatione per locatorem authoritate propria, vſque ad num. 211.*
212 *Conductor an poſſit tempore feriato compelli ad relaxationem faciendam, vſque ad num. 215.*
216 *Conductor reſtituens rem deterioratam ad quid teneatur, & deterioratio qualiter præſumatur, vſq; ad nu. 242.*
243 *Iuramentum in litem an detur contra conductorem non reſtituentem rem locatam, & quomodo, vſque ad num. 253.*

a SI aliquis] Comprehenditur omnis perſona, tam maſculus, quam fœmina, cum loquatur Statutum de materia indifferenti vtrique ſexui congruenti, vt notatum eſt ſupra
1 cap. 126. In ciuitate, volum. 1. † Comprehenditur etiam quilibet ſiue ſit dominus, ſiue vſufructuarius, ſiue etiam ſit ſimplex poſſeſſor locator, cum Statuti verba ſint generalia, nec contra locatorem alia quæſtio Dominij poteſt moueri,
2 vt per text. l. Si quis conductionis, C. locati. † Clericus quoque poteſt vti beneficio Statuti huius, licet forenſis, & non ſuppoſitus non poſſit eo vti, vt per Statutum ſupra c. 180. In fauorem, vbi notatum eſt de vtroque.

b Locauerit] † Siue ſit locata nummis, ſiue frumento, &
3 fictualibus, ſiue alia mercede in ſpecie, licet eo caſu detur actio præſcriptis verbis, non locati, per l. 1. §. Per ſeruum, ff. Depoſiti. nam tunc etiam eo caſu datur beneficium huius Statuti, ſecundum notata per Bald. in l. Item quæritur, §. finali, quod incipit, Qui impleto, verſ. Hic quæro, ff. Locati, Faciunt cumulate tradita ſupra cap. 379. Nullus, verſic.
4 finali, in verbo, Penſionis † Locatio autem quando dicatur non emptio, tradit Burſ. conſil. 81. num. 4. volum. 1. & late notatum ſupra c. 394. Si colonus, in verbo, Futuri tem-
5 poris. † Diſpoſitio autem hæc habet locum tantum in locatione ad breue tempus, non autem in locatione ad longū tempus, vel cum pacto affrancandi, vt in his terminis tenet Alex. conſ. 17. num. 12. volum. 4. & conſ. 76. num. 5. volu. 5. ac Ruinus conſi. 78. num. 1. volum. 1. & conſi. 114. numer. 4. & 5. vol. eodem. Faciunt tradita per Ripam ſuo tract. de peſte, tit. de priuileg. contract. peſt. num. 53. cum ſeq. in ſua diſtinctione. Quicquid in contrarium tenuerit Alex. conſ. 28. nu. 4. volum. 4. qui ibi reprehenditur à Gloſſa Pariſ. Quam Alexandri opinionem vltimam ſequitur Alciat. in tracta.
6 præſumpt. reg. 2. præſumpt. 17. nume. 4. † Locatio autem ad vitam, an dicatur perpetua locatio, diſcutit Gabriel ſuis
7 communibus, tit. de locat. concluſ. 3. † Locatio autem cum pacto affrancandi ad pecuniam, vbi penſio correſpondeat fructibus, non dicitur emphyteuſis, ſed perpetua locatio, vt tenet Burſatus conſ. 60. nu. 22. vol. 1.

c Alicui] † An liget clericos, vt aſtringantur diſpoſitioni
8 huius Statuti, dubitat Alex. conſil. 93. num. 4 vol. 2. & conſ. 16. & 17. vol. 4.

d Aliquam rem] † Cuiuſcunque qualitatis, & generis
9 ſit, vt in his terminis tradit Alexand. conſil. 106. in princ. volum. 3.

e Vel ius] † Non comprehenderetur ius appellatione
10 rei, niſi hoc expreſſum fuiſſet, ſecundum Alciat. conſil. 426.

f Et inde appareat publicum inſtrumentum] † Quid ſit
11 publicum inſtrumentum, notatum eſt per Pract. in forma libelli inſtrumentorum productionis, verſic. Exhibens, nu. 12. & late notatum ſupra cap. 78. Si quis, in verbo, Aliquod in-
12 ſtrumentum, volum. 1. † Habet tamen locum hæc diſpoſitio, ſi inſtrumentum ſit validum, alias poſſet opponi exceptio inualiditatis, & quod non ſit inſtrumentum, vt per Ruinum l. 1. § Hoc autem, num. 41. ff. de oper. nou. nunc. & per Aſinium ſua praxi iudiciaria, §. 31. capit. 21. verſicu. Primo igitur, & cap. 31. ac per Menoch. tracta. adipiſc. remed. 3. num. 167.

g Vel probetur per duos teſtes] † Concordat cum di-
13 ſpoſitione iuris communis, ex quo ſufficiunt boni teſtes in qualibet probatione regulariter, l. Vbi numerus, ff. De teſtibus.

h Ille conductor] Non tamen habet locum in conductore ad longum tempus, vel cum pacto affrancandi, prout
14 notatum eſt ſupra, in verbo, Locauerit. † Non etiam habet locum in conductore rei ſuæ, qui non amittit hoc caſu dominium rei, ſuæ etiam ſciens, ſecundum Alexand. in l. Si rem aliquam, ff. de acquiren. poſſeſſ. & conſil. 69. numer. 12. & 13.

Digitized by Google

& 13. volumi te 5. ac ſecundum pract. forma libelli, quo
agitur ad præſtationem ficti, verſ. Pro ſolutione, nume. 7.
vſque ad finem.
i Elapſo termino] Ante terminum etiam poteſt expelli
in caſibus notatis ſupra cap. 379. Nullus, in verbo, Elapſo.
15 † Habet locum etiam finito termino locationis, etſi quod
totus annus non ſit lapſus, quia tenetur relaxare, & penſio-
nem totam ſoluere, modo fructus illius anni eſſent perce-
16 pti, vt per Borg. deciſ. 43. num. 61. † Locatio, ſi ſit facta
ad certum tempus, deinde ad beneplacitum, intelligitur ad
tantundem & non vltra, vt tenet Caroc. verſicul. Benepla-
17 cito, nu. 1. † Limitatur, niſi dictum ſit quotiens, &c. ſecun-
18 dum Caroc ibi, num. 2. † Limitatur ſecundo, niſi moria-
tur alter eorum, quia morte finitur, vt per eundem ibi, nu. 3.
19 † Limitatur tertio quando ſimpliciter fuit appoſitum be-
neplacitum, ſed ſecus ſi alia verba vlterius ſint appoſita,
puta cum renouatione, vel diſtincta tot menſium, ita Caroc.
20 num. 4 † Limitatur quarto quando beneplacitum refer-
tur ad perſonam propriam, ſecus autem ſi ad officium, vel
dignitatem conductoris, poſtea ad beneplacitum condu-
ctoris, ſecundum notata per Felynum, cap. Ex literis, col. 6.
verſ. tertius caſus, nu 10 de conſtitu. & notata per Decium
21 conſi. 108. num 5. ac per Carocium d. loco, num. 5. † Loca-
tio autem, & cõductio ad beneplacitum eſt ab initio pura,
& perfecta non conditionalis, licet poſtea reſoluatur ſecun-
dum veriorem, vt magis communem, vt tradit Carocius, ibi,
22 nume. 6. † Si reuocetur in dubium, an ſit lapſus terminus
locationis, non habet locum diſpoſitio huius Statuti, quo
ad procedendum, quominus cauſa committatur conſilio ſa-
pientis, & admittatur appellatio, vt tradit Alciat. in repet.
23 l. 1. § Qui præſens, num. 20. ff. de verb. oblig. † Non habet
pariter locum ſi ex alio capite, quam finitæ locationis pe-
tantur bona reſtitui, veluti ſi velit Dominus, vel locator
ea inhabitare ex cauſa neceſſaria, vel vt domus locata re-
ficiatur, vel in caſibus expreſſis, ſupra, c. 379. Nullus, in ver-
24 bo, Elapſo. † Ex quo Statuti huius diſpoſitio vti correcto-
ria iuris communis non debet extendi ad alios caſus, quam
finitæ locationis, ſecundum tradita in ſimili caſu per Alex.
conſ. 76 nu. 8. & 9 vol. 5.
k Nulla exceptione obſtante] † Per hanc clauſulam re-
25 motionis exceptionum ſimpliciter, quod ſolum ſint remo-
tæ exceptiones friuolæ, tradit Alberic. tracta. Statut. lib. 1.
quæſt. 65 & quæſtio. 152. & Baldus in tract. Statut. in ver-
bo, Excipere, ac Bart. l. 1. § Et parui, vbi Alexan. in addit.
ff. Quod vi, aut clam, atque Alex conſil. 113. numer. 8. & 9.
volum. 5. & Brun. tract. ſuper conſtitut. in verbo, Excipere,
ac Steph. de Federic. tract. de iuris interpretatione, parte 2.
nu. 13. & Aſin. ſua praxi iudic. §. 31. cap. 21. atque Menoch.
26 tracta. arbitr. libr. 2. cent. 2. caſu 197. num. 4. † Friuola au-
tem exceptiones ſunt, quæ nil prodeſſe poſſunt ſecundum
notata per Rebuff. ſuo tracta. concordat. in Rubr. De friuo-
lis exceptionibus, & tradita per Menoch. dict. caſu 197. nu.
4. declarando late, vt notatum eſt ſupra, cap. 42. Si quis, in
verbo, Omni exceptione remota volum. 1. vbi dictum in fi-
ne, quod remota omni exceptione cenſentur etiam remotæ
27 legitimæ exceptiones. † Tamen admiſſa, quæ non erat ad-
mittenda, non operatur eius effectum, vt tenet Lancellot.
tractat. attentat. 3 parte princip cap. 20. De reo, & except.
28 quæſt. 31. in principio. † Exceptio autem dominij etiam
de iure communi, ſi patens ſit, quod non poſſit opponi in
hoc iudicio, eſt notatum in textu, l. Si quis conductionis,
C. Locati. tradit Rebuſ. tract de literis obligat. art. 4. gloſſ. 2.
num. 12. & Abb. cap. literis, num 7 & 35. de reſtituc. ſpoliat.
ac Caſſiodorus deciſi. 1. de except. Doct. in l. Naturaliter, §.
Nihil commune, vbi Alexand. num. 33. & Ripa num. 79 ff.
acquiren poſſeſſ. Canon. cap. Veniens, vbi Felyn. num. 13 &
15. de teſtibus, & deciſ Peruſ. 26. nu. 12. parte 1. ac Ludouic.
Rota Lucana 34. atque Borgn. deciſ. 44. num. 106. cum ſeq.
29 ampliando, num. 110. & duob. ſeq. † Limitando, & dando
cautelam, quod faciat ſe conſtitui procurator ab aliquo
aſſerto domino rei, quia tunc vti Procurator illius poterit
opponere exceptionem dominij, vt per Borgninum d. loco,
num. 113. & ſequen. Fallit ſecundo, ſi quis conduxerit rem
ſuam, vt tradit Bart. & Alex. in l. Si rem aliquam, num. 35. ff.
De acquir. poſſeſſ. & Alex. d. conſ. 69. num. 12. & ſeq. vol. 5.
Riminal. ſen. conſi. 94. nume. 16. volum. 1. vbi adducit ratio-
nem, ac Grat. conſi. 90. num. 12. & 13. volum. 1. atque Plot.
in l. Si quando, numer. 193. C. Vnde vi, vbi ponit duos alios
caſus, in quibus poteſt opponi exceptio dominij, Idem Ca-
30 roc. verſi. Conductore recuſante, num. 8. † Poterit pariter
opponi exceptio præſcriptionis, vt excludatur actio loca-
ti, quando quis longiſſimo tempore ſteterit in poſſeſſione

ſoluendi vniformiter, vt firmat Crauet. contra aliquos tract.
antiq. tempore parte princip. 4. verſ. Materia iſta, nu. 100.
cum ſeq. maxime, num. 125. & conſ. 107. num. 4. & Anchar.
iun. quæſt. 24. num 10. lib. 1. ac Burſa. conſ. 23. num 3. vol. 1.
31 Borgn. deciſ. 44. num 80. † Declarando, vt per eum, nu. 81.
32 vbi requireretur conſenſus alterius perſonæ. † Declara-
tur ſecundo non procedere, vbi præceſſiſſet inſtrumentum
locationis, quia tunc cenſeretur renouata de anno in annũ,
vt tradit Anchar iun. quæſt. 24. num. 11. lib. 1. Borgn. d. dec.
33 44. num. 80. † Aliter etiam limitat Vtſill deciſ. 36. nu. 15.
34 † Exceptiones autem, quæ poſſint opponi per conducto-
rem aduerſus dominum petentem reſtitutionem rei, notan-
tur per Menoch. tract. recuperandæ, remed. 11. nu. 35. cum
35 ſeq. vſque ad nume. 50. † Non cenſetur autem remota ex-
ceptio, quam quis vult incontinenti probare, vt tradit Ab-
bas in cap. ſuper eo, num. 7. de offic. deleg. & Dec. conſi. 424.
num. 6. & conſil 467. nume. 6. & 7. ac Aſin. ſua praxi iudicia-
ria, §. 31. c. 26. & Rolan. à Vall. tracta. de inuent. parte princ.
36 4. verſicu. Quæritur etiam, num. 22. † Exceptio quoque rei
non traditæ poterit opponi, niſi ipſe conductor ſit ipſemet
venditor, quia tũc non poſſet hoc excipere, ſecundum Plot.
37 in l. Si quando, nume. 174 C. Vnde vi. † Poterit etiam op-
poni non eſſe finitam locationem, vt tradit Alciat. d. l. 1. §.
Qui præſens, num. 20 ff. de verb. oblig in repetitione, & hęc
eſt iuſtiſſima cauſa non reſtituendi rem locatam, ſecundum
38 tradit. per Menoch. tract. recuper. remed. 11. num. 22. † Ex-
ceptio vlterius quod agens non ſit locator, poterit obijci,
vt tradit late Aſin. d. ſua praxi iudiciaria, §. 31. capitu. 21.
verſicu Primo igitur, & in ſimili tradit Alex. conſi 1. num. 8.
volum. 5. niſi conſtet de qualitate ſaltem ſummarie, vt ibi
39 per eum. † Exceptio quoque inhabilitatis perſonæ agen-
tis, veluti quod ſit agens excommunicatus poterit obijci, vt
40 per Aſinium d. ſua praxi iudiciaria, §. 31 cap. 23. † Exce-
ptio præterea ex eodem ſtatuto oriens, vel ex altero non
reijcitur, vt tradit Aſin. d. §. 31. cap. 22. & cap. 40. & Oſac.
41 deciſ. 1. nume. 22. † Notoria etiam exceptio non tollitur,
ſecundum Aſin. d. §. 31. c. 25. & 53. nec ẽt exceptio contrarie-
tatis, vel perplexitatis, vt per eundem Aſin. ibi, capit. 28.
42 † Exceptio, quæ oritur ex natura ſubiecta materiæ, non tol-
43 litur, ſecundum Aſin. ipſum d. §. 31. cap. 29. † Innocentiæ
quoque exceptio non cenſetur ſublata, vt tradit Alex. conſi.
113. nume. 8. volum. 5. & Aſin. d. ſua praxi iudiciaria, §. 31.
cap. 38. ac Kirch. iuris communibus, cent 5 conclu. 62. Statu-
44 tum licet. † Actionis ineptæ exceptio opponi quoque po-
45 terit, ſecundum Aſinium d. §. 31. cap. 41. † Excipi quoque
poterit, quod res locata non ſit in rerum natura, vt tradit
46 ipſe Aſin. d. §. 31. cap. 51. † Exceptio pariter quæ ex eodem
fonte, vel inſtrumento locationis oritur, nõ cenſetur ſubla-
ta, ſecundum notata per eundem Aſinium d. §. 31. cap. 30.
47 vel alio quoque æque ſolenni, vt ibi per eum, cap. 40. † Me-
tus quoque, & ſimulationis in contractu adhibitæ exceptio
obijci poterit, vt per dictum Aſinium d §. 31. cap. 36. & ſe-
48 quentibus. † Falſitatis præterea inſtrumenti exceptio po-
terit opponi, vt per eundem d. § 31. cap 50. Sicut etiam nul-
49 litatis exceptio poteſt opponi, vt ſupra notatum fuit. † Ex-
ceptio etiam quę prouenit ex conf. ſſione partis poterit op-
poni ſemper, vt per eundem Aſinium d. §. 31. c 39. uel etiam
proueniens à dolo partis, ut ibi per eum, nume 43. uel eius
50 facto, ut ibi per eum, num. 56. † Exceptio quoque fienda
per indirectum, non per conductorem, ſed per tertium, non
cenſetur ſublata, ut per Aſinium ipſum d §. 31. c. 35. ueluti
ſi impediat rem reſtitui locatori, ſecundum tradita per Me-
51 noch. tract recuper. remed. 11. nume 23. † Si tamen ea in-
continenti probetur, alias reijcitur, ut ſignanter docet Bor-
52 gn. deciſ. 45. nu. 74. ubi dicit ſic iudicatum Papiæ. † Soluens
autem per annos quinquaginta uniformiter excludit actio-
nem locati, ut per Burſ. conſ. 23. num. 3. uolum. 1. † Nullitas
pariter pronuntiati ſublata exceptione nõ cenſetur reiecta,
ſi fuerit ſuper hoc iudicatum, ueluti ex defectu iuriſdictio-
nis, ſecundum allegata per Ang. l. Si expreſſim, num. 7. ff. de
appella. & tradita per Aſinium d. ſua praxi §. 31. c. 32. & 45.
Vel etiam ex defectu citationis, ut per eundum ibi cap. 27.
53 † Quia per quamcunque clauſulam generalem remouentẽ
exceptiones non cenſetur remota exceptio nullitatis, ſecũ-
54 dum Marſ. tract bannit. in uerbo, Nullitas, num. 52. † Per
hanc clauſulam non tollitur pariter officium Iudicis, ſecun-
dum notata per Aret. in §. 1. num. 2. Inſtit. de action. & per
Abb. cap. cum quis, nu. 8. de reſtit. ſpoliat. & c. Ex parte, il 2.
num. 6. de off. deleg. & per Aſinium late declarando d § 31.
55 cap 33. & ſeq. & cap. 42. † Reſtitutio etiam in integrum nõ
cenſetur ſublata per hæc uerba, cum in ſpecie tollenda ue-
niat, ſic tradit Galliauola in l. centurio, num. 166. ff. de uulg.
& pupill.

Digitized by Google

& pupill. ac Socin. ſen. conſ. 399. num. 5. volum. 2. & Affl. d.
56 §. 31. cap. 52. † Appellatio verum ſit ſublata per hanc clau-
ſulam videtur quod ſic, cum hic agatur de iudicio mere poſ-
ſeſſorio iudicio ſcilicet detentatorio, quo caſu quidem etiã
de iure communi non datur appellatio, vt tradunt Scriben-
tes omnes in l. 1. per illum text. Cod. Si de momen. poſſeſſ.
† Et licet ſecundum Baldi opinionem poſſet huic funda-
mento reſponderi admittendam eſſe appellationem, cum
non expectetur poſt ſe aliqua petitorij ſententia, ex qua
poſſit reparari præiudicium poſſeſſionis, ſeu tenutæ huius,
vt per Baldum d. l. 1. nume. 1. & in his terminis fere iudicij
detentatorij, num. 7. verſ. Quid ſi non agitur. Cod. Si de mo-
ment. poſſeſſ. tamen Salic. ibi, in princip. tenet contra Baldi
opinionem, ſcilicet quod illa lex procedat etiam, ſi non ex-
pectetur aliquod petitorium poſt ſe, ad quod facit, l. finalis,
ff. de appellat. recipien. Arguitur ſecundo ex verbiſmet Sta-
tuti huius, Nulla Exceptione obſtante, ex quibus videtur
tolli appellatio, vt in his terminis tenet Alciat. d. l. 1. §. Qui
præſens, ad finem in repetitionibus. Secus tamen cenſuit in
iudicando in facti contingentia, Ill. Senator nunc Dominus
Gothardus Reyna ſuper articulo huiuſmodi ſibi commiſſo
per reſcriptum Senatus anno 1567. de menſe Octobris in
cauſa vertente inter Dominũ Andream Cataneum, & Do-
minum Alexandrum Suicum, quod cauſa ſcilicet erat ap-
57 pellabilis. † Quicquid ſit vbi etiam de iure remota eſſet
appellatio per hæc verba, tamen appellatio iuridica non
cenſetur remota, ſed ſolum friuola, vt in fortioribus termi-
nis appationibus remotæ cenſuit Alexan. conſi. 113. num. 8.
volum. 5. & Menoch. tracts. arbitr. libr. 2. cent. 2. caſu 197.
nume. 2. cum quatuor ſequentibus, vbi etiam declarat quæ
ſint friuolæ appellationes, & exceptiones, & propter hoc
forte Ill. Dominus Reyna in illo ſuo caſu motus fuit ad iu-
dicandum cauſam appellabilem, ſolet tamen Senatus in his
cauſis, poſtquam ſit iudicatum dare reſcripta, quod non
obſtante appellatione exequantur, & ſic cenſuit ad preces
Domini Baptiſtæ de Ganno per reſcriptum Domino Præ-
58 tori Arcelati anno 1564. die vltimo Octobris. † Quod de-
bet concedi præſtita fideiuſſione per locatorem de reponen-
do conductorem in poſſeſſione in caſu ſuccumbentiæ, vt
tradit Borg. deciſ. 45. numer. 78. Quod hodie non conceditur,
ſtantibus ordinibus nouis ſuæ Maieſtatis Catholicæ.
59 † A ſententia autem extractionis, quod non appelletur,
quia ea indiget celeritate, ſecundum Gramm. deciſio. 58.
nu. 15. & ſecundum Caroc. tract. Locati, verſ. Si de monito-
tanea, num 3. & 4.

l Et non obſtante Statuto de ſapientibus dandis] † Limi-
60 tatur tamen hoc, vbi reſtricetur in dubium, quod lapſus
fuerit terminus locationis, quia tunc conſilium ſapien-
tis debet dari, ſi fuerit tempore debito petitum, vt no-
tauit Alciat. d. l. 1. §. Qui præſens, num. 27. in repetitione,
ff. de verb. oblig.

m Nec admiſſa aliqua denuntiatione compromiſſi] Iuxta
diſpoſitionem Statuti ſupra, ca. 115. Si de carcero, vol. 1. vbi
agatur inter compulſos ex illo Statuto.

n Dimittere rem conductam] † Tenetur pariter quis relin-
61 quere bona data alicui loco habitationis eidem promiſſæ,
licet non ſit proprie conductio, & locatio inter eos, modo
loco eius detur alia habitatio, non tamen ex diſpoſitione
huius Statuti, vt in his terminis tradit Afflict. deciſi. 146.
62 † Locans rem ſterilem, ſi melioretur, & ad fructus rediga-
tur, locatio fit perpetua, ſecundum Caroc. verſic. Tranſmiſ-
63 ſione locationis, nume. 1. † Ampliando in conductore rei
Eccleſiæ ad longum tempus, ſi ad culturam eam redegerit,
vt poſſit cogere ad locandum in perpetuum, vt per Caroc.
64 ibi, nume. 2. cum ſeq. † Illi enim, qui cultura ſua fecerint
fertiles agros iampridem ſteriles, non poſſunt per Dominos
à cultura remoueri, ne doleant de diligenti cultura, ſecundũ
65 Caroc. verſ. Fundo meliorato, num. 2. † Quod tamen con-
ductor, qui fundum meliorauit poſſit remoueri à locatore,
qui plus reperit ſolutis melioramentis tenet idem Caroc.
66 verſ. Fundum meliorato, numer. 1. & 2. † Vſufructuarius
quoque ex æquitate tenetur potius locare proprietario,
quam alteri ob affectionem, & connexitatem, ſecundum
67 tradita per eundem Caroc. verſ. Vſufructu, num. 4. † Et ſi
proprietarius dein ſublocet iure proprio, vſufructuario
68 præiudicat, alias non, vt tradit idem ibi, num. 14. † Condu-
ctor domus, ſiue inquilinus non cogitur reconducere pro
anno ſequenti, ſuo nec volens poteſt cogere locatorem ad
ſibi relocandam, niſi ſit promiſſa relocatio, ut per Bertachi-
69 num tract. de gabell. parte 2. nume. 15. † Dominus directi
ſi emphyteuta vult locare domum, præfertur alijs, ſicut
etiam in venditione, vt tradit Vrſill. ad Afflict. deciſ. 238.
70 num. 6. † Conductor antiquus, licet finita locatione tenea-
tur recedere à re locata, & eam dimittere locatori, tamen
ſi Dominus velit ea bona locare de nouo alijs, tenetur præ-
ferre colonum antiquum nouo æquali prætio, ſecundum
notata per Bar. in l. Congruit, C. de locat. præd. ciuil. li. 11.
& notata per Lucã de Pen. in l. 1. d. tit. C. Locat. præd. ciuil.
71 lib. 11. ac per Affl. dec. 238. num. 1. † Idem in bonis fiſcali-
72 bus tenet Petrus Rauen. ſing. 848. † Idem in bonis priuati,
tradit Lucan. tract. de fiſco, nu. 11. ver. Nouus, & Marſ. Lau-
73 denſ. d. ſimili tracta. quæſt. 142. † Secus tamen cenſet præ-
terquam in bonis fiſcalibus, Boer. dec. 107. num. 1. & Poller.
in conſtit. regni, De epiſc. & cler. num. 37. ver. Et licet, per
l. Ne cui, C. Locat. ac per Mynſingerium ſua obſeruatione
74 23. cent. 4. † Quod autem prima opinio procedat in ruſti-
cis, non autem in vrbanis prædijs, tradit Vrſil. ad dec. Affli-
75 ct. 238. num. 1. † Et eo caſu, quo præfertur antiquus colo-
nus ex diſpoſitione legis, non tenetur de euictione domi-
76 nus, vel locator, vt per eundem Vrſil. ad finem. † Si ta-
men nouus conductor offerat maiorem penſionem, præfer-
tur antiquiori, vt per Ruinum conſi. 72. num. 10. volum. 1.
refert Caroc. tract. Locati, ver. Communi diuidundo, num. 3.
ad finem.

o Siue ius conductum] † Hoc eſt poſitum, vt comprehen-
77 dantur iura, veluti datia, & ſimilia conducta, quæ alias non
comprehenderetur, ſecundum Alciat. 426. in prin.

p Locatori] † Siue ſit Dominus bonorum locatorum, ſiue
78 non, tanto magis quia quæſtio dominij non poteſt moueri
per conductorem in reſtitutione rei locatæ, vt cauetur in l.
Si quis conductionis, vbi Scribentes C. Locati, cum declara-
tionibus ſupra notatis.

q Si denuntiatum fuerit] Veluti per inſtrumentum, vel
mandato Iudicis, vt ſupra cauetur in his denunijs in ſimi-
li, cap. 379. Nullus, in verbo, Et ei denuntiatum fuerit.
† Forma harum denuntiarum fiendarum, cauetur ſupra
cap. 6. Denuntiationes, & cap. 376. Quicunque Notarius,
79 volum. 1. & cap. 198. Quilibet, volum. hoc 2. † Denun-
tiationes hæ extraiudiciales, à quo, cui, quo loco, &
tempore, & coram quo Iudice fieri poſſint, eſt late ſupra
diſcuſſum, cap. 417. Si quis, in verbo, Denuntiauerit ſolen-
niter, volum. 1.

r Seu notificatum] † Veluti oretenus, vel per chirogra-
80 phum, vel per epiſtolam, quod ſufficit hoc caſu, vt tradit
Napod. ſuis conſuet. Neapol. tit. 24. Locati, ver. Sed ſi fundũ,
81 in verbo, Aſſignare, in prin. num. 25. † Denuntia, & notifi-
catio hæc voluntatis locatoris, vel conductoris, ad hoc vt
finis, ſit locationi, eſt neceſſaria de iure communi, ſecundũ
notata per Bal. in l. 1. §. 6. num. 1. ff. De eo, qui pro tutor. &
tradita per Iaſon. in l. Si quis, nec cauſam, §. finali, num. 8.
ff. Si certum petatur, ac in l. Si ex legati, col. 4. nu. 14. verſi.
Sexto, ff. De verb. oblig. vbi loquitur in conductore, quod
82 idem eſt dicendum in locatore, cum ſint correlatiua. † De-
nuntia hæc tranſmiſſa modo hic notato, & quod inultus lo-
cator non teneatur relinquere domum locatam conductori
eodem pretio cauetur ex text. l. Ne cui liceat, C. Locati, &
83 Afflict. dec. 238. num. 1. † Denuntia, & notificatio hæc ha-
bet locum etiam in caſibus, in quibus non ſit proprie loca-
tio, veluti in fictabili ad frumentum, vel ad mercedem in
in ſpecie aliqua, vel ſi aliquis inhabitet domum nulla mer-
cede conſtituta, vel conuenta in genere, in quibus non datur
actio locati, ſed præſcriptis verbis, iuxta tex. in l. 1. §. Si quis
ſeruum, ff. Depoſit. vel condictione ſine cauſa quanti quis
eſſet conducturus, iuxta notata per Ioannem Andr. ad Spe-
culat. tit. Locati, §. Poſt, in litera C, & per Bart. & Ang. l. In
ſumma, §. Et ſic, vbi etiam Alexander in addit. ad Bart. ff.
De condict. in debitis, atque Ruinus conſil. 78. num. 5. vol. 1.
cum pluribus in ſimili notatis per nos ſupra c. 379. Nullus,
84 verſ. ſi. verbo, Penſionis, vbi late. † Denuntia, & notifica-
tio hæc non eſt neceſſaria, vbi in inſtrumento locationis ei
denuntiæ fuerit renuntiatum, & in inſtrumento dictum,
quod ipſo iure ſit finita locatio abſque denuntia, finito
ſcilicet tempore in inſtrumento contento, vt per Rui-
num conſil. 78. nume. 3. verſic. Tertius, volum. 1. & ita præ-
cticatur.

ſ Habentem ius] † Haberi poteſt ius in re, & ad rem, quæ
85 quomodo differant, tradit Dec. conſ. 147. num. 4. Habere
autem ius in re dicitur etiam quod habeat quis dominium,
86 ſecundum Iaſ. § Sed iſte, num. 8. Inſtit. De action. † Idem
ſi habet hypothecam, cum dicatur habere ius in re, vt tradit
Alex. conſ. 118. num. 20. vol. 5. Conducens autem domum à
non domino, poteſt ab eodem non domino expelli, ſecundũ
Bart. l. Si ſeruus, C. Quod cum eo, & per Caroc. tract. Loca-
ti, verſ. Si quis à non Domino.

ſ Vel

Digitized by Google

t Vel cauſam] † Habens titulum ab aliquo dicitur habe-
87 re cauſam ab eo, vt notatum eſt in l. Pomponius, §. Si liber.
vbi ſcribentes. ff. de aeq. poſſ. & per Alexand. conſi. 198. n. 6.
88 volum. 7. † Etiam non habentes hypothecam poſſunt di-
ci large ſumendo habere cauſam ab aliquo, prout tradit
Bart. in l. Demonſtratio, §. Qui autem, num. 4. ff. de cond.
89 & demon. † Et propterea habens aliquam rem, vel ius
titulo conductionis ab aliquo, dicitur habere cauſam ab
eo, vt cauetur in Statuto datiorum, in antiquis, Ru-
brica Quod conteſtabiles liceat tenere, incipit Liceat,
fol. 164.
u Ante Calendas Maij] † De Iure communi poteſt fie-
90 ri quolibet tempore, etiam in fine anni locationis, per textũ
apertum in l. Item quæritur. §. Qui impleto, vbi Scriben-
91 tes omnes, ff. Locati. † Denuntiam hanc, vel notificatio-
nem, quod ſufficiat facere in ipſis Calen. Maij, ſuadetur ex
verbis Statutimet, dum dicitur ante Calendas, ſcilicet fini-
tas, ita interpretatur verbum hoc Bar. conſil. 176. Pluries
92 contingit. † Eccleſia omittens hanc denuntiationem, vbi
ligetur Statuto aliquo, poteſt reſtitui in integrum vti læſa;
ſecundum notata in ſimili Statuto per Alex. conſ. 17. n. 17.
93 volu. 4. † Audiui quandoque declaratum ſtatuti huius di-
ſpoſitionem, quo ad formam tranſmittendi has denuntias
non habere locum in his locationibus, quæ finem non habe-
rent in feſto ſancti Michaelis, ſed in alio tempore, vt puta
in feſto Paſchatis, quo quidẽ caſu ſufficiat denuntiare alio
tempore habita cõſideratione terminorum hic notatorum
94 ante finem locationum. † Senatus aliquando diſpenſauit
tenere denuntiam etiam tráſmiſſam poſt Calendas hic no-
tatas, prout me aduocante cenſuit ad mutuas preces Nobi-
lis Domini Alexandri Carcani ex vna, & domini Anſelmi
Carpani in locatione quorundam alpium, quod ſcilicet te-
neret denuntia tranſmiſſa per ipſum Dominum Carcanum
emptorem illorum alpium prædicto domino Carpano con-
ductori, quæ fuerat tranſmiſſa die 12. Iunij, & ſic longe poſt
Calendas Maij, ſic ſancitum die 8. Auguſti 1572.
x Si conductor] † Idem in hærede eius; cum locatio tran-
95 ſeat ad hæredes, & ſucceſſores, l. Viam veritatis, C. Locati,
cum alijs accumulatis per Gomeſ. tract. contractuum, c. 3.
96 Locati, num. 7. † Etiam ſi fuerit facta per Rectorem ciui-
tatis de rebus Eccleſiæ, cui ſpectet onus locandi, vt tradit
Didac. tract. Variarum reſolut. c. 15. circa finem, verſ. Idem
97 dicas, & verſ. Igitur, vſq; ad finem, lib. 2. † Per quas autem
perſonas nomine conductoris poſſit fieri hæc denuntiatio,
eſt notatum in ſimili ſupra c. 317. Si quis, in verbo, Denun-
tiatum fuerit ſolenniter, vol. 1.
y Voluerit recedere] Scilicet poſt finitam locationem, vt
ſupra diſpoſitum fuit per verba Statuti huius in locatore.
98 † Colonus, vel conductor finita locatione, non tenetur de-
nuo reconducere, l. Inuitus, C. Locati, & tradit Caroc. d.
tract. Locati, verſ. Iure perſonarum, num. 11. verſi. Sed con-
99 tra. † Limitatur primo, niſi colonus debilitaſſet agrum ex
nimia perceptione fructuum, ſecundum notata per Caroc.
100 ipſum ibi, verſ. Declara niſi. † Limitatur ſecundo in con-
ductore gabellarum non offerente alio tantundem, vt tradit
Bar. l. Cotem, §. Qui maximos, In prin. ff. De Publicanis, &
Bal. l. 1. C. De hæred. inſtituen. ac Caroc. referens d. loco, nu.
11. ad finem, & late notatũ eſt in nouis Conſtit. tit. De iure,
101 & priuileg. fiſci, in Rubr. In priuileg. Fiſci, priu. 8. † Quod
habet locum, vbi in præcedentibus annis conductor perce-
pit fructus multos vltra ſolitum, vt per Mart. Lauden. tract.
De iure fiſci, q. 65.
z Teneatur ſimiliter denuntiare] † Eſt idem de Iure com-
102 muni, alias tenetur ad penſionem, ſecũdum tradita per Iaſ.
l. Si quis nec cauſam, §. Res pignori, num. 5. ff. Si certum pe-
tatur, & tradita per Boſſ. referendo ſua praxi, tit. de remiſſio-
ne merced. conduct. nume. 51. & 53. declarando tamen, vt
infra, cum dicto iure quolibet tempore poſſet tranſmitti
103 denuntia. † Hæc autem forma denuntiandi tam in loca-
tore, quam in conductore, non debet ſeruari, ſi ex cauſa
conductor recedere velit, non quod ſit finis locationi, in
caſibus ſcilicet exceptis ſupra c. 379. Nullus, in verbo, Etiã
non termino elapſo. Et tanto magis hoc ſuadendum, cum
Statutum hoc loquatur de denuntia fienda finita locatione,
& ſic Statutum eſt correctorium in hoc Iuris communis,
quo quidem iure quolibet tempore anni poteſt tranſmitti
denuntia, & notificatio hæc, vt cauetur d. l. Item quęritur,
§. Qui impleto, ff. Locati, & tradit Alex. d. conſi. 76. num. 9.
vol. 5. ac Boſſius late declarando d. ſua praxi crimin. tit. De
remiſſione merced. conduct. num. 52.
aa Domino, vel locatori] Declaratur, vt late notatum eſt
104 ſupra, in verbo, Denuntiatum fuerit. † Dominus, vel lo-
cator ſi ſit abſens ſufficit denuntiare domini, vel vicinis, vel
amicis, tenet l. Si quis aliter, §. 1. ff. Quod vi, aut clam, &
Bald. in l. 1. §. fi. num. 1. ff. De eo, qui per tutorem, per illum
tex. Cephal. conſi. 475. nume. 4. volum. 4. & Caroc. dict. ver.
105 Renouatione, num. 29. † Dominus, vel locator ſi ſit præ-
ſens, an ſufficiat denuntiare procuratori eius, vel negotio-
rum geſtori, quod ſic, videtur tenere in ſimili Napod. con-
ſuetud. Neapolis tit. 24. Locati, ver. Sed ſi fundum, in verbo
Domino, nu. 24. Verum in contrarium vrget tex. in l. Quod
vulgo, ff. De vſucap. pro empt. vbi innoteſcere Domino nõ
præſumitur, vt infert Alexan. conſil. 42. numer. 4. volum. 1.
106 † Cum etiam Procurator non poſsit inferre præiudicium
107 eidem, vt tradit Alex. conſi. 22. num. 10. volum. 1. † Facit
etiam ad hoc quia recepto ſeruitio per Procuratorem, non
facit præſumi inueſtituram præceſsiſſe, ſecundum Alex.
conſi. 136. verſic. Non obſtat, volum. 1. Firmat hoc in ſimili
108 Tiraquell. tracta. retract. lignag. §. 9. gloſ. 3. nume. 7. † Niſi
fiat in ſubſidium, vbi Dominus ſit abſens, vt ibi per eum,
numer. 8.
bb Vel per conductorem denuntiatum non fuerit] † Quo
109 quidem caſu, etiam quod poſſeſsionem bonorum condu-
ctorum deſerat, tamen tenetur ad fictum, & penſionem con-
ductor, non denuntians, quia voluntas non pręſumitur mu-
tata, ſecundum notata per Ancharanum conſi. 90. num. 9.
per tex. in c. Maiores De baptiſma. faciunt tradita per A-
lexan. conſ. 16. volu. 4. Et Iaſonem in l. Si quis nec cauſam,
§. Res pignori, nume. 5. ff. Si certum petatur, & in l. Si ex le-
gati, num. 14. verſic. 6. ſignanter limita, ff. de verb. oblig. ac
per Menoch. tract. arbitr. libr. 3. cent. 2. caſu 138. nume. 20. &
110 ſequen. atque Caroc. d. verſic. Renouatione, num. 29. † Sicut
è conuerſo, ſi poſt denuntiationem factam à conductore, ſi
conductoris etiam finito termino teneat res ſuas in domo
conducta, vel etiam claues domus, non per hoc cenſetur re-
conduxiſſe tacite, imò eo caſu locator amitteret fictum, &
penſionem, & ſic ſuæ negligentiæ hoc imputari debet, vt
in his terminis tenet Napo. d. tit. 24. Locati, ver. Sed ſi fun-
dum, in verbo, Aſsignare, num. 25. ver. Item ſi aſsignauit ex-
preſſe, & Bar. in l. Item quæritur, §. Qui impleto, num. 3. ff.
111 Locati. † Limitatur hoc, ſi locator pendente tempore con-
ductionis proteſtetur nolle ſtare locationi, ſi dein ea finita
nil dicat, ſed permittat conductorem perſeuerare, quia cen-
ſetur renouata tacite conductio, vt per Alex. conſi. 1. colu.
pen. num. 13. volum. 2. & per Caroc. d. verſic. Renouatione,
112 num. 2. † Clericus quoque conductor bonorum laici vi-
detur ligari diſpoſitione huius Statuti, vt teneatur denun-
tiare, vt hic diſponitur, alias quod cenſeatur facta recon-
ductio, vt notauit (licet ſub dubio) Alex. conſi. 17. num.
16. & ſeq. vol. 4. & conſ. 93. num. 4. vol. 2. notatum in prælu-
dijs de ueritate.
cc Tunc inueſtitura cenſeatur renouata] † Renouatio quã-
113 do cenſeatur facta, ex obſeruantia ſubſecuta colligitur, vt
tradit Socinus iun. conſi. 25. num. 11. & duobus ſeq. uolu. 2.
& Ludouicus referendo ſuis communibus, concluſ. 38. verſ.
114 Infertur 65. † Hoc Statutum in hac parte exorbitat ali-
qualiter à Iuris communis diſpoſitione, dum vult recondu-
ctionem intelligi factam ex omiſsione denuntiationis; ut in-
115 fra declarabitur. † De iure autem communi intelligitur
facta renouatio conductionis, ſi impleto tempore cõductor
perſeueret in conductione, alias non, vt tradit Alex. conſil.
17. num. 14. uolum. 4. ubi dicit eſſe contra ius commune, &
Ruin. conſ. 78. num. 4 uerſ. Sed iſta reconductio, & conſi. 86.
num. 19 & conſ. 14. num. 3. uolum. 2. ac Burſ. conſi. 23. nu. 17.
116 volum. 1. † Niſi perſeueraret paucis diebus ſecundum tra-
117 dita per Caroc. uerſ. Renouatio locationis, num. 22. † Am-
pliatur ut habeat locum, etiam ſi locator pendente tempo-
re locationis proteſtetur conductori nolle ſtare locationi,
& dein finito tempore locationis nil dicat, ſed permittat
conductorem perſeuerare in conductione, ut tradit Alex.
d. conſi. 1. col. penult. nume. 13. uolum. 2. & Caroc. d. uerſic.
118 Renouatione locationis, nu. 2. † Et patientia per aliquod
tempus dicitur ſufficiens, ſi quis per tres menſes poſt finitam
locationem perſeueret in conductione ſecundum Magonũ
119 deciſi. 47. nume. 10. & ſupra notatum. † Quid plus ſi colo-
nus, uel inquilinus patiente domino, & locatore fuerit per
longum tempus in locatione ſingulis annis ſoluendo mer-
cedem, præſcribet & faciet locationem perpetuam, ut am-
plius non poſsit expelli, ut tenet Bald. in l. Male agit, nu. 6.
C. De præſcript. annali, & Carocius, d. uerſ. Renouatione
locationis, numer. 4. & notatum late ſupra, cap. 387. Si con-
tingat, in uerbo, Intra dictum triennium, & ſupra, in uerbo,
120 Nulla exceptione obſtante. † Ampliatur ſecundo, ut di-
cta renouatio cenſeatur facta eodem pretio, & pignoribus;
& clau-

Digitized by Google

& clauſulis, prout prima, ut infra dicetur, limitando ut ibi
late. Ampliatur tertio, vt hæc concluſio habeat locum in
Doctore conducto ad legendum, quia intelligitur finito
tempore, ſi perſeueret reconductus eodem pretio, vbi noua
conuentio non fuerit facta, ſecundum notata per Corſet.
121 ſuo ſingul. Salarium, il quarto. † Ampliatur quarto hæc
concluſio tacitæ reconductionis, vt procedat nedum in cō-
tractu locationis propriæ, ſed etiam in alio, qui ei aſſimila-
tur, veluti in eo, in quo nil datur, nec conſtituitur pecunia
numerata, ſed id datur in victualibus, vel etiam in partiario
colono, vel etiam inquilino, qui inhabitat nulla conſtituta
mercede, vel conſtituta in certa ſpecie, non autem in num-
mis, in quibus contractibus non agitur actione locati, ſed
præſcriptis verbis, vel pro ſocio, vt ſupra notatum c. 329.
122 Nullus, verſi. finali, in verbo, Penſionis. † Tamen cum lo-
cationi aſſimilentur, vt eſt tex. in l. 1. §. Si quis ſeruum, ff.
Depoſiti, cenſetur etiam in his facta tacita reconductio p
perſeuerantiam, vt tenet Bald. l. Item quæritur, § Qui im-
pleto, verſ. Hic quæro, ff. Locari, & Ruin. in ſimili conſil. 78.
123 num. 5. volum. 1. † Limitatur, & declaratur hæc diſpoſitio
huius tacitæ reconductionis, vt non procedat, etiam quod
locator non denunciauerit, ſi tamen locator litiget cū con-
ductore ſuper fictis, vel penſione, quia tunc non cenſetur re-
nouata, vt in his terminis Statuti declarat Alciat. tract. præ-
124 ſumpt. reg. 2. præſumptione 17. nume. 4. † Limitatur ſe-
cundo non habere locum in contractu, vbi actum ſit, quod
neceſſario fiat ſcriptura, quia tunc non fit hæc tacita recon-
ductio, ſecundum tradita per Bald. in l. Legem, verſic. Sed
hoc, C. Locari, & notata per Alexand. conſi. 17. nu. 15. verſ.
Item reſpondet, volum. 4. ac per Rebuff. tracta. De literis
obligatorijs, art. 2. Gloſſa 1. num. 91. atque Menoch. conſil.
121. num. 101. volum. 2. & per Borgninum deciſ. 44. num. 82.
125 verſi. Nec emphyteuſis. † Ceſſat tertio hæc tacita recon-
ductio in contractu mixto, ſcilicet locationis ad longum tē-
pus, vel cum pacto affrancandi, vbi requiratur tranſlatio
dominij, vt in his terminis tenet Alexan. conſi. 17. num. 12.
cum addit. ibi, in litera A. vol. 4. & conſi. 76. num. 5. vol. 5.
ac Ruinum conſi. 78 num. 1. & conſil. 114. num. 4. volum. 1.
& Berons conſi. 65. num. 3. volum. 3. & conſ. 153. num. 18.
cum ſequen. maxime num. 40. & 72. volum. 1. cum traditis
126 per Borgninum deciſ. 44. nume. 94. & ſeq. † Vbi durante
tempore locationis conductor affrancaret, vt per eum ibi.
127 † Secus tamen cenſet Alex. ſibi contrarius conſ. 28. num. 4.
volum. 4 qui tamen reprehenditur à Gloſſa Pariſien. ibi ſe-
quitur in hac 2. opinione Ruin. conſ. 65. numer. 5. ad finem,
vol. 1. & Alciat. d. tract præſumpt. reg. 2 præſumptione 17.
num. 11. ac Cephal. conſi. 475. num. 2. volum. 4. & Caroc. d.
tract. Locari, verſi. Renouatione, numer. 5. cum notatis per
128 Borgninum d. deciſ. 44. nu. 79. † Limitando niſi præſcripſiſ-
ſet ius coloniæ per annos triginta, vt ibi per eum, nume. 80.
Quod an poſſit præſcribi, eſt notatum relatiue, nume. 81. &
ſupra notatum, in verbo, Nulla exceptione, cap. 387. Si con-
129 tingat, in verbo, intra dictum triennium. † Verum pro
concordia harum opinionum diſſentientium in locatione
cum pacto affrancandi, diſtinguuntur tres caſus, vt per Ruin.
130 d. conſ. 78. vol. 1. † Primus eſt quando conductor non adim-
pleuit promiſſa, quia tunc non cenſetur facta renouatio,
nec ex diſpoſitione iuris cōmunis, nec alicuius ſtatuti, prout
hoc diſponit, ſecundum tradita per Alex. d. conſi 76. nu. 6.
volum. 5. & notata per Caroc. d. verſic. Renouatione, nu. 27.
verſic. Primus caſus, & per Borgninum deciſ. 44. nume. 84.
131 † Secundus caſus eſt, quando non fuit contrauentum per
conductorem, ſed agitur de prima tacita renouatione ad
aliud tempus virtute Statuti, cum pacto affrancandi, & ve-
rior eſt opinio, quod non cenſeatur renouata ex forma Sta-
tuti, vt tradit Alex. d. conſi. 76. nume. 5. volum. 5. licet con-
trarium teneat, conſ. 28. num. 4. volum. 4. & Caroc. referen-
132 do d. loco, num. 27. verſi. Secundus eſt caſus. † Caſus ter-
tius eſt quando tractatur non de prima tacita reconductio-
ne, ſed vlteriori, quo quidem caſu abſque dubio non eſt lo-
cus renouationi etiam ex forma Statuti, quia videtur intel-
ligendum de prima vice, licet hoc caſu ſecundo, & tertio
habeat locum diſpoſitio iuris communis, d. §. qui impleto,
vt per Ruin. d. conſ. 78. num. 3. in princ. volum. 1. & per Ca-
roc. d. num. 27. verſ. Tertius eſt caſus, Ampliando vt ibi per
132 eum. † Quarto non habet locum hæc tacita reconductio,
quando actum de emendo rem conductam finita locatio-
133 ne, ſecundum Borgninum, deciſ. 44. num. 93. † Silet quin-
to reconductio hæc tacita in contractu emphyteutico, vt
tradit Alex. d conſi. 17. num. 15. cum addit. ibi, volum. 4. &
Veſil. ad Afflict. deciſ. 565. nu. 5. ad finem, & nu. 6. & Caroc.
134 d. verſ. Renouatione, num. 10. † Quod habet locum, etiam
ſi ſit finita emphyteuſis per generationem finitam, & domi-
nus directi patiatur hæredem emphyteutæ perſeuerare, vt
tradit Cotta iuris memorab. in verbo, Emphyteuſis conceſ-
ſa ad finem, & Borg. deciſ. 44. num. 82. verſ Nec Emphyteu-
ſis, rationem adducendo, ex quo emphyteuſis requirit ſcri-
135 pturam pro ſubſtantia. † Sexto non habet locum huius
tacitę reconductionis diſpoſitio ex hoc Statuto, ſi facta fue-
rit locatio per modum venditionis fructuum ſingulo anno,
quia tunc non dicitur ſimplex cōtractus locationis, ſed ca-
ſus mixtus, qui non cōprehenditur ſub hoc ſtatuto loquen-
te de caſu ſimplici, tanto magis cum ſit correctorium iuris
communis, vel ſaltem exorbitet in aliquo à iure communi,
ſecundum notata per Alex. d. conſ. 76. num. 5. cum ſeq. vol.
5. & tradita per Ruinum d. conſi. 114. num. 4. volu. 1. ac per
136 Borgninum d. deciſ. 44. num. 88. † Videtur ſeptimo ceſſare
hæc tacita reconductio, vbi locator, vel conductor eſſet ta-
lis perſona, quæ non poſſet ſine aliqua ſolennitate contra-
here, quia ex omiſſione huius denuntiationis non videtur
induci tacita hęc reconductio, vt per tex. in d. l. Item quæ-
ritur, § Qui impleto, ff. Locari, & per Ruinum d. conſi. 86.
in finalibus verbis, volum. 1. faciunt ad hoc tradita per Me-
noch. tract. adipiſcen. remedio 3. num. 81. & notata per Bor-
gninum deciſio. 44. num. 82 & 86. declarando, vt per eum.
In contrarium videtur facere, quod vſque à principio inue-
ſtitura, & locatio hæc cenſetur facta ſecundum legis diſpo-
ſitionem, & ſic ſub conditione videtur factus contractus ne-
ceſſarius, & immunis ab hac ſolennitate, pro qua opinione
faciūt tradita per Bald. l. certi iuris, numer. 11. C. Locati.
137 † Confirmatur, quia ſolennitas eadem non requiritur in
reintegratione, & renouatione, prout in conſtitutione con-
tractus alicuius, vt tradit Afflict. in conſtitut. regni, Rubric.
73 De ferijs, & ſalarijs, num. 88 ad finem, & num. 89. libr. 1.
& Tiraquell. tract. retract. conuent. §. 1. gloſſa 2. nume. 36.
138 † Quicquid ſit ſi minor factus fuerit maior in locatione
facta à tutore, requiritur nouus conſenſus illius facti maio-
ris, ad hoc vt dicatur facta reconductio, ſecundum notata
in his terminis per Rebuff. tract. de literis oblig. art. 2. Gl. 2.
139 num. 92. verſic. Nam ſi. † Octauo principaliter non cen-
ſetur facta renouatio, & reconductio in rebus mobilibus, &
ſe mouentibus, vt tradit Borgninus d. deciſ. 44 nu. 93. verſ.
Decimo. Limitando niſi perſona ſit ſolita locare, ſecundum
tradita per Caroc. d. tracta. Locati, verſic. Solito, numer. 4.
140 † Ideo debet probari perſonam, vel rem ſolitam locare,
vt quis excuſetur à furto, vt tenet Ruinus conſ. 99. num. 6.
141 volum. 5. & Caroc. referendo d. loco, nu. 4. † Dicitur au-
tem ſolita locari res mobilis, puta ſi ſit equus à vectura, vt
tradit Caroc. d. verſic. Renouatione locationis, numer. 23.
142 † Idem in famulo, & muliere, & ſimilibus, licet agendum
ſit hoc caſu actione negotiorum geſtorum, ſecundum Soc.
ſen. conſ. 196. nu. 1. verſ. tertio, refert hanc opinionē Caroc.
143 d. verſic. Renouatione, num. 24. ver. ſed nunquid. † Nono
reconductio tacita nō cenſetur facta, & hæc eſt optima cau-
tela quæ datur per ſcribentes vt non cenſeatur facta tacita
reconductio, ſi probetur per locatorem non fuiſſe adimple-
tum promiſſum per conductorem, vt in his terminis tradit
Alex. d. conſi. 76. nume. 6. volum. 6. & Ruinum d. conſil. 78.
num 3. in primo caſu eius diſtinctionis, volu. 1. & conſ. 110.
num. 1. vol. eodem, faciunt tradita per Beroum conſil. 153.
num. 42. cum ſeq. volu. 1. & per Borgninum deciſ. 44 nu. 84.
& 87. atque per Caroc. d. verſi. Renouatione, num. 27. verſi.
144 Primus caſus. † Decimo quoque non videtur eſſe locus
tacitę reconductioni, & renouationi, vbi à principio fuiſſet
renuntiatum iuri inquilinatus, vt tenet Caroc. d. verſ. Re-
145 nouatione, nume. 19. † Idem eſt ſi inſtrumento locationis
conductor promiſiſſet in fine locationis relaxare rem con-
ductam liberam, vacuam, & expeditam renuntians omni le-
gum auxilio, vt tradit Borgninus d. deciſ. 44 num 89. & Ca-
146 roc. d. verſ. Renouatione, num. 20. & ſeq. † Vndecimo non
habet etiam locum hæc tacita reconductio in bonis eccle-
ſiaſticis; ex quo præcipue non poſſunt ligari ſtatuto hoc
loquente contra ius commune, vt ſupra notatum cum ver-
ſetur damnum Eccleſiæ, vt in ſimili ſtatuto notatum eſt per
Alex. d. conſi. 17 num. 13. cum addit. ibi. & nume. 15. & 16.
volum. 4. Idem notat Borgninus poſt Felynum d deciſ. 44.
num. 84. verſic. Nec in bonis, ac per Rimival. iun. conſi. 368.
147 num. 35. & ſeq. volum. 4. † Duodecimo non militat hæc
tacita reconductio in prælato, qui recipit penſionem loca-
tionis factæ per prædeceſſorem ſuum, puta per annos
quatuor, & ſit mortuus prędeceſſor, licet ſecus ſi ante finem
locationis, cum tunc non intelligatur continuare, vel ratifi-
care, niſi pro tempore quo penſionem recipit, ſecundum
notata per Borgn. deciſ. 44. num. 85. quod notat pro ſpecia-

li in

Digitized by Google

li in prælato, & iuxta notata per Burſ. conſ. 23. nu. 17. uol. 1.
148 ac per Caroc. d. verſ. Renouatione, nu. 18. † Limitatur deci-
cimotertio non procedere in ſocio, qui pro vno anno con-
duxiſſet partem ſocij, quia licet finito anno perſeuerer, præ-
ſumitur perſeuerare potius ratione communionis, quam re-
nouatæ locationis, vt tradit Caroc. d. ver. Renouatione, nu.
10. recitat tamen opiniones contrarias Anchar. iun. ſuis
149 quæſt. quæſt. 28. nu. 2. & 3. lib. 2. † Limitatur decimoquarto
non habere locum reconductio hæc tacita de iure commu-
ni, quando locator eſſet abſens, & non habuiſſet notitiam
de perſeuerantia, & hoc iure communi inſpecto, vt tradit
150 Borgn. d. deciſ. 44. nu. 90. † Non autem ſtante diſpoſitione
151 Statuti huius clara, quando non fuit denuntiatũ. † Ceſſat
decimoquinto hæc diſpoſitio tacitæ reconductionis, ſi alter
eorum locator, vel conductor decedat, & ſic non habeat lo-
cum in hæredem alternatiue, vel locatoris, vel coloni par-
152 tiarij, ſecundum Borg. d. dec. 44. n. 92. † Quod quidem de-
clarauit habere locum, vbi non habeant ſcientiam locatio-
nis, ſed ſecus ſi habeant ſcientiam eius, ac etiam patientiã
locationis, quia vtraque requiritur, vt tradit Bart. l. Si quis
nec cauſam, § Res pignori, vbi Iaſon ad finem, ff. Si certum
petatur, & Alex. conſ. 17. n. 11. vol. 4. atque Caroc. ſic decla-
153 rando d. verſ. Renouatione, nu. 11. & 12. † Filius autem hæ-
res etiam non ſciens præſumitur informatus, & ideo in eo
cẽſetur facta renouatio tacita, prout in cæteris regulariter,
154 ſecundum Caroc. d. verſ. Renouatione, nu. 14 † Quicquid
ſit ceſſat etiam in hærede ſciente, qui non adimpleuit con-
uenta pacta ex ſui parte, vt tradit Alex. d. conſ. 76. nu. 7. vol.
155 5. & Caroc. d. verſi. Renouatione, num. 15. † In caſu autem
Statuti noſtri, vbi non adſit vel locator, vel conductor, quia
mortuus alter eorum, vel ambo ſint, & adſint tantum hære-
des, vel hæreditas ſit iacens ex vna parte, indubitate locatio
non cenſetur renouata tacite etiam non tranſmiſſa denun-
tiatione, de qua hic cauetur, ſumendo interpretationem à
Iure communi, de qua nuper notatum eſt, tanto magis
cum videatur caſus omiſſus à Statuto loquente tantum in
locatoribus, & conductoribus, non hæredibus, vt cauetur
in textu l. Qui ad certum, ad finem, ff. Locati faciunt ad
hoc tradita per Ruinum conſi. 80. ad finem, volum. 1. & per
Alciat. tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 17. nu. 3. ad finem.
156 † Renouatio inueſtituræ, vel locationis non conſtituit nouũ
ius, nec nouam inueſtituram, ſed veteris continuationem,
vt tradit Riminal. iun. conſ. 49. num. 24. & ſeqn. volum. 1.
157 Sed quod. † Renouatio hæc quæ tacita inducitur per di-
ſpoſitionem iuris communis, vel Statuti huius non ſit eadẽ
locatio, cum teneatur locator ad nouam gabellam ſoluen-
dam, vbi ex Statuto imponeretur pro ſingulo contractu lo-
cationis, faciũt tradita per Tiraquel. tract. Legum connub.
158 Gloſſa 7. ex prin. num. 25. † Differt autem noua renoua-
tio à prorogatione, cum in prorogatione idem ſit actus, ſed
in renouatione actus ſit diuerſus, vt tenet Burſ. dicens com-
159 munem conſ. 220. num. 27. vol. 2. † Quod poteſt ſeruire ad
multa, & præcipue circa anterioritatem hypothecæ, puta
quod oriatur lis inter locatorem, & creditorem conducto-
ris ſuper anterioritate, quia creditor ſit poſterior inſtrumẽ-
to locationis, & anterior reſpectu renouationis tacitæ ex
hoc Statuto. Dicerem autem quando in inſtrumento loca-
tionis adſint illa verba. Et deinde in antea, tunc iudicandũ
pro locatore, quod ſit anterior, pro quo faciunt infra dedu
cenda, quod cenſeatur renouata locatio cum eiſdem quali-
tatibus, & pignoribus, prout cauetur d. §. Qui impleto,
verſi. cum eadem pignora obligatione durent, & ibi ſcriben-
tes id notant, tenet idem Gomez. tract. Contractuum, cap. 3.
Locati, num. 17. verſi. Item quæro, maxime ſtante illa clau-
ſula inſtrumenti prioris locationis. Et deinde in antea, pro
qua opinione firmanda multum cõferunt notata per Affl.
in ſimili materia inſtrumenti locationis renouati, in conſti.
regni, Rubr. 73. De ſerijs, & Salarijs, num. 86. verſi. Secundo
quæro, lib. 1. & ita teneo verum eſſe, vbi adſit clauſula illa,
160 Et deinde in antea. † Maius eſt dubium quando in inſtru-
mento non adeſt illa clauſula, Et deinde in antea, quia tũc
dicitur noua obligatio, vt tradit Fulgoſ. d. l. Item quæritur,
§. Qui impleto, nume. 3. licet verba illius textus videantur
repugnare opinioni Fulgoſij ad opinionem, quod præfera-
tur creditor poſterior inſtrumento, cõferunt tradita ſupra,
161 quod non dicatur eadem locatio. † Renouatio hæc tacita
in caſibus, in quibus cenſetur facta de iure cõmuni in præ
dijs ruſticis, habetur pro facta pro eodem pretio, cum eiſdẽ
pignoribus, qualitatibus, pacto affrancandi, & alijs clauſu-
lis neceſſarijs, quæ erant appoſitæ in primo contractu loca-
tionis, quæ dependebant a mera voluntate partium, vt
notat text. d. l. Item quæritur, §. Qui impleto, ff. Locati,
& Cotta ſuis memorab. in verbo, Locaui vineam, verſic. Et
notabis, & Gomez. d. tract. contract. cap. 3. Locati, num. 17.
162 verſ. Item quæro. † Tempus etiam prorogatũ cenſetur pro-
rogatum cũ eiſdem qualitatibus ſecundũ notata per Deci.
163 cap. de cauſis, num. 7. de officio deleg. † Omniaque alia na-
turalia in renouatione tacita veniunt, vt notauit Burſ. cõſ.
120. num. 30. vol. 2. & Borgn. deciſ. 44. num. 78. ac Caroc. d.
164 verſ. Renouatione, num. 4. † Quod idem eſt in renouatio-
ne locationis ſimpliciter facta, cum intelligatur pro eodem
pretio, cum eiſdem pactis, pignoribus, pœnis, renuntiationi-
bus, ac clauſulis, etiam ſi ſtatim conductor receſſiſſet finita
locatione, vt per Bertachinum tract. gabell. parte 2. nu. 15.
165 verſ. Si tamen, & verſi. Item intelligitur. † Non cenſetur ta-
men facta renouatio fideiuſſionis, cum non dependat à vo-
luntate partium, ſed agatur de præiudicio tertij, ſecundum
notata per Gomez. d. c. 3. Locati, nu. 17. verſi. Item quæro,
& notata per Ruinum conſ. 78. num. 1. verſic. Et in iſtis caſi-
bus, & num. 6. verſic. Non obſtat, volum. 1. atque Tiraquel.
tracta. retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. numer. 32. cum duobus
ſequen. ac etiam per Rebuſ. tracta. de literis obligat. art. 2.
gloſſ. 1. num. 92. verſ. Nam ſi facit quod not Menoch. tract.
adipiſcen. remed. 3. quæſtio. 26. numer. 157. & Gabriel ſuis
communibus, tit. De dilationibus, concluſ. 2. nu. 7. ac Borgn.
deciſ. 44. nume. 82. verſic. Et ideo, atque Decian. conſil. 72.
num. 12. & ſeq. volum. 2. ac etiam Caroc. d. verſ. Renouatio-
166 ne, num. 6. & verſi. Fideiuſſoribus, num. 1. † Ampliatur pri-
mo etiam ſi fideiuſſores eſſent præſentes, & tacentes, quia re
167 quiritur ſtipulatio, vt per Caroc. d. num. 1. † Ampliatur ſe-
cundo hæc concluſio, vt procedat etiam ſi dictum fuiſſet in
inſtrumento, vt poſſet prorogari, ſecundum notata per Ca-
168 roc. d. verſi. Fideiuſſoribus, num. 2. † Declaratur tamen pri-
mo hæc concluſio an ſit facta fideiuſſio ad tempus, & tunc
non cenſentur prorogata, quo ad fideiuſſores, niſi id ſit ex-
preſſe dictum, & prorogatum, aut ſine aliqua præfinitione
temporis, & tunc prorogato termino non liberari fideiuſſo-
rem, vt per Caroc. ipſum d. nu. 2. verſic. Declaratur. Adſunt
aliæ declarationes notatæ per eundem d. loco, nu. 4. 5. & 6.
quæ non inſeruiunt terminis noſtris tacitæ prorogationis.
169 † Non cenſetur pariter renouatum iuramentum, vt tradit
Anchar. iun. quæſt. 3. num. 6. lib. 1. & Burſ. d. conſ. 220. nu.
28. cum ſequen. max. nu. 31. volu. 2. niſi denuo præſtetur,
etiam quod id in renouatione expreſſe dicatur, vt per eum,
tenet idem Gomez. d. cap. 3. Locati, nu. 17. verſic. Item quæ-
ro an iſta, & Borgn. deciſ. 44. num. 78. ac Caroc. d. verſ. Re-
170 nouatione, num. 8. † Facit, quod notauit Marzar. conſ. 56.
171 num. 18. † Sed quod cenſeatur renouatum etiam iuramẽ-
tum, tenet Maſſa ſua forma oblig. Cameræ, parte 3. princ.
verſic. De vi inſtrumenti, num. 10. & Menoch. conſi. 37. nu.
172 51. volum. 1. † Non cenſetur etiam facta renouatio tacita
cum eadem pœna appoſita in dicto primo contractu loca-
tionis ad tempus præciſum eadem ratione, quod dictum eſt
in fideiuſſore, ſecundum notata per Bal. d. l. Item quæritur,
§. qui impleto, verſ. Iuxta hoc quæro, ff. Locati, & notata p
Iaſ. conſ. 49. nu. 2. vol. 3. tenent tamen contrarium partem
alij Scribentes relati per Gabrielem d. tit. De dilat. concluſ.
163 2. nu. 8. declarando, vt per eum, nu. 9. † Non cenſetur vlte-
rius renouatum pactum incarcerationis, appoſitum in pri-
mo contractu locationis, cum in eo adeſſet pactum obliga-
tionis perſonalis, vt in his terminis tradit Caroc. d. verſic.
174 nouatione, num. 20. † Non cenſetur pariter renouata loca-
tio cũ qualitatibus odioſis, vt tenet Gabriel d. tit. De dilat.
175 concluſ. 2. num. 17. † Renouata non cenſetur quoque cum
qualitatibus eiſdem, vbi à pari potentia non procedit, iux-
176 ta tradita per eundem Gabrielem d. concluſ. 2. nu. 19. † Ceſ-
ſat præterea renouatio, vt poſſit agi executiue, licet ex pri-
mo contractu locationis poſſet executiue agi, vt in his ter-
minis tradit Antonius de Canario tract. De executione in-
ſtrumentorum, quæſt. 44. num. 82. & Iaſon d. conſ. 49. nu. 2.
verſic. 2. dicitur, vol. 3. ac Papo. ſuis conſuetudinibus, tit. De
execut. §. 124. atque Borgn. deciſ. 44. num. 82. & ſeq. verſ. Et
ob id, Ampliando vt per eum, ac etiam Magon. deciſ. 47.
num. 3. tenet Maſſa contrariam partem in his terminis poſt
longam diſcuſſionem dicto tract. Formæ oblig. Cameræ par-
te 3. prin. verſ. De vi inſtrumenti, numer. 18. & duob. ſequ.
177 † Locatio ſecunda expreſſe fieri poteſt etiam durante pri-
ma locatione, ita quod ſortiatur effectum prima finita, ſe-
178 cundum Burſatum conſ. 104. num. 5. vol. 1. † Et ſi inſtru-
mentum ſecundum inueſtituræ plenius diſponat quam pri-
mum, dicendum eſt nouum inſtrumentum, & noua inueſti-
tura, & non confirmatorium primi inſtrumenti, & inueſti-
turæ antiquæ, ideo noua requiritur ſolennitas, & impedit
veteris contractus executionem, vt tradit Ripa reſponſo 2.

t num. 17.

Digitized by Google

nu. 17. & ſeq. lib. 2. Reſpouſorũ, Hieronymus Magonius Ro-
ta Lucana dec. 4. per totum, & Antonius Maria de canibus,
in conſ. ſuo 2. ſeu. nu. 218. ac Borg. dec. 20. nu. 3. & 5 † Et in-
ſtrumentũ vltimum plus debiti continens extinguit primã
obligationem, vt tradit Ripa d. Reſponſo 2. nu. 17. & ſeq. &
179 Borg. d. dec. 44. nu. 5. † Imo per inſtrumentum ſecundum in-
ueſtituræ temporalis cenſetur renuntiatũ primæ perpetuæ,
ſecundum tradita per Soc. iun. conſ. 86. nu. 18. vol. 3. & per
Caroc. d. loco, ver. Vltimæ locationi.

cc De anno in annum] † De Iure communi in vrbanis, in
180 domo ſcilicet conducta, cenſetur facta renouatio, vel recon-
ductio tantum pro illo tempore, quo conductor finita loca-
tione inhabitat, per textum d. §. Qui impleto, verſ. In vrba-
nis. vbi Gloſſa ordinaria, Vrſillus ad Afflictum dec. 365.
nu. 7. tenet idem Caroc. d. verſ. Renouatione, nu. 6. & Hie-
ronymus Magonius deciſ. 47. nu. 9. ac Borgninus d. deci. 44.
nu. 191. adducunt rationem, quia ſingulo die percipitur vti-
litas. In prædijs autem ruſticis cenſetur facta reconductio
pro anno ſequenti, per tex. d. §. Qui impleto, verſ. Quod au-
tem, & per Pract. diſtinguendo in forma libelli quo agitur
ad ficti præſtationem, verſ. Inueſtiuit, num. 8. ac Gomez. d.
c. 3. Locati, nu. 17. declarando vt ibi per eũ, atque per Vrſil.
ad Afflict. d. dec. 366. nu. 13. declarando, vt per Borgninum
d. deciſ. 44. num. 76. vbi dicit in prædio vrbano cenſeri re-
nouatam per menſem, non tamen ſtatim, ſed poſt aliquot
dies in ambobus, vbi taceatur, nume. 77. & ſequen. ad finem,
181 Sentit idem Caroc. d. verſ. Renouatione, nu. 22. † Non au-
tem cẽſetur renouata pro tanto tempore, prout erat prima
locatio, ſecundum Borgninum dict. dec. 44. num. 78. verſ. Et
ſola, & num. 83. verſi. Et de prima vice, maxime ſi de prima
locatione conſtet publicum inſtrumentũ, vel alia ſcriptura,
quia videtur facta renouatio in vrbanis, quatenus inhabi-
tauit tantum, vt tradit Caroc. d. verſi Renouatione, nu. 7.
182 † Et ſic in hoc extenditur diſpoſitio iuris communis, cum
in omnibus conductionibus, tam vrbanorum prædiorum,
quam ruſticorum cenſeatur facta reconductio de anno in
183 annum, vt hic cauetur. † Extenditur etiam in alio ea diſpo-
ſitio, cum de Iure communi cenſeatur tantum facta recon-
ductio pro vna vice tantum, ad tantum tempus, prout erat
prima locatio, vt in hac ſpecie ſentit Alex. conſi. 16. vol. 20.
nu. 7. vol. 4. & Fely. c. 2 col. 2. nu. 5. ver. Statutum, De Treu-
ga, & pace, ac Iaſ. in l. Duobus, §. Si ei, qui, nu. 17 ff. De iu-
reiurando, & in l. Diuortio, §. Quod in anno, nu. 23. verſic.
Vltimo facit, ff. Soluto matrim. atque Dec. conſ. 212. nu. 5. ac
etiam Soc. iun. conſ. 25. col. 2. verſ. Et maxime, vol. 2. & Cot-
ta ſuis memorab. in verbo, Locaui vineam, ad finem, quos
refert ſequendo Tiraq. in l. Boues, §. Hoc ſermone, nu. 121.
verſ. 71. in ampliationibus, ff. de verb. ſignifi. & Berous conſ.
153. nu. 10. vol. 1. ac Rolan. à Valle conſ. 68. num. 26. vol. 4.
atque Alciat. tract. præſump. reg. 2. præſump. 17. ad finem,
ac etiam Caroc. d. verſ. Renouatione, nu. 17. & 26. & Hier.
184 Magonius dec. 47 nu. 2. † Ex hoc autem Statuto cenſetur fa-
cta renouatio de anno in annum, donec fuerit denunciatũ,
vt ex verbis ſequentibus clare colligitur, ſecundum decla-
rata in his terminis per Cottam, d. verbo, Locaui vineam,
verſi. Sed an intelligatur, vſque ad finem.

dd In omnibus caſibus ſupraſcriptis] Intellige in Statutis
præcedentibus, & maxime in Statuto ſupra, c. 379. Nullus, &
hoc ſiue ſit colonus, ſiue partiarius, ſiue inquilinus, vel ali-
ter conduxerit, vt ſupra notatum.

ee Et vbi relaxatio ſit facienda, vt ſupra] Declaratur, vt ſu-
pra notatũ fuit, vt non poſſit opponi aliquid, de quibus ſu-
pra, in verbo, Nulla exceptione obſtante.

ff Cogatur ipſe conductor] † Iuris ſcilicet remedijs, de
184 quibus per Boſſ. tit. De mulctis, ad finem. † Modum formã-
185 di libellum contra conductorem ad reſtitutionem rei loca-
tæ, tradit Caroc. tract. Locati, ver. Conductore recuſante,
186 num. 5. † Tria autem deducenda ad probandum id ex par-
187 te locatoris, vt obtineat, ſecundum ipſum Caroc. ibi. † Con-
tra autem hæredem conductoris poteſt agi ex remedio, l. Si
188 quis conductionis, C. Locati. † In hærede ſcilicet informa-
to, & ſcientiam habente, prout filius, vel alius, qui cum de-
functo habitauit informato, & de geſtis notitiam habente,
vt per eundem Caroc. d. verſ. Conductore recuſante, nu. 7.
189 † Remedium autem l. Si quis conductionis, habet locum ne-
dum contra conductorem, ſed generaliter contra alium ha-
bentem cauſam ab agente, vt tradit ipſe Caroc. tract. Locati,
9 ver. Reſtitutione, nu. 13. † Nec hoc caſu conductor, vbi agi-
tur remedio, l. Si quis conductionis, poteſt cumulare quæ-
ſtionẽ dominij cum poſſeſſione, ſed ſecus ſi agat actione lo-
cati, ſecundum notata per eundem Caroc. d. ver. Reſtitutio-
219 ne ſpoliatorum, nu. 1. & 14. † Maxime hoc verum, ſi obij-
ciatur exceptio hypothecæ, vel ſimilis, vt per eundẽ, ibi, nu.
21. & per Borgninum dec. 44. nu. 106 & 109. Ampliando nu-
192 meris ſeq. † Limitando niſi fecerit ſe conſtitui procurato-
193 rem ab aſſerto domino, nu. 113. & ſeq. † Limitatur primo,
hoc procedere, ſi cõſtet legitime de inſtrumẽto locationis,
194 alias non, vt per Caroc. d. uer. Reſtitutione ſpolia. n. 3. † Li-
mitatur ſecundo in cõductore, qui ignoranter rem propriã
conduxit, vt per eundem ibi, num. 4. & ſupra notatum, in
195 verbo, nulla exceptione obſtante. † Limitatur tertio non
habere locum, quãdo conductor eſt paratus docere de eius
196 dominio, ut per eum, nu. 5. † Ceſſat quarto, quando ſuper-
uenit noua cauſa non reſtituendi, quia tunc auditur ſuper
197 exceptione, ſecundum eundem ibi, num. 6. † Silet quinto, ſi
cõductor mutauit titulum ſuæ poſſeſſionis, exemplificãdo,
ut per eum ibi, nu. 9. Ex cauſa enim colonus, uel conductor
poteſt mutare titulum ſuæ poſſeſſionis, ſecundum ipſum
198 Caroc. d. trac. uerſ. Si colonus. † Ceſſat ſexto, ſi quis ageret
rei uendicatione cõtra eius conductorem, ut per eundem d.
199 uer. Reſtitutione ſpoliatorum, nu. 10. † Si quis autem egerit
prius iudicio petitorio, puta rei uẽdicatione ad rem aliquã,
dein ei innotuit locatio illius rei in poſſidentem facta, an
poterit tunc mutando iudicium agere alio remedio, de quo
ſupra ad reſtitutionem rei illius, uel conductore ex hoc Sta-
tuto, crederem quod non, niſi intentato remedio reſtitutio-
nis in integrum, ſupenſo illo petitorio prius intentato, pe-
tendo dein quod procedatur in hoc iudicio relaxationis rei
locatæ, ut colligitur ex traditis per Alex. conſ. 43. n. 9 cum
200 gl. Pariſien. ibi, in litera, C. uol. 4. qui ita diſtinguit. † Limi-
tatur ſeptimo principalis concluſio, ſi cõſtat notorie de do-
minio conductoris, ut per Caroc. d. uer. Reſtitutione, nu. 11.
201 † Limitatur octauo ſi cõductor opponat de dominio tertij,
202 & ille tertius aſſiſtat, ut ibi per eũ, n. 12. † Limitatur nono,
ſi compareat tertius opponens, & proteſtans rem non reſti-
tuendam locatori agenti contra conductorem ad reſtitutio-
nem, & agat uia ordinaria, quia impedit reſtitutionẽ, alias
non per ſimplicem proteſtationem, ut per eundem ibi, n. 7.
& 8. & ita declarat ipſe Caroc. in uerſ. conductore recuſan-
203 te, nu. 3. ad finẽ. † Tenetur tamen conductor offerre ſe reſti-
tuturum rem, ad quem de iure ſpectat, & proteſtari per eum
non ſtare, ut per eundem d. uer. Conductore recuſante, nu. 3.
204 ad finem. † Ceſſat decimo, ſi quis locauerit non poſſeſſionẽ,
ſed rem ipſam, ut tradit Gratus conſ. 90. nu. 15. uolum. 1. &
Caroc. d. uerſ. Reſtitutione ſpoliat. nu. 15.

hh Per quemlibet Iuſdicentem] Competentem ſcilicet, cũ
non ſit actus uoluntariæ iuriſdictionis, ut eſt notatũ ſupra,
uol. 1. cap. 324. Nulla donatio, in uerbo, Coram Iuſdicente.
205 † Non ſolum medio Iudicis, ſed etiam authoritate propria
uidetur poſſe conductorem, & colonum finita locatione ex-
pelli poſſe per locatorem, iux. not. per Cummiam in ritib.
206 magnæ curiæ, c. 40. n. 48 cum ſeq. † Quod procedere uide-
tur, etiam ſi conductor neget ſe conductorem, & ſit illiqui-
dum eum eſſe talem, ſecundum Syluanum conſ. 26. n. 5. uerſ.
hinc eſt, uol. 1. Sed quod locator nõ poſſit expellere colonũ
propria authoritate etiã finita, ſentit Caroc. d. trac. locati,
uerſ. ui, & ui armata, n. 1. Alias amittit ciuilẽ poſſeſſionẽ, ut
207 per eundem ibi, nu. 2. † Poterit autem propria authoritate
expelli à locatore, ſtatim finita locatione, dum tamen con-
ſtet clare de locatione, & exceptiones cõductoris ſint friuo-
læ, ſaltem præſtita fideiuſſione de reſtituenda poſſeſſione in
caſu ſuccũbentiæ, ut declarat ſecundum communem Borg.
208 dec. 45. in add. n. 67. cum ſeq. † Et ſi egerit quis uia iudicia-
ria, vbi poteſt uti etiã uia extraiudiciaria propriæ authori-
tatis, non poterit dein redire ad extraiudiciariam, ſecundũ
Borgn. ipſum ibi, n. 74. & dec. 43. n. 62 & Alc. ca. Pernicioſã,
nu. 28. de off. ordinar. ac per Beroum conſ. 54. n. 12. cũ ſeq.
209 uol. 3. † Et conductor expulſus de facto poteſt intentare re-
210 medium reintegrandæ, ut tradit Borg. dec. 45. n 70. † Eſt au-
tem tutius, ſi locator faciat hoc authoritate iudicis, & Præ-
toris, ut ſentit Burſ. conſ. 23. n. 31. uol. 1. cum tunc etiã eui-
tet periculum amittendi ciuilem poſſeſſionem, ſecundum
211 Caroc. d. uerſ. ui. & ui armata, n. 3. † Praxin autem pulchrã
expellendi conductorẽ finita locatione authoritate Iudice
abſque litium anfractu tradunt ſcribentes, ſcilicet quod lo-
cator impetret à Iudice etiam parte non citata præceptum
aſſociandi eum ad poſſeſſionem bonorũ ad euitanda ſcan-
dala, ſecundum Felyn. conſ. 25. ad finem, & Alex. conſ. 131.
nu. 4. uol. 4. ac Burſ. d. conſ. 23. nu. 31. uol. 1. quam relatiue
referendo extollit Borg. deciſ. 43. num. 63.

ii Ad ipſam relaxationem faciendam] Hoc caſu poteſt
procedi etiam tempore feriata, non tamen in honorem
Dei, ut cauetur ſupra capit. 107. uerſic. Saluo in fine, ibi,
212 Nec non ad reſtitutionem rei locatæ, uolum. 1. † Condu-
ctor is

Digitized by Google

ctor is finita locatione tenetur dimittere rem cõductam vacuam, ac liberam, & in eum ſtatum, quo tempore locationis eam habuit, ſecundum tradita per Caroc. tract. locati, verſ. Reſtitutione ſpoliatorum, num. 2. & per Menoch. conſ. 23.
213 num. 1. volum. 1. † Imo etiam tenetur corporalem poſſeſſionem tradere, nec ſufficit, quod eam tradat per conſtitutum, licet per conſtitutum poſſeſſio vera transferatur, vt
214 ſentit Borgn. deciſ. 44 num. 101. † Quam reſtitutionem tenetur facere, ſiue habeat facultatem eam reſtituendi, ſiue non, ex quo non poteſt interuertere poſſeſſionem rei conductæ, nec cum alia perſona contrahere, nec alium in locatorẽ recognoſcere in præiudicium primi locatoris, vt tradit Berous conſi. 65. num. 5. & conſi. 78. nu. 20. & ſequent. vol. 3. & Borgn. deciſio. 44 num. 102. & ſequent. ampliando, & de-
215 clarando, num. 104 & ſequent. † Quod autem colonus non poſſit præiudicare domino in eius poſſeſſione, alias domino competat remedium recuperandæ, ex communi tradit Caroc. d. tract. locati, verſicu. Recuperande poſſeſſionis, de-
216 clarando vt per eum. † Conductor reſtituens rem deterioratam dolo, vel culpa lata, vel leui tenetur ad totale intereſſe, ſi vero caſu, vel culpa leuiſſima in nihilo tenetur, vt
217 ſentit Gomez. d. cap. 3. Locati, num. 21. † Nam conductor regulariter ſolũ tenetur de dolo, culpa lata, vel leui, ex quo contractus is celebratur gratia vtriuſque, ſecundum Caroc.
218 d. tract. locati, verſic. Dolo, & culpa, num. 1. † Idem tenet Burſ. conſ. 59. nu. 4. vol. 1. quod leuiſſima culpa non venit in actione locati, & latius declarat Caroc. d. tract. verſi. Ca-
219 ſibus, & periculis. † Procedit hoc quidem, ſi conductor vtatur ad vſum deſtinatum re conducta, & vtatur vti bonus paterfamilias, quia non tenetur de deterioratione, & interitu, ſicut commodatarius, ſed ſecus eſt, ſi vtatur ad alium vſum, quia tunc tenetur etiam de caſu fortuito, ſecundum Borgn.
220 deciſ. 44. numer. 51. & 53. † Limitatur tamen primo in conductione rei, quæ de facili frangatur, quia tunc venit etiam leuiſſima culpa, vt ſentit Caroc. d. verſ. Dolo, & cul-
221 pa, nu. 2. † Limitatur ſecundo, vbi quis facit ſe peritum, & locat operas ſuas tãquam artifex, cum tunc teneatur etiam
222 de leuiſſima, vt per eundem, ibi, nu. 3. † Limitatur tertio, vt veniat etiam leuiſſima, vbi quis accepit equum æſtimatum
223 ad uecturam, ut ibi, nu. 4. † Quando autem teneatur conductor probare conducta caſu perempta, diſtinguit Pract. in forma libelli, quo agitur ad ficti præſtationem, uerſ. Inueſtiuit, num. 11. & 17. & declarat Viuius ſuis communibus,
224 lib. 2. opio. 59. conductor non tenetur. † Quando autem teneatur de caſibus fortuitis, notatum eſt ſupra c. 394. Si
225 colonus, in uerbo, Futuri. † Præſumitur autem equus conductus caſu mortuus, niſi probetur culpa conductoris, exẽplificando, ut per Gomez. d. c. 3. Locati, nu. 22. ubi probetur caſus, & mors ſecundum Gomez. ipſum ibi, uer. primo
226 modo. † Fallit, ubi quis teneatur ratione officij ad diligẽtiam, & curã, quia tunc debet probare culpam abeſſe, ut excuſetur, ſecundum eundem, ibi, uerſ. Aduertendum tamen,
227 & uer. ſecundo, exemplificãdo in Caprario, & cuſtode. † Fallit ſecundo in caſibus, in quibus tenetur de leuiſſima culpa,
228 ut per ipſum Gomez. eodem num. 22. ad finem. † Ex quo igitur tenetur conductor de dolo, & culpa lata, & leui ad intereſſe, tenebitur quidem conductor fundi ruſtici, ſi extirpauit rem conductam, ita quod annorum ſequentium minuantur fructus, ut per eundem Gomez. ibi, nu. 20 ad finem.
229 † Tenebitur etiam, ſi Vicinus fecerit ædificium inferens dãnum domui conductæ, & conductor non denuntiauerit locatori hoc, ut poſſet denuntiare nouum opus. Idem etiam, ſi domus Vicini minaretur ruinam, & conductor non denũtiauerit locatori, ut poſſet ſibi cauere de damno infecto, ſecundum ipſum Gomez. d. loco, nu. 21. uerſ. Ex quibus etiã.
230 † Domus conducta ſi incendio ſit combuſta, qualiter teneatur conductor, & quando culpa inhabitantium præſumatur incendium commiſſum, eſt notatum late ſupra cap.
231 375. Si de cætero, in uerbo, Per incendium. † Si autem Ragarius in ſtalla domus conductæ lucernam tenuit, unde domus locata comburatur, tenetur conductor, quaſi ex ſui culpa factum, ſecundum allegata per Caroc ium uerſ. Dolo, & culpa, num. 15. & notatum in nouis conſtitutionibus, tit.
232 De pœnis, cap. Si quis incendium. † Conductor prætera ex ſui mora tenebitur de interitu rei, & perpetuatur obliga-
233 tio, ut per Caroc. uerſ. Mora, ad finem, nu. 8. † Conductor etiam equi, qui in itinere moriatur, non tenetur, ut tradit Ioan. de Arnono breuiloquio 9. & Viuius ſuis communib. lib 2. opin. 58. Conducens equum, ac Borgnio. tractat. De tutor. num. 239. atque Caroc. uerſ. dolo, & culpa, nu. 5. maxime ſi repoſuit ad hoſpitium cum infirmum, ut per eum. Tenetur tamen probare mortem, & identitatem, numer. 6.
234 † Si autem creditur cum iuramento, quod equus ſibi locatus mortuus ſit, cum ſcriptura faciente mentionem de mor-
235 te, vt per bertach. de gabellis, parte 7. nu. 56. ad fin. † Conductor etiam equi tenetur, ſi famulus miſſus pro eius cuſtodia aufugit cum equo, ſed ſecus ſi non fuit tranſmiſſus pro cuſtodia, cum tunc conductor teneatur de cuſtodia, vt per
236 Caroc. uer. Victurino fugitiuo. † Is etiam, cui commodatus fuerit equus, pro eundo ad bellũ, qui dein in bello fuerit mortuus, & interfectus non tenetur de interitu, ut tradit
237 Marſi. tract. Bannit. in uerbo, læſæ Maieſt. nu. 67. † Quod autem equus commodatus ſit mortuus in itinere non ſufficit probare, niſi probetur identitas eius, tradit Maſcar. tract.
238 De probationibus, uol. 2. concl 778. num. 49. † In equis tamen conductis non liceret imponi ualiſiia, mala, uel Socius ſecundum Rip. tract. de peſte tit de uberi. conſer. num. 32.
239 † Et ſi imponatur onus ultra conſuetum, & ex eo efficiatur deterior, tenetur cõductor ad intereſſe, ut tenet Caroc. uerſ.
240 Dolo, & culpa, num. 8. † Idem ſi conductor percuſſit eum cum lignis, uel fuſtibus, unde ſit factus deterior, licet ſecus ſi flagello, uel calcaribus, ſecundum Euerar. Centummodargum, in loco, Ab uſitato, col. 6. uerſ. Hinc etiam eſt, & Ca-
241 roc. d. uer. Dolo, num. 7. † Vbi autem equus fuerit deterioratus, & cum dominus nolit recipere, ac moriatur interim, perit periculo domini, cum deberet eum recipere cum proteſtatione ſui iuris, ne ſibi præiudicaret, ut tenet, Idem
242 Caroc. d. uer. Dolo, & culpa, nu. 11. † Mulio etiam conducens fardellum deferendum a certis nundinis ad alias tenebitur ſi pereat, ſecundum Corn. conſ. 318. num. 6. uol. 4. declarando, ut per eum.

kk Et conductori librarum centum Imperialium] † De iu-
243 re etiam communi contra conductorem non reſtituentem rem locatam poterit iurari in litem ad damna, expenſas, & intereſſe, ut tradit Caroc. d. tract. Locati, uer. In litem iurã-
244 do, nu. 1. & 2. † Poterit imo contra eundem non reſtituentem iuſſu Iudicis intentari actio ſpoliationis, ſecundum l. Conductores, C. Locati, & Alex. conſ. 33. n. 2 uol 6. ac Affl. dec. 238 num 1. ad finem, & ſecundum tradita per Plot. l. Si quando, nu. 505. C. Vnde ui, ac Borgn. dec. 44. n. 107. & ſeq. ac per Caroc. d. tract. Locati, uerſ. Conductore recuſãte, n. 1.
245 † Quid plus contra eundẽ conductorem poterit agi actione de dolo criminaliter, nec poterit hoc caſu iuuari, quod res habeat originem à contractu, ut tradit Plott d. l. Si quando
246 num. 105. C. unde ui. † Eſt idem in emphyteuta denegante poſſeſſionem domini directi, cum uti male utens poſſit expelli, ſecundum Rebuff. tract. De materia poſſeſſ. art. 1. gl. 2. nu. 4. & 5. ac ſecundum Boſſ. ſupra praxi, tit. De remiſſ. mer-
247 ced. conduct. nu. 55. † Declaratur tamen hæc concluſio, ut non procedat, ubi adſit iuſta cauſa non reſtituendi, ut tenet
248 Caroc. d. uer. Conductore recuſante, nu. 2. † Tradit autem Caroc. ipſe aliquas, quarum prima ibi, nu. 3. adducitur, ut poſſit retinere, & non reſtituere rem conductam, ſi uelit eã retinere ratione melioramentorum, & impenſarum in re
249 factarum, donec ea ſoluantur. † Quod habet locum, etſi ſint illiquida, donec hat eorũ liquidatio, iuxta tex. in l. Si area, in fine, ff. De condit. indebit. Socinus ſen. conſ. 15. num. 19. & 20. uolum. 1 & Capitius dec. 17 num. 7. ac Papo ſuis cõſuetud. §. 120. & late declaratum infra cap. 400. Si quod,
250 ubi eſt locus. † Eſt autem ſecunda cauſa non reſtituendi iuſta, ſi prætendat conductor nondum finitam locationem, ſecundum Caroc. dict. uerſ. Conductore recuſante, num. 3.
251 † Eſt tertia iuſta cauſa, ſi inferatur conductori à tertio moleſtia, ne rem reſtituat prætenſo locatori, ut tenet idem
252 Caroc. ibi ad finem. † Declaratur hoc procedere, ſi ille tertius agat uia ordinaria, ſed non ſi ſolum proteſtetur, ut per eundem dict. tracta. uerſi. Reſtitutione, numer. 7. &
253 18. † Tenetur tamen conductor is offerre ſe reſtituturum rem ei, cui de iure, & proteſtari, quod per eum non ſtat, ut per eum d. uerſ. conductore, numer. 3. ad finem, & num. 4.

ll Abſque aliqua declaratione] Debent referri hæc uerba ad pœnam ipſam. Quæ uerba important, ac ſi dicatur ipſo iure, & facto incurrenda, quia tunc nõ requiritur aliqua ſẽtentia Iudicis condemnatoria, ſed ſolum facti declaratoria ut late notatum eſt c. 1. in uerbo, Ipſo facto, uol. 1.

De re locata, quæ alienetur.
Cap. CCCXCIX.

a CVm res *b* locata *c* infra tẽpus locationis, *d* uendatur, *e* uel aliter alienetur, *f* inter uiuos, *g* emptor, *h* uel acceptor, *i* locationi *k* ſtare neceſſe nõ habeat, *l* ſi cõdu-

t a ctor,

Digitized by Google

ctor, *m* vel partiarius, vel maſſarius *n* fuerit requiſitus *o* in tempore annotato in præcedenti proxime Statuto, cōgrue referendo, *p* & vterque contrahentium iurauerit, *q* vt infra, videlicet, ad ſancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis ſcripturis, ipſam Inueſtituram libellariā, vel acquiſitionem, vel alienationem, eſſe bonam, & verā, & non fictam, nec ſimulatam, nec in fraudem factam, & abſque pactione ſepe renunciādi ipſi inueſtiturę libellarię, vel acquiſitioni, vel alienationi, ſingulariter, & debite referendo, reſpectu contractuum de cętero faciendorum, cōductore, vel partiario, vel maſſario, *r* regreſſum habente contra locatorem ſuum *ſ* ad intereſſe. Et prædicta etiā *t* locū habeāt in conductore, vel partiario, vel maſſario, ſicut in emptore, vel acquiſitore. *u* Et in prædictis, & in infraſcriptis comprehenſis in præſenti ſtatuto ius reddatur, *x* aliquibus ferijs non attentis, *y* exceptis ferijs introductis in honorē Dei, vel ſanctorum, *z* ita, quod emptor, vel acquiſitor locationi temporali datoris ſui ſtare non teneatur, ita demū, *aa* ſi in Inſtrumento inueſtituræ libellariæ, *bb* vel alterius alienationis, vel acquiſitionis *cc* vtraque pars iurauerit, ut ſupra. Et prædicta etiam habeant locum, *dd* niſi aliter legitime *ee* in contrarium conuentum fuerit. Si autem contigerit rem locatam *ff* alienari, titulo aſſignationis, in partem, *gg* uel diuiſionis, *hh* tunc neceſſe ſit ſtare locationi temporali ſine dicto iuramento. Et per alienationem fundi ruſtici, *ii* non intelligantur fructus pendentes, pertinētes ad conductorem, eſſe alienati, quin eos percipere poſſit *kk* & ſatisfacere debeat ſecundo domino, ut priori, pro, *ll* illo anno. Non admittendo in prædictis denuntiam cōpromiſſi, nec petitionem conſilij ſapientis.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum quod loquitur de re an comprehendat ius.*
2 *Ius an veniat rei appellatione.*
3 *Locationis nomine quid veniat, & num. 4.*
5 *Venditionis appellatione quid veniat, vſq; ad num. 10.*
11 *Species alienationis quæ ſint.*
12 *Alienationis appellatione quid veniat, vſque ad num. 19.*
20 *Locationis contractus tranſit in hæredem, vſque ad nu. 32.*
33 *Conductor ſolam actionem perſonalem habet contra locatorem.*
34 *Pactum locatoris, vt liceat alienare quid valeat.*
35 *Condemnatus ad locandum, an teneatur ſtare locationi.*
36 *Acquiſitor quando teneatur ſtare colono, vſq; ad nu. 39.*
40 *Succeſſoris ſingularis appellatione venit filius agens pro ſua legitima contra bona alienata in fraudē nec tenetur ſtare colono.*
41 *Maritus ſuccedens in bonis dotalibus ſingulariter non tenetur ſtare colono, limita num 42.*
43 *Vxor finito matrimonio non tenetur ſtare colono.*
44 *Maritus poteſt locare rem dotalem ad longum tempus.*
45 *Dominus directus in bonis feudalibus, vel emphytheoticis deuolutis ob finitam generationem non tenetur ſtare colono.*
46 *Succeſſor in feudo an teneatur habere ratum factum defuncti, declara. vſq; ad num. 48.*
49 *Succeſſor neceſſarius an teneatur ſtare colono, declara vſque ad num 52. & 74 vſque ad num. 124.*
55 *Poſſidens bona per ſubhaſtationem an teneatur ſtare colono.*
53 *Poſſidens bona ex primo decreto an teneatur ſtare colono, vſque ad num. 56*
57 *Creditor miſſus in poſſeſſionem bonorum rei ſeruandæ cauſa, an teneatur ſtare colono.*
58 *Creditor miſſus in poſſeſſione ex ſecundo decreto cui facta fuit deinde in ſolutum datio, an teneatur ſtare colono, declara vſque ad num 61*
62 *Creditor ſuccedens debitor an habeat ius pignoris.*
63 *Succeſſor per ſententiam Iudicis, an teneatur ſtare colono, vſq; ad num 70.*
71 *Succeſſor prælati, an teneatur ſtare colono, declara, nu. 72. & 73.*
125 *Succeſſor qui tenetur ſtare colono non poteſt reijcere officialem conductum.*
126 *Conductor perſeuerans in ſucceſſione continuat poſſeſſionem in ſucceſſorem ſcientem, & tacentem.*
127 *Colonus partiarius, vel maſſarius dicitur ſocius.*
128 *Iuramentum in contractu locationis quid operetur.*
129 *Locator quando teneatur ad damna, & intereſſe, vſque ad numer 144.*
145 *Conductor ſeu colonus quando poſſit retinere bona conducta pro expenſis, & quando dicatur turbare dominum in locatione, vſque ad num. 157.*
158 *Feria conducta in honorem Dei non poſſunt tolli.*
159 *Emphyteuta quando non teneatur ſtare colono.*
160 *Ius coloni quando cenſeatur alienatum, & nu. 161.*
162 *Succeſſor ſingularis quando teneatur ſtare colono, & nu. 163.*
164 *Fructus pendentes qui ad conductionem pertinent, an cenſeantur alienati, & num. 165.*
166 *Conductor quomodo teneatur ſatisfacere ſucceſſori locatoris, & num. 168.*
167 *Colonus an poſſit expelli ſine denunciatione.*

a CVm res] † Statutum hoc, cum loquatur de re tantum,
1 non autem de iure videtur non comprehendere ius,
vt in his terminis tradit Alciat. conſil. 426. in principio.
2 † Vbi autem voluit comprehendi ius hoc Statutum, expreſſit, prout in Statuto præcedenti. Verum quod appellatione, Rei, veniat ius, facit quod notatum in decif. Guid. Pap. 484. nu. 1. Militat etiam ratio eadem in hoc caſu etiam in iure, prout in alijs rebus.
b Locata] † Comprehenditur his verbis nedum propria
3 locatio, quæ nummis fit, vt cauetur in l. Si merces, §. Vis, maior, ad finem, & ibi Bart. ff. Locati, ſed etiam omnes alij contractus innominati, huic aſſimilati, vel facti ad victualia, vel penſione conſtituta in ſpecie, vel nulla conſtituta, vel colonia partiaria, ex quibus agitur, vel pro ſocio, vel præſcriptis verbis, vt notatum eſt in l. 1. §. Per ſeruum, ff. Depoſiti, & per Iaſonem late, §. Item Seruiana, num. 11. & 12. Inſtit. de action. & hoc etiam notatum ſupra cap. 379. Nullus,
4 in verſ. finali, verbo, Pēſionis. † Suadetur hoc ex Statuti met verbis, loquentibus de partiario colono, quæ nō dicitur locatio propria, ſed agitur pro ſocio, ſecundum tex. dict. l. Vis maior, vt tradit Iaſon d. §. Item Seruiana, numer. 11. & 12. Inſtit. de action.
c Inita tempus locationis] Durāte ſcilicet locatione, quia illa finita non cadit aliqua dubitatio, cum nullum præiudicium fiat hoc caſu colono, vel conductori.
d Vendatur] † Appellatione, Venditionis, in genere quid
5 veniat, eſt notatum late ſupra c. 417. Si quis, in verbo, Vendiderit, vol. 1. & per Fabian. de Monte tract. De emphyteuſi
6 & venditione, q. 2. prin. in princip. † Hic autem venit, ſi dominium transferatur vtile, vel directum cum vtili, vt infra dicetur. Habet igitur locum in vēditione rei pleno iure, vel ratione vtilis tantum, uel etiam in locatione ad longum tēpus; quia dictis caſibus dicitur alienata proprietas, & dominium rerum, ut in terminis huius Statuti notauit Alex. conſ. 118. nu. 16. uol. 5. & Duen. reg. 240. Emptor, limitat. 6. ac Fabian. de Monte tradit in ſimili tract. de empt. & uend. parte prin. 4. quæſt. 22. nu. 8. & Gomez. dict. tract. contract. cap. 3. Locati, num. 9. uerſ. Idem in emphyteuta, quod idem ex Statuti noſtri uerbis colligitur, in uerſ. Ita quod emptor ibi. Tamen quod in inſtrumento inueſtituræ libellariæ.
7 † Procedit etiam hæc diſpoſitio, ſi fuerit alienatus uſusfructus bonorum locatorum; quia uſufructuarius is non teneretur ſtare colono, ut tradit dec. Tholoſ. 420. & Alexand. ſequitur l. Si filiusfam. §. Si uir, num. 10. ff. ſoluto matrim. ac Gomez. d. tract. contract. cap. 3. Locati, numer. 9. uerſic.
8 Imo habet etiam locum. † Non tamen comprehenditur emptor fructuum rei locatæ, cum is omnino teneatur ſtare locationi, ut tradit Alex. d. §. Si uir, num. 15. & conſ. 118. n.
9 13. uol. 5. † Non comprehenditur pariter uſuarius, cum ipſe teneatur ſtare colono, nec uenit appellatione uenditionis, uel alienationis hoc in caſu, ut tradit Alex. d. §. Si uir, num. 10. ubi Rom. num. 13. relatæ per Duen. d. reg. 240.
10 Emptor, limit. ultim. † Poteſt etiam locator ſi uendidit domum conductam, cogere conductorem, ut eam oſtendat emptori, ſecundum Caroc. tracta. locati, uerſ. Denuntia locatoris.
e Vel alienetur] † Notat plures ſpecies alienationis Bal. in
11 feud. tit. Quibus modis feudum amittatur, §. Aut ſi libellario, ad finem, Recenſet eas Fab. de Monte tract. de empt. & uendit. parte prin. 4. quæſt. 22. & ultima, num. 5. & Iaſon relatiue. §. Item ſi quis in fraudem, Il primo, nu. 24. Inſtit. de
12 action. † Quid ueniat autem appellatione alienationis, notat Fabia. de Monte d. q. 22. per totum, Bertach. tract. 8. par. 3. membro, nu. 14. cum ſeq. & diſcuſſum late ſupra c. 417. Si quis in uerbo, Si uero alio modo alienauerit, uol. 1. ubi notatum eſt comprehendi permutationem, diuiſionem, dationem in dotem, quæ hic etiā comprehenduntur, ut ēt alij contractus uoluntarij, in quibus transfertur dominiū plenū, uel ſaltem utile pleno iure, ſecundū tradita in his terminis
13 per Alex. conſ. 118. nu. 18. uol. 5. † Non autem alienationes neceſſarię, quia tunc in his ſucceſſor ſingularis tenetur ſtare colono, declarādo, ut infra late dicetur, in uerbo, Acceptor.
14 † Habet ēt locū in alienatione per confiſcationem particularem rei locatæ, cum ēt eo caſu ſit alienatio ex cauſa neceſſaria, tamen fiſcus eius fauore non tenetur ſtare colono, ſecundū tex. in l. Si fundum, in prin. cū gl. 1. ibi, ff. Locati,

& ſe-

Digitized by Google

& ſecundum tradita per Alex. in l. Si filiusf. §. Si vir, num. 5.
& 19. vbi Rom. nu. 21. ff. ſol. matr. not. etiam Iaſ. l. Diuortio,
15 in prin. num. 36. ff. ſol. matr. † Eſt autem ſecus, ſi vniuerſa
bona delinquentis confiſcantur, quia tunc fiſcus vniuerſalis
ſucceſſor tenetur ſtare colono, vt diſtinguit Alex. d. l. Si fi-
liusf. § Si vir, nu. 19. vbi Rom. num. 21. & Gomeſ. tract. con-
tract. c. 3. Locati, num. 10. vbi alios allegat, ita declarando,
ac Caroc in ver. Singulari ſucceſſore, num. 15. vbi dicit Fi-
ſcum teneri ſtare colono. Dicit idem eſſe in colono muni-
16 cipij, & Ciuitatis. † Licet autem fiſcus non teneatur ſtare
colono, modo quo fuit ſupra notatum, tenetur tamen ſingu-
laris ſucceſſor fiſci ſtare locationi inter eius fauore, ne regi eſ-
ſum habeatur contra fiſcum ad intereſſe, vt eſt notatum in
tex. l. fi. ff. De iure fiſci, gl. in l. Emptorem, in gl. magna, in fi-
ne, C. Locati, ſequitur Bart. in l. Cognouimus, per illum tex.
C. de mancip. & Colon. lib. 11. & Rom. Singu. 63. cum add.
ibi Alex. conſ. 118. num. 19. vol. 5. ac Iaſ. l. Diuortio, in prin.
nu. 36 ff. ſol. matr. atq; Boſſ. tit. De fiſco, & eius priuil. n. 41.
Adducitur ratio meo iudicio, melior per Pinell. eruditiſſi-
mum in l. 1. parte 3. nu. 68. verſ. Infertur decimo, Cod. De
17 bonis mater. † Ex quo talis conductor a fiſco dicitur habere
18 ius in re, ideo non poteſt expelli, vt infra dicetur. † Non ta-
men comprehenditur appellatione alienationis hoc caſu
pignoratio, vel locatio ad tempus, non enim per dictos cō-
tractus transfertur aliquod dominium, vel ius plenum, quo
quidem caſu is cui fuit pignoratum, vel ſecundus cōductor
tenetur ſtare colono, & conductori primo, ſecundum tradi-
ta per Fabian. de Monte tracta. De empt. & vend. q. prin. 4.
quæſt. 2. nu. 10. & per Alex. d. conſ. 118. nu. 14. vol. 5. & late
traditum ſupra in vol. 1. c. 417. Si quis, in uerbo, Si uero alio
19 modo alienauerit. † Stante autem prima locatione de ali-
qua parte bonorum, ſi dein locentur vniuerſaliter bona ali-
cui tertio, tenetur ille tertius ſtare primæ locationi non ob-
ſtantibus verbis quibuſcunque prægnantibus, vt ſentit Iaſ.
conſi. 45. uol. 3. & Caroc d. tract. Locati, verſ. Singulari ſuc-
ceſſore, num. 41.

f Inter uiuos] † Eſt ſecus in ultima uoluntate titulo uni-
20 uerſali, ex eo quod contractus locationis tranſit in hære-
dem locatoris, & conductoris, ſecundum l. Viam veritatis,
cū ibi notatis, C. Locati, & notata per Soc. ſen. conſ. 32. n. 7.
uol. 1. ac per Duennam reg. 240 Emptor, limitatione 1. atq;
Dida. Couar. tract. uaria. reſol. lib. 2. c. 15. in prin. ac etiā p
Gomeſ. d. c. 3. Locati, num. 7. & Caroc. d. uerſ. Singulari ſuc-
ceſſore, nu. 3. Quodque locatio, & conductio tranſeat ad hę-
redes, eſt notatū per eundem Caroc. d. tract. Locati, uer. Hæ-
22 redibus inſtituendis, n. 1. † Limitatur, ſi facta fuerit locatio,
donec locator uoluerit, quia tunc morte locatoris extingui-
23 tur, ut per eundem ibi, nu. 2. † Limitatur ſecundo in hęrede
cum beneficio legis, & inuentarij, cum facto inuentario prę-
ſumitur extraneus, ut ibi per eum, num. 3. declarando late.
24 † Si autem hæreditas ſit uacans, eſt in electione locatoris,
utrum uelit alij locare, uel reſtare ſine cōductore, ut ibi per
25 eum, num. 3. † Conductor autem ſi decedit relicto pupillo,
qui repudiat hæreditatē, de in eo reſtituto locata re tertio,
non reſtituitur ad conductionem, ut per eundem ibi, nu. 3.
Extinguitur autem locatio uſufructuarij morte eius, ut ibi
p eum, n. 6. Limitatur in uſufructu, à proprietario locato, cū
is non extinguatur morte locatoris, ſed conductoris, ſic ut
26 ibi per eundem, nu. 8. declarando late, nu. 8. † In ſocio etiā
conductoris cum conſenſu primi locatoris aſſumpto etiam
cum clauſula, inſolidum, nam illo caſu finitur morte, cum
27 ſit annexa ſocietati, ut per eum ibi, nu. 9. † Limitatur quan-
do hæres locatoris nō reperiatur, quia poterit alteri locari,
28 ut ibi per eum, nu. 10. † Limitatur etiam in locatione ar-
tificis, cum ea non tranſeat ad hęredes, ut ibi per eum, n. 11.
29 † Limitatur etiam in colono partiario, cum morte finiatur
locatio, nam inter eos eſt ſocietas, ut per eundem ibi, n. 12.
30 † Finitur etiam morte conductoris gabellarum locatio, niſi
ille conductor ſit idoneus, & ſoluendo, ut ibi per ipſum Ca-
31 roc. nu. 13. † Legatarius tamen particularis non tenetur ſta-
re colono, uel conductori, ſecundum tex. l. Qui fundum, ubi
ſcribentes, ff. Locati, & ſecundum Rebuff. in l. 1. nu. 18. C. de
32 uſur. & fruct. rei legatæ. † Quod quidem procedit etiam in
legato uſufructus omnium bonorum, ut tradit Alex. d. l. Si
filiusfa. §. Si uir in quinqoennium, num. 14 ff. ſolut. matrim.
licet aliqui teneant contrarium, ut ibi per eum, & Duennas
reg. 240. Emptor, ampliatione 1. ac Gomeſ. d. cap. 3. Locati,
nu. 9 uer. Imo habet etiam locum, atque Caroc d. tract. Lo-
cati, uer. Singulari ſucceſſore, num. 1.

g Emptor] † Eſt idem de Iure communi, l. Emptorem
33 ubi Scribentes, C. Locati, & Duennas ponit regulam 240.
Emptor, adducit rationem Angelus conſi. 145. num. 6. uerſi.
Præterea emptor, ex quo conductor ſolum actionem perſo-
nalem contra locatorem habet, ſed non contra ſingularem
ſucceſſorem etiam neceſſarium, vt per Cephal. conſil. 255.
34 num. 21. vol. 2. † Pactum ſi fuerit factum cum locatore, vt
liceret ei alienare in præiudicium conductionis, tranſit il-
lud in ſucceſſorē vniuerſalem, vel ſingularem, vt tradit Al-
ciat. conſ. 679. num. 1. & 2. Limitando, vt per eum, nume. 3.
35 † Condemnatus ad locandum ab arbitris, non tenetur ſtare
locationi, vt ex magis communi tradit Caroc. d. tract. Loca-
ti, verſ. Receptis arbitris.

h Vel acceptor] † Scilicet acquiſitor alio titulo, quā ven-
36 ditionis, & ſic ſingularis, vt infra declarabitur, ſi tamen ſit
ſucceſſor voluntarius, nō autem neceſſarius, notatur ex tex.
l. Emptorem, C. Locati, & Ang. d. conſi. 245. num. 6. verſi. Et
in ſucceſſore, Auffredius ad dec. Tholoſ. 420. in prin. ac Ce-
phal. conſ. 255. nu. 1. vol. 2. atque Marius Anguiſſola conſi.
37 216. nu. 2. vol. 1. † Si tamen ſuccedat in plenum ius, vt tra-
38 dit Rolan. à Valle conſ. 49 nu. 2. vol. 2. † Non tamen habet
locum in ſucceſſore vniuerſali, veluti in hærede, ſecundum
Angel. conſ. 245. nu. 6. ver. Item locationi, & Ioannē Crot-
tem conſ. 414. nu. 21. vol. 3. & Caroc. ver. Singulari ſucceſ-
39 ſore, n. 3. & ſupra notatum, in verbo, Inter viuos. † Ideo in-
fertur quod ſuccedens in beneficio tenetur ſtare colono vti
ſucceſſor vniuerſalis ita tradit Ioannes Crottus d. conſ. 414.
40 nu. 22. verſi. Ex hoc etiam, vol. 3. † Comprehenditur autem
hoc caſu appellatione ſucceſſoris ſingularis filius auocans
propter eius legitimam bona aliqua alienata per patrem
in fraudem, cum is non teneatur ſtare colono, ſecundū Bald.
l. 1. num. 34. Cod. de iure fiſci, lib. 10. & ſecundum Alexand.
ſimpliciter referendo d. l. ſi filiof. §. Si vir, nume. 3. ff. ſoluto
41 matrimonio. † Vir quoque in bonis dotalibus vxoris ſuc-
cedens ſingulariter, non tenetur ſtare colono, vt tradit Rom.
d. l. Si filiofam §. Si vir, num. 26. vbi etiam Alex declarando,
vt per eundem Alex. l. Diuortio, in princ. nu. 38. eodem tit.
& Caroc. d. tracta. Locati, verſi. Iure dotium numer. 3. & 4.
42 † Limitando niſi maritus ea prius locata ſcienter, & ſimpli-
43 citer in dotem recipere, vt per d. Caroc. ibi. † Vxor quoque
finito matrimonio nō tenetur ſtare locationi factæ per ma-
ritum, durante matrimonio, vt per eundem Caroc. ibi, n. 1.
44 & 2. declarando, vt infra late dicetur. † Poteſt autem ma-
ritus locare rem dotalem ad longum tempus, durante eius
vita, vt tradit Pinel. in l. 1. parte 4. nu. 63. verſi. ex eiſdem, C.
45 De bonis maternis. † Bona pariter emphyteutica, vel feuda-
lia ſi reuertātur ad dominum directi ob finitam generatio-
nem, tunc dominus directi non tenetur ſtare colono facto
per vaſallum, vel emphyteutam, vt tradit Alex. d. l. Si filiof.
§. ſi vir, num. 18. & Oſaſc. deciſ. 186. maxime, num. 10. & 15.
licet, nume. 7. alleget contrarium tenere Gloſſam Pariſien.
46 in §. 30. quæſt. 13. num. 93. & ſeq. † Succeſſor autem in feu-
do debet habere ratum factum defuncti, cuius eſt hæres, etiā
non conſommatum, ſed conſommandum, ſecundum nota-
ta per Afflict. deciſ. 128. num. 9 in conſtit. regni, Rubric. 58.
de off. Magiſtr. officialium, numer. 2. libr. 1. & Rubr. 28. de
priuileg. curial. cum conceſſiones, num. 1. & 2. lib. 2. ac ſecun-
dum tradita per Rolan. à Valle conſ. 66. num. 38. vol. 2. atq;
per Lofredum inter conſilia feudal. 38 num. 17. cum ſequen.
47 † Et hoc quando dignitas venit per ſucceſſionem, ſed non
per electionem, prout imperium, vt tradit Boſſ. ſua praxi,
titu. Debitor an delinquat ſolu. poſſ. num. 6. de quo articu-
lo tradit Rubeus Alexand. conſi. 96. nume. 5. & Socinus iu-
nior conſi. 60. volum. 3. ac Riminald. iun. conſi. 365. nu. 18.
48 & ſequent. volum. 4. † Ideo ſucceſſor in feudo per ſucceſſio-
nem, tenetur ſtare locatori ad modicum tempus, cum etiam
fructus per modicum tempus poſſint vendi, ſecundum Affl.
in conſtit. regni, Rubric. 5 de reuocand. alienat. conſtitutio-
49 num, num. 18. cum ſequen. libr. 3. † Succeſſor neceſſarius,
etiam ſi ſit ſingularis in ſucceſſione tenetur ſtare colono,
vel conductori, ſecundum Gloſſam ſingularem, in l. Diuor-
tio, in princ. in verbo, Nequam verſi. tertia potio, vbi Bart.
& cæteri Scribentes, ff. ſoluto matrimonio, ac Baldus, & Sa-
licet. in l. Emptorem, numer. 6. Cod. Locati, Cotta ſuis me-
morab. in verbo, Succeſſor ſingularis, verſic. Fallit, ac etiam
Duennas dict. regul. 240. Emptor, limitatione 3. Tiraquell.
in retrahente ex pacto luendi, vel ex lege aliqua municipa-
li, tract. retract. conuent. §. 3. Gloſſa vnica, num. 14. cum tri-
bus ſeq. ac Benintend. deciſ. 54. nu. 1. Rolan. à Valle conſ. 49.
num. 6. vol. 2. Oſaſc. deciſ. 82. num. 6. & 7. atque Borgninus
50 deciſ. 44. num. 43. † Sed quod ſucceſſor neceſſarius non te-
neatur ſtare locationi, nec colono, ſed ſolum præſtare cau-
tionem locatoribus, & eius hæredibus, ſi eam petāt de cō-
ſeruando indemnē locatorem ab omni moleſtia per condu-
ctorē inferenda, ita quod ſi conductor ageret ad damnū, &

intereſſe contra locatorem, vel eius hęredem, ipſi tunc ex ea
cautione poſſint agere contra illum ſingularem ſucceſſo-
rem ad releuationem, quod alias non liceret, vbi non eſſet
præſtita dicta cautio, ita contra communem tradit Ceph.
conſ. 255. num. 21. & 23. & nu. 26. cum ſeq. vſq; ad nu. 46.
vbi tollit obiecta, vol. 2. † Quæ quidem cautio poteſt cę-
di dein per locatorem conductori, vt poſſit agere contra ſin
gularem ſucceſſorem, quod alias nō liceret conductori abſ-
que hac ceſſione, ſecundum notata per Ceph. d. conſil. 255.
51 nu. 43. & ſeq. volu. 2. † Quicquid ſit tenendo etiam primam
opinionem quod regulariter ſucceſſor neceſſarius teneatur
ſtare colono, intelligitur tamen hoc ſi ſit ſucceſſor ſingula-
laris neceſſarius per legem, non autem factus neceſſarius
per hominem, vt ſignanter in his terminis declarat Ceph.
ſuo conſ. 254. maxime, nu. 24 cum ſeq. volu. 2. & principio
52 conſilij ſeq. † vbi nititur probare hanc concluſionem non
procedere in eo, qui habuit dationem in ſolutum à iudice,
53 vt ibi per eum. † Hinc infertur quod is cui fuere bona addi-
cta per ſubhaſtationem, teneatur ſtare locationi, vt tenet
Ferronius, in conſuetu. ſuis, lib. 2. tit. 13. de ſubhaſtat. col. 6.
54 ad finem, verſic. Proinde tamen. † Infertur ſecundo quod
miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto tenetur ſtare colo-
no, vti neceſſarius ſucceſſor, ſecundum tradita per Bart. l. In
venditione, §. 1. notabili ſecundo, vbi Zaſius, nu. 4 ff. de bo-
nis auth. iudic. poſſiden. traditur etiam per Cottam ſuis me-
morab. in verbo, Creditor miſſus, & in verbo, Singularis ſuc
55 ceſſor, verſ. Sed quid ſi creditor, † ex quo etiam non dicitur
habere plenum ius, vt tenet Ceph. d. conſ. 254. nu. 38. vol. 2.
& Caroc. d. tract. Locati, verſic. Patris authoritate, num. 2.
56 † Cum etiam ipſe poſſit locare ad modicum, ſed non longū
tempus, vt per Carocium, dict. loco, num. 1. † Nec tenetur
computare penſionem in ſortem, vt ibi Caroc. ipſe, num. 3.
57 † Quod idem eſt in creditore miſſo in poſſeſſionem bonorū
rei ſeruandæ cauſa, ſecundum Crottum conſi. 414. num. 21.
58 volum. 3. † Idem dicendum videtur in creditore miſſo ex
ſecundo decreto, & qui habuit dationem in ſolutum de di-
ctis bonis, vt tradit Bart. d. l. In venditione, §. 1. notab. 2. &
Alexand. d. l. Si filioſam. §. Si vir, num. 7. ff. ſoluto matrimo-
nio, ac conſi. 218. num. 18. vol 5. ac etiam Iaſon. d. l. Diuor-
tio, in princip. num. 34 & ſeq. ff. ſoluto matrimonio, atque
60 Cotta ſuis memorab. in locis, ſupra allegatis. † Declaran-
do tamen non procedere, vbi locatio fuiſſet facta in fraudē,
quia tunc non teneretur ſtare ſucceſſor ille ſecundum alle-
gata per Bartol. d. l. in venditione, §. 1. & notata per Iaſon
d. l. Diuortio, nume. 34 & ſequentibus ac per Cottam locis
allegatis, maxime in verbo, Succeſſor ſingularis, verſicu. Sed
quid, & Tiraquelium tracta. retract. conuent. d. §. 3. Gloſſa
61 Vnica, nu. 18. † Declaratur ſignanter ſecundo, vt non proce-
dat hæc concluſio ſi debitum proueniat ex debito, & cauſa
voluntaria, licet ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, vt tradit Ce-
phal. dict. conſi. 254. num. 38. cum ſequent. maxime num. 47.
62 & ſeq volu n 2. † Infertur tertio, etiam quod creditor ſuc-
cedens debitori non habeat ius pignoris, quia tenetur ſtare
colono, vt per Ang. d. conſi. 245 num. 6. verſ. Sed creditor.
63 † Infertur quarto, quod ſucceſſor per ſententiam Iudicis
tenetur ſtare colono, ut per Caroc. d. uerſ. Singulari ſucceſ-
64 ſore, num. 19. † Limitatur pariter hæc concluſio, niſi eſſet
facta locatio in fraudem, vt tradit Benintend. deciſ. 54. nu. 1.
65 uerſ. Fallit in ſingulari. † Hæc concluſio ſic firmata, ut ſuc-
ceſſor neceſſarius teneatur ſtare colono habet locum, quan-
do locator ille habebat plenum ius locandi ſed ſecus eſt ſi
tanquam adminiſtrator locaſſet, quia tunc ſucceſſor non
tenetur ſtare colono, cum habeat adminiſtrationem reſpe-
ctu rei, non autem ſucceſſoris, & hæc prima ſit limitatio,
quam ſignanter declarat Salicet. d. l. Emptorem, numer. 6.
uerſicu. Aut ſuccedit ex neceſſitate, C. Locati, & Aufred.
deciſ. Tholoſ. 410. uerſ. Limita etiam, ac Socin. ſen. d. conſil.
32. nu. 6. uol. 1. atque Tiraq. tract. retract. conuent. §. 3. Glo.
Vnica, num. 16. ac etiam Didac. uariarum reſolut. ca. 15. ad
finem, num. 6. lib. 2. & Crottus conſil. 414. ad finem, uolu. 3.
ac Mantua Singul. 279. num. 1. Alba conſ. 108. nu. 1. cum ſeq.
66 † Limitatur tamen in pupillis, & minoribus, qui tenentur
ſtare locationi factæ per tutores, uel curatores etiam finita
tutela, uel cura, per l. Si tutelę, ff. de adminiſtratione tutor.
& per Pract. in forma libelli, quo agitur ad ficti præſtatio-
nem, uerſic. Soluere neglexit, num. 6. uerſic. Aliquando tu-
tor, ac ſecundum Angel. d. conſil. 245. nume 6. uerſic. Item
locati, atque ſecundū tradita per Aufredum ad deciſ. Tho-
loſ. 420. uerſ. limita etiam, ac per Duennam regul. 240 Em-
ptor, limitatione 3. & per Crottum conſil. 414. nu. 22. uerſ.
Quæ etiam, uol. 3. ac etiam per Pinellum in l. 1. parte 3. nu.
63. C. De bonis maternis, & Rolandum à Valle conſil. 49.
nu. 7. uol. 2. ac per Caroc. uerſic. Tutoribus, & curatoribus,
67 num. 1. † Limitando niſi eſſet facta ad longum tempus, vt
per eundem Caroc. dict. loco, num. 2. adducendo rationem,
68 num. 3. † Ampliatur hæc limitatio etiam quod in condu-
ctione ad longum tempus ſit adiectum, quod nullum ius ac-
69 quiſitum eſſet conductori, Caroc. d. loco, num. 4. † Amplia-
tur ſecundo, etiam ſi eſſet facta locatio pro duobus annis
tantum, pacto adiecto quod eis finitis eſſet relocata pro ſe,
& ſucceſſoribus illius conductoris, vt per Caroc. d. loco, n. 5.
70 † Tamen in omnem caſum minori conductori, vel locatori
competit reſtitutio in integrum aduerſus locatorem, vt per
eundem d. loco, num. 6. † Succeſſor autem prælati quando
teneatur ſtare colono, vel conductori, diſtinguit Caſtr. conſ.
2. nu. 3. vol. 1. & Anchar. conſ. 116. nu. 2. cum ſeq. & Salic.
d. l. Emptorem, C. Locati, atque Pract. d. verſ. Soluere negle-
xit, nu. 6. cum addit. ibi, vbi diſtinguit ſignanter Ang. conſi.
245. num. 6. verſi. Sed de prælato, ac etiam Socin. ſen. conſ.
32. num. 7. cum ſeq. vol. 1. & conſ. 34. nu. 4. vol. 3. & Afflict.
deciſ. 365. num. 14. ac Duennas d. reg. 240. Emptor, verſic.
tertio amplia, & Berous conſ. 83. nu. 8 & 9. vol. 1. & Ferretus
conſ. 317. vol. 2. Rol. à Valle conſ. 49. nu. 8. vol. 2. & Viuius
ſuis communibus, opin. 61. Conductorem expellere, lib. 2.
Borgn. deciſ. 44. nu. 4. 5. 7. 23. 24. 27. 30. 31. 32. 35. 40. & 43.
& deciſ. 45. nu 67. in addit. & deciſ. 46. nu. 30 & ſeq. ac etiā
71 Port. late conſ. 161. † Explicat autem notabiliter caſus tres
Didac. tract. variar. reſolut. c. 25. nu. 6 vſque ad finem, lib. 2.
72 † Quicquid ſit vbi conductio fuerit facta per Prælatum cū
conſenſu Capituli, & ſuperioris, authoritate ex cauſa legi-
tima, & ad Eccleſiæ vtilitatem ligat ſucceſſorem, vt tenea-
tur ſtare colono, ſecundum Carpcium verſi. Effectibus, nu.
73 12. & verſi Quæ ſit facta. † Tenetur vlterius ſucceſſor in
beneficio ſoluere penſionē pro tempore præterito ſui præ-
deceſſoris, ſi conuenitur, & poteſt agere ad recuperationem
eius contra hæredes Prælati defuncti, vt tradit Petrus à
Gambara tract. de offic. legati à latere, num. 463. & ſequen,
lib. 5. & Lambert. de Iure Patron. lib. 7. art. 8. queſt. princ. 2.
num. 5. ad finem, ac Cephal. conſil. 636. num. 53. cum ſeq.
74 volum. 5. † Limitatur tertio principalis concluſio, vt non
teneatur ſucceſſor neceſſarius ſtare locationi factę per prę-
deceſſorem, ſi in fraudem ſit facta, vt tenet Tiraquel. d. tract.
retract. conuent. §. 3. Gloſſa vnica, num. 17. cum ſequen. vbi
75 etiam exemplificat, & adducit coniecturas fraudis. † Limi-
tatur quarto principaliter hæc concluſio in fiſco, qui licet
ſit ſucceſſor neceſſarius ſingularis, tamen eius fauore ipſe
tenetur ſtare locationi, vel colono, vbi agitur de confiſca-
tione bonorum confiſcatorum particulariter, ſecundum de-
clarata per Alexand. d. l. Si filioſam. §. Si vir, num. 5. & 19.
ff. ſoluto matrimonio, & tradita per Iaſon. d. §. Diuortio, in
princ. nu 36. & ita declaranda notata per Albam conſ. 103.
ad finem, vbi æquiparat fiſcum, & Eccleſiam in hoc, atque
per Gomez. diſtinguendo d. cap. 3. Locati, num. 10. ac etiam
76 Cephal. d. conſ. 255. num. 46. vſque ad finem, volu. 2. † De-
claratur quinto hæc concluſio in proprietario ſuccedente
vſufructuario finito vſufructu, cum non teneatur ſtare co-
lono, quia ius eius finitur morte, vt tradit Bald. l. 1. nu. 34.
ad finem, Cod. De iure fiſci, lib. 10. per text. l. Si quis domū,
§. 1. ff. Locati, ac Pract. d. forma libelli, quo agitur ad ficti
præſtationem, verſi. Soluere neglexit, nume. 6. verſic. Et per
hoc deciditur, atque Angel. d. conſil. 245. num. 6. verſic. Sed
vſuarius, ac etiam Crottus d. conſi. 414. num. 22. verſi Si ve-
ro, volumine 3. Borgninus, deciſio. 45. num. 71. in addit. &
77 Caroc. d. verſic. Singulari ſucceſſore, num. 34. † Tenetur ta-
men ſtare pro illo anno, quo bona ſunt ſeminata, & labora-
ta, & ſolum ſint fructus recolligendi, vt tenet Afflict. deciſi.
365. nu. 11. & Borgn. deciſ. 44. n. 2. cum ſeq. & infra cauetur,
78 ad finem huius Statuti. † Declaratur ſecundo, vt non pro-
cedat, ſi fundus locatus per vſufructuariū eſſet talis, ex quo
non poſſet percipi fructus, niſi ſingulo quinquennio, quia ſi
interim decedat vſufructuarius, tunc ſingularis ſucceſſor te-
netur ſtare colono hac de cauſa, veluti ſi ſylua eſſet cædua,
vel ſimilis ſecundum Alexand. d. l. Si filioſam. §. Si vir, num.
22. ff ſoluto matrimonio. † Sexto fallit principaliter, & li-
mitatur hæc concluſio in vxore ſuccedente in bonis dotali-
bus datis inæſtimatis marito, quia licet ſuccedat neceſſario,
tamen non tenetur ſtare colono vltra annū; quicquid ali-
qui teneant in contrarium, eum debere ſtare colono, Pract.
d. verſi Soluere neglexit, num. 6. verſic. Aliquando, il primo,
& Ang. d. conſil. 245. num, 6. verſi. Et locationi, ac Benin-
tend. deciſi. 54. in princip. nu. 1. atque Roland. à Valle conſ.
49. num. 5. vol. 2. ac etiam Crott. d. conſi. 414. nu 22. verſi.
79 Aut habebat, volu. 3. † Saltem vt caueat, tamen communis
eſt, quod non teneatur ſtare, ſecundum Dyn. & Rayner.
Singul.

Digitized by Google

Singul.202.& Alex.l.Si filiof.§.Si vir,num.5.ff.ſoluto ma-
trim.ac Duennam reg.240.Emptor, limitatione quinta, ac
etiam ſecundum Cephal.conſ.255. num. 22.volum. 2. &
Viuium ſuis communibus,lib. 2.opin.61.conductorem ex-
pellere,verſ. Interpretatur vlterius,& in lib.11.communiũ
in verbo,Mulier non tenetur,atque Caroc.tract. variatum
reſolut.lib.2.c.15.nu. 5.& tract. Locati,verſ. Iure dotium,
80 nu.1.& 2. † dicendo tamen vxorem teneri præſtare cau-
tionẽ de conſeruãdo locatoris hæredes indemnes, ac Cror.
81 d.cõſ.414.n.22.verſ.aut habebat,vol.3.† Vaſall⁹ quoq;nõ
tenetur ſtare colono, vt trad.Caroc.d.verſ.ſing.ſucceſ.n.23.
k Locationi] † Scilicet temporali, vt infra etiam decla-
82 ratur,in verbo, ita quod emptor, vel acquiſitor locationi
temporali,ſecus autem ſi eſſet facta locatio ad longum tem
pus, quia tunc tenetur ſtare ſucceſſor quilibet etiam ſingu-
laris locationi, cum tunc colonus dicatur habere ius in re,
ſcilicet vtile dominium,ſecundum Bald. in l. Si merces, §.
Qui fundum, verſ.Item dicunt Doctores,ff. Locati, & in l.
Si filioſam.§.ſi uir,in princ.in verbo, Ex hoc apparet, vbi
etiam Alexan.num.2.ff.ſoluto matr. & Bart.in l. Empto-
rem,verſ Sed ſi ponerem, vbi etiam Salicet. num. 6. verſic.
Aut eſt ſucceſſor ſingularis, C. locati, tenet idem Angel. d.
conſ.245.num.6.verſ.Sed ſi ponatur, & Auffred. ad deciſ.
Tholoſ.420.verſ. Quod limita, & Alex.conſ. 118.num.17.
volum. 5. ac Fabianus de monte tract. de empt. & vendit.
parte prin.6.quæſt.18.numer.75. verſ. Quæ regula,atque
Duennas d.reg.240. Emptor,limitatione 2.ac etiã Gomez.
d.tract.locati,nu.9. verſ.ſecundo infertur,& Couar. tracta.
variarum reſolut.lib.2.cap.15.num.2. verſ.vel quia, ac Pi-
nellus in l.1.parte 3.num.68. verſ. Infertur duodecimo,C.
de bonis mater. † Vbi idem dicit in emphyteuta, ac Ca-
roc. nouiſſime d.trac.locati,ver. Effectus,num. 10. & verſ.
83 ſingulari ſucceſſore, nume. 4. † Habet etiam locum hæc
concluſio,vt procedat,quamuis non ſit locatio,ſed ſimplex
venditio fructuum facta per alienantem prius alicui, quia
illi emptori non tenetur ſtare ſucceſſor ſingularis, niſi ille
emptor fructuum habeat ius in re per conſtitutionem hy-
pothecæ,ſecundum Bald.in l.ſi. ff.de contrah. empt. & Bal.
l.ſi merces,§. Qui fundum,in fine, ff.locati, ac Fabian. de
monte d.tract.de empt.& vend.parte princ.6.q.18.n.75.
verſ.Et ſic emptor.
l Stare neceſſe non habeat] † Eſt idem de iure communi
84 per tex.in l.Emptorem, vbi Scribentes Cod. locati, notant
etiam paſſim Doct.§.ſi vir in quinquennium,vbi præcipue
Alex.ff. ſoluto matrimonio, & Cotta ſuis memorab.in ver-
bo,Succeſſor ſingularis,ac Duennas reg. 240. Emptor, Am-
pliando,& limitando,vt ibi,atque Natta conſ. 426.nume.
1.uolum. 2.ac etiam Gomez.d.cap.3.Locati,num. 9.& Co-
uar. variarum reſoluc.lib. 2.ca.15.in prin. Idem Magon.de-
85 ciſ. 11.num.1. † Adducitur illa ratio potiſſimum, cum
ſimplex conductor ad modicum tempus non habeat ius in
re,ſecundum Borgninum deciſ. 43.num.19 & 57. & deciſ.
86 44.num.45.& per Ceph.conſ.255.num.35.vol.2. † Ea-
dem ratione etiam conductor, vel colonus non tenetur ſta-
re locationi, quando ſuccedit ſingularis ſucceſſor, tam de
iure communi,vt tradit Bald.in l.Qui fundum,ff. Locati,&
tract.ſtatut. in verbo,Colonus,idem Gomez.d.c.3. Locati,
num.9.in prin.atque Borg.deciſio.44.nu.34. quam etiam
ex Statuto hoc infra,verſ. Et prędicta habeant locum etiam
87 in conductore,vbi dicetur. † Cautelas autem tres, vt cõ-
ductor,vel colonus non poſſit expelli à ſingulari ſucceſſore,
tradit Caroc dict.tracta. Locati, verſ.Singulari ſucceſſore,
num. 30. cum duobus ſequen. Quas ſingulas diſcutere li-
cet cum alijs infra deducendis pro limitatione huius con-
88 cluſionis principalis. † Fallit igitur primo,quando in in-
ſtrumento alienationis, & venditionis adeſſet ceſſio actio-
num,& conſtitutio procuratoris in rem ſuam,quod commu
niter ſolet apponi in inſtrumentis ſimilibus, cum tunc cõ-
ductor etiam inuitus cogatur ſtare locationi, ſecundũ Bart.
89 l. Qui fundum, ad finem, ff. Locati. † Limitatur ſecundo
hæc concluſio, vt non procedat vbi iſte ſingularis ſucceſ-
ſor non ſuccederet in plenum ius, veluti quia eſſet tantum
emptor fructuum,vel ſimplex vſuarius,quia tunc teneretur
ſtare colono,ut in his terminis firmat Alex.conſ.118. num.
13.volum. 5.& in l.Si filioſam.§.Si vir,nu.10.& 15. ff. ſo-
luto matrim.ac Salicet.in l.Emptorem,nu.6. verſ. aut ſuc-
ceſſor ſingularis in plenum ius, C. Locati, atque Cephal.
conſ.254.num.37.& ſequent.volumin 2. ac etiam Michael
Graſſus ſuis communibus,lib.1.in verbo,De empt. & ven-
dit. quæſt.1.& Caroc.dict.verſ. Singulari ſucceſſore,num.
90 14. † Sed quod vſuarius non teneatur ſtare colono,tradit
91 idem Caroc.ibi,num. 16. † Quod etiam emens vſumſru-
ctum à domino qui locauit, non teneatur ſtare colono, te-
92 net d. deciſio. Tholoſ. 420. † Ceſſat tertio hæc concluſio
principaliter, vbi colonus,vel conductor is haberet ius ali-
quod dominij, quia tunc teneretur ei ſtare ſingularis ſuc-
ceſſor, veluti ſi conduxiſſet ad longum tempus, vel in em-
phyteuſin,vt ſupra notatum,in verbo,locatori iuxta deciſ.
Baldi,in l.Si merces,§. Qui fundum,verſ. Item dicunt Do-
ctores,ff.Locati,& l.Si filioſam.§. Si vir in quinquennium,
ad prin.uerſ. Ex hoc apparet, vbi etiam Alex.nume. 2.ff.ſo-
luto matrim.& d.conſ.118.num.17.uolumin.5.& Soarez
ſuis communibus,in verbo,Conductor ius in re,& notatum
93 d.verbo,Locationi. † Ceſſat quarto hæc concluſio, ſi ius
coloni,vel conductoris eſſet reſeruatum in hac venditione,
vel alienatione,vt notatum in d.l. Emptorem, in reſponſo
2.C.Locati,& Pract Papien. in forma libelli,quo agitur ad
præſtationem facti,verſ. Soluere,num.5.ac Alex. d.§.Si vir,
num.9.atque Fabian.de Monte d.tract.de empt.& vendit.
quæſt.6.prin.num. 75. ac etiam Duennas d.reg. 240. Em-
ptor,limitatione 4.& Gomez.cap.3.Locati,nume.9.verſic.
tertio limita,ac Couar.tract. variar.reſolut. cap. 15. num.
2.lib.2.atque Caroc d.verſ.Singulari ſucceſſore, num. 5.&
36.& infra etiam cauetur verſ. Et prædicta non habeãt lo-
94 cum. † Ceſſat quinto,& limitatur hæc concluſio,quando
locator promiſiſſet non expellere conductorem etiam pro
vſu ſuo,ſecundum notata per Felinum conſ.43. nume.5.&
per Caroc.referendum d. verſ.Singulari ſucceſſore, num.3.
95 † Limitatur ſexto,principaliter, vt non poſſit expelli co-
lonus, vel conductor, qui in inſtrumento locationis ſibi o-
bligauit bona locatoris pro manutentione locationis, nam
hoc caſu ſi eſt obligatio generalis bonorum non poteſt ex-
pelli,donec ei fuerit ſolutum intereſſe, & damnum, & eo
caſu bonum eſt, quod conductor proteſtetur ſe nolle rece-
dere,ſed retinere illam rem conductam, donec ſoluatur in-
tereſſe,vt tenet in hac ſpecie Bart. in d.l.Emptorem, nume.
2.C.Locati, vbi dicit perpetuo notandum eſſe, & obtinuiſ-
ſe hoc in facti contingentia,& in d.l.Si filioſam.§.Si vir,nu.
2.ff ſolut.matrim. & Pract.d. forma libelli, quo agitur ad
facti præſtationem,verſ. Soluere,num.5. ac Ang.conſ. 245.
numer.6.uerſ. Idem atque Auffred. ad deciſ. Tholoſ. 420.
uerſ. Et per hoc, ubi dat cautelam, ut proteſtetur condu-
ctor bona retinere ratione obligationis bonorum,ac etiam
Alex.d.l.Si filioſam.§. Si vir,num.4.ff.ſolut. matrim. & cõſ.
118.num.20.cum addit. ibi, uolum. 5. & Corſet.ſingulari,
Pactum,il primo,ac Socin.ſen.conſ.90. num. 2.uolumin.4.
atque Marſ.Sing.321.nume. 1.2.& 3. ac etiam Ruin. conſ.
180.num.18.uolum. 1.& Duennas reg.240. Emptor, limi-
tatione 7.ampliando ut per eum,ac Tiraquel.tract.conſtit.
parte 1.in prin.num.47. Alex. de Neuo conſ. 25.num. 7.at-
que Natta conſ.416.num.9.12.& ſeq. & conſ. 426. num. 2.
& 3.uolum.2.ac etiam Crottus conſ. 414.num. 21.uerſ. aut
habet,& num.22.uolum.3.& Ferrandus Loaces in l. filioſa.
§. Diui,num.88.ff.deleg. 1. Couarruuias d.tract.uariarum
reſolut.cap.15.num.3.lib.2. & Gomez.cap.3.Locati,num.
9 uerſ. Ex quo infertur,ac Plott.l.Si quando,num.192.uerſ.
Item expelli,C.unde ui,atque Menoch.tract.retinend.poſ-
ſeſ. remed. 4.num.38. Oſaſc.deciſ.156.num.1.cum tribus
ſeq. & Marius Anguiſola conſ.216.num.26. uol. 1. Graſſ.
ſuis communibus,lib.1.de empt. & uendit.quæſt.3. ac Ga-
br.ſuis communibus,tit.de pignor.concluſ.1.num.6.ac etiã
Caroc.d.uerſ.Singulari ſucceſſore, num. 29. & duobus ſeq.
96 ad finem,Gaſpar Caball.milleloquio 1341. parte. † De-
claratur id procedere,ſi colonus agit, alias ſi excipiat non
poteſt expelli,ut per eundem Caroc. ibi,numer. 22. & per
97 Burſ. conſ.101.num. 1.& 2.uol.1. † Vbi plus dicit quod
non ſufficiat dare,fideiuſſorem,ubi damnum, & intereſſe ſit
certum,& liquidum,idem tradit Caroc.Ipſe d.loco, nu. 25.
98 † Soluto autem intereſſe, quando adeſt ſolum generalis hy-
99 potheca,tunc poteſt is colonus,& conductor expelli. † Et
propterea dat cautelam ſingulari ſucceſſori Corſet. d. ſing.
Pactum, il primo, quod ſingularis ſucceſſor offerat ſe ſolu-
100 turum intereſſe,ut poſſit illum colonum expellere. † Si au-
tem in contractu locationis adſit hypotheca ſpecialis,tunc
non poterit expelli conductor,etiam ſi offeratur intereſſe,&
hoc ſecundum communem,licet Oſaſc.d.deciſ. 156.nume.
3.& Caroc.d.uerſ.Sing.ſucceſſore, num. 21. pariſicet gene-
ralem,& ſpecialem hypothecam, ut non poſſit colonus ex-
pelli,ſed quod ſolum habeat locum in ſpeciali, ſecundum
communem, ad hoc ut non poſſit expelli,etiam ſoluto in-
tereſſe,tradit Capic.deciſ.182. num.2.cum ſeq & gloſ.Pa-
riſ.§.tertio,num.95.ac late Tiraquel.tract.retract.conuent.
§.3.gloſſa unica,num.4.ubi loquitur remiſſiue, atque Co-
uar.d.cap.15.num.3.uerſ. Primam hypothecam, ac etiam
Gabriel

Digitized by Google

Gabriel ſuis communibus, tit. De pignoribus, cõcluſ. 5. circa
finem, num. 6. & 9 & Port. Imolen. ſuis communibus, regu.
1. lib. 3. ac Plott. d. l. Si quando, numer. 19. C. Vnde vi, atque
101 Oſaſc. deciſ. 156. nume. 4. cum duobus ſequen. † Vlterius
obligatio, & hypotheca hæc omiſſa à Notario per errorem,
vbi conſueuit apponi, habetur pro appoſita, & eam Nota-
rius apponere poteſt, ſecundum Caroc. verſ. Singulari ſuc-
102 ceſſore, num. 24. † Eſt aduertendum ulterius, quod ſi in
inſtrumento locationis adſit hypotheca generalis cum iu-
ramento, nam tunc ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare colo-
no, quod videtur colligi, eo quia ſtatutum, vel quęlibet alia
diſpoſitio non videtur comprehendere actum iuratum, ut
tenet Gloſſa, in cap. Cum non debeat, de electionibus in ſex
to, tradit idem Alex. conſ. 28. nume. 10. volum. 3. cum alijs
accumulatis ſupra cap. 328. In alienationibus, in verbo, Nõ
valeat, uolum. 1. In his autem terminis, not. Gozad. conſ.
24. num. 9. & conſ. 100. ad finem, ac Socin. ſen. conſ. 90. nu.
15. uolum. 4. atque Ioannes de Amicis conſ. 113. ad finem,
ac Ant. de Fano tract. pignor. parte prin. 2. membr. 1. nume.
119. cum ſeq. & Boer. deciſ. 122. num. 51. ac Couar. d. tract.
variarum reſolut d. cap. 15 num. 3. verſ. Sciendum hanc, ad
finem, lib. 2. atque Natta conſ. 426 num. 4 cum ſeq. volum.
2. declarando, vt ibi per eum, ac etiam Roland. à Valle cõſ.
6. num. 20. cum ſeq. volum. 1. & conſ. 62. num. 40. volum. 2.
& Marius Anguiſola conſ. 216. numer. 26. verſ. 3. cum ſeq.
volum. 1. ac Gabriel ſuis communibus, tit. de pignor. con-
cluſ. 1. num. 7. atque Port. Imolen. ſuis communibus, lib. 3.
reg. 1. ac etiam Burſ. conſ. 101. num. 3. & 7. volum. 1. Dixit
magis communem Caroc. d. uerſ. Singulari ſucceſſore, num.
26. & Magon. deciſ. 97. num. 23. & ſeq. vbi dicit non ſuffice-
103 re oblationem intereſſe, † comprobatur, quia ex ſpeciali,
vel generali hypotheca cum iuramento transfertur domi-
nium, ſecundum Socin iun. conſ. 129. num. 10 & 11. volum.
2. & per Anchar. iun. quæſt. 13. num. 5. lib. 1. Contraria ta-
men opinio videtur verior, quod non obſtante hoc iuramẽ
to poſſit conductor is expelli à ſucceſſore ſingulari, etiam
quod adſit hypotheca generalis tantum, & faciunt ad hoc
tradita ſupra. nec hoc caſu obſtare debet iuramentum, &
104 vis iuramenti huius, quod obliget præciſe, † cum ius hoc
iuramenti habeat ſolummodo locum contra ſe obligantẽ,
& vniuerſales ſucceſſores, quia id tenentur ſeruare præciſe,
non autem debet porrigi aduerſus tertium, & ſingularem
ſucceſſorem, ut decidit Corn. conſ. 256. num. 6. volum. 4. &
ita in his firmat reſpondendo obiecto iuramenti, Couar. d.
c. 15. num. 4. ver. ſecundum hanc, ad finem, dum dicit prop-
ter hoc dubiam eſſe opinionem Socini d. conſ. 90. num. 15.
105 volum. 4. † Quod magis eſt dicendum in caſu ſtatuti hu-
jus noſtri diſponentis idem quod ius commune, cum ad
hoc ne ſuperfluum ſit, debeat intelligi etiam habere locum
in caſibus, in quibus de iure communi non haberet locum,
iuxta dec. Bal. in l. 2. num. 2. C. de appell. & Arer. conſ. 106.
num. 2. ad fin. licet huic iuramento poſſet reſponderi non
eſſe ſuperfluum, ex eo, quod addit iuramẽtum in forma hic
notata, quod non erat de iure communi. Et quod non ob-
ſtet iuramentum, ſic cenſuit Senatus, de hoc conſultus tum
quia in alijs contractibus ſolet habere modicam vim, &
conſiderationem iuramenti, quod ſolet ex ſtylo Notariorũ
apponi, tum quia hoc modo ſemper ſingularis ſucceſſor te-
neretur ſtare colono, cum in omnibus cõtractibus locatio-
num, & aliorum ſoleat adhiberi iuramentum, cum etiã quia
iuramentum nil operatur, ubi adeſt conſuetudo iurandi, ut
106 tradit Borgn. deciſ. 30. nu. 23. † Limitatur ſeptimo prin-
cipaliter hæc concluſio, ſi in inſtrumento locationis adſit
pactum non alienandi in præiudicium locationis illius, &
per ſpeciale pignus fuere bona locata obligata, quia tũc ſuc
ceſſor ėt ſingularis qualitercunque, tenetur ſtare colono, &
conductioni, nec eo caſu offerendo intereſſe poteſt remoue-
re conductorem, ſecundum communem opinionem, de qua
per Caſtr. d. l. Si merces, §. 1. nu. 2. ff. locati, tenet idem Imo,
la d. l. filiusfam. §. Diui, num. 13. ff. de leg. 1. ubi etiam Iaſon
in 1. lectura, num. 91. & ſeq. & in lectura 2. nu. 122. & 127.
& Alex. in l. qui abſenti, §. 1. num. 6. ff. de acq. poſſeſſ. ac l. Si
filiofam. § ſi uir, num. 4. & Iaſ. num. 4. ver. Et ideo, ff. ſolut.
matrim. ac Capic. dec. 182. num. 2. cum ſequent. atque Re-
buff. tracta de conſtit. reddit. art. 1. Gloſſ. 14. nume. 10. tomo
2. ac etiam Gomez d. cap. 3. Locati, num. 9. verſ. Quarto li-
mita, & Tiraquellus tract. retract. conuent. §. 3. Gloſſa Vni-
ca, num. 4. ac Couar. communem dicendo d. cap. 15. nume.
3. verſ. Vltimo eſt ad hoc, atque Plott. d. l. Si quando, num.
192. C. Vnde ui, ac etiam Oſaſcus deciſ. 156. num. 4. uerſic.
Et licet, Viuius dictis ſuis communibus, lib. 2. opin. 61. Cõ-
ductorem expellere, verſ. Sed vbicunque, Gabriel & Port.
Imolen. locis ſupra allegatis, ac Caroc. communem dicen-
107 do d. uerſ. Singulari ſucceſſore, nume. 26. † Eo tamen caſu
quo colonus non poteſt expelli ratione ſpecialis hypothe-
cæ, ſi ſponte relaxauit bona emptori, vel ſucceſſori ſingula-
ri ſibi præiudicat, vt non poſſit dein ad damna agere, ſecun-
108 dum Caroc. d. ver. Singulari ſucceſſore, num. 40. † Ceſſat
octauo hæc concluſio, vbi cautum ſit in inſtrumento, quod
locator ſine licentia conductoris, uel coloni non poſſet rem
locatam alteri vendere, pignorare, uel alienare, aut alterum
contractum inire, ſecundum Roman. conſ. 423. ad finem, &
109 per Caroc. d. verſ. Singulari ſucceſſore, nume. 31. † Nec eo
caſu ſucceſſor ſingularis poteſt expellere offerendo intereſ-
110 ſe, ut ibi per eum, num. 32. † Ceſſat nono concluſio hæc
in colono à fiſco conſtituto, cum ſucceſſor etiam ſingularis
fiſci teneatur ei ſtare, & hoc ſecundum ſcribentes commu-
niter fauore fiſci, ne dein moleſtetur à memorato colono,
caſu quo expelleretur, ut cauetur in l. finali, in prin. ff. de
iure fiſci, per quem tex. ſic tradit gl. d. l. Emptorem, in Glo.
magna, ad finem, C. Locati, tradit idem Pract. d. forma libel-
li, quo agitur ad fiſci præſtationem, verſ. Soluere, num 5. &
Ang. d. conſ. 245. num 6. uerſ. Fallit tamen, ac Iaſon dict. l.
Diuortio, in prin. nu. 36. ff. ſoluto matrimonio, atque Boſſ.
tit. De fiſco, & eius priuile. num. 41. ac etiam Duennas reg.
240. Emptor, limitatione 8. & Soarez. ſuis communibus, in
uerbo, Conductor ſiue colonus, ac Magon. deciſ. 11. num. 2.
atque Pinell. in l. 1. parte 3 num 68. uerſ. Infertur decimo
C. de bonis mater. ubi adducit meliorem rationem, ex quo
conductor is fiſci dicitur habere ius in re, quo caſu non ſu-
111 biacet diſpoſitioni l. Emptorem C. Locati. † Tenetur de-
cimo eiſdem rationibus emphyteuta fiſci ſtare colono, per
l. 2. Cod. de municip. & Colon. lib. 11. ſecundum notata per
Martinum Lauden. tract. de fiſco, quæſt. 18. & notata per
112 Lucanum, ſimili tract. De fiſco, parte 1. num. 49. † Tamen
fiſcus emens à tertio non tenetur ſtare colono, cum tunc
ceſſet præiudicium fiſci, l. Diuortio, in prin. ubi Bald. ff. ſo-
luto matrim. notat Martinus Lauden. De fiſco, quæſt. 264.
113 & Magon. deciſ. 11. num. 2. † Ceſſat undecimo hæc con-
cluſio in colono Eccleſiæ, cui ſucceſſor ſingularis tenetur
ſtare, cum æquiparetur fiſcus, & Eccleſia, ſecundum tradita
per Roman. d. l. Si filiusfam. §. Si uir, num. 12. & ſequen. ubi
Alex. nume. 5. ff. ſolut. matrim. & Romanus ipſe ſingulari
63. ad finem, licet ibi in addit. contrarium decidatur, tenet
idem Alex. d. conſ. 118. num. 19. uolum. 5. & Curt. ſen. conſ.
10. quamuis ipſe teneat contrarium ibi ad finem, ac Duen-
nas reg. 240. Emptor, limit. 9. atque Alba. conſ. 108. ad finẽ,
ac etiam Couar. d. cap. 15. num. 6. uerſ. Ego uero, & Pinell.
d. l. 1. parte 3. nume. 68 uerſ. Infertur duodecimo, C. de bo-
nis mater. ac Cephal. conſ. 255. num. 46. cum ſeq. uolum. 2.
atque Michael Graſſus ſuis communibus, lib. 2. in uerbo, de
114 empt. & uendit. quæſt. 2. † Non poteſt duodecimo condu-
ctor Reipublicæ eadem ratione prout in fiſco expelli à ſuc-
ceſſore, ſecundum Pinell. d. l. 1. parte 3. num. 68. uerſ. Infer-
115 tur undecimo, C. de bonis mater. † Non habet locum de-
cimo tertio diſpoſitio pariter d. l. Emptorem, & hujus Sta-
tuti, quod ſingularis ſucceſſor poſsit expellere conductorem
inter Iudæos, cum lex Moſaica inter eos obſeruanda ſit, ut
per Gozad. conſ. 24 num. 10. & Caroc. d. uerſ. Singulari ſuc
116 ceſſore, num. 27. † Videtur decimoquarto ceſſare hæc cõ-
cluſio, ut non poſsit ſucceſſor ſingularis expellere colonum
& conductorem, quando ipſe non ignorauit bona empta
eſſe alteri locata, ſecundum Gozad. conſ. 24. nu. 7. & Burſ.
conſ. 101. num. 5. uolum. 1. Caroc. d. uerſ. Singulari ſucceſ-
ſore, num. 37. † Quæ tamen limitatio uidetur non habe-
re locum in caſu ſtatuti huius requirentis iuramentum hic
117 notatum. † Ceſſat decimoquinto hæc concluſio in colo-
no, & conductore facto ab emptore, qui emit fundum cum
pacto luendi, qui fundus dein fuit redemptus uirtute illius
pacti, nam redimens tenetur eo caſu ſtare colono, & loca-
tioni prænarratæ, & non poteſt expellere illum colonum,
uel conductorem factum ab emptore illo cum pacto luen-
di, ut tradit Bar. in l. 1. ad finem, C. de iure fiſci, lib. 10. &
Alex. in d. l. Si filiofamilias §. Si uir, num. 11. ff. ſolu. matrim.
ac Soc. ſen. conſ. 125. num. 3. uolum. 1. atque Rolan. a Valle
118 conſ. 49 num. 3. uolum. 2. & ſupra notatum. † Ceſſat de-
cimo ſexto pariter hæc concluſio, quando colonus, & con-
ductor feciſſet aliquas impenſas utiles, & neceſſarias, quia
non poſſet expelli, nec teneretur relaxare rem locatam, do-
nec hæ impenſæ ſoluantur, ſecundum Alex. d. l. Si filiofam.
§ Si uir, num. 8. ff. ſolut. matrim. & Socinum ſen. d. conſil.
15. num. 20. uerſ. Quinimo uolum. 1. ac Fabianum de Mõ-
te tract. de empt. & uendit. parte 6. principali, quæſt. 18. nu.
119 75 uerſ. Sed ſi colonus. † Nam pro eis melioramentis uel
impenſis

Digitized by Google

impenſis ſaltem pro colligendis fructibus tacita hypotheca in bonis illis inducitur, vt per Oſaſ. deciſ. 82. num. 8. ad finem, & num 9. & late notatum infra, ca. ſequenti, Si quod
120 ædificium. † Ceſſat decimoſeptimo hæc concluſio in colono partiario, cum is non dicatur conductor, ſed ſocius, vt ſupra notatum in prin. & per Caroc. d. verſ. Singulari ſuc-
121 ceſſore, num. 17. † Et hoc in fructibus à ſolo ſeparatis, vt in his terminis firmat Romanus conſi. 309. num. 3. & 4. & Alex. d. l. Si filiofam. §. Si vir, num. 17. ff. ſoluto matrimonio & Fabian. de Monte tract. de empt. & vendit. parte principali 6. quæſt. 18. num. 75. verſ. Item in tertio, & Oſaſ. deciſ.
122 82. num. 5. † Secus tamen in fructibus pendentibus, cum in his non poſſit dici colonus is partiarius ſocius, ſecundum notata per Romanum d. conſ. 309. nu. 4. & tradita per Alex. d. § Si vir, nume. 12. verſ. Sed contrarium, ac per Iaſon in l. Cum filio, nume. 180. ff. de leg. primo, atque Viuium ſuis communibus, lib. 2. opin. 61. Conductorem expelli, verſi.
123 Imo aduerte. † Niſi tamen fructus hi eſſent breui recollecturi, quia tunc teneretur ei ſtare ſucceſſor ſingularis propter ſumptus factos per eundem colonum partiarium, vt ſignanter diſtinguit Oſaſ. deciſ. 82. num. 10. vſque ad finem, & ita declarandum eſt Statutum hoc, dum loquitur de par-
124 tiarij excluſione. † Vendito tamen fundo fructibus pendentibus, cenſetur etiam vendita pars fructuum debitorum colono partiario, licet ipſe habeat regreſſum contra vendentem, vt per dec. Peruſ. 83. num. 3. parte 2. Faciunt tradita per Oſaſ. dec. 82. numer. 2. & 3. Quod tamen ſublatum
125 per hoc Statum, in fine. † In his autem caſibus, & ſimilibus, in quibus ſucceſſor tenetur ſtare locationi, non poteſt ſucceſſoris expellere, nec reijcere officialem conductum poſt acceptationem, ſed ſecus, ſi non tenetur, cum tunc ſolũ pro illo anno accepto, ſi iam cœperat officium, tenetur de æquitate ſtare locationi, ſecundum Borgninum dec. 44. nu. 23.
126 & ſeq. & in ſummario, in verbo, Electio, num. 13. † Conductor perſeuerans in conductione continuat poſſeſſionem in ſucceſſorem ſcientem, & tacentem, vt per Borgninum, dec. 44. num. 44. & notatum in nouis Conſtitutionibus, tit. de continuanda hæreditate.

m Si conductor] Veluti eſt ille, qui colit nummis, vel ad frumentum, vel ad victualia, vt notatum eſt in capitulis præcedentibus, & ca. 232. Licitum ſit, in verbo, Hoc, volum. 1.

n Vel partiarius, vel maſſarius] † Important idem, & hi
127 dicuntur ſocij, vt eſt notatum in l. Si merces, §. Vis maior, ad finem, ff. Locati, & per Iaſ. in §. Item Seruiana, num. 11. & 12. Inſtit. de action. ac per Oſaſ. dec. 82. num. 4. Hi autem de iure communi non poſſunt expelli, vbi fructus ſint penes maturationem, vel iam à ſolo ſeparati, cum colonus partiarius habeat ſuam partem, utſupra notatũ eſt, in verbo, Præcedenti.

o Si fuerit requiſitus] Per denuntiam ſcilicet, vt cauetur verbo, Præcedenti.

p In tempore notato in præcedenti ſtatuto] Modo, quo ibi cauetur.

q Et vterque contrahentium iurauerit, vt infra] Eſt additum per Statutum hoc ad iuris communis ampliationem, vt tollantur fraudes, quæ quotidie fieri poſſunt in præiudicium conductorum per alienationes ſimulatas, & fictitias.
128 † Iuramẽtum hoc fuiſſe factum ſufficit quod per Notarios de hoc in inſtrumento atteſtetur, ſecundum Cœpoll. caut. 19. & ita practicatur.

r Vt infra videlicet] Iurari an ſufficiat per æquipollens, vel per relationem ad Statutum, vel pinguius, quod nõ late notatum eſt cap. 324. Nulla donatio, in verbo, Eam donationem, vol. 1.

ſ Regreſſum habente contra locatorem] † Diſponitur
129 idem de iure communi, & textus eſt apertus, in l. Qui fundum, vbi Caſtrenſ. & cæteri, ff. Locati, & Plotius l. ſi quando, num. 191. C. vnde vi, ac Caroc. verſ. Singulari ſucceſſo-
130 re, num. 28. Limitando, num. 29. † Habet etiam regreſſum contra locatorem, & eius hæredem, vbi anticipate ſoluerit
131 ficta aliqua, ut per Borgnin. deciſ. 44. num. 9. † Conductor habens bona locatoris obligata, habet etiam actionem hypothecariam contra eum ad intereſſe ad eius electionem,
132 Ita Alex. de Neuo conſ. 25. num. 7. & 8. † Succeſſor vbi nõ tenetur ſtare locationi ſui anteceſſoris, conſocij, & officialis, ac conductor expelleretur, aut poſſeſſionem officij habere non poſſet culpa locatoris, teneretur tunc ipſe locator, aut eius hæres ad damna, & expenſas, & intereſſe conductoris, ſecundum notata per Cuman. conſ. 170. colum. fin. num. 3. & tradita per Plot. l. Si quando, num. 191. verſ. Et ſi poteſt
t iurari, C. vnde vi, ac per Pariſ. conſ. 98. num. 12. & ſeq. vol. 4. atque Beroum quæſt. 97. num. 4. Idem Berous conſ. 136. num. 1. volum. 1. facitque nos Grat. conſ. 95. numer. 27. & ſeq. volum. 1. & Petrus Antonius Anguiſola ſuis conſ. in materia feud. lib. 7. conſ. 10 num. 12. ac Oſaſ. deciſ. 82. nu. 1. atque Caroc. d. verſ. Singulari ſucceſſore, numer. 28 ampliando ſingulariter, vt per eum, nume. 29. ac etiam Alex. de Neuo conſ. 25. num. 7. & 8. & Gomez. dict. cap. 3. Locati,
133 numer. 3. 7. & 8. † Et ita in materia officialis remoti ante tempus ſic iudicauit conſilium Neapolitanum, vt refert Vin-
134 cent. Franchus deciſ. 216. † Conductor autem poteſt agere de euictione etiam ea non ſecuta, ac etiam quod non de-
135 nunciauerit, † licet ſecus ſit in emptore, vt per Caroc. d.
136 tract. Locati, verſ. Euictionibus, num. 23. † Ceſſat tamen hic regreſſus, vbi locator fuiſſet pactus, quod poſſet vendere abſque aliqua denunciatione fienda conductori, quod ius non denunciandi tranſiret ad vniuerſales ſucceſſores nõ ſingulares, vt tradit Alciat. conſ. 679. in princip. & ad fi-
137 nem, declarando vt per eum. † Si tamen pactum fuerit initum, quod liceret vendere locatori intra aliquod tempus locationis, ita quod teneatur locator dare aliam rem æquiualentem, non per hoc tolleretur ius conductori, vbi non daretur res æquiualens, ſi alienaretur poſt illud tempus, quin poſſet agere ad damna, & intereſſe, ſecundum iuris diſpoſitionem, vt pulchre docet
138 Borgnin. tractat. de tutor. numer. 85. † Regreſſus hic non habet contra locatorem, quando locator ſciebat rem eſſe alienam tempore conductionis, vt per Cumanum conſil. 170. num. 3.

u Ad intereſſe] † Ita etiam de iure communi regreſſus
139 hic habetur ad intereſſe, vt late tradunt Scribentes in l. Emptorem, Cod. Locati, & d. l. Qui fundum, ff. Locati, & Alex. poſt alios in l. ſi filiofam. § Si vir, in prin. ff. ſoluto matrimonio, ac Iaſon l. filiusfam. §. Diui, numer. 120. in prima lectura, ff. de legat. primo, atque Fanus tract. pign. parte prin. 2. membro 1. num. 6. ac etiam Duennas reg. 240. Emptor, limit. 10 & Gomez. d. cap. 3. Locati, num. 9. in prin. ac Plot. d. l. Si quando, num. 191. Cod. Vnde vi, atque Oſaſcus dec.
140 82. num. 1. † Intereſſe, & damnorum appellatione quæ veniat, pulchre tradit Bal. conſ. 182. volum. 3. in euictione autem rei appellatione intereſſe venit pretium rei, vt per
141 Alex. conſ. 67. num. 2. vol. 2., & alibi per nos notatum. † Intereſſe autem hoc, & damnum poterit iurari per iuramentũ in litem, vt tradit Plott. d. l. Si quando, num. 191. verſ. Tamen ipſe colonus, C vnde vi.

x Locum habeant in conductore, vel partiario, vel maſſa-
142 rio, ſicut in emptore, vel acquiſitore] † Vt ſicut emptor, & ſingularis ſucceſſor, & acquiſitor non tenetur ſtare colono, uel conductori, utſupra notatum eſt, ita etiam in his conductoribus, & colonis, vt non teneatur ſtare locationi, & conductioni poſt alienationem factam bonorum cõductorum eadem ratione, & in caſibus prædictis, etiam ex iure communi tradit Bald. in l. Qui fundum, per illum, ff. Locati, & in tract. Statut. in verbo, Colonus, & Rom. d. §. Si vir in quinquennium, num. 28. ff. ſoluto matrimonio, ac Gomez. cap. 3. Locati, num 9. in prin. atque Ceph. conſ. 255. nume.
143 24. volum. 2. † Fallit tamen hoc in caſu, quo in alienatione, vel venditione ſit facta ceſſio iurium cum tranſlatione dominij, & cõſtitutione Procuratoris in rem ſuam, quod communiter ſolet apponi in inſtrumentis, quia tunc colonus tenetur ſtare ſucceſſori ſingulari etiam inuitus, ſecundum notata per Bart. d. l. Qui fundum, ad finem, ff. Locati.
144 † Fallit etiam ſecundo, ſi inter alienantem, & ſucceſſorem, in quo fuit facta alienatio conuentum fuerit, vt penſiones futuræ ſpectarent ad ſucceſſorem, quia tunc colonus inuitus tenetur ſtare ſucceſſori in locatione, ſecundum Bart. in l. Inſulam, in prin. ff. Locati, ſequitur additio ad Bart. d. l. Qui fundum ad fin. & Alex. d. l. Si filiof. §. Si vir, num. 13. ff. ſolut. matrimonio.

Et in prædictis, & infraſcriptis comprehenſis in præſen-
145 ti ſtatuto ius reddatur] † Imo de iure communi poterit ſucceſſor ſingularis eo caſu expellere conductorem propria authoritate, vt tradit Duennas regul. 240. Emptor, ampliat. 2. & Caroc. d. verſ. Singulari ſucceſſore, num. 2. quam opinionem licet aliqui teneant contrarium, dicit communem Borgn. deciſ. 45. in addit. num. 67. cum tribus
146 ſequen. † Maxime quando conſtat clare de locatione finita, & exceptiones conductoris requirerent altiorem indaginem præſtita fideiuſſione per locatorem de reſtituenda poſſeſſione in caſu ſuccumbentiæ, etiam ſi agatur via iudi-
147 ciaria, vt per eum, num. 77. & ſeq. † Tamen electa via iu-
148 diciaria ceſſat alia, numer. 74. † Poterit tamen in omnem caſum conductoris pro cuſtodia, & laboritio terrarum, &

fructuum

fructuum terras illas retinere, donec expenſas, ac fructus locator, vel tertius ſibi ſoluerit, ſecundum Borgninum deciſ.
149 44. num 46. Oſaſc. d. deciſ. 82. num. 8. & 9. † Colonus, vbi nolit admittere emptorem agit venditor contra colonum tanquam ſpoliatus, vt reſtituatur, ſecundum Caroc. d. verſ.
150 Succeſſore ſingulari, num. 39. † Conductor autem ſpoliatus non reſtituitur ex remedio vnde vi regulariter, ſecundũ ipſum Caroc. d. loco, verſ. Vnde vi, Limitando tribus modis, vt per eum, ſed poteſt agere contra dominum, vt ſibi cedat interdictum vnde vi, vt per eundem d. tracta. Locati,
151 verſ. Officio Iudicis, num. 3. † Non etiam compedit eidẽ remedium, l. Si coloni, cum tantum competat poſſeſſori, vt tradit Menoch. tract. recuper. remed. 10. num. 25. & Caroc.
152 referendo, ver. Agricolis, & cenſitis. † Competit tamen remedium reintegratorium recuperandæ, ſecundum ipſum Caroc. verſ. Remedio Canonis rei reintegrandæ, nume. 2. & 3. † Vel ſaltem officio Iudicis impetrato, vt tenet Menoch. d. tract. recuperan. remed. 17. quæſt. 3. nume. 21. & Caroc. referendo verſ. Officio Iudicis, num. 1. declarando, nume. 2.
153 & 3. † Limitatur niſi deijciatur ob penſionem non ſolutã,
154 vt per eundem d. loco, num. 4. † An autem condictio furtiua, vel actio furti competat colono, vel domino, diſtinguitur, an ſint ſeparati à ſolo, vel ne, ſecundum ipſum Caroc. iũ
155 d. tract. Locati, verſ. Condictio furtiua, per totum. † Conductori vlterius, vel colono, ſi ille turbetur in poſſeſſione rei conductæ, non competit interdictum vti poſſidetis, cum ſolum domino competat, ut tradit ipſe Caroc. ver. vti poſſi-
156 detis, n. 1. † Competit tamen hoc remedium conductori ad
157 longum tempus, vt per eundem, ibi, nu. 2. † Quando autẽ, & quibus caſibus dicatur colonus turbare dominum in eius locatione, multos explicat Caroc. idem, d. tract. verſ. Turbata poſſeſſione, per totum.

x Aliquibus ferijs non attentis] † De quibus eſt notatum ſupra c. 107. Temporibus, uol. 1. quæ nunc in ordinibus nouis Senatus fuerunt alteratæ in ferijs meſſium, & reductæ ſunt prout feriæ vindemiarum.

y Exceptis ferijs introductis in honorem Dei, & Sanctorum] Excipiuntur hæ ſemper in Statutis loquentibus de ferijs, Sic cauetur ſupra cap. 47. Dominus Poteſtas, verſic. Et etiam executiones, volum. 1. & ſupra cap. 202. In cauſis,
158 verſ. Exceptis tamen, & cap. 340. Si cui, ad finem. † Eſt ratio in promptu cum hæ feriæ non poſſint tolli per Statuta, vt per Bald. conſ. 166. num. 2. vol. 5. & Soc. iun. conſ. 8. num. 13. vol. 4.

z Ita quod emptor, vel acquiſitor locationi temporali] Eſt ſecus ergo in locatione ad longum tempus, vt late notatũ eſt ſupra, in verbo, Locationi.

aa Si in inſtrumento inueſtituræ libellariæ] † In caſu ſci-
159 licet quando tãtum fuit alienatum vtile Dominium, quia etiam eo caſu non tenetur emphyteuta ſtare colono, vel conductori, vt tradit Alexan. d. conſ. 118. numer. 16. volum. 5. & Gomez. d. cap 3. Locati, num. 9. verſ. Idem eſſet in emphyteuta, ac in ſimili Fabian. de Monte dict. tracta. de Emphyt. & vendit parte principali, 4 quæſtio. 22. & vltima, num. 8.

bb Vel alterius alienationis, vel acquiſitionis] Declaratur vt ſupra, in verbo, Alienetur.

cc Vtraque pars iurauerit] Eſt hoc inductum de nouo per ſtatutum, vt obuietur fraudibus, quod alias de iure non requirebatur hoc iuramentum, vt ſupra notatum.

dd Niſi aliter legitime] Quid releuet hoc verbum, Legitime, eſt notatum ſupra c. 455. Non ſit, in verbo, Legitime, volum. 1.

ee In contrarium conuentum fuerit] † Vt quia ſit reſer-
160 uatum ius coloni, vel conductoris in ſpecie, ſecundum notata in l. Emptorem, C. Locati, & tradita per Alex. in d. l. Si filiofam. §. Si vir, nu. 9. ff. ſoluto matrim. ac per Gomez. dict. cap. 3. Locati, num. 9. verſ. tertio limita, atque Duennam reg. 240. Emptor, limit. 4. ac etiam Couarruuiam d. ca. 15. num. 1. cum alijs, ſupra adductis, in verbo, Stare neceſſe non
161 habeat. † Eſt idem ſi conuentum ſit inter dictas partes, ſcilicet alienantem, & ſucceſſorem, quod penſiones futuræ ſpectarent ad ſucceſſorem illum, quia tunc vterque ſucceſſor, & colonus tenentur ſtare locationi, vt tradit Bart. in l. Inſulam, in princ. ff. Locati, & Alex. d. §. Si vir, nu. 13. & ſupra notatum.

ff Alienari titulo aſſignationis in partem] Veluti ſi per viã emancipationis, quia tunc aſſignatio dicitur, vt cauetur infra c. 485. Si pater.

gg Vel diuiſionis] Veluti inter ſocios, vel fratres rei communis, vel indiuiduæ.

hh Tunc neceſſe ſit ſtare locationi temporali, ſine dicto iu-
162 ramento] † Poteſt dupliciter intelligi hoc Statutum: primo modo, quod loquatur ſtandum in duobus caſibus colono, vel conductori, ſiue adſit iuramentum, hic poſitum, ſiue non, Fuerunt moti forte ſtatuentes, quod hic contractus aſſignationis, vel diuiſionis, licet ſint voluntarij, proueniant tamen ex cauſa neceſſaria, arguendo à traditis per Ceph. d. conſ. 254. num. 47. & ſequen. Et quod ſit ex cauſa neceſſaria, faciunt tradita per Bart. in l. Qui Romæ, § Duo fratres, num. 24. vbi Scribentes, ff. de verb. oblig. & Iaſon in l. fin. num. 47. C. de iure emphyt. ac late Opizon. in l. Filiusfam.
163 §. Diui, num. 107. cum ſeq. ff. de leg. 1. † Poteſt & ſecundo modo intelligi, quod teneatur ſucceſſor ſingularis iſte ſtare colono, & conductori, vbi non ſit iuratum ad formam Statuti huius, & hæc videtur planior interpretatio. Verũ eſſet hoc ſuperfluum, cum iam ſupra id fuerit diſpoſitum. Ideo verior videtur intellectus, vt hæc dictio, Sine intelligatur, non obſtante iuramento.

ii Non intelligatur fructus pendentes pertinentes condu-
164 ctori eſſe alienati] † Eſt ſecus de iure communi, ſecundum dec. Peruſ. 83. nu. 3. parte 2. & per Caroc. d. ver. Singulari
165 ſucceſſore, n. 38. † Tamen etiam de iure communi propter tacitam hypothecam quam habet colonus in eis, loco operis, & laboris ſumptuum in eis factorum, non poteſt ab eorum perceptione expelli, vt tradit Oſaſ. dec. 82. nu. 8. & 9. Et poteſt dicto pignori incumbere pro fructibus recolligendis, vt ibi per eum, num. 10.

kk Et ſatisfacere domino vt prioris] † Eodem ſcilicet mo-
166 do, quo conduxit, vel tenet vti partiarius colonus, & hoc idem eſt de iure communi, per textum in l. Inſulam, in prin.
167 in fine eius, ff. Locati, & per Borgnin. dec. 44. num. 32. † Et eſt ratio euidens, cum non poſſit expelli colonus, vel conductor, niſi tranſmittatur denuntia modo quo fuit expreſ-
168 ſum, in c præcedenti, & ſic anno præcedẽti. † Succeſſori autem conductor tenetur ſoluere ad ratam fructuum percipiẽdorum pro tempore illius ſucceſſionis tantum, vt in ſucceſſore beneficij, tradit Bertach. ſuo repertorio, in verbo, Clericus priuandus, & verbo, Clericus condemnatus, & Borgn. dec 44. num. 10.

ll Illo anno] Eſt idem in annis ſequentibus, niſi fuerit denuntiatum, modo quo in c. præcedenti, &c.

RVBRICA GENERALIS,

SVMMARIVM.

1 *Meliorationum, & expenſarum materia diſtinguitur in hac rubrica generali, vſq; ad num. 26.*

1 † DE materia melioramentorum in ſpecie eſt notatum per ſcribentes plures a Marzaro notatos tract. de fideicommiſſis, epitome 65. ver. Et de melioramentis, & verſ. Denique prætor, cum alijs relatis per Ioannem Garziam Gallecum Hiſpanum ſuo eleganti trac. de expenſis, & me-
2 lioramentis, c. 1. num. 9. † Diuidit autem ipſe Gallecus il-
3 lum tract de expenſis, & meliorament is in capita 24. † Diſcutit enim in primo etymologiam, & diffinitionem expenſarum, ac melioramentorum, num. 1. cum ſeq. vſque ad nu.
4 9. † Ponit dein, num. 10. diuiſionem quadruplicem dictorum melioramentorum, ſcilicet neceſſariorum, vtilium, & voluntariorum, ac cauſa colligendorum fructuum, de quibus expenſis cauſa colligendorum fructuum notat plures
5 quæſtiones, num. 11. cum ſeq. vſque ad numerum 24. † De alijs autem expenſis neceſſarijs, vtilibus, & voluptarijs, vtrũ bonæ fidei poſſeſſor deducat, vel repetat, & quomodo, tra-
6 dit, num. 24. vſque ad finem. † In ſecundo capite declarat quas impenſas neceſſarias deducat, vel abradat, vel auferat malæ fidei poſſeſſor. In quinto autem capite, quas
7 impenſas vtiles, vel voluptarias deducat, vel auferat. † Diſcutit in tertio capite de expenſis, quæ contingunt reſpectu alimentorum, & de alimentis quatenus ad impenſas perti-
8 nent. † In quarto capite deducitur de expenſis ad maiores diſciplinas addiſcendas, & quomodo alimenta cõſtituã-
9 tur. † Deducitur in capite 6. de eo, qui à principio fuit bonæ fidei poſſeſſor, deinde malę fidei, quo ad expenſas cõ-
10 ſequendas. † In ſeptimo capite eſt notatum quomodo meliorationes traditas quis conſequi poſſit, & de interpre-
11 tatione l. Si in area, ff. de cond. indebiti. † Tractatur in capite 8. & 9. de expenſis, & ſumptibus funerum, & de eis, quę
12 conſequuntur funus. † In decimo tractatur de vſufructuario expendente, & multas quæſtiones, licet ibi videre

pertinen-

13 pertinentes ad vſumfructum. † Declaratur 11. capite de
vſufructuario Epiſcopo, beneficiato, prælato, & his ſimili-
14 bus expendentibus aut meliorantibus. † In capite 12. De-
claratur de feudatario, & vaſallo expendente, vel melioran-
15 te rem dominicam. † Continentur in 13. c. melioramen-
ta, & impenſæ per maritum factæ in re vxoris, quatenus re-
16 cuperet. † In 14. capite diſponitur de colono inquilino,
& ſuperficiario expendentibus, vel meliorantibus rem con-
17 ductam. † Traditur in 15. de emphyteuta meliorante rē
18 emphyteuticam. † Decimum ſextum caput continet ex-
penſas, & melioramenta facta per poſſeſſorem maioricatus.
19 † Continentur in 17. expenſæ, & meliorameota facta per
20 hæredem grauatum. † Decimum octauum caput conti-
net expenſas factas per emptorem meliorando rem emptā.
21 † Continet 19. c. expēſas, & meliorationes factas ab his, qui
22 rem commuoem habent in dicta re communi. † In vige-
ſimo capite tractatur de tutore, curatore, adminiſtratore, &
ſimili expendente, vel meliorante, & de probatione illarum
23 expenſarum. † Tractatur in capite 21. de varijs, & ex-
24 traordinarijs ſumptibus ac expenſis. † In capitulo 22.
eſt notatum de augmento auri, & argenti, fodinis, alluuio-
25 ne, & theſauro. † Explicatur in 23. capite qualiter com-
26 putentur expenſæ, & melioramenta cum fructibus. †
Eſt notatum in vltimo cap. qualiter melioramenta æſti-
mentur.

De melioramento facto ſuper fundo locato, in quem debeat peruenire. Cap. CCCC.

a SI quod ædificium b colonus, vel partiarius, vel fictabilis c de lignis, vel materia bonorum locatorum d fecerit ſuper fundo locato, e totum domini vtilitati cedat, & præſumatur factum de materia vtſupra, niſi probetur contrarium. Verum ſi aliunde materiam ſumpſerit, domino, vel locatori concedatur facultas ſuperficiem tantum emendi, quantum ea detracta, poſſet æſtimari; alioqui colonus, vel partiarius, vel fictabilis illam ſine læſione prioris ſtatus poſſit impune auferre, niſi aliter conuentum ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Colonus, vel conductor an poſſit arbores incidere pro reficiendis bonis.*
2 *Domus locata debet refici per locatorem, vſq; ad nu. 8.*
3 *Vſuarius an repetat impenſam refectionis Domus, & nu. 37.*
9 *Colonus an teneatur meliorare rem conductam quid in emphyteuta.*
10 *Melioramenta an ſint probanda & per quem præſumantur facta, & quomodo probentur, vſq; ad num. 24.*
25 *Aedificia facta in ſolo alieno ſolo cedunt, & an, & quando recuperaret materiam ſuam, vſque ad num. 36.*
38 *Refectio quæ dicatur, & quæ reparatio, & quæ meliorationes, & in quibus conſiderentur bonis, & quomodo acquirantur, & quotuplices ſint ac quæ dicantur neceſſariæ, et perpetuam vtilitatem reſpicientes, & quid de incrementis, & quomodo melioramenta ſint reſtituenda, & quibus, & an detur retentio, & quæ deducantur etiam per male fidei poſſeſſorem, & quid pro cuſtodia arcis, & quomodo detur repetitio, vſq; ad num. 154 vbi plura in iſta notantur materia.*
155 *Melioramenta facta in bonis feudalibus quomodo conſiderentur in reuerſione feudi ad Dominum vſq; ad num 159.*
160 *Melioramenta voluptaria quomodo conſiderentur, vſque ad numer 185.*
186 *Melioramenta ad hoc, vt quis poſſit conſequi quæ requirantur, declara, num. 187. & infra.*
194 *Melioramentorum ſpecies enarantur circa culturam, & alia quoad vtilitatem quæ ex eis prouenit ad hoc, vt ſint deducibiles, vſque ad num 302.*
303 *Melioratio de qua materia præſumantur facta.*
304 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*
305 *Melioramenta ad quem pertineant.*
306 *Melioramenta quomodo conſiderentur ex facultate conceſſa meliorandi, & num. 307.*
308 *Melioramenta in ædificijs quomodo conſiderentur, & numero 309.*
310 *Melioramenta, & impenſa quomodo æſtimentur, & de quo tempore, vſque ad num. 334.*
335 *Melioramenta quæ nam poſſint auferri impunè, vſque ad numero 350.*

a SI quod ædificium] Quid veniat appellatione ædificij docet Alciat. conſ. 90. nu. 2. late diſcuſſū c. 433. Si quis in hoc verbo, & c. ſeq. hoc verbo, vol. 1.

b Colonus, vel partiarius, vel fictabilis] Quid differant inter ſe, eſt notatum late c. 242. Licitum ſit, in verbis his, volumine 1.

c De lignis vel materia bonorum locatorum] † Quod qui-
1 dem licite fieri poteſt per colonū, vel conductorem etiam
per ſucciſionem arborum pro refectione bonorum condu-
ctorum ſecundum Pariſium in l. Titia, § Titia cum nuberet,
num. 117. & ſeq. ff. de leg. 2. & Menoch. conſ. 13. nume. 17.
volum. 1.

d Fecerit] † De nouo ſcilicet, ſecus ſi refecerit modo quo
2 infra dicetur, nam refectio domus locatæ ſpectat ad locato-
rem, vt tradit Caroc. d. tract. Locati, verſ. Refectione rei lo-
3 catæ, num. 1. † Vſuarius autem non repetit impenſam re-
fectionis domus vſuariæ, cum ad eum ſpectet onus, ſecun-
dum Redoanum, d. tract. de rebus Eccleſiæ non alienandis,
4 quæſt. 17. verſ. Vſusfructuarius, num. 11. † Quod autem
conductor non teneatur ad refectionem domus collapſæ,
nec ad ſarta tecta, ſed locator, eſt ootatum per Nattam cōſ.
5 449. num. 11. volum. 2. † Adeo quod ſi domus conducta ad
modicum tempus corruerit, ita quod conductor non poſſit
vti re conducta, tenebitur dominus ad refectionem, & ſi ip-
ſe conductor impenderit, imputabit in penſionem, vt per
Nattam conſ. 13. num. 5. volum. 1. & per Ludouic. iuis cō-
6 munibus, concluſ. 12. verſ. Prædicta. † Tenetur tamen cō-
ductor ad longum tempus ad refectionem, ſecuodum Ca-
7 roc. verſ. Refectione rei locatæ, nume. 4. † Vſufructuario
facilius cooceditur facultas faciendi, & conſtruēdi nouum
ædificium, quam inchoatum conſumaodi, vt tradit Pinell.
in l. 1. parte 2. num. 54. maxime ſi alias vſusfructus eſſet in-
8 utilis, numer. 56. C. de bonis mater. † Poteſt in omnem ca-
ſum vſufructuarius tollere ædificium, quod ædificauit, vt
9 tradit Redoanus d. quæſt. 17. verſ. Verum quia, numer. 7. †
Colonus ex natura contractus non tenetur meliorare rem
conductam, ſed emphyteuta ſic, ſecundum Redoanum dict.
10 quæſt. 17. verſ. Colonus, numer. 2. † Conductores, vel alij
meliorantes, qui volunt detrahere, repetere, vel retinere rē
melioratam ob melioramenta, in caſibus in quibus poſſunt,
debent etiam probare, melioramenta eſſe per eos poſſeſſo-
res facta, ſecundum tradita per Socinum iun. conſ. 62. num.
3. volum. 1. & notata per Redoan. d. quæſt. 17. verſ. Condu-
ctores, num. 1. ac per Rolan. à Valle conſ. 28. num. 31. & ſeq.
11 volum. 1. † Nam non ſufficit allegatio, niſi probentur me-
lioramenta facta, vt tradit Maſſa ſua forma oblig. cameræ,
12 ad 4. particulam, quæſt. 2. num 14. † Et alleganti incum-
bit onus probandi melioramenta facta fuiſſe, vt tradit Bur-
13 ſat. conſ. 151. num. 139. volu. 2. † Ex eo autem, quod quis
poſſideat rem melioratam, non præſumitur eum meliora-
meota feciſſe, cum ab alijs potuerint fieri, ſecundum notata
per Caſtren. conſ. 270. numer. 4 volum. 2. & tradita per Re-
doanum d. quæſt. 17. verſ. Conductores, num. 2. ac per Me-
14 nochium tracta. recuperan. remed. 15. num. 167. † Præſu-
muntur autem in dubio melioramenta facta fuiſſe a domi-
oo rei, vt tenet Menochius conſ. 122. num. 42. volu. 2. quod
15 ſeruit multum ad infra dicenda. † Ideo debet probare ex-
cipiens, vel proponens melioramenta, quod ea ipſe fecerit,
vel illa à quo habet cauſam, vel eius ſumptibus, & nummis,
vt tenet Prætus tract. vltim. volun. lib. 3. dubit. 5. Quæ bo-
16 na ſolut. 5. numer. 7. † Conſiſtit autem probatio horum
melioramentorum circa duo, ſcilicet, primo quod facta ſint
ab excipiente, & proponente, vel eius authore, & ſecundo
circa quantitatem eorum, & quanta, & qualia ſint, vt per
17 eundem Prætum d. loco, oum. 6. † Et licet probatio me-
lioramentorum ſit difficilis probationis, vt tradit Caſtrenſ.
d. conſ. 270. num. 4. verſ. Quod forte, volum. 2. & Roland. à
Valle d. conſ. 28. num. 31. & duobus ſequentibus, volum. 2.
vbi dicunt debere multum aduertere dominos Aduocatos
in eis probandis, tenet idem Burſ. conſ. 151. num. 14. volum.
2. & Borgn. deciſ. 28. nume. 2. & 3. in addit. ac deciſ. Peru-
ſina 24. num. 26. parte 1. atque Simon de Prætis d. ſolutio-
18 ne 5. num. 7. verſ. Et ſic etiam in ſpecie. † Quomodo au-
tem occurratur huic difficultati, docet idem Simon Prætus
ſingulariter d. num. 7. verſ. Huic difficultati, & oum. 8. & 9.
vbi tradit qualiter probentur, & debeant teſtes, Aret. conſ.
19 83. nume. 11. vſque ad finem. † Quod autem magis pro-
bentur per eos, qui melioramenta fecerunt, quibus magis
etiam vnicis creditur. tradit idem Prætus d. loco, num. 10.
20 † Probatio autem melioramentorum, & eorum æſtimatio
in ædificijs fit concludens per teſtimonium architectorum
& peritorum in arte, non autem opificum, cum etiam teſti-
monio

Digitized by Google

monio eorum opificum, quod fecerint talia melioramenta
credi, non debeat, tanquam deponentiũ in facto proprio, ſe
cundum notata per Curt. iun. conſ. 165. numer. 20. cum ſe-
quen & per Ancharanum iunior ſuis quæſtion. q. 46. n. 10.
vſque ad finem, lib. 1. ac per Rolandum à Valle d. conſ. 28.
21 ad finem, volum. 1. † In genere autem ſi conſtat impenſas
factas & non ſit earum quantitas ſpecifice probata, ſtatur
iuramento facientis, maxime ſi aliqua coniectura ſimul cõ-
currat, vt notauit Carocius d. tract. Locati, verſ. Expenſis,
22 num. 19. † In probatione autem horum melioramento-
rum, & eorum quantitate, ſi teſtes ſint varij, eſt minor ſum-
ma amplectenda, vt per Rolandum à Valle d. conſ. 28. num.
23 11. volum. 1. & Magonium deciſ. 81. num. 25. † Poteſt au-
tem hæc probatio melioramentorum fieri ſummarie etiam
in executione ſententiæ condemnatoriæ reſtitionis rei, ſe-
24 cundum Prætum d. ſolutione 5 num. 11. † De melioramẽ-
tis autem in præiudiciũ Eccleſiæ, vel ſucceſſoris debet ali-
ter conſtare, quam per confeſſionem Rectoris, vel Prælati,
licet quo ad eorum præiudicium eis credi debeat, vt tenet
Borgn. deciſ. 44. num. 58.

e Totum domini vtilitati cedat] † Hoc ideo, ex quo ſũt
25 ædificia noua facta in alieno, & ex aliena materia, quæ ſo-
lo cedunt, l. 2. C. de rei uendic. & §. Ex diuerſo, Inſtitu. de
rerum diuiſ. vt tradit Baldus in conſ. 31 1. num. 4. volum. 3.
26 & Roland. à Valle conſ. 28. num. 9. volum. 1. † Et malæ fi-
dei poſſeſſor faciens ædificium de nouo in re aliena cenſe-
tur illud donare, ſecundum Boſſ. tit. de Principe, & eius pri-
27 uil. num. 31. verſ. Aduerte tamen, † cum nullum voluerit
taliter impendendo obligare, & conſequenter nullam repe-
titionem habet, vt per Redoan. quæſt. 17. verſ. Si uero, nu.
28 1. † Nec etiam materiam ſuam poteſt recuperare, cum vi-
deatur de ſua voluntate alienata, vt per eundem ibi, num. 1.
29 ad finem. † Si autem ſit de aliena, tunc non perditur ma-
teria, ſed à priſtino domino vendicatur etiam vtili a-
ctione negociorum geſtorum, num. 2. niſi ex deſtructione
eius reſultet Ciuitatis deformitas, quia tunc materia non
poteſt vendicari, ſed agitur ad duplum actione de ligno
iniuncto, ut per eundem Redoan. d. num. 2. ad finem, & num.
30 3. declarando, vt per eum, † Imo nec ædificans poſſet de-
ſtruere ædificium, & reſtituere materiam cuius eſt, ne Ciui-
31 tas deformetur, vt per eum ibi, num. 3 ad finem. † Prædo
etiam ædificans in alieno diſſoluto ædificio recuperat ma-
teriam ſuam ibi exiſtentem, vt per eundem, ibi, num. 4. De-
clarando, num. 5. & 6. cum habeat ius, vel cauſam aliquam
poſſidendi, & conſequenter præſumatur, quod animo do-
32 nandi fecerit, vel ne. † Inferens, num. 7. quod Emphyteu-
ta habens ius, vel cauſam in re, veluti Commodatarius, vel
inquilinus, & colonus, qui ædificant etiam ſcienter reperũt,
33 vt ibi per eum, numer. 7. & ſupra notatum. † Declaratur
tamen primo procedere hoc, ſi facta ſint ædificia in re alie-
na tanquam ſua, non animo obligandi aliquem, ſecus ſi pẽ-
dente tempore fideicommiſſi, & per habentem ius in re fiãt
hæc ædificia, quia tunc præſumitur feciſſe animo repeten-
di, ut tradit Roland. à Valle d. conſ. 28. num. 14. uerſ. Non
34 obſtat, comprobando, num. 15. & 16. uolum. 1. † Vnde in-
fertur per Scribentes, quod emphyteuta ædificans in ſolo
emphyteutico ædificium illud non cedit ſolo, ſed ſpectat ei
vel hæredibus emphyteutæ, dum tamen non ſit finita em-
phyteuſis ex ſui culpa, ſed ob finitam generationem, ſecun-
dum Rolan. à Valle d. conſ. 28. num. 16. uolum. 1. & dec. Pe-
ruſ. 34. num. 8. 9. & 10. parte 1. maxime ſi res meliorata ſit
Eccleſiæ, ut ibi deciſ. Peruſ. ipſa, num. 11. ac Redoan. dict. q.
35 17. verſ. Impenſæ, num. 10. & infra late dicetur. † Limi-
tatur ſecundo hæc concluſio, vbi factum fuiſſet ædificium
de nouo etiam, ex quo commode colonus, vel conductor nõ
poterat habitare in veteri ædificio, quia tunc ille conductor
poſſet repetere expenſas, per eum factas, uel compenſare
cum penſione, vt tradit ſignanter Rolan. à Valle d. conſ. 28.
nu. 12. uolum. 1. ubi dicit tunc computari inter neceſſarias.
36 † Fallit tertio, ſi vetera ædificia reficiantur neceſſario, uel
utiliter propriis impenſis alicuius, uel conductoris, quia
poſſunt repeti, uel compenſari cum penſione, uel fictis, ut
per tex. in l. Colonus, in prin. ff. Locati, & l. Colonus, ff. De
ui, & ui armata, & per Pract. in forma libelli, quo agitur ad
ficti præſtationem, uerſ. Inueſtiuit, nume. 3. ac Caſtrenſem
d. conſ. 270. num. 4. uerſ. Quantum autem, uolum. 2. atque
per Rebuff. tract. De literis oblig. art. 4. gloſſ. 2. ad finem, ac
etiam Paponem ſuis conſuetud. tit. De execut. §. 120. Tenet
idem Redoan. d. quæſt 17. uerſ. Colonus, num. 13. & 14. ubi
loquitur de utilibus, & neceſſariis, & Rolan. à Valle d. conſ.
28. num. 12. uolum. 1. ac Menoch. tract. recuperan. remed.
37 15. num. 150. † Vſuarius autem domus non repetit refe-
ctionem factam in domo, cum ad eum ſpectet hoc onus, ut
tradit Redoan. d. quæſt. 17. verſ. Vſufructuarius, numer. 11.
38 † Quæ autem dicatur refectio docet Napod. in conſuetud.
39 Neapol. tit. 24. Locati, in verbo, Reficere, num. 4. † Quod
autem dicatur reficere in priſtinum ſtatum reſtituere, tra-
40 dit Boer. dec. 44. num. 2. exemplificando, vt per eum. † Re-
parare eſt idem, quod reficere, vt per eundem d. dec. 44. nu.
41 3. † Quæ autem dicatur neceſſaria refectio, & quod tri-
plex ſit, eſt notatum per Napod. d. loco, verſ. Neceſſaria, n.
42 4. † Reparationes autem loci dicuntur, per quas facies
loci conſeruatur abſque aliqua dilatione, productione, ſeu
depreſſione, vt per Boertum d. deciſ. 44. nume. 1. exemplifi-
cando, vt per eum, & Redoanum dicta quæſt. 17. verſ. Im-
43 penſæ, num. 3. † Meliorationes autem dicuntur in domo,
vel caſtro factæ, per quas caſtrum, vel domus plus æſtima-
tur, & ſit melior, dum tamen ſint ita affixæ, quod efficiantur
domus, quia tunc dicuntur pars domus, alias dicuntur in-
ſtrumenta, vt tenet Boerius d. deciſ. 44. num. 6. & Redoan.
44 d. quæſt. 17. verſ. Impenſæ, numer. 1. † Conducens autem
molendinum, quod indigeat refectione, conductor ille ad
impenſam prædictam reſtaurationis non tenetur, & reſtau-
rando poteſt expenſum repetere, ſecundum Caroc. d. tract.
45 Locati, verſ. Expenſis, num. 10. † Et ſi conducat cum pacto
illud reſtaurandi, intelligitur de prima vice, vt per eundem
46 d. loco, verſ. Rebus dubijs, nu. 1. & 2. † Et hoc niſi ſit pro-
miſſum manutenere, quia tunc tenetur ſemper conductor
manutenere, ut per eum, ibi, nume. 3. & ver. Refectione rei,
47 num. 3. † Molendino autem deſtructo poſt conductionem
magna impenſa ſpectat ad locatorem, & ſi fiat per condu-
ctorem, eam repetit, vt per eundem Caroc. d. uer. Rebus du-
48 bijs, num. 4. & verſ. Refectione rei locatæ, num. 4. † Refe-
ctio autem molendini ſpectat ad locatorem, non autem cõ-
ductorem, ſecundum Bertach. tract. gabell. parte 2 num. 54.
49 verſ. Qui concluſiue. † Declarando, an reſpiciat commo-
ditatem temporis conductionis tantũ, vel ultra, ut per Bor-
50 gnin. d. deciſ. 44. num. 56. † Molendinum autem ſi corruat
in totum, uel in parte, quando teneatur uſufructuarius il-
lud reficere, & quando ceſſet uſufructus, & quando non, do-
cet Bertach. d. parte 2. gabell. num. 54. uerſ. Sed ſi in aliqua
52 parte. † Licet autem hic ſingulatim diſcurere quæ ſint me-
lioramenta, & quot ſint eorum ſpecies, & à quibus poſſint
repeti, uel deduci, uel compenſari cum fructibus, uel etiam
53 retineri. † Melioramenta igitur quæ poſſunt conſiderari
in quibuſcunque rebus, ſunt triplicis generis, aut naturalia,
54 aut induſtrialia, aut ciuilia. † Naturalia autem ſunt in
quibus ſolum natura operatur abſque ope facti, ſiue indu-
ſtria hominis concurſu, prout notauit exemplificando de-
ciſ. Peruſ. 24. num. 3. parte 1. † Hæc quidem melioramen-
ta acquiruntur quo ad proprietatem domino directo, uel
plenario, quo autem ad uſumfructum emphyteutæ, uel co-
lono ad longum tempus, uaſallo in re feudali, uel ſimilibus,
ſecundum Beroum quæſt. 96. numer. 2. & deciſ. Peruſ. 24.
55 num. 3. parte 1. † Induſtrialia autem melioramenta ſunt,
quæ principaliter fiunt induſtria, opera, & impenſa emphy-
teutæ, uaſalli, coloni, & ſimilium, ueluti ſunt ædificia facta,
arbores plantatæ, aggeres erecti, foſſæ, & ſimilia, ut tradit
exemplificando Berous d. q. 96. nume. 4. & deciſ. Peruſ. 24.
56 num. 5. parte 1. † Sunt autem melioramenta induſtrialia
pariter generis triplicis, aut enim ſunt neceſſaria, aut utilia
aut uoluptaria, uel uoluntaria, quæ idem ſunt, ut tenet Ro-
lan. à Valle d. conſ. 28. num. 8. uol. 1. & Redoan. d. quæſt. 17.
uerſ. Impenſæ, num. 16. & 22. & d. deciſ. Peruſ. 24. num. 6. &
deciſ. 58. num. 3. parte 1. ac Prętus d. tract. ultim. uolunt. lib.
57 3. dubit. 5. ſolut. 5. nu. 1. ad finem. † Addit quartam ſpe-
ciem cauſa colligendorum fructuum Gallecus d. tracta. ſuo
cap. 1. nume. 10. de qua ſpecie plures quęſtiones tradit nu.
58 11. cum ſequent. † Quę autem ſint impenſę neceſſarię,
utiles, uel uoluptarię, eſt notatum in l. Impenſę, ubi Aleiat.
ff. de uerb ſign. & Caſtr. l. Ex duobus, ff. de neg. geſt, & Boſſ.
relatiue tit. de Principe, & eius priuil. num. 31. uer. Et ſi ius,
ac Borgnin. dec. 44. nu. 69. ſingulatim exemplificando tra-
dit Prętus d. ſolutione 5. num. 5. & notatum ſupra ca. 417.
Si quis, in uerbo, Vtiliter, & uerbo, Neceſſario, uolum. 1. &
59 infra in ſingula eorum ſpecie diſcutietur. † Et ſi ſunt fa-
cta melioramenta neceſſaria, exemplificando ueluti in refi-
ciendo, & reparando, ut tradit Boer. d. dec. 44. nu. 7. & Me-
noch. tract. recuperandę, remed. 15. num. 500. ac dec. Peruſ.
60 24. num. 6. uerſ. Si quidem. † Quę quidem dicuntur ne-
ceſſaria, cum eis non factis res periret, uel deterior fieret, ut
61 tradit poſt alias Caroc. d. uerſ. Expenſis, numer. 9. † Licet
etiam aliquando neceſſaria ſint illa, quę fiunt de nouo, exẽ-
plificando, ut per Boer. dec. 44. num. 7 uerſ. Et ideo dixi, &
ſupra

Digitized by Google

ſupra notatum in ædificijs nouis pro habitatione colono-
62 rum, quia alias habitare non poterunt commode. † Expen-
ſæ etiam facta in ſolutione debitorum dicuntur neceſſariæ
non ſolum vtiles; ſecundum Boer. ipſum d. dec. 44. nume. 9.
63 † Tunc bonæ fidei poſſeſſor cum titulo melioramenta hæc
neceſſaria conſequitur, ſibique perſoluenda ſunt per retra-
hentem, vel vincentem, de quo tradit Gallecus d. tracta. de
65 expenſis, cap. 18. † Tenet ita in emptore bonæ fidei Buſſ. d.
tit. de Principe, num. 31. verſ. Ex omnibus, & verſic. de im-
penſa, & Afflict. dec. 87. num. 6. ac Boer. deciſio. 44 num. 6.
verſ. Quamobrem. Tenet idem Gaſpar Caballinus in mil-
66 leloquio 44. parte 1. † Et exceptione doli mali hos ſum-
ptus recuperat, ſecundum Redoan. d. quæſt. 17. verſ. de em-
67 ptore, num. 16. † Quod tamen habet locum, ſi concernãt
hæc melioramenta perpetuam vtilitatem, nõ autem ſi cau-
ſa colligendorum fructuum ſint tantum facta, vt declarat
Menoch. d. tract. recuperan. remed. 15. num. 501. & deciſio.
Peruſina 24. num. 6. verſic. Et tunc, & num. 13. & deciſ. 34.
68 num 6 parte 1. † Imo etiam datur pro eis retentio, donec
ſatisfiat melioranti, ſecundum Boetium d. deciſ. 44. num. 6.
verſ. Quamobrem, & deciſ. Peruſina 24. numer. 7. & deciſi.
34. num. 6. ad finem, & num. 17. parte 1. & infra late dice-
69 tur. † Dicuntur autem reſpicere perpetuam vtilitatem,
quando qualitas rei eſt mutata, & bonitas aucta, vt tradit
Natta conſ. 601. num. 2. volum. 3. & deciſ. Peruſina 24. nu.
8. parte 1. ac Caroc. dict. verſic. Expenſis, num. 11. verſ. Di-
70 citur autem. † Quod idem eſt, ſi dicta melioramenta poſ-
ſunt durare decennio, ſi tamen conductio eſt minoris tem-
poris decennij, ſecundum dec. Peruſinam 24. numer. 11. vbi
adducit rationem, & ſecundum Carocium dict. verſic. Ex-
71 penſis, numero 11. verſic. Vel ſi facta. † Et melioramen-
ta dicuntur eſſe rei, vel in rem, quæ fiunt ad perpetuam vti-
litatem, vel ſint affixa rei, vt tradit Practic. in forma libelli
quo agitur ad præſtationem ficti, verſic. Cum ſuo meliora-
mento, num. 1. & Menoch. conſi. 64. numer. 27. & ſequent.
72 volum. 1. † Ampliatur primo hæc concluſio, vt procedat
in eo, qui habet titulum non iure directi, ſed vtilis tantum,
veluti in vaſallo, & emphyteuta ob finitam emphyteuſin,
vel feudum ob finitam generationem abſque culpa ſua, de
quo loquitur Gallecus dict. tracta. cap. 12. & 15. Tenet ita
Decius conſil. 518. numer. 1. & 2 & Berous quæſt. 96. num.
4. & Clarus, §. Emphyteuſis, quæſt. 48. & §. Feuda, quæſtio.
88. in principio, ac Redoan, tracta. de rebus Eccleſiæ non
alienand. dict. quæſt. 17. verſic. Primo igitur, num. 3. atque
Rimin. iun. conſ. 67. num. 49. vol. 1. & conſ. 91. numer. 1. &
2. volum. eodem, ac etiam Menoch. tracta. recuperand. re-
73 med. 15. num. 502. & 504. † Vbi autem cadat ob eius deli-
ctum, vel culpam ſuam, quia ſecundum Communem Em-
phyteuta perdit melioramenta omnia, licet arguat in con-
trarium de mente Gloſſæ, & Saliceti, Pinellus in l. 2. parte 2.
74 c. 3. num. 6. ver. Ex quo infertur, C. de reſcind. vendit. † Nam
quod cadat à melioramentis ob culpam, & delictum cadẽs
notauit Caſtren. conſ. 270. verſ. Sed certe, & num. 4. verſic.
Quantum autem, vol. 2. & Alciat. conſ. 20. num. 8 ac Cla-
rus d. §. Emphyteuſis, q. 45. atque Rolan à Valle conſ. 28. n.
2. vol. 1. ac etiam Redoan. tracta. de rebus Eccleſiæ non alie-
nan. quæſt. 17. verſ. Impenſæ, num. 4. & 12. vbi loquitur etiã
in emphyteuta Eccleſiæ, & verſ. Si vero, num. 2. & verſ. Co-
lonus, num. 10. & ſecundum notata per Pinell. d. l. 2. parte
2. cap. 3. num. 7. vbi loquitur de vtroque caſu, & tradita per
deciſ. Peruſ. 34. num. 8. cum ſequen. maxime, nu. 11. vbi lo-
quitur & ipſe de emphyteuta Eccleſiæ, & deciſ. 54. num. 1.
& 2. parte 1. ac per Burſ. conſ. 80. num. 35. volum. 1. atque
Menoch. tract. recuper. remed. 15. num. 503. ac etiam Ludo-
uic. ſuis communibus, concluſ. 12. verſ. Sic igitur, & Cabal.
75 milleloquio 176. num. 1. & 2. parte 1. † Quod imo omne
incrementum factum in re emphyteuticа accreſcat domino
76 directi, tradit hoc caſu dec. Peruſ. 24 num. 4. parte 1. † Quid
plus ſunt aliqui tenentes etiam applicari hæc melioramen-
ta domino directi in caſu finitæ lineæ, & generationis, cum
hæc fiant ex neceſſitate contractus, vt tradit Apoſtilla ad
Pinellum dict. l. 2 parte 2. cap. 3. nu. 7. in litera B, ad quod
77 faciunt tradita per Pinellum ipſum dict. loco, num. 18. †
Quicquid ſit emphyteuta amittit meliorationes etiã in ca-
ſu finitæ lineæ in aliquibus caſibus. Primo ſcilicet quando
meliorationes excederent rationes, quas non tenebatur fa-
cere ex lege, vel ex natura contractus, vt tradit Menoch. d.
78 remed. 15. num 503. ad finem. † Amittit ea ſecundo, ſi per
pactum ſit conuentum, quod finita emphyteuſi tempore, vel
alia de cauſa libere ea domino directi remanerent, vt per
79 Menoch. dict. remed. 15. numer. 504. † Amittit tertio ex-
penſas, & meliorationes emphyteuta ob finitam generatio-
nem, vbi ſit conuentum expreſſe quod fiant meliorationes,
80 vt tradit Pinel. d. l. 2 parte 2. c. 3. num. 10. † Quod autem
clauſula generalis appoſita in inſtrumento fiendi meliora-
menta non trahatur ad nõ modica, & ædificia, tradit Pineli
d. loco, num. 10. ver. Ego autem ob generalem, cuius opinio
81 reprobatur ab Addit. ibi in litera C. † In conductore au-
tem ad longum tempus, an melioramenta in caſu electionis
ob eius culpam applicentur domino, dicit quod non æqui-
parando eum ſimplici colono, Burſ. conſ. 23. nu. 30. volu. 1.
82 † Verum alio modo diſtinguit Pinel. d. c. 3 nu. 8. Quod aut
eſt conductor ad vitam, & tunc amittit, æquiparando eum
emphyteutæ, aut ad longum tempus ſimpliciter, puta decẽ-
nij, & tunc non amittit, vt ibi per eum, vbi adducit rationẽ.
83 Diſtinguit aliter Ludouic. d. concluſ. 12. † Quod autem
conductor ad longum tempus ſoluit penſionem non corre-
ſpondentem fructibus, & tunc amittit vti etiam emphyteu-
ta, vt per eundem d. concl. 12. verſ. Si igitur, & ver. Apparet
84 ex alio. † Eſt ſecus, ſi penſio correſpondeat fructibus, quia
tunc non amittit, ſed ea etiam deducit, ſi cadat ob eius cul-
pam, prout nec amittit conductor ad modicum tẽpus, vt per
85 ipſum Lud. d. concluſ. 12. verſ. Si autem. † Melioramenta
autem perpetua facta per emphyteutam, vel conductorem
ad longum tempus, non poſſunt repeti niſi finita generatio-
ne, non ob culpam, & non prius, ut per eundem Ludou. ſuis
86 communibus, concluſ. 12. ver. Si autem, & ver. Si tamen. †
Si tamen ſint neceſſaria, non autem vtilia, vel uoluptaria, ut
87 per eum ibi, verſ. Nec ſimpliciter. † In caſibus autem pręe-
narratis, in quibus emphyteuta, vel conductor ad longum
tempus amittit melioramenta, debet hoc intelligi in ordi-
nariis, & modici momenti, non autem ea, quæ ſunt maximi
ſumptus, ut tradit declarando Pinellus d. c. 3. nu. 9. & latius
88 Gaſpar Caball. milleloquio 176. nu. 3. parte 1. † Ad hoc au-
tem, vt facilius hæc melioramenta poſſint deduci per em-
phyteutam, uel conductorem ad longum tempus, uel ad mo-
dicum, debet fieri per eos proteſtatio eorum fiendorum, vt
notat pro cautela Lud. d. concluſ. 12. ver. Bona tamen caute-
89 la. † Quando autem ſunt reſtituenda vaſallo, vel emphy-
teutæ, hoc ius deducendi uel repetendi tranſit ad hęredes
vaſalli, vel emphyteutæ, tam maſculos, quam fœminas, ac
etiam extraneos ſecundum communem, cum hęc ſint pro-
pria ipſius emphyteutæ, & vaſalli, & allodialia non feuda-
lia, ſecundum Clarum dict. §. Emphyteuſis, q. 45. verſ. Adde
quod, & Rolan. a Valle conſ. 28. numer. 30. & 32. vol. 1. ac
per Borgn. deciſ. 28. num. 7. in addit. atque Francum deciſ.
90 312. nu. 12. ac etiam Rimin. iun. conſ. 90. num. 3. vol. 1. † vbi
dicit poſſe obligari pro dote uti non feudalia, & conſ. 67. n.
91 49. vol. eodem. † Tenetur tamen emphyteuta, vel condu-
ctor ad longum tempus, antequam ea vendat offerre domi-
92 no directi, ſecundum deciſ. Peruſ. 24. in princip. parte 1. †
Hæc autem melioramenta, per emphyteutam facta in caſi-
bus in quibus poteſt deducere, habet locum etiam in me-
lioramentis in ædificijs in re emphyteutica conſtitutis, quia
reſeruantur emphyteutæ, vel eius hæredibus, vt Clarus di-
cit cõmuniter ſeruari d. §. Emphyteuſis, quæſt. 45. verſ. Sed
93 quid. † Melioramenta autem hęc, quę poſſunt repeti per
emphyteutam, vel uaſallum, & eorum hæredes, an æſtimari
debeant ſecundum valorem ædificij, veluti rudera, & mace-
ries, quod vti rudera, & ædificium dirutum, tenet Berous d.
quæſt. 96. num. 4. verſ. Si vero feudum, ubi dicit magis com-
munem, & Rol. à Valle conſ. 28. num. 30. vol. 1. not. Clarus
d. §. Feudum, q. 88. verſ. Sed quęro, & ſequitur opinionem
Baldi contra Beroum, vti æquiorem, & veriorem, quam et
ſequitur Modernus Pariſien. ibi allegatus per Clarum, tra-
94 dit relatiue Menoch. d. remed. 15. nume. 500. † Ampliatur
ſecundo, hęc concluſio, vſufructuarius impenſas neceſſarias
& vtiles repetat, vt tradit Gallecus d. tracta. capit. 11. & Re-
95 doan. d. quęſt. 17. verſ. Vſusfructuarius, num. 1. † Quod ius
tranſit etiam ad hęredem vſufructuarij finito vſufructu, ut
96 tenet Redoan. ipſe d. verſ. Vſusfructuarius, nu. 8. † Amplia-
tur tertio, vt etiam hęres grauatus ſub conditione, vel ex
tempore ad reſtituendam domum, vel feudum, vel hęredi-
tatem ex cauſa fideicommiſſi, id ſciens, ſi interim faciat in
illis bonis melioramenta, & impenſas neceſſarias, vel vtiles;
eas poſt diem fideicommiſſi cedentem condemnatus, ad re-
ſtituendum illa bona ſic meliorata, melioramenta hęc de-
trahere poteſt ex bonis illis fideicommiſſarijs, vt tradit Gal-
lecus dict. tracta. capit. 16. & 17. & Boer. deciſio. 44 nume.
25. verſic. Et idem prius, ac Menoch. tracta. recuperand. re-
med. 15. num. 507. tollenda obiecta, numer. 508. atque An-
97 char. iun. quęſt. 46. num. 2. lib. 1. † Si tamen ſint vtilia, vt
ibi per eum, num. 5. ac etiam Riminal. iun. conſ. 90. num. 4.
98 vol. 1. † Imo ſi illa bona fideicõmiſſaria reſtituerit, poteſt ea

D repetere

Digitized by Google

repetere condictione indebiti, vel incerti, ſecundum Tiraquellum tract. retract. conuent. §. 7. Gloſſa 1. num. 7. & hoc ad effectum vt habeat eorum retentionem propter illas impenſas, donec ſoluantur, non poſſeſſionem, vt per Pratum hæc omnia notantem d. dubit. 5. ſolut. 5. num. 2. lib. vltim. volunt. & per Anchar. iun. quæſt. 46. num. 4. lib. 1. ac per Ri-
99 min. iun. conſ. 90. nu. 6. vol. 1. † Declarando hoc non procedere in vtilibus per retentionem, ſed petitionem ſic, num.
100 7. † Quod quidem ampliatur tam in hærede grauato onere fideicommiſſi, quam eius hærede, ſecundum Pratum dict.
101 loco, num. 2. ad finem. † Ampliatur ſecundo hoc habere locum in emptore bonæ fidei ignoranter emente ab hærede rem ſubiectam fideicommiſſo, quia & ipſe repetit impenſas neceſſarias, vel vtiliter factas in illis bonis, vt tenet Fanus d. parte princ. 5. membro 4. num. 19. verſ. Si autem em-
102 ptor, & Boer. deciſ. 44. nu. 14. verſ. Et idem. † Habet locũ hoc tam in expenſis factis per eius authorem illum hæredẽ grauatum, quam ipſum emptorem bonæ fidei ementem, nõ computatis etiam fructibus perceptis tempore vitæ illius hęredis grauati ſui authoris, & non ſolum detractionem, ſed etiam retentionem habet, vt tradit Pratus declarans hæc
103 punctuatim d. ſolut. 5. num. 4. † Emptor autem ille ſciens rem emptam fideicommiſſo eſſe ſubiectam perdit melioramenta, niſi ſint neceſſaria, cum hæc ſemper retineat, vt tradit Fanus d. membro 4. nume. 19. verſ. Et hoc niſi loquitur relatiue Boer. d. deciſ. 44. n. 14. verſ. Et vbi fuiſſet, & Redoa. d. q. 17. verſ. Si vero, nu. 14. ac Pratus d. loco, nu. 3. verſ. Se-
104 cus eſſe. † Vbi dat cautelam vt certificentur hi emptores bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, vt conſtituantur in mala fide, quam etiam pro ſingulari tradit Marzarus epito-
105 me 66. verſ. Et poſtremo. † Quid ſit autem in colono, & conductore an poſſit repetere has expenſas plures caſus di-
106 ſtinguendo not. Gallecus c. 14. nu. 17. † Ampliatur quarto nedum procedere in melioramentis factis ab ipſo poſſeſſore, ſed etiam ab eius amico eius contemplatione, cum ea poſſint repeti, ſecundum Menoch. d. remed. 15. numer. 509.
107 & ſeq. † Ampliatur quinto, vt poſſint repeti melioramenta hęc neceſſaria, etiã ſi ea perierint, vel res meliorata abſque culpa poſſeſſoris, & impendentis, licet fiat differentia quo ad eorum æſtimationem, ſecundum Boerium d. deciſ.
108 44. num. 14. verſ. etiam re perempta. † Eſt ſecus in rei vẽditione, vt ibi per eum, & ſecundum notata per Tiraqu. tracta. retract. conuent. §. 7. gloſſ. 1. numer. 10. ac notata per Rolan. à Valle conſ. 28. num. 19. verſ. Qui vero, vol. 1. atque per Menoch. d. tractat. recupera. remed. 15. nu. 511. & ſeq. ac etiam Rimin. iun. conſ. 90. nu. 3. vol. 1. vbi loquitur de impenſis factis ab hęrede grauato ex tempore, vel ſub condi-
109 tione. † Ampliatur ſexto, vt procedat hęc concluſio, etiã ſi melioramenta hęc neceſſaria fuiſſent facta in re minoris, quia ea melioramenta poſſunt repeti, vt notauit Menoch d.
110 remed. 14. num. 112. verſ. Extenditur ſexto. † Limitatur vnico modo hęc concluſio nõ habere locum in melioramẽtis etiam neceſſarijs cauſa colligendorum fructuum, quia hęc non deducuntur, ſed compenſantur cum fructibus, ſi aliquos percepit, alias deducuntur à poſſeſſore tam bonę fidei, quam malę fidei, ſecundum tradita per Boer. deciſio. 44. num. 11. & tradita per Tiraquell. d. tracta. retract. conuent. §. 7. gloſſ. 1. num. 4. ad finem, ac per Roland. à Valle d. conſ. 28. num. 20. vol. 1. atq; Menoch. d. tract. recuperand. remed. 15. nu. 513. Tenet idem deciſ. Peruſ. 24. nu. 12. parte 1. & Redoan. d. tract. de rebus Eccleſ. non alienan. q. 17.
111 verſ. Colonus, nu. 5. Inferens, nu. 6. † quod expenſę factę in diſboſcando, arando, & ſeminãdo nõ ſunt perpetuę, ideo non reficiendę, nec deducendę, tenet idem Caroc. d. tract. Locati, verſ. Expenſis, numer. 11. & Rolan. à Valle d. conſ. 28.
112 num. 28. verſ. Ergo idem, vbi adducit rationem. † Tamen in diſboſcatione ſecus tenet, num. 21. & 22. reprehendendo Caſtrenſem, d. conſ. 170. contrarium tenentem, vt per Rolan. à Valle d. conſil. 28. num. 23. comprobando, num. 24. &
113 ſeq. & ibi, num. 25. verſ. Non obſtat, tollit contrarium. † Limitatur ſecundo, niſi ei fuerit denunciatum, ne faceret, nec reficeret, quia tunc etiam quod ſint neceſſaria dein facta nõ repetuntur, vt tradit Boer. d. deciſ. 44. numer. 4. ad finem.
114 † Hęc pariter melioramenta neceſſaria malę fidei poſſeſſor deducit per l. domum. vbi Scribentes, C. de rei vendic. non diſtinguendo, an ſint facta in faciendo, vel in reficiendo, ſemper enim deducit, vel eorum ęſtimationem conſequitur, ſecundum Boſſ. titul. Principe, numer. 31. verſic. Sine dubio, vbi exemplificat in expenſa cauſa quęrendorum fructuum tanquam neceſſaria, & verſic. Nam malę fidei, & verſic.
115 Ex omnibus, & verſic. Quando enim. † Quid ſit autem in expenſis cauſa cuſtodię arcis, not. relatiue Boſſ. dict. loco, verſ. Diſputatur tamen, notat etiam Boer. deciſ. 44. num. 6. verſ. Quamobrem, & num. 14. in princ. vbi dicitur ſemper deducere per officium Iudicis, vel per doli exceptionẽ, ſed quod ſolum deducat per Officium Iudicis, ſi tamen poſſidet, non per viam exceptionis, eſt notatum per Redoan. d.
116 q. 17. verſ. Si vero, num. 9. & 11. † Exemplificando quando debeat implorari Officium Iudicis, nu. 12. not. Couar. tract. relect. parte 2. §. 6. verſ. 6. infertur, & Menoch. tract. recuperan. remed. 15. num. 514. & 537. declarando, vt per eum num. 515. & ſeq. ac deciſ. Peruſ. 24. num. 13. & deciſ. 34. nu. 18. parte 1. atque Borgnin. deciſ. 28. num. 5. in addit. atque Crauet. conſil. 408. colum. 2. & 3. volum. 3. & conſ. 919. num. 7. volum. 5. ac etiam Caball. tract. de Euict. §. 3. num. 170. &
117 Claudius Cantiuncula conſ. 22. nu. 3. & 4. † Ampliatur, vt etiam competat pro eis retentio melioranti & impendẽ-
118 ti, vt per Boer. deciſ. 44. num. 6. verſ. Quamobrem. † Limitatur primo niſi denunciatum fuerit eidem ne reficeret, vt
119 per eundem ibi, num. 8. ad finem. † Limitatur ſecundo in furte, qui quidem nullo modo deducit, vt notat Menoch. d.
120 remed. 15. num. 515. & ſeq. & num. 538. † Limitatur tertio in inuaſore, veluti caſtri, vt tradit Lancellot. tract. attẽt.
121 parte 3. cap. 24. de except. & reo, quæſt. 29. num. 3. † Limitatur quarto, vt non procedat, vbi res nõ ſit effecta melior, nec dominus locupletior, ſecundum Menoch. d. remed. 15.
122 num. 539. † Vbi autem competat deductio, an fiat officio Iudicis, vel doli exceptione, diſcutit idem Menoch. ibi, nu.
123 543. † Sed quod competat ſolum officium Iudicis, non autem per viam exceptionis, affirmat Redoan. d. quæſt. 17. verſ. Si vero, num. 9. & 11. exemplificando quomodo debeat
124 implorari officium Iudicis, num. 12. † Aut vero ſunt meliorament a vtilia abſque vlla neceſſitate præcedente facta, ſi ex diuerſa materia fiant, quæ nullum incrementum recipiant à terra, prout ædificia, quæ per plumbationem fieri dicuntur, tunc bonæ fidei poſſeſſor deducit, ſi dominus, vel ſimilia erat alias facturus, vt tenet Boer. deciſ. 44. num. 8. & 14. & Boſſ. d. tit. de Principe, & eorum priuil. num. 31. verſ. Et videtur, & verſ. Scias loquendo, ac Menoch. tract. recuperan. remed. 15. num. 517. & ſeq. atque Caball. milleloquio 44.
291 nu. 3. verſ. nec etiam obſtat, volum. 2. † Compenſat quo-
que impenſas cum fructibus malæ fidei poſſeſſor, in caſibus
in quibus non deducit, nec detrahit impenſas aliquas, vt
tradit Redoanus, d. quæſt. 17. verſ. verum quia, num. 3. & 4.
& Borgnin. tracta. de tutore, num. 166. etiam quod ea perci-
292 piat patiente, & ſciente Domino, num. 167. † Eſt idem in
alijs non Dominis, qui poſſident nomine alieno, & ſuo pro-
prio detinent, cum teneantur compenſare melioramenta, &
expenſas cum fructibus, vt notauit Borgnin. deciſ. 44. num.
293 61. declarando, vt per eum. † In duobus tamen caſibus
malæ fidei poſſeſſor non compenſat melioramenta cum fru-
ctibus perceptis, primo ſcilicet quando ea percipit ratione
vtilis dominij, ſecundum Felin. in cap. cum cauſam, nu. 29.
294 de re iudic. & deciſ. Peruſ. 34. num. 20. parte 1. † Secun-
do, cum res, vel fundus peteretur ab eo, qui non eſſet Do-
minus melioramentorum factorum, vt tradit Fanus d. mem-
bro 4. nu. 14 & 15. & Berous conſ. 79. num. 62. cum ſequen.
vol. 2. ac deciſ. Peruſ. 34. num. 21. parte 1. atque Borgninus
295 d. deciſ. 44. nu. 61. † Conductor quoque, ſi tantum lucra-
tus eſt de fructibus, quod ſibi eſt ſatisfactum de melioramẽ-
tis, & expenſis, non poteſt dicta melioramenta repetere, ſe-
cundum notata per Redoanum d. quæſt. 17. verſ. conducto-
296 res, num. 4. † Fructus autem quando computantur cum
melioramentis, & expenſis, ſi non ſunt liquidati, poſſunt li-
quidari in executione ſententię, quando ſunt acceſſorij, ut
per Afflict. deciſ. 87. num. 5. ad finem, & Alexandrum conſi.
171. ad finem, uolum. 2. ac Oſaſcum deciſ. 129. numer. 14.
297 † Verum uidetur iudicẽ ex officio illas liquidare non poſ-
ſe, nec per iuramentum actoris, ſed ſi in proceſſu uere non
ſint probati, uel liquidati hi fructus, quod ſequi debeat ab-
ſolutio, tradit deciſio Peruſ. 87. parte 2. idem notauit Felyn.
298 cap. cum uenerabilis, num. 42. de except. † Eſt ſecus ſi ſen-
tentia condemnaret ad compenſandum fructus perceptos
cum melioramentis, uel ſuos non faceret fructus, uti dolo-
ſus, aut moroſus, quia tunc in executione poſſet ex conie-

cturis

Digitized by Google

cturis iudex illos verificare ex officio, dando etiam iura-
mentum ſupplementum actori, vel reo magis informato,
accipiendo etiam informationes, vel taxare ad quinque
pro centenario, vel ſecundum morem regionis, vt tenet
Natta conſi. 510. num. 27. conſ. 536. num. 5. cum ſequent.
299 volum. 3. & Bereta conſ. 110. nume. 13. † Faciens vlterius
ſumptus, & meliorationes compenſat eas cum damno dato
in illa re meliorata, exemplificando, vt per Boſſ. tit. de Prin-
300 cipe, num. 31. verſ. ad materiam etiam ſcias. † Quæ dam-
na probari etiam debent, vt per eum, & per Prætum late
confirmando d. dubit. 5. ſolut. 5. nume. 21. vſque ad fin. ſi ta-
301 men dolo, & lata culpa ſint facta. † Quod habet locum,
etiam ſi fiat deterioratio in alijs rebus hæreditarijs per hæ-
302 redem meliorantem, vt ibi per eum. † Qualiter autem æſti-
metur damnum datum per conductorem, eſt notatum per
Burſ. conſ. 70. nu. 31. & ſeq. vol. 1.

f Et præſumatur factum de materia, vt ſupra] † Scili-
303 cet bonorum locatorum, ſicut etiam impenſa de iure præ-
ſumitur facta à Domino bonorum, vt per Menoch. d. conſi.
122. numer. 42. volum. 2. & ſupra notatum, in verbo, fe-
cerit.

g Niſi probetur contrarium] † Hęc igitur non eſt præ-
304 ſumptio iuris, & de iure, cum tunc non admitteretur proba-
tio in contrarium, vt tenet Alciat. tract. præſumpt. in prin.
parte 2. num. 3.

Verum ſi aliunde materiam ſumpſerit] Idque fuerit per
colonum probatum, cum alias eſſet cõtra eum pręſumptio,
305 vt ſupra diſpoſitum eſt. † Meliorationes pertinent ad eum,
ex cuius facto, & induſtria proueniunt, & eius lucro cedunt,
ſecundum Albam, conſ. 16 nu. 16.

h Conceditur facultas] † Et ſic non cogitur locator,
306 cum ſit ædificium nouum factum in alieno per non haben-
tem ius ſoluere ęſtimationem, & idem eſt de iure commu-
ni, ut ſupra late notatum, in verbo, fecerit, & firmatum per
Caſtr. d. conſ. 170. num. 3. verſ. quantum autem, volum. 2.
307 † Limitatur tamen in vnico caſu etiam de iure communi,
vt colonus, vel conductor poſſit repetere expenſas etiam in
ædificijs ſi ſint neceſſario factæ, veluti quia alias colonus,
vel conductor non poſſet inhabitare, vt tradit Roland. d.
conſil. 28. numer. 12. volum. 1. & ſupra notatum, in verbo,
totum Domini vtilitati cedat, vbi traditæ ſunt aliæ limi-
tationes.

i Superficiem tantum emere] Eſt id, quod ſupra fuit ędi-
ficatum.

k Quantum ea detracta] † Et ſic æſtimantur hæc ædifi-
308 cia vt rudera, & materies, non quantum ſit melioratum in-
tegro exiſtente ædificio, ſecundum Caſtr. d. conſ. 270. nu. 4.
verſ. & ſi eligeret, volum. 2. late notatum, in verbo, totum
309 Domini utilitati cedat. † Quando autem ſunt facta per ua-
ſallum, uel emphyteutam, qui finita linea tenetur reſtitue-
re Domino, an hæc melioramenta ædificiorũ teneatur Do-
minus ſoluere vti rudera, uel uti ædificia integra, opiniones
contrarias tenet Clarus ſuo §. feudum, quæſt. 88. uerſic. ſed
quęro, ubi tandem tenet opinionem Baldi uti ęquiorem,
quod teneatur ſoluere uti ædificium, & ſupra notatum.

l Poſſit ęſtimari] † Debetur melioramentorum ęſtima-
310 tio eis probatis, ſecundum deciſ. Peruſ. 23. num. 42. part. 1.
311 † In ęſtimatione autem rei haberi debet ratio melioramẽ-
torum, vt tradit Burſ. conſi. 70 num. 31. uol. 1 & conſ. 151.
312 num. 19. uol. 2. † Impendia, & meliorationes ęſtimantur ſe-
cundum quod facta ſunt, etiam quod minus eſſet impenſu-
rus retrahens, & euincens, ſi tamen ſint moderata, & ſolita,
313 ſecundum Tiraq. tract. conuen. §. 7. gl. 1. nu. 17. † In ęſtima-
tione impenſarum, & melioramentorum, impendentes nedũ
deducunt pretium operarum alterius, ſed etiam, quod ipſi
impendentes fecerint proprijs manibus, ut tenet Pinell. in
l. 2. par. 2. cap. 3. nume. 3. ad fin. C. de reſcin. uend. & Burſa.
314 conſ. 71. num. 24 uolu. 1. † In ęſtimatione ulterius fundi,
uel rei ob impenſas, ſi plus ualet fundus, uel res, quam fru-
ctus, uel redditus eius, ęſtimatur redituum quantitas,
non autem ualor fundi, ſecundum Tiraq. tract. retract. con-
315 uent. §. 7. gl. 1. num. 9. † Æſtimatio autem melioramentorũ
qualiter ſit fienda, late diſcutit Gallecus d. tract. de expenſis,
316 & melioramentis, cap. 24. quod eſt ultimum. † Sunt autem
varię opiniones in hoc articulo. Aliqui enim tenent ſemper
ęſtimandam minorem quantitatem ad incommodum im-
pendentis, ueluti ſi impenſa ſit facta in centum, & meliora-
tio in quinquaginta, fiat æſtimatio in quinquaginta, & è
conuerſo, per regulam l. in fundo, ubi glo. Bart. & alij, ff. de
rei uend. tradit Caſtren. d. conſil. 270. num. 3. uerſic. & ſi è
contra, uolum. 2. & Felyn. cap. cum cauſam, numer. 28. de re
iudicata, ac Fanus tract. pignor. parte princip. 3. membro 4.
nu. 11. declarando, nu. 16. atque Boſſ. tit. de Principe, nu. 31.
in princ. uerſ. ita tamen, & uerſ. & procedit, ubi loquitur
de expenſis utilibus, & uoluntarijs factis per bonę fidei poſ-
ſeſſorem, ac etiam Tiraq. tract. conuent. §. 7. glo. 1. num. 8 &
317 Rolan. conſ. 28. num 11. uolu. 1. † Limitando ut per eum,
quod ſi faciens erat tunc Dominus, detur impenſa etiam
quod minus melioratum, ut ibi per eum, num. 18. & per Re-
doan. d. quæſt. 17. uerſ. colonus, num. 9. uerſi. conductores,
num. 3. ac uerſ. uerum quia, nu. 1 ac per Marzar. epitome fi-
deicommiſſ. quæſt 65. uerſ. ſed circa, atq; deciſ. Peruſina 58.
nu. 14. & 15. parte 1 ac etiam per Cummiam in ritibus ma-
gnæ curię, cap. 102. num. 27. & ſeq. & Borgninum deciſ. 28.
in addit. num. 4 & deciſ. 44. num. 62. ac Burſ. conſ. 71. nu. 22.
& ſequen. uolum. 1. cum relatis per Pretum d. dubit. 5. ſolut.
318 5. nu. 13. in princ. † Et conſequenter ex hac opinione cla-
re conſtat non ſufficere impendenti, & melioranti, ſi probet
tantum impendiſſe, niſi etiam probet tantam factam melio-
rationem, ſecundum tradita per Alciat. conſ. 328. nu. 1. tra-
ditaque per Redoan. d. quęſt. 17. uerſ. conductores, num. 8.
& per deciſ. Peruſ. 24. nume. 7. ad finem, parte 1. ac Caroc.
319 tract. locati, uerſic. expenſis, num. 22. † Fuit opinio ſecunda
quod æſtimatio melioramentorum ſit fienda ſecundum tẽ-
pus pręſens, & pro eo, quo poſſunt durare melioramenta,
& non pro eo quantum fuerit impenſum, iuxta notata per
Scribentes, in l. domos, ff. de leg. primo, & per Neguſant. d.
membro 4. num. 16. ac Redoan. d. uerſ. conductores, num. 7.
atque ſecundum Menoch. d. tract. recuperan. remed. 15. nu.
557. cum relatis per Pretum, d. ſolut. 5. nu. 13. uerſ. alij, & 2.
320 † In dubio ſtante hac opinione pręſumitur tantum impen-
ſum, quantum nunc res æſtimatur, & ualet, & qui contrariũ
dicit debet hoc probare, ut tradit Crauetta conſ. 488. nu. 2.
& 3. uolum. 3. & Borgn. referendo deciſ. 44. num. 64. decla-
321 rando ut per Nattam conſ. 353. num. 2. uolum 2. † Licet ex
pręterito ad pręſens non ſit arguendum, quo ad ualorem, ut
322 tradit Borgn. deciſ. 46. num. 165. † Tertia principalis opi-
nio illa fuit ſcribentium, in d. l. domos, ff. de leg. primo, di-
ſtinguentium quod ſi tempore reſtitutionis res ſit affecta
precioſior, cum ceſſauerit forte bellum, quod fluctuabat tẽ-
pore meliorationis, tunc tempus reſtitutionis, ex quo eſt fa-
cta precioſior, & pręſens inſpici debeat, prout eos refert
323 Pretus d. ſolut. 5. num. 13. uerſ. alij 4. † Quarto fuit opinio
eius, qui tenetur indiſtincte attendi debere tempus reſtitu-
tionis rei, non autem tempus, quo facta fuere melioramen-
ta, ut tradit Fanus d. membro 4. nu. 16. & Boſſ. d. tit. de Prin-
cipe, num. 31. uerſic. ſed nec etiam, ac Boer. deciſ. 44. nu. 12.
324 † Declarando an ſint ad perpetuam utilitatem, nu. 13. uerſ.
interdictum eſt, exemplificando, ut per eum, & uerſic. ſeu
etiam ad perpetuam, atque Ruinum conſ. 14. num. 4. uol. 1.
& conſ. 117. in prin uolu. 3. ac etiam Rolan. conſ. 28. nu. 14.
& conſ. 30. nu. 6. uol. 1. & Anchar. iun. quęſt. 46. nu. 6. lib. 1.
ac Marzar. d. epitome fideicommiſſ. quęſt. 65. uerſ. Sed circa,
ibi, regula eſt, atq; deciſ. Peruſ. 24. nu. ſeq. parte 2. ac etiam
Pretus d. ſolut. 5. nu. 3. uerſi. alij, & 4. refert etiam hanc opi-
nionem Menoch. d. tract. recuperan. remed. 15. num. 557. ta-
men contrarium aduerſus eam arguit nu. ſeq. uſque ad num.
565. Sed ipſe Menoch. diſtinguit d. nu. 565. uerſ. quare ipſe.
325 † Quod aut faciens eſt Dominus, uel Directus, uel utilis, uel
reuocabiliter, aut ſolus poſſeſſor, & certo tempore finitur, ſi
eſt Dominus tunc arbitrio boni uiri fieri æſtimationem nõ
ſimpliciter ſecundum tempus pręſens, ſed conſideratis om-
nibus temporibus, ſi autem ſit ſolus poſſeſſor omnem im-
penſam deducit, cum iam non teneretur aliquo modo ſui
cauſa facere, ſed quod egit uti negotiorum geſtor geſſit, ubi
infert ad deciſionem textus l. & in totum, ff. de impenſis, in
rebus dotal. factis ibi, nu. 266. ex quo maritus non ſit uere
Dominus irreuocabiliter rei dotalis, tenet idem Borgn. d.
326 deciſ. 44. nu. 63. † Simon autem de Pretis d. loco, nu. 12. re-
cenſendo eos, qui in alieno fundo faciunt impenſas, qui mul-
ti ſunt relati, per eum ibi, dicit inſpiciẽdum eſſe duos caſus.
Primus eſt caſus quando quis bona fide nullum habens do-
minium in fundo, credens tamen illum ſuum eſſe aliquo ti-
tulo, ſi fecerit expenſas in ędificando, uel plantando in ſo-
lo alieno nomine ſuo, quę ſolo cedunt, & tunc ei ope exce-
ptionis ſuccurritur, ut conſequatur, quod minus eſt ſi im-
penſa differt à melioratione ad commodum Domini ſoli,
ne ipſe fiat locupletior cum aliena iactura dominorum, &
in his terminis procedere opinionem primam Scriben. d. l.
in fundo, ff. de rei uend. ut attendatur, quod minus eſt, ſe-
cundum Pretum d. loco, nu. 15. † Quę tamen opinio non ha-
bet locum in impenſa in reficiendo, quia impenſa tota ero-
gatur iuxta gl. d. l. in fundo, in uerbo, conſeruaſſi, ubi Bart.
expreſſe, nu. 6. & Albet. & Ange. relati p Pretũ d. loco, n. 15.
ad finem.

Digitized by Google

317 ad finem.† Eſt alter & ſecundus caſus ille, ſi hæres grauatus
reſtituere per fideicommiſſum, interim domos deuaſtatas,
vel res hereditarias dirutas ſui culpa conſtruit, ædificat, vel
reficit, vel in eis vtiles impenſas facit, & eueniat tempus re-
ſtitutionis, tunc æſtimatur arbitrio iudicis quantitas melio
ramentorum, qualia ſunt, vetera, vel recentia, vel duratura,
declarando omnia diligenter quantum debeat detrahi, &
deduci, & iſta eſt vera interpretatio, l. domos. ff. de leg. 1. vt
tradit Pretus dicto loco, num. 16. & ſeq. comprobando, nu.
328 18. cum ſeq. vbi declarat ſignanter.† Et ex his male loque-
retur Burſ. conſ. 71. num. 22. & ſeq. dum vult in melioratio-
ne hæredis grauati ex tempore æſtimari eueniente condi-
tione, vel tempore melioramenta ad maius incommodum
329 hæredis, vt per eum.† Si autem tempore reſtitutionis diſper-
dita ſint melioramenta abſque culpa facientis nulla deben-
tur, ſecundum Pretum d. loco, nu. 22. cum ſeq. maxime nu.
330 26.† Limitatur niſi ſit impenſum neceſſario, quia ſi corruāt
melioramenta repetit impendens, quatenus tempore reſti-
tutionis valuiſſent, vt per eundem ibi, num. 25. Quo fit vt
in his melioramentis determinandis verſetur valde arbitriū
iudicis, & probi viri, vt tenet ipſe Pretus dicto loco, nume.
27. verſic. ſic enim, cum verſiculis ſeq. & verſ. 26. ad finem, &
Menoch. d. tract. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 258. ac deciſio Pe-
331 ruſ. 58. num. 9. par. 1.† Melioramentorum autem non perpe-
tuo duraturorum, qualiter ſit fienda æſtimatio ad ratā tem-
poris, veluti in palis vitium, vel foſſatis non perpetuo du-
raturis conductori, eſt notatum à Borgn. d. deciſ. 44. nume.
332 56. verſ. aut pro rata.† In æſtimatione autem arborum, &
vitium fit deductio in melioramento ſucceſſiuo à ſolo, vt te-
net Fel. conſil. 42. num. 9. & Vrſill. ad Afflict. deciſ. 87. nu. 3.
verſ. licet quis lucretur, ac Gabr. ſuis communibus, titu. de
333 acquirendo rerum dominio, concluſ. 1. nu. 13.† Et ſic ſolum
fit expenſarum factarum, non autem augmenti à ſolo, vt de-
clarat ſignanter Vrſil. d. deciſ. 87. nume. 3. verſ. licet quis lu-
cretur, & Borgn. deciſ. 28. in addit. nu. 2. ac Rimin. iun. conſ.
411. num. 3. cum ſeq. vol. 4. & conſ. 431. num. 35. cum ſequ.
vol. eodem, atque Baptiſta Aymus Parmen. tracta. de allu-
334 uion. lib. 1. cap. 1. num. 5.† In æſtimatione autem meliora-
mentorum factorum in ædificijs conſideratur valor ſecun-
dum ædificium conſiſtens, non dirutum, vt tradit Burſ. cōſ.
85. num. 35. volum. 1. declarando, vt ſupra notatum, in ver-
bo, totum Domini vtilitati cedat.

n Sine læſione prioris ſtatus]† Secus eſt ſi adſit læſio prio-
335 ris ſtatus, quia non poteſt auferri, ſecūdum Redoan. d. q. 17.
verſ. ſi uero, nu. 10. exemplificando in picturis, quæ hac de
cauſa non poſſent auferri, vt per eundem d. verſ. ſi vero, nu.
336 13.† Poterit etiam exemplificari in impenſis factis per vnio
nem muri noui cum veteri, cum tunc non poſſit abradi, nā
damnum inferretur domui locatæ.

o Impune]† Scilicet ſine periculo accuſationis, vel actio-
337 nis alicuius, contra eum mouendæ, vt in terminis huius
verbi, impune, docet Alber. ſuo diction. in verbo, impune, &
Bald. l. ſi quis mihi ſeruum, ad fin. ff. de verb. oblig.

p Auferre]† Eſt idem de iure communi in ædificijs nouis
338 ſuper alieno, cum ad impenſam eorum non teneatur Do-
minus, quia poteſt ea colonus, vel conductor auferre, ſecū-
dum Caſtr. d. conſ. 270. num. 4. uerſ. quantum autem, volu.
339 2. & Rol. à Valle, d. conſ. 28. nu. 9. uol. 1. Limitando nu. 12.†
niſi facta fuiſſent cauſa habitationis colonorum, ſine qui-
bus non poſſent inhabitare, vt ibi per eum, & notatum ſu-
pra, in uerbo, totum Domini utilitati cedat. Faciunt tradita
ad hoc per Baptiſtam Aymon, d. tract de alluuion. lib. 1. ca.
340 7. ſub nu. 5.† Conſuetudo autem dictat, quod Dominus pa-
tiatur ædificia auferri, aut quod ſoluat pretium meliora-
mentorum, ut per Redoan. d. quæſt. 17. uerſic. impenſæ, nu.
341 12.† Colonus autem, uel ſimilis non cogitur melioramenta
aſportare, quando ſunt in arboribus, quæ vniuntur rei per
immiſſionem radicum, quod non eſt in ædificijs, ut tradit
Caſtrenſ. d. conſ. 270. num. 3. uerſ. ſed hoc procedit, volu. 2.
& Redoan. d. q. 17. uerſ. colonus, nume. 11. ac deciſio Peruſ.
24. num. 20. ad finem, parte 1. atque Borgn. deciſ 44. nu. 70.
ac Caroc. uerſ. expenſis, num. 12. & Aymus d. cap. 7 num. 5.
342 † Poſſunt etiam impendentes, & meliorantes utiliter, melio-
ramenta in fundo facta auferre, quæ per ſe non poſſunt ſta-
re, alias non, exemplificat deciſio Peruſ. 24. num. 17. par. 1.
343 † Si autem colonus, uel conductor uellet abradere, & aſpor
tare melioramenta in caſibus, in quibus poteſt, & Domin.⁹
uellet ſoluere pretium, teneretur illud pretium recipere, ma-
xime ubi non poſſent abradi ſine corruptione ſubiecti, ſe-
344 cundum Caroc. d. uerſic. expenſis, n. 8.† Ampliatur id etiam
ſi adſit pactum, quod conductor poſſit finita locatione me-
lioramenta aſportare, ut tenet deciſio Peruſ. 24. nu 6. parte
345 1. & Caroc. d. verſic. expenſis, nu. 22.† Eſt idem in emphy-
teuta, qui pactum fecit de exportandis melioramentis fini-
ta emphyteuſi, vt tradit Marſ. ſing. 410.† Imò conductor co
gitur uendere locatori omnia melioramenta, potius quā al-
teri, ſecundum Borg. deciſ. 44. nu. 69. & deciſ. Peruſ. 24. nu.
27. par. 1. ac ſecundum Caballinum milleloqu. 98. in fine,
par. 1. & ſupra notatum.

q Niſi aliter conuentum ſit]† Veluti, ſi conuentum ſit in-
346 ter locatorem, & conductorem, quod poſſent fieri hæc me-
lioramenta, quia tunc locator tenetur ea exoluere, etiam ſi
ſint ædificia noua. Eſt idem è conuerſo, ſi conuentū ſit, quod
conductor teneatur meliorare, quia tunc non poteſt repe-
tere impenſas, & melioramenta hæc, ſi ſit hoc conuentum
in ſpecie, non autem ſufficit clauſula generalis, ſecundum
Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 3. num. 10. C. de reſcind. uend. & ſu
347 pra notatū late.† Conductor domus à fructuario per quin-
quennium ſi de cōſenſu fructuarij fecerit expenſas aliquas,
& meliorationes in domo illa conducta, duraturas quinquē
nio, pro quo tempore conduxit & interim durante quin-
quennio moriatur fructuarius, & proprietarius repetat do-
mum, cum non teneatur ſtare colono, perdit is conductor di
ctas impenſas, & meliorationes, quia non poteſt eas repe-
tere à proprietario, & ſibi imputandum eſt, cum non pecca
uerit ſibi, per text. in l. ſi quis. §. item quæritur. ff. locati, &
in l. 1. ff. locati, & in l. 1. ff. de in lite iuran. & in l. inter ſtipu-
lantem. §. ſacram. ff. de uerb. oblig. & per Caroc. d. tract. lo-
348 cati, uerſ. uſufructu, nume. 6.† Dicit idem ubi locauerit uti
Dominus, cum non ſint de his impenſis, & melioramentis,
quæ poſſint repeti, ſed tantum factæ ad perpetuam rei uti-
litatem repetuntur à proprietario, alias autem ad tempo-
ralem utilitatem repetuntur ab uſufructuario, ut per Me-
noch. conſ. 64. num. 27. uol. 1. declarando ſignanter per eun
349 dem tract. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 215. num. 4. & 5.† Quod
procedit ut teneatur proprietarius, ſi ſint impenſæ, & me-
liorationes ad perpetuam rei utilitatem, & maximæ, aliter
ſpectat ad fructuarium, ut ibi per eum, & ſupra notatum, in
350 uerbo, fecerit.† Quæ autem dicatur modica, vel magna im-
penſa, tres opiniones recitat Menoch. tract. arbitr. libr. 2. d.
caſu 215. nume. 7. & 8. ubi tenet relinqui iudicis arbitrio,
& ſupra notatum late, in uerbo, totum Domini utilitati ce-
dat.

Qualiter fructus colonorum debeant diuidi. Cap. CCCCI.

a COloni, partiarij, & maſſarij *b* diuidant *c* inter ſe, tam
maſculos, quam fœminas, *d* maiores annis ſeptem,
e per capita, *f* fructus perceptos, opera ruſticana, uel
operibus ruſticanis, *g* ex terra conducta ad tempus. *h* Et
ſimiliter id, quod proceſſit ex dictis fructibus. Idem diſpo-
natur de fructibus perceptis, opera ruſticana, uel operibus
ruſticanis, *i* ex terra propria, uel ad libellum, ſeu in em-
phyteuſin conducta, pro medietate fructuum, quæ medie-
tas intelligatur pars ruſticana. *K* Altera uero medietas di
uidatur per ſtirpes, cum onere ſoluendi fictum libellarium,
ſi quod debetur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus quomodo diuidantur inter colonos, & ruſticas perſonas.*
2 *Diuiſio qualiter fiat inter fratres, & quid vbi adſint fœminæ,
& minores quatuordecim annis, vſque ad num. 18.*
19 *Animalia quomodo debeant diuidi inter ruſticos, & quid reſpe-
ctu fructuum obuentorum ex prædio communi inter eos, vſq;
ad num. 22.*

a COloni, partiarij, & maſſarij] Quæ ſint hæ perſonæ, &
quomodo differant inter ſe, eſt notatum cap. 232. li-
1 citum ſit, in uerbis his, uol. 1.† Statutum hoc, licet tantum
exprimat has perſonas, & qualitates colonorum, tamē quod
de iure communi idem diſponatur in molēdinarijs, & alijs
ruſticis operarijs, cum militet eadem ratio, ut fiat diuiſio
per capita propter operas, ſecundum notata ſignanter per
Cephal. conſ. 69. num. 9. cum ſequen. uol. 1. ubi allegat An
gelum, conſ. 112. & ſequen.

b Diuidant]† Diuiſio qualiter fieri debeat regulariter in-
2 ter fratres, eſt notatum tribus modis fieri, per Cottam ſuis
memorab. in uerbo, ſortis, uerſ. & hæc ſunt memorata, & la-
te notatum ſupra cap. 275. ſi duo, in uerbo, fecerint diuiſio
nem, uol. 1.

c Inter ſe maſculos, quam fœminas]† Eſt idem de iure cō-
3 muni, quo quidem iure cum fœminis poteſt contrahi ſocie-

tas,

Digitized by Google

tas,ut in his terminis tradit Petrus de Vbal.tract.de duobus
fratribus,parte prin.3.quæſt.3.num.37. & melius parte 4.
princ.quæſt.9.numer.17.verſic.plus etiam, vbi allegat Bal-
4 dum tenentem hoc non ſeruari de conſuetudine. † Et quod
fœminæ ligonizantes debeant habere partem quæſtus &
lucri, ex prædijs, prouenti, tenet poſt Bald.Alex.in l.rei iu-
dicatæ,in prin.num.5.verſ.quod facit,ff.ſol.matr.ad quod
allegat text.in ſimili, in l.alimenta,§.fin.ff.de alimentis, &
cibarijs legatis.

d Maioris annis ſeptem] † De iure autem communi mi-
5 noribus annis quatuordecim non debetur pretio in capita,
prout hic cauetur, cum labor puerorum non poſſit prome-
reri æqualem portionem,tum quia non poſſunt contrahe-
re ſocietatem, tum quia eorum operæ impares ſunt operi-
bus robuſtorum, ſecundũ l.cæterum,ff.de rei vendic.vt no-
tauit in his terminis Bald.conſ.26.in princ.vol.4.& Petrus
de Vbaldis clarius d.tract.parte princ.4.quæſt.5 num.14.
& quæſt.9 nu.18.verſi.minoribus autem. Relinquitur hoc
idem iudicis arbitrio, ſecundum notata in hac ſpecie per
Caroc.tract.locati,verſ.fructuum diuiſione, num.3.verſic.
pone,quod filij.

e Per capita] † Non autem per ſtirpes, cum omnes la-
6 borent,& lucrum quærant,vt tradit Lupus cap.per veſtras,
§.11.verſic.limita tamen,num.2.& 3.de donat.inter virum.
7 † De iure communi,quando fratres viuens in communio-
ne cum fratribus, qui operantur in cultura,adeo quod fra-
tres omnes habent plus commodi ex dictis operibus,quam
ſint eorum alimenta, eſt arbitrio boni viri diſcernendum,
quæ ratio ſit habenda ex iſtis operibus, notat Ludouicus
8 ſuis communibus,concluſ.53.uerſ.ſi autem. † Vbi autem
hi filij nil ſint operari,vel quod ſint minores,uel alia de cau
ſa,in ſocietate diuidenda habetur ratio impẽſarum,vel me-
lioramentorum ab altero fratre,qui minorem familiam ha-
bebat,præſtitorum,modo expenſæ non ſint modicæ,ſecun-
9 dum Ludouicum d.concl.53.uerſ.ſi poſtea iſti. † In ſocie-
tate autem omnium bonorum etiam tacita non habetur ra-
tio harum expenſarum,nec fructuum, vel quid vnus nego-
tietur,vel operetur,alter non,vt per eundem d.concluſ.53.
verſ.ſed aduertendum.

f Fructus perceptos opera ruſticana] † Eſt idem de iure
10 communi, ſecundum Baldum in l.1.quæſt.11.num.13.C.
pro ſocio,& conſ.482.volum.3.Bart.conſ.186.Ange.conſ.
112.per totum,& Alexand.conſil.99.num.2 & conſil.133.
num.1.uolum.2.atque Iaſonem in §.ſequenti,nu.47.Inſtit.
de actio.vbi relatiue loquitur, ac etiã per Petrum de Vbal-
dis,d.tracta.de duobus fratribus, parte princip.4.quæſt.3.
num.12.& Lupum in repetitione cap.per ueſtras,§.11.uerſ.
11 limita tamen,num.3.de donat.inter virum. † Eſt autem in
promptu ratio illa, cum hi fructus ſint acquiſiti ob operas
perſonarum,quam notauit Alciat.conſi.681.num.1.& Ce-
phal.in his terminis d.conſ.69 num.7.& 8.uolu.1. Faciunt
tradita per Iaſon.in l.finali,nume.6.C.de collat. & Lupum
12 d.§.11.num.2.& 3. † Reſpectu autem impenſarum de iu-
re communi fit diuiſio in ſtirpes,ut de mente Baldi,& alio-
rum tradit Corta ſuis memorab.in uerbo, ſtatuto, Medio-
lani cauetur quod in diuiſionibus,uerſic.accedit,& Caroc.
tracta.locati,uerſ.fructuum diuiſione,num.1.& 2.vbi dicit
impenſam deducendam eſſe, ſed reliquum diuidendum in
13 capita etiam cum filijsfamillas laborantibus. † Si autem
vnus ex dictis ruſticis,& colonus poſuit boues proprios, &
operam eius perſonę, alter autem tantum operam,tunc ſe-
cundum Bart.d.conſ.186. deducitur aliqua pars danda pro
opera boum ei, qui eos poſuit, ſed reliquum diuiditur per
capita,& eundem Bartol.ſequitur Baldus,in conſ.482.uerſ.
idem de fructibus,uol.3.licet ſecus teneatur in l.1.quęſt.11.
14 num.13. C.pro ſocio. † Sunt autem hi fructus diuidendi
per capita nulla habita ratione operum boum,quæ debent
accedere operibus perſonalibus,ut ibi per eum,quam Bal-
di opinionem d.l.1.ſequitur Thomas Dipploantuum diſci-
pulus Bart. in addit.ad Bart.d.conſ.186.& opinionem Bar-
toli, eam tamen declarando tenet Vbaldus,d.tracta.parte
princ.1.quæſt.3.num.12. verſ.ſed puto dicendum, ubi di-
ſtinguit quoſdam caſus. Sequitur eãdem opinionem Alex.
d.conſ.99.num.2.& 6.& latius conſ.77.num.2.& 3.uolu.5.
vbi tollit opinionem Baldi contrariam in d.l.1.num.13.C.
15 pro ſocio. † Quid ſi ex duobus colonis, & ruſticis vnus
eorum habuerit plures filios, quam alter,& an in hac diui-
ſione inter eos fienda debeat haberi aliqua conſideratio ali-
mentorum præſtitorum de communi filijs paruulis alterius
eorum, qui plus habet, diſtinguit Vbaldus, d.tract.de duo-
bus fratribus d.parte prin.4.quęſt.7. num.16.quod aut tan-
tum eſt perceptum ex operibus dictorum puerorum paruu-
lorum, quantum releuent alimenta,& tunc nõ habetur ali-
qua conſideratio eorum alimentorum, alias ſic, ſequitur
idem Iaſ.in l.finali,nu.6.ad finem,C.de collat. diſtinguen-
do,ut per Caroc.d.uerſi.fructuum diuiſione,nu.3.ad finem,
16 & 4. † an habens inutiles filios haberet curam,& admini-
ſtrationem domus, & familiæ, quia tunc non fit aliqua de-
17 ductio. † Aliqui ex dictis colonis, uel eorum filij ſi non
laborant in colonia, uel ſtent abſentes, uel toto anno, uel
maiori parte eius,nec conferant in domo lucrum, quod per
eos fit, tunc illi non computantur,nec eorum perſona uenit
in dicta diuiſione fienda, niſi pro rata parte temporis, quo
opus præſtant arbitrio boni uiri, ſecundum Vbal.d.tracta.
18 in parte princ.4.q.6.num.15.uerſi.ſi uero frater. † Si au-
tem hi abſentes conferant lucrũ in ſuſtinendo maſſaritio,
admittitur tunc, & eorum perſona in hac diuiſione, ut per
eundem d.q.6.num.15.in prin.& per Caroc. late d.uerſic.
fructuum diuiſione,num.5.

g Ex terra conducta ad tempus] In fructibus autem ter-
ræ proprię,uel emphyteuticę pro dimidia,vt cauetur verſ.
ſequen.idem diſponatur.

h Et ſimiliter quod proceſſit ex dictis fructibus] † Eſt
19 idem de iure communi, ueluti in animalibus, vel ſimilibus,
ut in hac ſpecie tradit Bald.conſi.482.uerſic. & ſi alia ani-
malia, uolum.3. & Vbaldus d.tract.parte princip.4.quæſt.
12.nume.20. ubi ponit quæſtionem notabilem de ruſtico,
qui deceſſerat relictis pluribus cum multis animalibus, &
ex vno alio filio ſeparato pręmortuo alijs nepotibus paruu-
lis, qui filij eum nepotibus illis deinde ſimul vixerunt habi-
tando, vtrum mortuis illis animalibus filij illi in diuiſione
poſſint, petere ſubrogata animalia loco mortuorum, qui
diſtinguit,vt ibi per eum,dicendo etiam quod in dubio ac-
quiſita per hos colonos, & ruſticos præſumuntur acquiſita
ex fructibus,& operibus ruſticanis, vbi nulla habebãt pro-
pria bona,nec aliter negotiarentur,alias tunc cenſentur ac-
quiſita ad ratam bonorum propriorum,& operum ruſtico-
20 rum,vt ibi per eum. † Semina autem debent diuidi per ſtir-
pes,non autem in capita,ſecundum notata late per Cottam
ſuis memorab.in verbo,ſtatuto Mediolani cauetur,quod in
diuiſionibus, verſ.ex iſtis.

i Ex terra propria,vel ad libellum,uel in emphyteuſin cõ-
ducta pro medietate fructuum, quæ medietas intelligatur
21 pars ruſticana] † Eſt idem de iure communi, ſecundum
Bald.d.conſ.26.num.4.& 5.uol.4 & d.conſ.482.uerſ.ſed ſi
ſunt fructus,uol.3.

k Altera vero medietas diuidatur per ſtirpes] † Infer-
22 tur hinc, quod ſi ſint duo fratres ruſtici habentes prædium
commune,qui etiam conduxerunt alia prædia ad laboran-
dum, ſimul omnia bona laborantes, & colentes, & vnus di-
ctorum fratrum habeat duos filios, uel unum, ſed alter ne-
minem in diuiſione fructuum ex eis prædijs acquiſitorum,
medietas acquiſita ex prædio cõmuni attribuitur proprie-
tari, quæ diuiditur in capita ſimul cum alijs fructibus col-
lectis ex prædijs conductis, vt hic cauetur, ſecundum nota-
ta ſignanter per Bald.d.l.1.quæſt.11.num.13.C.pro ſocio,
& Vbaldum referentem d.parte 4.quæſt.3.nume.12.ac per
Alexand.conſil.133.num.1.& 2.uolum.2 atque Iaſ.l.fina-
li, quæ incipit liberi, numer.6.circa finem, C.de collat.ac
etiam per Caſſan.in ſuis conſuetud.rub.7.§.3.num.39.verſ.
credo quod, ad finem.

De pœna coloni, qui non bene curauit vineas Dominorum. Cap. CCCCII.

a COoloni, vel partiarij, uel maſſarij b uineas locatorũ
bene cuſtodiant,& c colant,uidelicet,deſcalciando,
deinde regoleiando,& poſtea ſapando, temporibus debitis,
& eas vites impinguant. d Et ſi contrafecerint, e arbitrio
iudicis,locatori f damnum reſarciant.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor tenetur cuſtodire rem conductam.*
2 *Colonus tenetur colere prædia iuxta conſuetudinẽ regionis, quid de bonis inutilibus, & an proprijs intra menſis teneatur colere, vſque ad num. 13.*
14 *Cultura per quem debeat probare, & quomodo teneatur pro mala cultura, & an poſſit iurari in litem, vſq; ad num. 27.*

a COloni,vel partiarij,uel maſſarij] Quæ ſint hæ perſo-
næ, & quid differant inter ſe, eſt notatum ſupra cap.
232.licitum ſit,in verbis his,uol.1.

b Vineam locatorum bene cuſtodiant] † Tenetur etiam
de iure

Digitized by Google

de iure communi conductor cuſtodire rem conductam, & cauere ne deterioretur, ſecundum Caroc. tract. locati, verſ. arborum furtim cæſarum, num. 2.

c Colant] † Debet autem colere colonus prædia condu-
2 cta ſecundum conſuetudinem regionis, vt tradit Gabr. ſuis communibus, tit. de conſuetu. concluſ. 1. num. 51. & Caroc. d. tract. locati, verſ. conſuetudine, num. 4. alias poteſt expel-
3 li, vt ibi per eum. † Si pactum inter locatorem, & conductorem factum ſit quod, niſi fundus colatur per ipſum conductorem, poſſit locator alijs locare, & quanto minus percipiatur reſici debeat per illum conductorem primum, ſi plus locentur per locatorem in illum euentum, non tenetur illud plus reficere conductori illi, ſecundum tradita per Ca-
4 roc. d. tract. locati, verſ. de verbis in pacto. † Colonus priuati poteſt vtilia bona colere, inutilia vero prætermittere, ſed ſecus ſi ſit colonus reipublicæ, vt per eundem Caroc.
5 verſ. ſterilis, nu. 2. † Prohibetur colono reducere ad culturam hortos Heſperides gratia delectationis, & amœnitatis conſtitutos, ſecundum Caroc. d. tract. locati, verſi. auro,
6 & argento, nu. 2. † Poteſt tamen ad vnum vſum depura-
7 tos hortos ad alium conuertere, vt ibi per eum, nu. 4. † Tenetur fideiuſſor coloni, qui per publicum inſtrumẽtum promiſit bene colere fundum, ſolum ad pœnam promiſſam, nõ vero ad intereſſe ex contrauentione, vt tradit Beninten. deciſ. 16. num. 4. cum ſeq. & per Caroc. d. tract. locati, verſ. fi-
8 deiuſſores, ad finem. † Debet colonus partiarius colere fundum ſuis proprijs inſtrumentis, ſecundum notata per Caroc. d. tract. locati, verſi. fundo inſtructo, num. 3. & uerſ.
9 ſumptibus, num. 3. † Et ſi ea frangantur, debent refici Domini ſumptibus, vt per eundem ibi, num. 4. Verum hoc nõ
10 ſeruatur. † Tenetur etiam conductor operari ſumptibus locatoris, vt per eundem Caroc. dicto verſ. ſumptibus in ope-
11 rando, nu. 1. † Si autem frangatur res ſuper qua operatur ex defectu materiæ, cedit damno locatoris, ſed ſi imperitia cõductoris, cedit eius damno, per tex. l. item quæritur. §. ſi gemma. ff. locati, & per Caroc. referentem d. verſ. ſumptibus in
12 operando, num. 5. † Omnia neceſſaria circa culturam fieri debent per colonos expenſis ſuis etiam reſpectu cuſtodię, vt late notatum eſt ſupra cap. 382. maſſarij, in verbo, dare debent, & traditum in hac ſpecie per Menoch. tract. arbitr. li. 2. caſu 215. nu. 2. 3. & 4. per Burſ. conſ. 13. num. 13. vol. 1. ac Carocium d. tract. locati, uerſ. expenſis, nu. 11. declarando,
13 ut per eum. † Prohibetur Domino remouere à cultura colonos, qui ſua cultura fecerunt fertiles agros iam pridem ſteriles, ne ſe doleant de eorum diligenti cultura, ſecundum ipſum Caroc. d. tract. locati, verſ. fundo meliorato, nu. 1.

d Et ſi contrafactum fuerit] † Quod debeat probare colo-
14 nus, uel conductor bene coluiſſe, non autem locator probare colonum, vel cõductorem male coluiſſe, eſt notatum per Alex. conſ. 129. nu. 2. verſ. & ſi, vol. 2. & Plottum, l. ſi quando, num. 190. uerſ. non tenetur. C. unde vi, ac per Benin. cõd. deciſ. 16. nu. 1. ubi dicit ſufficere quod locator exhibeat inſtrumentum locationis allegando bona non fuiſſe laborata, quod idem tenet Caroc. uerſ. negatiua probanda, nu. 1. ubi allegat Alex. conſ. 78. nu. 5. uolu. 4. licet gloſſa Pariſienſ. ad Alex. d. conſ. 190 in litera B. teneat cõtrarium, ſcilicet onus ſpectare ad locatorem ad id probandum, quod colonus male coluerit, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, per l. 2. C.
15 de probat. † Verum hoc non procedit, ubi negatur quem feciſſe id, ad quod tenebatur ex inſtrumẽto prout in caſu propoſito, ſecundũ declarata per Caroc. d. uerſ. negatiua pro-
16 banda, nu. 2. & 3. † Probans autem conductor feciſſe cõſueta excuſatur, ut tradit idem Caroc. d. tract. locati, uerſ. dolo, nu. 22. & prius Bald. in l. nemo deinceps, ad finem. C. de ſa-
17 croſanct. eccle. † Dicitur autem male colere uineas conductor, ſi in ea potanda dimittat duo capita pro ſingula uite, ſecundum deciſ. Peruſ. 62. nu. 1. par. 2. & Caroc. d. uerſ. re-
18 ſtitutione reliquorum, nu. 1. † Ideo debent aduertere coloni, & partiarij, ne potari faciant uites, uel arbores per inex-
19 pertos, ut tradit Iaſ. §. fuerat, nu. 8. inſtitu. de act. † Nam colonus faciens laborare prædia, & arbores per inexpertos, ſi ex hoc prædia ſint facta deteriora, tenetur Domino de hac culpa, ut per Caroc. d. uerſ. dolo, & culpa, n. 17. † Incumbit autem onus locatori, culpam allegandi, probandi, nec dicitur bene probare, niſi in ſpecie deducat culpam, uel negligentiam, in quo fuerit commiſſa, ut ibi per eum, nume. 18.
20 † Et ubi quis tenetur de dolo, & lata culpa tantum alleganti incumbit onus eam probandi, ſed ſi teneatur de leui, & leuiſſima, iſte, qui tenetur debet, probare caſum, vt per eundẽ
21 Caroc. ibi, num. 19. † Conductor autem, licet teneatur de lata, & leui culpa in perſona propria, non aliena, tamen ſi pactum ſit appoſitum, tenetur etiam de aliena, ut per eum d. tract. uerſ. ſeruo corrupto, num. 2. inferendo, numero 3. & 4.
22 † Contra autem conductorem non præſumitur culpa, limitando in eo, qui tenetur ratione officij, vt per eundem ibi, num. 21. & late notatum ſupra cap. 398. ſi aliquis, in verbo, ad ipſam relaxationem faciendam.

e Arbitrio iudicis] † Qualiter iudex debeat regulare eius
23 arbitrium, eſt notatum per Menoch. tract. arbitr. lib. primo. quæſt. 11.

f Damnum reſarciatur] † Poterit autem contra hos iurari
24 in litem pro hoc damno, & pro mala cultura, ubi ſit promiſſum bene colere, ſecundum Plottum, l. ſi quando, num. 190. C. unde ui, & ſupra notatum capit. 381. colonus, in uerbo,
25 alioquin ad damnum teneatur. † An autem teneantur hoc caſu ad intereſſe intrinſecũ, diſtinguit plures caſus Caroc.
26 d. tract. locati, uerſ. intrinſecum. † Poterunt etiam hoc caſu expelli male colentes coloni, ut eſt notatum d. cap. 381. co-
27 lonus, in uerbo, alioquin ad damnum teneatur. † Non tenentur tamen coloni, & cõductores ratione legis Aquiliæ, cum in ea actione non ueniat culpa leuiſſima, ſecundum Caroc. d. verſ. ad legem Aquiliam.

De re libellaria diſtracta, non ſeruato iure Domini. Cap. CCCCIII.

a Dominus directi dominij, b rei libellariæ, ex qua fictum ſolui debet, c alienatæ d ſine onere ſoluendi ipſum fictum, e in toto, uel in parte, f à quolibet poſſeſſore, g uel detentore, h poſſit, ſine aliquo pretio, rem taliter alienatam, i uendicare. Et, ſi totam recuperauerit, exinde ficti præſtatio ceſſabit. Si uero, partem, pro rata recuperata, extinguatur, & expenſas, quas Dominus fecerit in recuperatione ipſa, ille, qui dictam rem libellariam alienauerit, reſarcire teneatur.

S V M M A R I V M.

1 *Caducitas non declarata per defunctum an poſſit declarari per hæredem, declara vſque ad num. 6.*
7 *Bona libellaria emphyteutica, & cenſitica, quomodo differunt, & probentur, vſque ad num. 15.*
15 *Emphyteuta nigrans emphyteuſin, quomodo puniatur, & quando bona præſumantur emphyteutica, & num. 17*
10 *Emphyteuta an cadat ob alienationem, vſque ad num. 26. & à nu. 35. vſque ad num. 48.*
27 *Pœna impoſita ratione actus deficientis, quomodo committatur.*
28 *Emphyteuta an poſſit alienare melioramenta ſine licentia, et quibus caſibus poſſit alienare bona, vſque ad num. 30.*
31 *Emphyteuta alienans partem, an cadat à toto, vſque ad numero 34.*
49 *Argumentum de toto ad partem, an valeat, vel è contra.*
50 *Emens ſcienter bona emphyteutica an recuperet pretium.*

a Dominus directi dominij] † Vendicationem hanc, & de-
1 clarationem caducitatis, an poſſit facere hęres huius directi dominij, quam non fecit Dominus uiuẽs, diſcutit Tiraq. in l. ſi vnquam, in uerbo, ſuſceperit liberos, nu. 215. cũ ſeq. C. de reuocan. donat. & quod non poſſit eam facere regulariter, tradit nouiſsime Gabr. ſuis communibus, tit. in criminal. concluſ. 35. num. 7. limitando, & declarando, ut per eum, num. 14. cum ſeq. & Burſat. conſ. 91. num. 21. volum. 1.
2 † Dominij utilis tres ſunt ſpecies, ſcilicet prima, quod aduerſatur directo dominio, & illud elidit, prout in eo, qui præſcriptione aliquid acquiſiuit, ut tradit Marcus Antonius Cuchus tract. de moral. præſcript. num. 308. vſque ad num.
3 314. † Secunda quando eſt inferius directo, prout eſt in emphyteuta, ſuperficiario, & uaſallo, ut per eundem Cuchum
4 d. loco, num. 314. † Tertia quando non aduerſatur directo, nec ei ſubijcitur, ſed ſimilis eſt, & in potentia, & effectu, ut ibi per eum, nu. 315. cum ſequen. exemplificando in fideicommiſſario, cui hæreditas fuit reſtituta, ut etiam per eum
5 d. loco, num. 318. † Eſt idem in quocunque caſu caducitatis
6 à dicto dominio directi, ut ibi per eum, nu. 319. † Eſt etiam idem, ſi dominium ſine traditione fuit acquiſitum, ut ibi per eundem, num. 320.

b Rei libellariæ] † Sunt idem res libellaria, & emphyteuti-
7 ca, & non differunt, ut tradit Iaſ. l. prima. numero 38. & ſequen. C. de iure emphyteut. & Roland. conſilio 87. nume-
8 ro primo. volumine primo. † Quod autem contractus libellarius dicatur is, pro quo ſoluitur penſio ſub vili pre-
9 tio, notatum à Caball. milleloquio 178. num. 4. † Sumitur autem dupliciter emphyteuſis, vt per eundem milleloquio
10 175. numero primo, & 2. † Hodie autem in dubio ſumitur

pro

pro perpetua, vt ibi per eum, nume. 3. declarando numeris
11 ſequen. † Quid autem differat res libellaria, vel emphy-
teutica, à cenſuali, eſt notatum per Couar. tracta. variarum
12 reſolut. cap. 7. num. 1. lib. 2. † Prohibetur enim argumen-
tum de emphyteuſi ad cenſum ſumi, vt tradit Caball. mil-
13 leloquio 178. num. 1. † Cenſus autem dictio æquiuoca eſt,
& quadrupliciter ſumitur, vt per eundem milleloquio 171.
14 † Præſumitur res in dubio libera, niſi probetur emphyteu-
tica, vel feudalis, vt per eundem Cabal. milleloquio 168.
15 † Sed quando non apparet, quæ bona ſint emphyteutica,
præſumantur omnia emphyteutica, ſecundum Iaſ. in l. 2.
num. 173. C. de iure emphyt. & Boſſ. tit. de Principe, & eius
16 priuil. num. 237. ad fin. † Res ſi negetur per emphyteutam,
quod ſit emphyteutica, & conuincatur de mendacio, priua-
tur ille iure emphyteutico, vt tradit Marſ. tracta. bannit. in
verbo, negantur, num. 5. ſed contrarium tenet Cuchus tract.
17 de mentiente circa poſſeſſionem, nu. 106. † Et vbi non ap-
pareat quę ſint bona emphyteutica, omnia præſumuntur,
vt per Boſſ. d. ti. de Principe, & eius priuil. nu. 237. verſ. &
facit. & ſup. notatum.

e Alienatæ] † Scilicet cum traditione poſſeſſionis, nam
18 ſi facta fuerit abſque traditione res emphyteutica, non ca-
dit emphyteuta, vt tradit poſt alios Iaſ. in l. finali, numero
centeſimo trigeſimoſecundo, C. de iure emphyt. & Clarus
§. emphyteuſis, quæſtione 13. verſicu. ſed nunquid, ac Lau-
rent. Kirchou. ſuis communibus, cent. 5. concluſ. 96. vaſal-
19 lus alienans. † Et requiritur realis traditio, non autem ſuf-
ficit, quod tradat per conſtitutum in alienationis contra-
20 ctu appoſitum, vel emphyteuta cadat. † Quicquid enim
ſecus cenſuit Iaſ. in l. finali, nume. 133. C. de iure emphyt.
ſcilicet eum cadere, tamen in contrarium eſt communis, te-
ſte Ripa in cap 2. nume. 21. libr. 1. reſponſ. ſequitur Alciat.
conſ. 579 num. 3. & conſil. 732. num. 2. & Tiraq. communio-
rem dicendo tract. conſtitut. limit. 26. num. 6. cum modifica-
21 tione, vt ibi per eum. † Et quod propterea non teneatur
etiam emphyteuta ad laudemium, vt ibi per eum, limit. 27.
& per Clarum etiam dicendo communiorem ſuo §. emphy-
22 teuſis, quæſt. 13. verſic. ſed quid ſi. † Hæres quoque em-
phyteutæ alienans ignoranter rem emphyteuticam non ca-
dit, niſi probetur eum ſciuiſſe, ſecundum deciſ. conſil. 328.
23 num. 6. † Alienatio hæc ſi fuerit facta nulliter veluti per
mulierem abſque ſolennitatibus debitis, à ſtatuto requiſi-
tis, vel aliter nõ cadit emphyteuta à bonis emphyteuticis,
nec poſſunt à Domino vendicari, ſecundum Bald. in l. 2.
colum. 2. C. de epiſco. audient. & ſecundum tradita per Feſy.
in cap. tua nos, num. 6. de iureiurando, & in cap. nobis, verſi.
facit, quod dicit de ſeniore, de deſpon. impub. traditaque
per Franc. Cremen. ſingul. 113. ac per Brunum tract. ſuper
conſtitu. in verbo, vendere, verſ. ſtatutum dictat, atque Ber-
tachinum tract. gabell. parte 8. membro 3. numer. 54 verſic.
nec eſt omittendum, ac etiam Iaſonem d. l. finali, num. 139.
& ſequen. C. de iure emphyt. & in l. cauſas, numer. 10. C. de
tranſact. & per Cottam ſuis memorab. in verbo, actus nul-
lus, verſic tamen ſi mulier, & in verbo, vidua, uerſic. quarto
confirmari poteſt, ac ſecundum Marſil. in l. 1. §. præterea, n.
20. ff. ad legem Cornel. de ſicar. ac etiam Alciatũ conſ. 258.
num. 6. & Boerium ſingul. mixta de contractibus, nume. 22.
ac Socin. reg. 153. emphyteuta rem, limit. 3. atque per Marſ.
ſing. 28. & tract. bannit. in verbo, Nullus, num. 61. ac etiam
Tiraquell. tract. retract. lignag. §. 1. gloſſa 2. num. 6. & Burſat.
24 conſi. 82. num 7. uolum. 1. † In ſimili quod contractus nul-
liter factus faciat ceſſare ſtatutariam, tradit Tiraquell. tract.
de nobilit. cap. 37. num. 104 & Virg. Boccat in conſtit. Mar-
chiæ, gloſſa 8. num. 46. ac Vrſill. ad Afflict. deciſ. 366. nu. 2.
verſ. vbi de inſtrumento, declarando, vt ſignanter per Tira-
quell. tract. ll. connubial. gloſſa 8. de ſon mary, quæſt. 24.
numer. 204 cum ſeq. atque Lambert. tracta. ad ſtatutum de
alienat. mulier. ad finem, quæſt. 47. num. 157. ac etiam Bor-
gninum tract. de tutor. num. 163. & Menoc. conſ. 38. nu. 24.
volum. 1. declarando, ut per eum, & conſil. 182. nu. 11. uol. 2.
25 † cum paria ſint non facere, uel facere inutiliter, ſecundum
26 Burſ. conſil. 43. num. 23. uolum. 2. † Tamen, quod pœna
conuentionalis committatur, licet non committatur pro
actu inualido legali, per Bertach. tract. gabell. parte 8 mem-
27 bro 3. num. 53. uerſic. concIude circa. † Quod etiam pœ-
na impoſita ratione actus deficientis committatur, etiam ſi
actus interueniat, ſed de iure eſt inualidus, tradit Bertach. d.
28 parte 8. membro 3. nume. 54. † Melioramenta poteſt em-
phyteuta impune alienare ſine licentia rectoris, & Domini
directi, quando eſt facta emphyteuſis cum clauſula, cui, vel
quibus dederit, uel quando inter ipſos eſt conuentum quod
emphyteuta teneatur requirere Dominum, ſi alienare vo-
luerit, & ei dicere an velit emere, ſi autem noluerit emere,
poſſit alienare cuicunque voluerit, & ſibi placuerit, ſecun-
dum Salycetum, l. 3. nu. 11. C. de iure emphyt. & Armodium
conſil. 80. num. 55. volum. 2. vltimarum voluntatum, Idem
Borgn deciſ. 36. num. 12.

d Sine onere ſoluendi ipſum fictum libellarium] † Eſt
29 intelligendum hoc ſtatutum cum his verbis in caſibus, in
quibus poteſt fieri alienatio iure communi inſpecto irre-
quiſito Domino, veluti in diuiſione, dote, donatione, & ſi-
militer, de quibus late per Iaſ. in l. finali, num. 47. & 59. vſ-
que ad numerum 77. & 116. C. de iure emphyt. & per Cla-
rum ſuo §. emphyteuſis, quæſtio. 14. & in addit. ad Afflict.
30 deciſ 97. † Qui caſus an ſint reſtricti per nouas conſtit. tit.
de iure emphyt. ibi dicetur, & in dictis caſibus debet fieri
alienatio ſaluo iure Domini directi, vt tradit Ruinus conſi.
50. num. 9. volum. 1. † Non autem interpretandum eſt, vt
poſſit fieri alienatio irrequiſito Domino directi cum onere
ſoluendi canonem emphyteuticum contra diſpoſitionem
iuris communis prohibentis alienationem fieri irrequiſito
Domino, nec aliquam ſeruitutem imponi in eius præiudi-
cium, vt tradit Iaſ. d. l. finali, quæſt. 8. numer. 127. C. de iure
emphyt. tanto magis quia ſic interpretando ſumeretur argu-
mentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris commu-
nis contra diſpoſitionem ſtatuti ſupra cap. 174. verba ſta-
tutorum, vbi notatum.

e In toto, vel in parte] † Eſt illa quæſtio diſputabilis,
31 an emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ cadat à
tota re emphyteutica, vel ſolum à parte alienata, in qua
diſceptatione aliqui ſcribẽtium ſolent diſtinguere, an em-
phyteuta alienet vti Dominus pleno iure, & tunc vti con-
temptor perſonæ Domini directi cadat à tota, aliter ſolum
à parte in qua deliquit, vt diſtinguit Iaſon, de mente quo-
rundam in l. finali, num. 125. C. de iure emphyt. & Cephal.
late comprobando conſi. 139. nume. 21. volum. 1. ac Rolan.
conſ. 17. num. 10. vſque ad finem, volum. 2. atque Burſ. conſ.
31 200 nume. 90. volum. 2. † Tamen communior videtur, &
æquior, quod emphyteuta cadat à parte tantum alienata,
ſecundum firmata per Grammat. deciſ. 49. atque per Rimi-
nal. ſen. conſ. 429. num. 50. & ſequen. volum. 2. & per Tiraq.
tract. retract. lignag. § 23 gloſſ. 1. num. 28. & ſequen. ac Cla-
rum ſuo §. emphyteuſis, quæſt 13. verſic. finali, & verſic. non
omittam, tenet idem in feudo, in §. feudum, quæſt. 31. verſic.
ſed pone vaſallus, & Natta conſil. 479. & ſeq. volum. 3. ac
Caball. accumulando multos in milleloquio 95. parte 1.
33 † Et hoc ſaltem de æquitate canonica, vt tradit Iaſ. d. l. fin.
num. 125. C. de iure emphyt. & Card. Palleot. tract. de noth.
& ſpuriis, cap. 23. numer. 5. ad finem, ac Rolan. d. conſil. 17.
numer 8. ad fin. volum. 2. atque Graſſus ſuis communibus,
libr. 2. in verbo, emphyteuta, quæſtio. 3. ac etiam Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 107. numer. 7. & Borgn. tractat. de vſufructu,
numer. 157. circa finem eius, ac Bonacoſſa tracta. de æqui-
tate canonica, concluſ. 48 & ſic videtur ſentire ſtatutum
34 hoc in clauſula ſequenti, ideo bene ponderetur. † Alie-
natione autem facta rei emphyteuticæ per vnum ex inueſti-
tis in ſolutione, & ſimul, quod omnes cadant, tenet Burſ.
conſ. 13. num. 11. vol 1.

f A quolibet poſſeſſore] Si is fuerit qui emerit, ſiue eius
ſucceſſor.

g Vel detentore] Scilicet ſimplici colono, vel conducto-
re, qui dicuntur detentores.

h Poſſit ſine aliquo pretio] † Eſt hoc diſpoſitum, cum
35 ſic alienando ſine onere videatur perſonam Domini directi
contempſiſſe, vt tradit Iaſon, d. l. finali, num. 125. C. de iure
emphyt. & Rolan. conſ. 17. nu. 12. vol. 2. ac Cephal. conſ. 139.
36 num. 21. † Non tamen procedit hęc concluſio, ſi emphy-
teuta ſic alienauerit abſque onere ficti, libellarij ignorans
eam ſubiectam ficto libellario, quia tunc non cadit in omni-
bus caſibus, ſecundum Iaſ. in l. finali, nu. 127. C. de iure em-
phyt. & Decium conſil. 164. numer. 3. uerſi. & tertio reſpon-
37 detur. † Ceſſabit pariter hæc concluſio, ubi alienatio fuiſ-
ſet facta nulliter non ſeruata, ut puta forma ſtatuti per
mulierem alienantem, ut late ſupra fuit diſcuſſum, in uer-
bo, alienatæ.

i Vendicare] † Iure medio intentato iudicio condictio-
38 nis ex hoc ſtatuto. De iure autem communi utrum aliẽns
irrequiſito Domino directi poſſit expelli propria authori-
tate a Domino directi. Clarum eſt autem ipſo iure cadere
eo caſu emphyteutam alienantem abſque requiſitione Do-
mini directi, ut tenet gloſſ. in l. fin. in uerbo, ſine exceptione,
in fine, & ibi Iaſon, nu. 103. cum ſequen. C. de iure emphyt.
& ſine declaratiua iudicis, ſecundum Clarum d. ſuo §. em-
39 phyteuſis, quæſt. 13. in prin. † Sed an liceat propria autho-

ritate

Digitized by Google

ritate ingredi bona emphyteutica, eſt magna altercatio inter Scribentes, inter ſe diſſentientes, tamen magis communis videtur eſſe, quod tutius agendo impetretur bracchium iudicis, ſi ſint bona penes emphyteutam, & ipſe reſiſtat, vt tradit Afflict. ſuper conſtitut. d. rubr. 8. pacis cultum, nu. 24. verſ. 5. lib. 1. & Clar. d. §. emphyteuſis, quæſt. 11. verſi. quæ quidem, ac Aſinius ſua praxi iudiciaria, §. 7. cap. 5. limit. 48. princ. ubi recitat opiniones cõtrarias, atque Crauetta conſil. 18. num. 3 ac etiam Cephal. conſi. 272. num. 65. cum ſequen. volu. 2. & Menoch. tract. recuperand. remed. 5 nu. 45.
40 & ſeq. † Fallit vbi adſit conſtitutum in fauorem Domini directi, in caſu caducitatis, quia poterit eo uti etiam contra
41 reſiſtentem, ſecundum Vrſillum deciſ. 97. num. 6. † Si autem ſit penes tertium poſſeſſorem etiam ſcribentes diſtinguunt, quod aut ille tertius poſſeſſor eſt in ignorantia, quod res eſſet emphyteutica, & tunc in auocatione rei ſic alienatæ requiritur eius citatio, & quod feratur ſententia contra eum, ut tradit Caſtrenſ. conſi. 68. num. 1. ad finem, uol. 2. & Guid. Papa deciſ. 107. num. 2. ac Abb. in cap. potuit, num. 13. ubi Card. Alexan. num. 23. atque Berous, nu. 168. locat. ac etiam Afflict. in conſtitutio. regni, rubrica 8. pacis cultum, nu. 27. libr. 1. & Aſin. in ſua praxi iudiciaria, §. 7. cap. 5. limit. 48. circa finem, verſic. illud tamen aduertendum, tenet ita indiſtincte etiam Lauren. Kirch. tract. communium, cent. 2. concluſ. 17. & Burſ. magis communem, dicendo conſi. 91. nu. 20.
42 uolum. 1. † Ad hoc, ut ipſe tertius emptor ignorans habeat regreſſum contra eius datorem ad pretium, iuxta diſpoſita in §. ſi uaſallus, ubi Afflict. Aluarot. Iſernia, & Præpoſit. tit. ſi de feud. fuerit controuerſ. inter Dominum, & agnatum, & tenet gloſſa in cap. Imperialem, in verbo, ex empto actione, & in §. caſtaldis, vbi Bald. Iſernia, & Aluarot. nume. 4. & Præpoſitus, numer. 2. de prohibit. alienat. feud. per Federicum.
43 † Aut emptor eſt ſciens, & ſic malæfidei, & tunc diſtinguit, quod aut vult iuuari poſſeſſione hac à tertio, & eo caſu requiritur citatio, aut à domino directi, & tunc non, vt tenet Socinus, in l. rem quæ vobis, num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. & Rubeus in l. naturaliter, §. nihil commune, nume. 78. ff. de acquir. poſſeſſ. ac Alex. conſ. 94. nu. 14. vol. 5. atque Afflict. deciſ. 392. num. 27. ac etiam Berous in cap. in literis, de reſtit. ſpoliat. & Menoch. d. tract. recuperand. remed. 1. quæſt. 11.
44 num. 130. † Nam hoc caſu emptor is malæfidei non habet regreſſum contra datorem ſuum ad pretium, vt tenet gloſſa
45 d. cap. Imperialem, verbo, actione ex empto. † Procedit hoc tamen vbi alienatio eſſet notoria, & nõ indigeret probatio-
46 ne aliqua, vt tradit Romanus, conſilio 499. per totum. † Emphyteuta autem quando rem emphyteuticam teneatur de-
47 monſtrare, docet Cephal. conſil. 220. num. 5. volu. 2. † Emphyteuta, vel tertius, quãdo poſſit præſcribere rem emphyteuticam, tradit Boer. ſuo ſingul. præſcriptio, nu. 7. & Balb. late diſtinguendo tract. præſcript. par. 4. princ. particula. 4.
48 quæſt. 8. † Emphyteuta, & conductor ad longum tempus Eccleſiæ ſine ſolennitatibus, & cauſa, aut euidenti vtilitate, ſi remoueatur, tenetur ad reſtitutionem rei vna cũ fructibus à die inueſtituræ, ſed non litis motæ, ſecus vero ſi contractus reſcindatur propter læſionem, quia tunc veniunt à die litis motæ, ſecundum Borgninum, deciſ. 45. num. 66. declarando, vt per eum, & deciſio. 46. n. 32. & Fabianum de Monte, tract. de empt. & vendit. q. 8. num. 4. in fine, ac per Bertrami, conſil. 92. in fine.
k Exinde ficti præſtatio ceſſabit] † Non enim debet habere rem, & ficta, tanto magis cum emphyteuta nõ poſſidens, non teneatur ad ficta emphyteutica, ſecundum deciſ. Peruſ. 35. num. 4. par. 1.
l Si vero partem] † Poteſt argui ex his verbis, quod alienans partem rei emphyteuticæ non cadit à tota, de qua ſupra notatum eſt late, in verbo, in toto, vel in parte.
m Pro rata recuperata extinguat] † Valet enim argumentum
49 de toto ad partem, & è conuerſo, ſecundum l. quæ de tota. ff. de rei vendic.
n Et ex penſas, quas Dominus fecerit in recuperatione ipſa] Colligitur pariter ex his verbis, quod ſtatutum hoc non vult poſſe propria authoritate capi rem emphyteuticam alienatam, modo quo hic cauetur, cũ diſponat poſſe repeti impenſas, quæ fiunt in iudicio. Si enim res propria authoritate poſſet capi, nulla impenſa eſſet fienda, ponderando etiam verbum, vendicare, ſupra poſitũ in hoc ſtatuto, quod non importat propria authoritate poſſe fieri, ſed requiritur iudicium toto titulo. ff. & C. de rei vendic. declarando, vt ſupra notatum.
o Ille, qui dictam rem libellariam alienauerit] † Tenetur ip-
50 ſe, cum doloſe agat alienando rem emphyteuticam ſcienter, vbi emptor eius, & acquiſitor ſit ignorans, ſed ſi ipſe etiam ſciret, tunc malæfidei poſſeſſor teneretur & ipſe, quia nec etiã pretium poſſet repetere, ſecundum gloſſ. dicto cap. Imperialem, dicto verbo, ex empto, actione ſupra allegata cum alijs deductis.
p Reſarcire teneatur] Condictione ex hoc ſtatuto, vt ſupra notatum.

Quod inueſtituræ bonorum Eccleſiaſticorum fieri poſsint vltra nouem annos modo regiſtrentur. Cap. CCCCIV.

STatuitur, quod non obſtante aliqua prohibitione temporali inueſtituræ temporales, in eaſdem perſonas, *a* de bonis prohibitis locari, vltra nouem annos, *b* finito nouennio, vel minori tempore prioris inueſtituræ, *c* impune fieri poſſint ad aliud nouennium, ſeu pro minori tempore, & ſic ſucceſſiue. Dummodo infra menſem, à die earum confectionis, ad officium ſtatutorum communis Mediolani, in libro, vbi rubricantur teſtamenta, & cætera alia inſtrumenta, *d* rubricentur, hoc modo, videlicet, quod ponatur nomen inueſtientis, & eius dignitatis, & eius, qui ſe inueſtit, & vbi cõſiſtunt bona, ad quantum tempus, & nomen Notarij, qui rogatus fuerit de dicta inueſtitura, & apponatur dies, qua fiet talis Rubrica, quæ Rubrica fiat per gubernatorem ſtatutorum, ſine aliqua ſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita locari ultra nouennium quæ ſint, & an detur diſpenſatio uſque ad num. 7.*

a DE bonis prohibitis locari vltra nouennium] † Prout
1 ſunt bona Eccleſiaſtica regulariter, vt tradit Alex.
2 conſ. 17. num. 10. volum. 4. † Et locatio vltra illud tempus, diceretur locatio ad longum tempus, vt per eundem d. l. ſi filiofam. §. ſi vir, num. 24. & ſequent. ff. ſolut. & Borgninum
3 deciſ. 44. num. 45. † Eſt idem ſi fieret de nouennio in nouen-
4 nium, vt per Alex. conſ. 104. num. 6. vol. 3. † nam cenſetur facta in fraudem in re prohibita locari vltra nouennium, vt per eundem d. §. ſi vir, num. 25. verſ. puto, quod aut. ff. ſoluto matrim. & per durantem de arte teſtandi, titu. 6. de legat.
5 caut. 31. num. 2. † Idem eſt dicendum in re emphyteutica, quæ non poterit locari per emphyteutam ad longum tempus, vt tenet Iaſ. in l. fin. num. 112. C. de iure emphyt. licet Rubrica huius ſtatuti loquatur ſolum de bonis emphyteuticis, quia indiſtincte loquitur.
b Finito nouennio] Solet Senatus diſpenſare, quod locationes, etiam ſimplices, & temporales poſſint fieri vltra nouem annos, vtputa ad annos decem & octo, & ſic diſpenſauit ad preces Antoniæ de ſiccis dictę de Fugazolis die 8. Maij 1558. ſic etiam ad preces Ioannis Baptiſtæ Girami, & Morrigiæ die 23. Ianuarij 1571. Idem ad preces eiuſdem Morrigiæ, & Reuerendi Domini Gaſparis Aliprandi die 18. Martij, etiam 1571.
c Impune] † Vt non incurratur aliqua caducitas, vel alia
6 pœna, vt ſuper hoc verbo tradit Alberic. in ſuo dictionario, verbo, impune, & in l. ſi quis mihi ſeruũ, ad finem. ff. de ver-
7 bor. oblig. † Pœna pro locatione ad centum annos inualida non committitur, ſecundum Bertachinum tract. gabel. par. 8. membr. 4. nu. 53. verſ. pęna vero.
d Publicentur] Eſt hoc modo diſpoſitum ad tollendas fraudum ſuſpiciones.

De pœna recipientis ſecundam inueſtituram abſque voluntate primo inueſtientis. Cap. CCCCV.

a SI aliquis inueſtitus fuerit *b* de aliqua re vrbana, *c* vel ruſticana, *d* vel de aliquo iure, & ſe inueſtiuerit ab alio abſque voluntate primi inueſtientis, vel eius hæredũ, *e* talis ſecundo inueſtitus, *f* ipſo iure, *g* cadat in pœnam librarum centum Imperialium, applicandarum primo locatori, vel eius hæredibus. Et talis inueſtitura, *h* ſit nullius valoris, & momenti. Et ſi primus locator durante inueſtitura, rem locatam, *i* alii ſecundo locauerit, ipſo iure, *k* cadat in pœnam ſimilem, applicandam primo inueſtito. *l* Et talis inueſtitura nullius ſit valoris, & momenti, nec proſit in aliquo ſecundo inueſtienti, nec inueſtito. Et prædicta non habeant locum, quando volens ſecundo inueſtire, *m* miſſus

x eſſet

eſſet in poſſeſſione, præcepto iudicis, quo caſu noua inue-
ſtitura fieri poſſit impune.

S V M M A R I V M.

1 *Aliquis dictio hæc, an comprehendat fœminam.*
2 *Prædium vrbanum quod ſit item, & ruſticum, nu. 3.*
4 *Locatio operarum, an differat à locatione rei.*
5 *Pœna Statutaria non extenditur ad hæredem.*
6 *Procurans inueſtiri de eadem re à duobus quam pœnam incurrat, vſque ad num. 10.*
11 *Locans rem duobus quam pœnam incurrat, quid in promittente inueſtire vnum, & inueſtiuerit alterum, vſque ad numer 25.*
26 *Miſſus in poſſeſſionem per Iudicem, an poſſit expellere conductorem ob ceſſata ficta, & num. 27.*

a SI aliquis] † Non videtur tamen comprehendi fœmi-
1 na, ſed ſolum maſculus, cum non tractetur de materia
congruente vtrique ſexui, iuxta diſpoſitionem capituli ſu-
pra 126. in ciuitate, vol. 1. ſed agatur de materia pœnali, &
correctoria iuris communis, vt in ſimili tradit Cotta ſuis
memorab. in verbo, maſculinum, ad finem, & ſupra notatū
in cap. 379. Nullus, in princ.
b De aliqua re vrbana] † Veluti de ædificijs, ſiue ſint
2 in ciuitate, ſiue ruri cauſa habitandi facta, per l. vrbana,
vbi Aleiat. & Rebuff. de verbor. ſign. & per Cœpollam
tract. de ſeruit. vrban præd. cap. 10. de ſeruit. vrban. num. 2.
cum ſequen.
c Vel ruſtica] † Quæ ſint prædia ruſtica, tradit Cœpol. d.
3 cap. 10. num. 2. cum ſequen.
d Vel de aliquo iure] Eſt hoc diuerſum à locatione rei,
vt firmat Alciat. conſil. 426. in princ. exemplificando, vt per
4 eum. † Eſt idem in locatione operarum, veluti ſcribendi,
vel ſimilia, ſecundum Caroc. tract. locati, verſic. locatione
duobus, num. 2.
e Talis ſecundo inueſtitus] † Qui primam habuerit in-
5 ueſtituram, ſed non ſi ſit eius hæres, quia ſtatutum loquitur
in hac parte perſonaliter, & pœna nō debet extendi ad hę-
redem ſe inueſtientem ab alio, vt in ſimili tradit Bald. in l.
ſi poſt, ff. ſoluto matrimonio. Quod magis dicendum eſt cū
ſtatutum, vbi voluit extendi ad hæredem, id expreſſerit, vt
ex verbis præcedentibus cauetur.
f Ipſo iure] Requiritur tamen ſententia declaratoria ſu-
per ipſo facto, vt notatum eſt ſupra, cap. 1. in verbo, ipſo
facto, volum. 1.
g Cadat in pœnam] † Tractat Ancharanus de ſimili ſta-
6 tuto imponente pœnam ſe inueſtienti a duobus de eadem
7 re, in conſ. 90 n. 2. ad fin. † Ceſſat tamen pœna hæc, ſi inue-
ſtitus hic transferat poſſeſſionem, quam habet in alium, vt
8 in ſimili tradit Alex. conſil. 81. numer. 18. volum. 3 † Non
habet pariter locum hæc pœna, ſi prima inueſtitura ſit in-
ualida, vt in hac ſpecie tradit idem Alex. d. conſ. 81. nu. 18.
volum. 3.
h Sit nullius valoris, & momenti] † In præiudicium ſal-
9 tem primi inueſtientis, licet quo ad præiudicium ſecundo
conducentis ab alio poſſet tenere. † De iure etiam commu-
ni non poteſt conductor recognoſcere alium in locatorem
ad præiudicium primi locatoris, nec rei conductę interuer-
tere poſſeſſionem, vel in alium transferre inuito, & non cō-
ſentiente primo locatore, vt per Borgninum deciſ. 44. nu.
10 103. & ſeq. † Limitando tribus modis, de mente Tiraq. ibi
relati nu. 105. cum notatis per Borgninum, deciſ. 45. nu. 57.
& Beroum, conſ. 35. num. 20. vol. 3.
i Alij ſecundo locauerit] Eſt hic caſus omnino diuerſus
à ſuperiore, cum in ſuperiore conductor accipiat binam
11 inueſtituram, hic autem vnus locet duobus. † An pœna hęc
habeat locum etiam ſi locare tentauerit, prout in tentante
vendere duobus, quod ſic, facit quod not. Menoch. tracta.
arbit. lib. 2. cent. 4. caſu 360. numc. 70. niſi dicamus ſtatuta
ad literam intelligenda.
k Cadat in pœnam ſimilem] † Si quis promiſerit facere
12 inueſtituram pro aliquo tempore, & dein durante illo tem-
pore alij locauerit, videtur talem nō incidere in hanc pœ-
nam, cum hoc ſtatutum loquatur in faciente inueſtituram,
nō autem in promittente, ſed aliud eſt locare, & aliud pro-
mittere de locando, tamen in hoc caſu contrarium tenet
Barbat. conſ. 51. ſcripſit ſapienter, col. 12. nu. 16. verſ. & ad-
duco, & verſ. capio nunc, vol. 1. & Tiraq. tract. retract. con-
uent. ad finem tituli, num. 3. In pœna ſcilicet vendentis rem
13 duobus. † Quod magis haberet locum, ſi adeſſet aliud ſta-
tutum diſponens, quod promiſſio vendendi haberetur pro
venditione, ſecundum Anchar. iun. quæſt. 39. nu. 9. part. 1.
14 † Diſpoſitio l. cum duobus, ff. de falſ. habet locum etiam in
locatione, vt tenet Caroc. tract. locati, verſic. locatione duo-
15 bus, num. 5. † Nec tolluntur iura ad hoc aliqua conſuetu-
dine, quicquid ſecus dicat Clarus ſua praxi, §. falſum. verſi.
vendens, nam ei reſpondet Caroc. d. loco, numer. 5. ad fin. &
num. 6. tamen videtur quod anno præſenti 1584. in relatio-
ne generali facta die Mercurij 19. menſis Decembris ad prę-
ſentiam Ill. gubernatoris, quod Senatus ſanciuerit propter
conſuetudinem illam generalem non poſſe procedi de falſo
contra vendentem rem duobus, ſed ſolum vti de crimine
ſtellionatus in perſonam Domini Rinaldi Tettoni, qui vē-
diderant rem duobus, & ex alijs cauſis detinebatur referen-
16 te Ill. Boſſio Senatore. † Non habet tamen locum ſi in-
ueſtitura prima eſſet nulla, ſecundum Alex. conſi. 81. nu.
18. volum. 3.
l Et talis inueſtitura nullius ſit valoris, & momenti] † Tol-
17 litur ex hoc diſpoſitio iuris communis, quando iſte ſecun-
dus conductor fuit admiſſus virtute huius ſecundę locatio-
nis in poſſeſſione rei conductæ, quia præferretur tanquam
quod ei primo ſit tradita poſſeſſio., ſecundum notata per
Cottam deciſio. 1. in antiquis vero deciſ. 879. notataq; per
Alex. conſ. 22. vol. 5. & late per Soc. ſen. conſ. 29. n. 7. vol. 4.
ac Cardinalem Alex. in c. 1. §. ſi facta, colum. fin. ſi de feud.
fuerit controuerſia, atque Cottam ſuis memorab. in verbo,
locatio prima. Quicquid in cōtrarium teneat Iaſ. in l. quo-
ties, num. 3. limit. 13. C. de rei vendic. ſequitur etiam Nat-
ta conſ. 261. num. 10. volu. 2. & hanc ſecundam opinionem
vti veriorem tradit Caroc. tract. locati, verſi. locatione duo-
bus, nu. 1. & 2. refert has opiniones contrarias Gabriel. ſuis
18 communibus, tit. de empt. concluſ. 2. num. 5. † Ampliatur
hęc concluſio ſecundum opinionē ſecundam, quod re loca-
ta duobus, ſi ſecundus non contentus locatione accipiat ad
libellum, & dein emat, non enim præfertur primo tanquam
emptio illa ſit facta in fraudem, vt per Caroc. ibi, nume. 7.
20 † Fallit, quando facta locatione alicui promiſſum ſit eidem
lapſo termino aliquo renouare locationem, quia ſi dein lo-
cetur ſecundo, ille ſecundus præfertur, vt per eundem Ca-
21 roc. d. verſ. locatione duobus, num. 3. & 4. † Vendita re duo-
bus tenetur colonus præſtare penſionem ei, cui primo res
22 fuit tradita, vt tradit Caroc. verſ. colono duorum. Ampliā-
do etiam ſi colonus conduxerint ab eo, qui nō habuit prio-
rem poſſeſſionem, ſecundum Caroc. ibi, num. 2. declaranda,
23 num. 3. † In dubio autem cenſetur tradita primo emptori.
24 vt per Burſatum conſ. 101. num. 27. uolum. 1. † Quo qui-
dem caſu ſufficiebat poſſeſſionem fuiſſe tranſlatam per con
ſtitutum, vt tradit Iaſ. d. l. quoties, limit. 5. nu. 14. C. de rei
vendic. idem conſ. 6. col. 7. nu. 2. uerſ. uideret, uol. 3. & Cotta
ſuis memorab. in verbo poſſeſſio ciuilis, ad finem, Oſaſc. de-
ciſ. 36. nu. 1 ad fi. & 2. Limitando ut ſignanter per Grat. cōſ.
36. ad fin. uol. 1. & Gabr. in tit. de empt. concluſ. 2. n. 28. ac
per Bonacoſſ. in quæſt. crim. in verbo, venditor, verſi. & nos
25 Ferrarienſes. † Locata ſi fuerit aliqua pars bonorum ali-
cui, & dein tota poſſeſſio illorum bonorum alteri, quod il-
le ſecundus conductor omnium bonorum poſſit petere pen
ſionem à particulari conductore, tenet Borgn. deciſ. 44. nu.
33. ad finem.
m Miſſus eſſet in poſſeſſionem præcepto iudicis] † Veluti
26 ſi locator, & Dominus expuliſſet colonum, vel conductorē
ob ficta ceſſata, durante etiam prima locatione, quod quidē
licet, ut tradit Gomez. tract. contract. tit. locati, numer. 6. &
ſupra notatum cap. 379. Nullus in verbo, etiam termino
non elapſo.
n Fieri poſſit impune] † eſt, ſine periculo aliquo pœnæ
27 hic comminatæ, ſecundum Alberic. in ſuo dictionario, ver-
bo, impune, & Baldum in l. ſi quis ſeruum, ad finem, ff. de
uerb. oblig.

Quod colonus, vel partiarius, vel maſſarius, vel fictabilis, nō poſsit abſq; voluntate Domini abducere, nec abduci facere certas res extra poſſeſsionem. Cap. CCCCVI.

NOn poſſit *a* aliquis colonus, uel partiarius, uel maſ-
ſarius, uel fictabilis alicuius poſſeſſionis *b* inuito
Domino, uel locatore ſuo *c* abducere, uel abduci facere,
d ſub quouis prætextu, *e* de ſuper poſſeſſione eidem loca-
ta, aliquas beſtias, animalia, plauſtra, aratra, nec aliqua
utenſilia domus, nec alia utenſilia apta ad laborerium ter-
ræ, quæ ipſe colonus, uel alij ſuperius nominati, *f* habeat,
teneat, uel poſſideat, ſeu habeant, teneant, uel poſſideant, ſu-
per bonis locatis. Et, ſi contrarium fieri uoluerit, poſſit Dñs,
vel

vel locator, per ſe, vel nuntium, vel nuntios, *g* ſua propria authoritate, & abſque alicuius Iuſdicentis authoritate ſeu licentia, *h* obuiare ipſi conductori, ne contrafiat, & eas beſtias, animalia, & alia ſuperius expreſſa, *i* apprehendere & retinere, nec propterea poſſit aliquo modo prędictus dominus, vel locator, vel eius nuncij, vel negotiorum geſtores, accuſari, nec alio modo per aliquem Iuſdicentem, inquietari, ciuiliter, *k* nec criminaliter. Et ſi in contrarium proceſſum fuerit, proceſſus *l* ipſo iure non valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca tacita, an detur in bonis conductoris, & num. 2.*
3 *Abductio quæ dicatur.*
4 *Clauſula authoritate propria quid ſignificet.*

a A Liquis colonus, vel partiarius, vel maſſarius, vel fictabilis] Quæ ſint hæ perſonæ, & quomodo diſferant inter ſe, eſt notatum late ſupra, cap. 232. Licitum ſit, in his verbis, volum. 1.

b Inuito domino vel locatore] Sufficit quod ſit ſimplex locator, etiam ſi non ſit dominus; quia inſpicitur ſolum ius locationis, vt alibi notatum eſt ſupra, cap. 379. Nullus, in his verbis.

c Abducere] † Si ignorante domino, vel locatore abdu-
1 xiſſet, & propterea eum prohibere non potuiſſet, non durat
contra illa bona hypotheca tacita, de qua ſupra cauetur,
cap. 390. Dominus, vel locator, cum ibi notatis, vbi bona
hæc non fuerint incluſa, iuxta notata per Iaſonem in l. Itē
quia, in princ. num. 2. & 17. ff. de pact. & in §. Item Seruiana, num 51. verſ. Ea enim, & num. 77. cum ſequen. ſub dubio
tamen, Inſtit. de actio. traditaque per Menoch. tract. adipiſcen. remed. 3. nume. 131. ad finem, ſed loquitur Menoch. d.
loco, in mercibus venalibus illatis in domum conductam,
2 vt ceſſet hypotheca tacita eis diſtractis. †. In alijs autem il
latis & inuectis, quod detur hypotheca etiam aduerſus tertium emptorem, contra opinionē Iaſonis, tenet Fanus tract.
pignor. part. 2. memb. 4. numer. 131. cum ſeq. vbi dicit dari
vtile interdictum Saluianum, & Menoch. tracta. adipiſc. remed. 4. quæſt. 7. num. 55. cum ſeq. contra Iaſon. etiam tenet
Carcaſſona in addit. ad Iaſ. d. §. Item Seruiana, in verbo, Adverte, d. num. 51. 72. & 78.

d Sub quouis prætextu] † Comprehendit omnem ſpeciem
3 & qualitatē abductionis, vt in ſimili notauit Ancbara. iun.
in quæſt. 39. num. 10. & 11. lib. 1.

e De ſuper poſſeſſione eidem locata] † Eſt ſecus ſi haberet conductor, vel colonus is alibi, licet ſua eſſent, ex quo non caderent ſub tacita hac hypotheca, vt late notatum in d. cap. 390. Dominus.

f Habeat, teneat, poſſideat] Nam eſſe præſumuntur eius coloni debitoris; cum ſint ſub eius cuſtodia, vt cauetur ſupra, cap. 379 Nullus, verſ. Alioquin ipſe colonus, ibi pręſumantur eſſe ipſius conductoris.

g Sua propria authoritate] † Procedit hoc, ſi fiat in illo
4 actu, vel incontinenti, ponderando verba illa, Et ſi contrarium fieri voluerit, & ibi obuiare ipſi conductori, quæ denotant actum nondū conſummatum, ſed ſecus ſi fuiſſet abducta poſt aliquod tempus, quia tunc non poſſunt iterum reduci à locatore propria authoritate, vt in ſimili docet Crauetta conſ. 154. num. 4. verſ. Rurſus, & ſupra notatum, cap. 342. Si q̄uis, in verbo, Extrahere.

h Obuiare ipſi conductori] De facto ne abducat.

i Apprehendere & retinere] Scilicet propria authoritate, dum tamen fiat incontinenti ante abductionem, vt ſupra fuit notatum.

k Ciuiliter, vel criminaliter] Iuxta diſpoſitionem l. Meminerint, & l. Si quis in tantam, C. vnde ui.

l Ipſo iure] Scilicet abſque ſententia iudicis reſciſſoria, licet declaratoria ſuper ipſo facto requiratur, vt notatum eſt late ſupra, cap. C. in verbo, Ipſo facto.

De adiutorio maſſaritij. Cap. CCCCVII.

a S I quis colonus, vel partiarius, vel fictabilis erit, vel fuerit debitor, *b* occaſione adiutorij maſſaritij, & in inſtrumento, vel in conuentione, dictum fuerit de termino ſoluendi, *c* præterito tali termino, durante inueſtitura, & conductore *d* ſtante ſuper re locata ad laborandum, & laborante bona locata, *e* non poſſit durante inueſtiturę, & colonia ipſa, pro dicto adiutorio maſſaritij, inquietari, *f* nec moleſtari in ære, nec in perſona, *g* niſi ſuſpitio fugæ ſuperuenerit, poſt contractum debitum, vel niſi in contrarium, per pactum ſpeciale, fuerit aliter conuentum, *h* vel niſi in vltimo anno dictæ inueſtituræ, vel quo inueſtitura durare debeat. *i* Nec poſſint ipſi ſuperius nominati laborare alterius bona in vltimo anno dictæ inueſtituræ, *k* vel quo inueſtitura durare nō debeat, *l* niſi ſatisfacto primo domino, vel locatore de credito adiutorij maſſaritij, vel aliter, cū eo concors fuerit. *m* Et interim, nulla pręſcriptio currere poſſit cōtra locatorē. Saluo quod ipſe locator creditor durante inueſtitura, *n* vti poſſit credito dicti adiutorij Maſſaritij in præiudicium cuiuslibet tertij.

S V M M A R I V M.

1 *Suſpectus quando quis eſſe dicatur, vt capi poſſit.*
2 *Præſcriptio an currat contra locatorem.*

a S I quis colonus, vel partiarius, uel fictabilis] Qui ſint, & qualiter differant, eſt notatum ſupra, cap. 232. Licitum ſit, in his uerbis, uol. 1.

b Occaſione adiutorij maſſaritij] Quod uulgo appellatur la Scorta.

c Præterito tali termino] Qua uidebatur poſſe tunc cogi ad ſoluendum lapſo termino.

d Stante ſuper re locata ad laborandum] Crederem eſſe idem ſi laboraret etiam aliena, uel ſua propria, cum adhuc ratio Statuti uigeat, quia remanet colonus uel conductor illius creditoris adiutorij maſſaritij, niſi tamen hoc faceret ultimo anno locationis, cum hic prohiberetur, ut infra hoc Statuto cauetur.

e Non poſſit durante inueſtitura, uel colonia ipſa pro debito adiutorio maſſaritij inquietari] Eſt ratio in promptu, cum durante inueſtitura præſumitur tacite perſeueratum adiutorium hoc remanere penes colonum, niſi ſit expreſſe conuentum contrarium, ut infra cauetur, cum illud datum ſit cauſa illius coloniæ.

f Nec in ære, nec in perſona] Nam captura datur cauſa huius debiti contra has perſonas, ut notatum ſupra, c. 167. Pro debito, uolum. 1.

g Niſi ſuſpicio fugę ſuperuenerit poſt contractum debitū]
1 † Requiritur idem de iure communi, quod ſuſpitio ſuperueniat poſt debitum cōtractum, ut tanquam ſuſpectus quis capi poſſit, ſecundum Caccialup. tracta. De debit. ſuſpect. quæſt. 4. princ. nume. 12. & ſupra notatum late in cap. 69. Quilibet, in uerbo, Qui fugam fecerit.

h Vel niſi in ultimo anno dictę inueſtiturę] Cum tunc ceſſet ratio huius Statuti.

i Nec poſſint ipſi ſuperius nominati laborare alterius bona in ultimo anno dictę inueſtiturę] Eſt ſecus dicendum, ſi præcedentibus annis ea laboraret, cum prohibeat Statutum ſolum, ſi ultimo anno laboraret.

k Vel quo inueſtitura durare non debeat] Veluti ſi facta ſit tacita renouatio per aliquos annos, iuxta diſpoſitionem Statuti ſupra, cap. 398. Si aliquis.

l Niſi ſatisfacto primo domino, uel locatore de credito adiutorij maſſaritij] Alias ſi fuerit contrafactum, poterit illud creditum, & etiam peti intentari remedium Statuti, ſupra cap. 379. Nullus, contra receptantem colonum debitorem Domini pręteriti.

m Et interim nulla pręſcriptio currere poſſit contra loca-
2 torem] † Veluti pręſcriptio Statuti ſupra, c. 112. Quilibet,
uolu. 1. ſi eſſet debitum ſuper chyrographo poſitum, aliter
autem pręſcriptio nulla iuuaret debitorem cum malafide,
nec eius hęredem, cap. finali, de pręſcript.

n Vti poſſit credito adiutorij in pręiudicium tertij] Excipiendo ſcilicet de anterioritate, non autem agendo ad ſatiſfactionem contra colonum, ut hic cauetur.

Quod coloni, vel partiarij, vel fictabiles vltimo anno conductionis ſuæ, non poſsint occupare prædia medio, & ſimilibus, & noui conductores poſsint ire ad laborandum. Cap. CCCCVIII.

S Tatuitur, quod *a* fictabiles, qui pecunia pręđium conduxerunt, ultimo anno dictę inueſtiture, uel quo durare debeat dicta inueſtitura, *b* non poſſint, niſi dimidiā terrarum laboratitiarum, ſeminare milio, panico, & ſimilibus. Alij autem, qui dicta pręđia pecunia non conduxerunt, poſſint tantummodo tertiam partem dictorū pręđiorum laboratiuorum, uidelicet, aratiuorū, milio panico, & ſimilibus, ſeminare. Liceat autem nouis cōductoribus reſiduū dictarū

Digitized by Google

terrarum laboratiuarum elapſo die quinto Iulij vltimi anni, cultiuare, laborare, & ſeminare. Si quis autem colonus, vel fictabilis, vel partiarius, plus portione prædicta occupauerit, vt ſupra, ſuperfluum illius quod ſeminatum fuerit, *c* cedat in totum lucro dicti locatoris.

SVMMARIVM.

1 *Conductor qualiter debeat dimittere bona conducta, vſque ad num. 7.*
8 *Fructus ſeminati per colonum poſt terminum cuius ſint, & num. 9.*

a FIctabiles, qui pecunia prædium conduxerunt] Eſt
proprie fictabilis ille, qui conducit victualibus, vt
notatum ſupra cap. 167. Pro debito, in verbo, Fictabilis,
volum. 1.
b Non poſſint niſi dimidiam terrarum laboratitiarum ſe-
1 minare] † Debet de iure communi conductor, vel colonus
relinquere bona conducta in eodem gradu, & ſtatu prout
illa habuit, etiam reſpectu ſeminum, ſecundum Vbald. ſuo
tract. De duobus fratrib. parte 11. princ. num. 44. 56. & 66.
& Ruin. conſ. 80. num. 1. & conſ. 84 num. 4. volum. 1. ac per
Caroc. tract. Locati, verſ. Reſtitutione reliquorum, num. 2.
2 † Seminatus non ſeminanda etiam de iure communi tenetur
vti damnificans, vt per deciſ. Peruſ. 62. numer. 2. parte 2.
3 † Rudera autem & alia, qualiter coloni debeant relinquere
vltimo anno locationis, eſt notatum ſupra, cap. 391. Si con-
4 tingat, & cap. ſequenti. † Vineas autem qualiter debeat cō-
ductor relinquere vltimo anno, cum ex ſtatutis his non ſit
diſpoſitum de iure communi, docet Bart. & Caſtren. in l. &
hęc diſtinctio, § Cum fundum, nu. 4. ff. Locati, vbi inuehitur
contra hos colonos, & conductores vltimo anno locationis
exfructuātes fundum locatum, tam reſpectu ſeminum, quā
vinearum, vt ibi per eos, diſcutit iſte deciſ. Peruſ. 62. nu. 1.
5 parte 2. & Caroc. verſ. Reſtitutione reliquorum, nu. 3. † Et
propterea debent aduertere coloni, ne faciant potare vites
per inexpertos, vt tradit Iaſ. in §. fuerat, nume. 8. Inſtit. de
action. quia ſi vltimo anno relinquat plura capita tenebitur
colonus ad intereſſe, ſecundum Caroc. verſ. Reſtitutione
reliquorum, nu. 1. notatum late ſupra, cap. 402. Coloni, in
verbo, Et ſi contrafactum.
c Cedat in totum lucro dicti locatoris] † Tenetur de iure
6 etiam cōmuni ſeminans non ſeminandum, vti damnificans,
7 vt notat deciſ. Peruſ. 62. num. 2. parte 2. † & tenetur ad in-
tereſſe reſtituens terras ſeminatas, vel male ſeminatas, ut tra-
dit Ruinus conſ. 88. nu. 5. volum. 1. & Caroc. tract. Locati,
8 verſ. Paleis, num. 9. † Fructus etiam ſeminati per colonum
poſt terminum ſunt domini, ſecundum Caroc. tract. Locati,
9 verſi. Collectione immatura, nu. 5. † Sed ſecus ſi fati in ter-
mino, & poſt terminum collecti, quia ſunt coloni, vt per
eum ibi, num. 6.

De prætendente quod ſit locus caducitati, vt non poſsit apprehendere bona propria authoritate. Cap. CCCCIX.

a IN caſibus *b* prætenſæ caducitatis, *c* contra emphyteutam, prætextu canonis non ſoluti, *d* etiam vigore pactorum inſertorum in inſtrumento emphyteutico, *e* non facta declaratoria ſuper caducitate *f* nō liceat alicui propria authoritate, *g* nec iudiciaria, prætextu ipſius caducitatis, *h* expellere aliquem emphyteutam de bonis immobilibus emphyteuticis, *i* niſi citato illo, *k* contra quem prętenditur caducitas, vt ſupra, *l* ad allegandum, & ſi poterit, oſtendendum *m* cauſam, quare non poſſet expelli à bonis ipſis, & eo comparente, & aliquam oppoſitionem faciente, *n* actoreq; producente iura ſua, per quæ, ſeu *o* per quorum inſpectionem, *p* appareat fundatam eſſe intentionem ipſius actoris, poſt ipſam productionem, *q* ipſo iure, ſtatutis ſit, & eſſe intelligatur terminus reo quindecim dierum vtilium tunc proxime futurorum, *r* ad probandū & probatum habēdum per omne genus probationum, quicquid uoluerit, contra intentionem actoris, & eo non probāte quicquam in *ſ* ipſo termino, tunc ad inſtantiam ipſius actoris, *t* poſſit concedi per Iuſdicentem licētia expellendi illum, quem prætenderit cecidiſſe, ut ſupra, à tenuta bonorum, *u* non attenta petitione conſilij Sapientis, *x* nec cōpromiſſi. *y* Eo uero aliquid probante, obſeruentur diſpoſita in Statuto, poſito in uolumine ſtatutorum communis Mediolani, ſub Rubrica generali de iudicijs, & ſub Rubrica ſpeciali de exequutione inſtrumenti, & ſcripti manu debitoris facti, vel ſubſcripti, *z* quod incipit; Si quis prima facie, & cætera, debite referendo.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas per emphyteutam quando incurratur, vſque ad numer. 5.*
6 *Agens ad caducitatem quid probare debeat, & quomodo incurratur, & quibus caſibus ſuccurratur, & quomodo, vſque ad numer. 79.*
80 *Emphyteuta, & libellarius quomodo differant, & an requiratur ſcriptura etiam in reſolutione, vſq; ad num. 85.*
86 *Solutio plurium annorum quomodo præſumatur, & probetur, vſq; ad num 88.*
89 *Conductor ad longum tempus, an differat ab emphyteuta, vſque ad num. 105.*
106 *Cenſuarius non cadit ob ceſſatam ſolutionem.*
107 *Cenſuarius, an potius quis præſumatur quam emphyteuta.*
108 *Cenſuarius, & emphyteuta quomodo differant, vſque ad numer. 112.*
113 *Vſufructuarius, & emphyteuta an differant.*
114 *Conductor ſimplex quomodo differat ab emphyteuta, vſque ad num. 127.*
128 *Locatio, vel emphyteuſis ex quibus cognoſcatur, vſque ad numer 130.*
131 *Emphyteuta quibus caſibus euitat caducitatem, vſque ad numer. 135.*
136 *Canon emphyteuticus quando debeat ſolui, & quomodo probari, & in quo loco, & quando cenſeatur facta, & an poſſit per aliū ſolui, vſq; ad num. 157.*
158 *Emphyteutæ an fiat remiſſio mercedis propter ſterilitatem, vſq; ad num. 160.*
161 *Pacta executiua in inſtrumento emphyteutico quid operentur, vſq; ad num. 164.*
165 *Declaratoria Domini directi ſuper caducitatem, an & quando requiratur, & quid operetur, vſq; ad num. 188.*
189 *Dominus directus, an poſſit apprehendere poſſeſſionem rei emphyteuticæ propria auctoritate, vſq; ad num. 197.*
198 *Dominus directus per longum tempus repertus in poſſeſſione, an præſumatur de conſenſu emphyteutæ, vſq; ad num. 200.*
201 *Pars vbi citatur requiritur Iudicis declaratio, vſque ad numer. 203.*
204 *Emphyteuta an ſolus citandus ſit quando alius pro eo promiſit ſoluere canonem.*
205 *Allegatio ſimplex non iuuat.*
206 *Emphyteuta quibus caſibus excuſetur à caducitate, vſque ad numer. 267.*
268 *Appellatio an detur à præcepto de expellendo, vſque ad nu. 271.*
272 *Melioramenta facta in emphyteuſi extincta ob finitam generationem cuius ſint, & num. 274.*
275 *Emphyteuta ædificans in emphyteuſi, an videatur donare, & num 276.*
277 *Fructus rei emphyteuticæ caducatæ ad quem pertineant, & pro quo tempore, vſq; ad num. 279.*
280 *Et quid in conductore cum pacto affrancandi.*
281 *Emphyteuta expulſus, an teneatur ad præterita ficta.*
282 *Fructus bonorum emphyteuticorum pro quo tempore debeatur.*

a IN caſibus] † Sunt aliqui caſus, in quibus caducitas
1 incurritur per emphyteutam in re emphyteutica. Pri-
mo ſcilicet per alienationem rei emphyteuticæ, irrequiſi-
to domino factam, de qua in l. fin. vbi omnes Scribentes,
2 præcipue Iaſ. C. de iure emphyt. † Quę quidem habet lo-
cum etiam in caſibus à iure communi permiſſis, vbi tamen
emphyteuta alienet vti Dominus abſque onere ficti libel-
larij, vt cauetur ſupra, cap. 403. Dominus, ubi etiam no-
tatum eſt, utrum eo caſu liceat expellere emphyteutam
propria authoritate, uel requiratur iudicis declaratoria.
3 † Secundo caducitas incurritur ab emphyteuta propter
ceſſationem ſolutionis Canonis, iuxta diſpoſitionem l. 2.
C. de iure emphyt. ubi Scribentes omnes, ubi etiam nota-
tum eſt, quod tempus requiratur ad caducitatem inducen-
4 dam eo caſu, & infra etiam dicetur. † Poterit & tertio
caſu expelli emphyteuta, ubi neget ſe poſſidere rem em-
phyteuticam, & conuincatur de mendacio, quia priuatur
iure emphyteutico, ut tenet Iaſon in § Omnium, num. 86.
Inſtit. De action. contrarium tenet Cuchus tract. De men-
5 tiente circa poſſeſſionem, num. 106. † Quarto expelli poteſt
emphyteuta ſi male verſetur in bonis emphyteuticis, vt no-
tat Clarus, §. Emphyteuſis, quęſtio. 26. Cephal. conſi. 347.
num. 4. uolum. 3. & notatum ſupra, cap. 379. Nullus, in uer-
bo, Elapſo, num. 352.

b Pręten-

Digitized by Google

Prætenſæ caducitatis] † Debet agens ad caducitatem ex
6 lapſu temporis inuectitutæ, quæ vti odioſa eſt reſtringen-
da, clare probare ipſam caducitatem incurſam eſſe, omnia-
que ex parte ſua adimpleuiſſe ex communi, ſecũdum Burſ.
7 conſ. 143. num. 50. vol. 2. † Imò ea ex præſumptionibus nõ
incurritur, vt ibi per eundem, num 8. Sed tantum ex do-
8 lo emphyteutæ incurritur, vt per eum ibi, num. 91. † Habet
tamen fundatam eius intentionem ex inſtrumento emphy-
teutico, etiam ſi non probet negatiuam, quod emphyteuta
non ſoluerit; quia ad emphyteutam ſpectat onus proban-
9 di ſe ſoluiſſe, vt tenet Rol. conſ. 87. num. 3. & 4. vol. 1. † Em-
phyteuta autem non ſoluens, vt infra dicetur cadit ipſo iu-
re, ſecundum Cephal. conſ. 21. nu. 25. vol 1. & conſ. 152. nu.
10 98. vol. 2. † Eſt idem in emphyteuta Eccleſiæ, vt cadat ipſo
11 iure, vt per Rolan. d. conſ. 87. nu. 2. vol. 2 † Caducitas hæc
ob non ſolutionem Canonis emphyteutici incurritur diuer-
12 ſimode ex diſpoſitione iuris. † In priuato enim emphyteuta
regulariter requiritur ceſſatio per triennium integrum, vt
pro regula firmat Socin. reg. 152. Emphyteuta, & Clar. §. Em
phyteuſis, q. 8. in princ. ac Ruin. conſil. 168 nu. 6. volum. 1.
atque Borgn. deciſ. 43 nu. 16. & ſeq. ac Burſat. conſ. 23. nu.
9. & 10. vol. 1 idem dicendum in conductore ad longum tẽ-
13 pus † Fallit hoc, vbi fructus ex re emphyteutica perciperen-
tur niſi ſingulo biennio vel triennio, quia tunc duplicatum
tempus requiritur in ceſſatione, ſecũdum notata per Cort.
ſuis memorab. in verbo, Emphyteuta priuari, notataq; per
Marſ ſing. 409. & per Tiraq. tract. retract. conuent. §. 5. glo.
4. nu. 31. ad fin. ac deciſ. Peruſ. 79. nu. 20. par. 2. atque ſecũ-
dum Borgn. deciſ. 43. n. 59. ac etiam per Rol conſ 8. nu. 29.
14 & ſeq. vol. 1. † Emphyteuta autem Principis non cadit per
ceſſationem biennij, vt tradit Tiraq. tract. nobil. c. 35. n. 60.
15 † Emphyteuta vero fiſci, vt incurrat caducitatẽ, ſufficit, qđ
biennium ceſſet, ſecundum l. Vectigalia §. Non ſoluram ff.
16 de publican. vt tradit Amanell de Clar. ſing. 69. † Eſt idem
in emphyteuta eccleſiæ, vt tenet Dec. conſ. 138. nu. 6. verſ.
Et in Eccleſia, & Socin. d. reg. 152. limit. 2. verſ. Et prædicta,
ac Clar. d. §. Emphyteuſis, q. 8. in princ. atque Borgnin. de-
ciſ. 43. nu. 16. & deciſ. 45. in addit. nu. 72 ac etiam deciſ. Pe-
ruſ. 54. num. 1. & 2. par. 1. vbi dicit etiam cadere eo caſu à
17 melioramentis. † Infertur inde per Scribentes, quod non ſol
uens in terminis conuentis non lapſo biennio vel triennio,
prout ſupra notatum, non cadit à iure ſuo, ſed poteſt cogi
ad ſoluendum, & tenetur ad intereſſe quanti plurimi, ſecun-
dum tradita per Odofred. l. Præſes, C. Locat. & conduct. &
18 per Borgninum late deciſ. 43. num. 17. † Licet autem ob pa-
cta non ſeruata uideatur colonum & emphyteutam poſſe
expelli, ut tradit Berous conſil. 125 nu. 7. uol. 1. & Bertach.
in repet. uerbo Conductor non ſoluens, ac Ruinum conſil.
167. num. 78. uol. 1. atque Rol. conſil. 69 per totum, volum.
19 4. ac etiam Gabriel conſil. 75. per totum. † Tamen non pro-
cedit in non ſoluente ad tempus, ſed in denegante ſoluere
penſionem, & etiam quia in contractibus nominatis ob pa-
cta non ſeruata non receditur a contractu, ſed agitur ad in-
tereſſe, quæ colliguntur ex text. l. in ciuili, C. de rei vend. &
l. Si in lege, § Colonus, verſ. Quod ſi paucis diebus ff. Loca-
20 ti. † Procedit etiam in non ſoluente per biennium integrum,
ac per annum in ſimplici conductore, iuxta text. in l 2. C. de
iur. emphyt. & ſecundum Boſſ. tit. de remiſſ. Mercedis, num.
52. ac per Anguiſolum, lib 2. ſuorum conſiliorum, conſ. 24.
21 n. 12. & ſeq facit quod not. Borgn. d. deciſ. 43 n. 17 & ſeq. †
Poteſt etiam locator agere remedio reintegrandæ contra
conductorem ſoluere denegantem canonem, tam pro tem-
pore præterito, quam futuro, ut tradit Borgninus deciſ. 28.
num. 13. in addit. faciunt uoſtra per Pariſ. conſ. 77. num. 41.
& ſeq uol. 3. & per Laſonem l. 1. nume. 7. C. de fideicom. ac
Rimin. ſen. conſ. 730. nu. 4. & ſequen. uol. 4. atque per Præ-
22 tum, conſ. 11. nu. 19. uol. 1 † Et ſi quis emphyteuta laici ceſ-
ſet per annum cum dimidio, & deinde factus emphyteuta Ec-
cleſiæ ceſſet per alium annum, poteſt contra eum declarari
caducitas, & computatur tempus, quo fuit emphyteuta lai
ci, ſecundum Borgnin. deciſ. 43. nu. 60. facit quod not. Are-
tin. conſil. 21. & Boulegienſis tract. de Statut. urb. præſcript.
23 gloſſa 19. num 201. uerſic. Imo ſi Eccleſia. † Eſt idem in om-
nibus alijs emphyteutis, ut tradit Iaſ. in §. Actionum, num.
165. Inſtit. de action & Alciat. conſ. 20 num. 8. licet non ca-
dant à pacto luendi, ut tenet Menoch. tractat. arbitr. lib. 2.
24 cent. 3. caſu 270. num. 20. & Vrſillus ad Afflict. deciſ. 150. †
Quamuis emphyteuta Eccleſiæ ceſſans per biennium cadat
ab emphyteuſi fauore Eccleſiæ, tamen non ſic eſt in Eccle-
ſia a priuato emphyteuſin habente; cum non priuetur niſi
ob ceſſationem per triennium, ut per Iaſ. in l. 2. num. 50. C.
25 de iure emphyt. † Cadit quoque feudatarius non ſoluens
penſionem annuam biennio & triennio, ſecundum Arnold.
26 Singu. 84. † Quando autem incipiatur tempus hoc bien-
nij & triennij, docet Alexand. conſil 172. num. 3. uolum. 2.
& Socin. ſen. conſil. 56 num 1. cum ſequen. uol 3 ac Borgni
27 nus deciſ. 43. num. 45 † In omnibus tamen prædictis caſibus
ſi in contractu emphyteutico adſit iuramentum; emphyteu
ta ſtatim lapſo primo termino ad ſoluendum, cadit non ſol
uens, iuxta opinionem Iaſ. in d l 2 num. 47. C. de iure em-
phyt. opinionemque Marſil. ſingul. 226. num. 1 & Ripæ ca.
ex parte, nu. 20. de reſcript. ac Cottæ dicto uerbo, Emphy-
teuta priuari, uerſic. 2. atque Trigonæ ſingul. 33. ac etiam
Corſeti ſingul. Emphyteuta, il primo, & tract. iudic. priui-
legio 11. num. 34 eſt notatum idem per Sayſeum ab Ma-
theſilan. ſingul. 50. num. 1. & per Didacum parte prima sele
ctionis, cap. Quamuis § 4. num. 5. ac Nattam conſil. 426. nu.
21. uolum. 2. atque ſecundum Clarum d. § Emphyteuſis, q.
8. uerſic. Et hoc quidem, ac etiam Borgninum deciſ. 9 num.
14. & deciſ. 43. num. 18. ac deciſ. 45. in addit. num. 72. addu
cendo rationem, num. 35. not etiam Roland. conſ. 69. num.
28 43. volum. 4. † Declaratur ſi iuramentum ſit poſitum poſt
promiſſionem terminorum, non autem in fine contractus,
ut per Borgnin. deciſ. 43. num. 20. & Roland conſ. 69. num.
35. & 48. uol. 4 ac per Franciſc. Vegium conſil 68. num. 28.
29 & ſequen. † Declaratur ſecundo non procedere, ubi adeſ-
ſent plura pacta diuerſa in dicto contractu, ne contrarien-
30 tur, ut per Borgninum d. deciſ. 43. num. 21. † Ceſſat tertio
in terris eccleſiæ mediate, & immediate, cum non teneat de
iure Canonico hæc pœna, vt ibi per eundem, numero 26.
31 † Declaratur quarto nõ procedere, quando emphyteuta eſ-
ſet Clericus, minor, uel hæres, quia tunc iuramentum illud
non ligaret ad hanc pœnam, ut de clerico tradit Borgeſius
tract. de irregularit. Rubrica de iuramento, lib 6. numer. 11.
& ſequen. & Borgnin. deciſ. 43. num. 26. ubi dicit non habe-
re locum pœnam iuramenti de iure Canonico: de hærede
& minore not. Marzarius conſilio 56. Borgnin. deciſ. 9. num.
32 15. cum duobus ſequent. † Nec præſumitur in caſu iſto,
ſed debet probari minor ætas annorum 25. per fundantem
ſe in iuramento, ſecundum Tobiam Nonium conſil. 70. nu.
33 4. & ſequent. † Procedit idem ſi quis promitteret iuratus
certo tempore ſoluere, ſi non ſoluat, quia ſtatim eo lapſo
cadit, ut tenet deciſio Peruſ. 22. numer. 14 par. 1. & Ancha-
34 ran. iun. in tract. quæſt q. 64. nu. 1. lib. 1. † Habet idem locũ,
& procedit in citato ad ſoluendum, quia ſi fuit contumax,
nec ſoluit per annum cum dimidio, tunc cadit ab emphy-
teuſi, ſecundum tradita per Socin. in d. regul. 152. Emphy-
teuta, limit. 2. uerſic. Quod tamen intellige, traditaque per
Marſil. ſingul. 226. ad finem, & per Corſet. ſingul. Emphy-
35 teuta, il 24. † Procedit hæc concluſio etiam, ſi in contra-
ctu emphyteutico ſit appoſita pœna; quia nihilominus po-
teſt proteſtari caducitas, & expelli emphyteuta ceſſans, li-
cet utrumque non poſſit peti, ut tradit Clarus. § Emphy-
36 teuſis, quæſt. 8. uerſ. Vlterius quæro. † Sufficit autem ut ca-
ducitas poſſit proteſtari, etiam ſi quid minimum ſolueretur
pro magna re emphyteutica, ut per eundem d. quæſt. 8. uerſ.
37 Sed pone. † Quod autem ſoluerit emphyteuta per hoc tẽ-
pus, tenetur ipſe probare, ut per eum d. § Emphyteuſis, q.
38 10. uerſ. Sed pone. † Ceſſant tamen hæc omnia in cenſua-
rio, cum is non ſoluens non cadat, ut tradit Didac. tract. ua-
riar. reſolut. cap. 7. numero 1. uerſi Ex hac uero differentia,
39 lib. 3 † Non etiam cadit emphyteuta, ſi conuenerit, quod
non poſſet priuari ob ceſſationem, ut tenet Socinus d. regu.
40 152. Emphyteuta, limit. 1. † Prælatus tamen in præiudicium
Eccleſiæ hoc conuenire non poteſt, niſi cum toto capitulo,
ſecundum notata per Corſetum in ſingulari, Emphyteuſis,
il ſecundo. Non ualeret etiam reſcriptum Papæ, quod non
ſoluens non caderet, ut tradit Cremenſ. ſing. 107. & Cotta
ſuis memorab. in uerbo, Emphyteuta non ſoluendo, ubi ar-
41 guit ad partes. † Ceſſatio autem ſolutionis canonis, in ter-
minis ſupra expreſſis, ut habeat locum caducitas, ſufficit,
quod fuerit in uno nummo, ut per Afflict. in feud. tit. Quæ
ſint regalia, verſic. Vectigalia, num. 85. licet arguat in cõtra-
rium, num. 86. idem Iaſ. relatiue in l. 2. nume. 55. C. de iure
emphyt. & per Bertach. tract. gabell. par. 8 princip. membr.
3. nu. 60. uerſ. Pro hoc facit, & Tiraquell. tract. de iudicio in
exiguis, verſic. 51. Idem cauetur in lib. 5. Communium, in
verbo, Emphyteuta, verſic. Ampliatur etiã, tenet etiam Soa
rez. ſuis communibus, in verbo, Emphyteuta ad ſolutio-
nem, & Cephal. conſil. 139. nu. 18. volum. 2. ac Bonacoſſa
ſuis cõmunibus criminal. in verbo, Emphyteuta poteſt ex-
pelli, declarando, vt per Clarum ſuo §. Emphyteuſis, quæſt.
43 8. verſ. Hoc autem. † Cum ſolutio Canonis ſit indiuidua,
vt tradit Benincend. deciſ. 4. num. 1. Et emphyteuta non

poteſt ſoluere canonem per partes inuito domino, ſecundũ
Afflict.deciſ.153.num.3.& Benintendum deciſ.4.numer.3.
44 † Sed quod deficiens in minimo circa ſolutionem canonis
de æquitate non cadat, eſt notatum ab eodem, d.deciſio.6.
45 per totum,exemplificando veluti in pari caponum. † Vbi
autem cadat non ſoluens canonem pro parte, an cadat à
46 totis bonis, vel parte non ſoluta, dicetur infra. † Hæc au-
tem concluſio, vt ceſſante emphyteuta in ſolutione partis
canonis cadat ab emphyteuſi, habet locum etiam in hære-
de emphyteutæ eadem ratione, vt tradit Ludouicus ſuis
47 communibus, concluſ.16. verſic.Infertur 21. † Extendi-
tur ſecundo hæc concluſio, quod ſi fuerint plures emphy-
teutæ vno ceſſante in ſolutione canonis, omnes cadunt iure
ciuili inſpecto, ſed non de æquitate canonica, ſecundum
Bonacoſſam tractat. De æquitate Canonica, concluſ.97.&
48 Burſatum conſil.23.num.15.volum.1. † Vnde datur cau-
tela, quod dominus directi, vel ſimplex locator, quando
ſunt plures emphyteutæ, vel conductores ſimplices in ſo-
lidum obligati, ne præiudicent ſuæ inſoliditati, recipiendo
partem penſionis ab vno debent proteſtari nolle recipere
in præiudicium ſuæ inſoliditatis, aliter ſibi præiudicarent
etiam in caducitate ob ceſſationem vnius, vt tradit Benin-
tend.deciſ.81.& Vrſill.ad Afflictum deciſ.153.num.2.cir-
ca finem, & num.3.declarando, vt per eum,ac Caroc.tract.
49 Locati,verſic.Duobus reis, numer.5. † Declaratur autem
primo hæc concluſio, & extenſio procedere in emphyteutis
duobus,vel pluribus inſolidum obligatis,cum tunc per ceſ-
ſationem vnius omnes cadant, ſed ſecus ſi à principio ſint
duo emphyteutæ conſtituti,vel plures non in ſolidum obli-
gati,quod in dubio cenſetur pro parte ſua quilibet obliga-
tus,niſi ſit dictum inſolidum, vt tradit Vrſill.ad Afflictum
50 d.deciſ.153.num.4. † Eſt idem in pluribus fundis, vel do-
mibus ſub eodem redditu, & cenſu ſubmiſſis, cum iſtæ pro
parte,vel rata parte redditus tenentur, ſecundum Vrſill.d.
51 deciſ.153. num.5. † Eſt ſecus in promiſſione rem venden-
52 di duobus,vt per eundem ibi,num.7. † Nam tunc ceſſante
inſoliditate obligationis vnius,ceſſatio non nocet alijs con-
ſortib.emphyteutis,ſecundum Bertach.d.tract.gabell.parte
53 9.princ.num.35. ad finem. † Declaratur ſecundo hæc ex-
tenſio,quod ſi fuerint duę emphyteutę fundi etiam obliga-
ti inſolidum, & quilibet eorum debeat ſoluere duos dena-
rios quolibet anno,ac vnus ſoluerit ſuos duos denarios pri-
mo, & ſecundo anno, ſed alter non, coniungitur ſolutio il-
lius, qui ſoluit, vt habeatur pro ſolutione amborum vnius
anni,vt proſit ſocio, ne res cadat in commiſſum, ſecundum
notata per Bart.l.Fraudanti,§.1.ff.de publican.& Bertach.
54 referendo tract.de gabell.parte 9.num.36. † Et licet con-
trarium teneant alij relati per Iaſ.in l.2.num.17 C.de iure
emphyt.quas opiniones contrarias fœdere diſtinctionis cõ-
ciliat Corſetus ſuo ſingul.Emphyteuſis, il quarto, ſcilicet
quod prima opinio Bartoli habeat locum in pluribus hęre-
dibus primo obligatorum, ſecunda vero Iaſonis in pluri-
bus principaliter obligatis; tamen Vrſill.d.deciſ.153.nu.1.
& 2.tenet opinionem Bartoli & Bertachini procedere om-
ni in caſu, tam in primo obligatis principaliter, quam in
eorum hæredibus, cum militet eadem ratio in vtroque, vt
55 per eum ibi. † Ampliatur tertio hæc concluſio, vt proce-
dat, & habeat locum, etiam ſi emphyteuta decedat cũ duo-
bus,vel pluribus hęredibus,quorum vnus ſoluat eius partẽ,
ſed alter non, nam ambo cadunt ab emphyteuſi, ſecundum
Pra[illegible].in forma libelli,quo agitur ad ficti præſtationẽ,verſi.
Fictum,num.6. & Bertachinum tract.gabell.parte 9.princ.
num.34.verſ.Vbi Bartolus infert.Dicit communem Alex.
in l.4.§ Cato,num.30.ff.de verbor.obligat.& Iaſon in l.2.
nume.51.quæſt.11. C.de iure emphyt. ac Clarus d.§ Em-
56 phyteuſis,quæſt 8.verſic.Quid ſi emphyteuta. † Habet lo-
cum hoc etiam ſi iſti hæredes diuiſerint inter ſe rem em-
phyteuticam, quia vno ceſſante alij cadunt, cum obligatio
ſoluendi Canonem ſit realis, & tranſeat ad hæredes inſoli-
dum, ſecundum communem, vt tradit Afflictus deciſ.153.
57 num.3 & 4. † Quod maxime habet locum hodie, cum ſo-
leat apponi in inſtrumentis pro cautela,quod redditus non
poſſit inter hæredes diuidi, prout docet Alberic.l.In com-
muni,circa finem,ff.Communi diuid.& Vrſill.referendo de-
58 ciſ.153.num.6.verſic.Sed iſte. † Nocet quidem ceſſatio illa
vni ex hæredibus, vel filijs etiã vocatis ex inueſtitura alijs
deſcendentibus, uel agnatis uocalis tenore primæ inueſti-
turæ, ut tenet Clarus d.§.Emphyteuſis,quæſtione 8.uerſic.
59 Sed hic quæro. † Vbi autem ob ceſſationem unius omnes
hæredes cadant, alter hæres ſocius, qui priuatur iure ſuo
agit ad intereſſe contra cohæredem conſocium,cuius cauſa
fuit priuatus iudicio familiæ, hereiſcundæ, ſecundum no-
tata per Bertachinum d.tract.gabell.parte princ.9.num.35.
notataque per Gratum conſil.67.num.26.volum.1.& per
Carocium tractat.Locati,verſicu.Hæreditarijs actionibus,
60 numer.3. † Hæres vlterius, qui ſoluit totum canonem
etiam pro parte ſocij, vt caducitas euitetur, repetit à ſo-
cio cohærede eius contingentem partem, vt tradit Berta-
61 chin. d. parte 9. gabellarum numero 36. ad finem. † Em-
phyteuta autem ſoluens partem tantum cadit à tota em-
phyteuſi, ſed non à parte, ſecundum communem, vt tenet
Pract.d.forma libelli,qua agitur ad ficti præſtationem,ver-
ſic.Fictum,num.5.& Iaſon d.l.2.nu.54.C.De iure emphyt.
62 † Ampliando etiam id procedere quo ad totam pœnam
63 promiſſam, vt ibi per eum, numer.55. † Limitatur tamen
procedere in tribus caſibus, primo ſi hanc partem recipe-
ret dominus directi poſt proteſtatam caducitatem, quia
tunc cenſeretur eam remiſiſſe etiam per partis receptionem
64 ſecundum Pract.d.uerſic.Fictum,num.5. † Limitatur ſe-
cundo non procedere, ſi per errorem minus ſoluiſſet, quia
tunc non caderet,vt per Iaſonem d.l.2.nume.55.C.de iure
65 emphyt. † Limitatur tertio ceſſare caducitatem hanc, ſi
ob paupertatem non potuerit ſoluere totam penſionem, vt
per eundem, ſub dubio tamen, d.loco.uerſic.Secundo pote-
66 ſtis,C.de iure emphyt. † Ab hac caducitate incurſa quis
non poteſt excuſari prætextu minoris ætatis, vel quod ſic
hæres emphyteutæ, niſi iuuetur ex clauſula ignorantiæ, vt
per eum d.l.2.nume.49. C. de iure emphyt. & per Socinum
iuniorem conſil.47.volum.4.ac Socinum ſuis communibus
verbo,Hęres emphyteutę,atque ſecundum deciſ.Peruſ.54.
67 numer.4.5.& 6.parte 1. † Reſtituitur autem hoc caſu mi-
nor ſuccedens maiori in integrum aduerſus tempus lapſum
niſi pro tempore ſuo, vt tradit Bald.in l.finali, num.3.C.ſi
aduerſus vendit.pignor.declarando, ut per Grammaticum
68 deciſ.52. † Prodeſt autem hæc reſtitutio habenti rem cõ-
69 munem,vt tradit Vrſill.ad Afflict.deciſ.153.num.2. † Non
excuſatur pariter quis,quia ſit ruſticus, cum cadat non ſol-
uens per biennium,ſecundum Gallinium d.tracta.de uerb.
70 ſignificat.libr.10.cap.22.num 15. Poteſt autem mora ca-
ducitatis incurſæ purgari intra modicum tempus, de æqui-
tate canonica,quamuis non poſſit purgari iure ciuili inſpe-
cto, ſecundum cap.Potuit,De locat.vbi omnes Canoniſtæ.
Notauit relatiue Pract. in forma libelli quo agitur ad ficti
præſtationem. verſic.Fictum,nu.3.& Cotta in verbo, Em-
phyteuta non ſoluens,verſic.Nunquid autem,ac Ferron.in
conſuetud. Burgund.d.tit.8.De feud. & iure emphyt.§.9.
in princ.uerſi.Admittitur etiam,libro 2.atque Vrſill.deciſ.
174.num.1.& 2.ac etiam deciſio Peruſ.90.num.3.cum ſe-
250 penſationibus,numero 1.2.& 3.† Declarando quinque
modis

Digitized by Google

251 modis,vt per eum,vſque ad finem. † Declaratur ſecundo
hæc concluſio procedere modo debitum ſit ſimile, ita Ga-
252 ſpar Caball. Milleloquio 222. num. 2. † Inferens ex hoc
253 depoſitarium non poſſe compenſare,num. 3. † Limitando
primo in compenſatione ab homine opponenda, numer. 4.
exemplificando, vt per eum. Limitatur ſecundo in ruſti-
co,qui admittitur ope reſtitutionis in integrum, numer. 5.
254 † Etiam quod ſit ſagax, nume. 6. Octaua cauſa excuſatio-
nis eſt ſi tertius ſoluat canonem hunc, quia ea ſolutio pro-
deſt emphyteutæ ad excuſationem caducitatis,ita Roman.
ſing. 562.cum addit.ibi Burſ. conſ. 181.num.42.volum. 2.
idem Gaſpar Caball. in Millleoquio 228. & 229. 1. parte,
idem ſi Procurator ſoluat pro Domino, ita not. Clar. ſuo §.
255 emphyteuſis q.8. verſ. ſed quid. † Inuitus tamen Domi-
nus directi non cogeretur recipere penſionem à tertio ſine
mandato,niſi in vno caſu,prout tradit Burſatus d.conſ. 181.
num. 42. & ſupra notatum, in verbo prætextu canonis non
256 ſoluti. † Nono excuſatur à caducitate vxor ſi maritus nõ
ſoluit canonem conſtitutum ſuper re vxoris, vbi ipſe mari-
tus non ſit ſoluendo,ita not. Burſ. conſ. 80.num.13 volu. 1.
257 † Decimo excuſatur à caducitate emphyteuta, etiamſi per
mille annos non ſoluerit impeditus poſſidere, & percipere,
fructus rei emphyteuticæ ob bellum, ita not. Clar. d. §. em-
258 phyteuſis,quæſt. 8. verſ. ſed quid ſi. † Tenetur tamen ſol-
uere finito bello etiam penſionem præteritam durante bel-
lo,ita Ioſeph Lud. d. ſuis commun. cõcluſ. 12. verſ. ſed quic-
259 quid dicant. † Vndecimo excuſatur emphyteuta,qui non
ſoluit penſionem, ſi fecit oblationem realem fictorum Do-
mino directi, qui ea recipere noluit caducitatem euitandã,
260 ita Io. de Aruon. caut. 68. † Non ad conſequendam plena-
riam liberationem niſi adſit oblatio,conſignatio, & depoſi-
tio,ita Clar. d. §. emphyteuſis,q. 8. verſ. puto quod emphy-
261 teuta. † Quod idem eſt in conductore ſimplici quo ad vi-
tandam caducitatem,not. Caroc. d. tracta. verſ. quibus mo-
262 dis,num. 1. & 2. † Duodecimo excuſatur emphyteuta à ca-
ducitate,vt non poſſit contra eum proteſtari, ſi non ſolua-
tur penſio hæreditate domini directi iacente, ita Alex. cõſ.
172. num. 3. volum. 2. Rolã Valle conſ. 87. num. 77. volu. 1.
263 Borgnin. dec. 43. num. 44. † Decimotertio excuſatur à ca-
ducitate emphyteuta quando locator ex ſui latere nõ adim-
pleuit,videlicet quando prius defecit pro ſua parte,etiamſi
promiſſio eſſet iurata,& ſi dein locator velit adimplere,de-
clarando,vt per Borgninum dec. 43. nu 46 61. & 67. exem-
264 plificando, nume 68. † Decimoquarto excuſatur emphy-
teuta quando in contractu emphyteutico appoſita fuiſſet
clauſula, quod etiam poſt biennium non ſoluens emphy-
teuta non incurreret caducitatem, niſi interpellaretur, quia
tale pactum teneret etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica, ita
265 Borgnin. dec. 45. nume. 84. † Decimoquinto excuſatur ſi
carceratus ob legitimum impedimentum non poteſt ſolue-
re penſionem,ita Marſ. tract. bannit. in verbo, carcerati, nu.
266 32. † Decimoſexto excuſatur emphyteuta à ſolutione, &
caducitate, vt non teneatur nec in futurum ſoluere, ſi em-
phyteuta qui ſoluit canonem aliquo tempore dicat Domi-
no directi, oſtende mihi rem pro qua cenſum ſolui, ſi ille
267 non oſtendat,ita Natta d. conſ. 360. nu. 10. vol. 2. † Alias li-
mitationes notat Guielmus Rod. tracta. de rebus Eccleſiæ
non alienand. q. alienans, nu. 5. cum ſeq.

n Actoreque producente iura ſua] Quæ productio ſolet
fieri poſt contradictionem rei conuenti, & fit in genere,
quæ dein ſpecificatur parte inſtante, vt ſupra notatum cap.
21. termini, in verbo, ac producendi, vol. 1.

o Per quarum inſpectionem] Fiendam per Iudicem, vel po
teſtatem facta ſpecificatione, vt not. ſupra.

p Appareat fundatam eſſe intẽtionem ipſius actoris] Alias
non fundata eius intentione non currit terminus infraſcri-
ptus reo, idem cauetur ſupra capit. 42. ſi quis volum. 1. in
termino illo dierum 15. vtilium qui dantur reo conuento
ad probandum.

q Ipſo iure ſtatutus ſit] Abſque aliquo Iudicis miniſte-
rio, vt in ſimilibus verbis ſupra notat. d. cap. 21. termini, in
verbis his.

r Ad probandum & probatum habẽdum per omne genus
probationis] Quid releuent hæc verba, notatum d. ca. 21.
termini, in his verbis.

ſ Ipſo iure] Hic terminus eſt peremptorius, nec poteſt
prorogari per partes, nec Iudicem, ſolum Senatus ſemel
prorogat per alios dies quindecim continuos, vt etiam di-
ctum in ſimili termino ſupra, cap. 42. ſi quis prima facie, in
his verbis, vol. 1.

t Poſſit concedi per Iuſdicentem licentia expellendi] †
268 Ab hac licentia, & præcepto expellendi an poſſit appella-
ri, not. Dec. conſil. 28. per totum, vbi concludit, ſi in cauſa
ſola poſſeſſio virtute caducitatis auocetur, licet ipſa cadu-
citas priuet ſuo iure emphyteutam, tamen non poterit
appellari, & propterea debet bene aduertere diligens cau-
ſidicus, qualiter concipiat verba requiſitionis præcepti ex-
pellendi, ſeu apprehendendi. Vlterius aduertendum quod
ipſe Decius concludit optimum eſſe, quod in concluſione
petitionis, & requiſitionis deducatur remedium, l. ſi quis
conductionis, C. locat. Si autem ſententia Iudicis decla-
ret ſuper priuatione vtilis, tunc appellari poteſt, vt in his
269 terminis not. Iaſon. conſil. 187. volum 2. vbi late. † Sen-
tentia hac lata contra emphyteutam, & præceptum contra
eum conceſſum nocet creditoribus etiam non ſoluentibus
vt not. Vrſillus ad Afflict. dec. 396. num. 2. licet medio re-
ſtitutionis in integrum admittantur ad bona emphyteuti-
ca ſubintrantes in locum emphyteutæ, vt tradit Alex. conſ.
270 45. num. 4. volum. 5. Cephal. conſ. 9. volum. 1. † Solebat
etiam Senatus ſemel remittere caducitatem emphyteutæ
modo intra decem dies ſolueret ficta ceſſata, vna cum om-
nibus expenſis, adiectis etiam alijs cõditionibus, de qua re-
miſſione not. Cotta ſuis memorab. in verbo, emphyteuta
non ſoluendo, verſ. ideo cogitandum, nunc ob ordines no-
271 uos non fit. † Emphyteuta cadens, à bonis emphyteu-
ticis ob eius delictum, & culpam, veluti ob ceſſatio-
nem fictorum, cadit regulariter etiam à melioramentis, de-
clarando, vt late not. ſupra capit. 400. ſequ. in verbo, totum
272 Domini vtilitati cedat, num 73. cum ſequent. † Emphy-
teuſi autem extincta ob finitam generationem melioramẽ-
ta non fiunt Domini, ita not. Redoan. tracta. de reb. Eccleſ.
273 non alienand quæſt. 17. verſic. primo igitur, nume. 3. † Si
autem Dominus directi agat contra bona emphyteutica
tanquam quod ſit finita generatio, & deceſſerit ſine filijs, ſi
probetur eum habuiſſe filios, dominus directi tenetur pro-
bare eum deceſſiſſe ſine filijs, ita not. Ioſeph Ludouicus ſuis
274 communibus, concluſ. 14. verſ. Infertur 153. † Vbi autem
melioramenta non admittũtur per emphyteutam quid ob-
275 ſeruetur, not. Redoan. dict. loco, numer. 6. † Emphyteuta
autem ædificans in ſolo emphyteutico non videtur illud fa-
276 cere animo donandi, ita Redoan. d. loco, num. 11. † Vtrum
autem emphyteuta durante emphyteuſi poſſit melioramẽ-
ta tollere, vbi Dominus noluerit ea ſoluere, not. Redoan.
d. loco, num. 8. Qualiter autem debeat fieri æſtimatio me-
277 lioramentorum eo caſu, not. Redoan. num. 7. † Dominus
præterea directi in caſu caducitatis non ſolutionis perdit
fructus rei vna cum ipſa re, ita not. Benintend. deciſ. 37.
278 num. 1. † Quod intelligitur ſecundum aliquos à die ceſ-
ſationis non declarationis poſt factæ, ex quo cadit ipſo iu-
re, ita arguit Benintend. dec. 37. numer. 3. cum ſeq. maxime,
num. 13. & 14. ipſe tamen tenet verius eſſe cõtrarium, quod
tantum à die declarationis, ita Benintend. d. dec. 37. nu m.
15. cum ſequ. maxime 20. & 21. reſpondit autem obiectis,
279 num. 25. cum ſequen. † Pactum tamen luendi remanet il-
læſum emphyteutæ, Ceph. conſ. 370. num. 9. volum. 3. Vr-
ſil. ad Afflict. deciſ. 150 Burſat. conſ. 24. & conſ. 122. num.
17. volum. 1. Menoch. tractat. arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 276.
280 num. 20. & 21. † Idem in conductore ſimplici, qui habet
pactum affrancandi, ſi ceſſat in ſolutione fictorum, not. Ca-
281 roc. verſ. ius francandi. † Emphyteuta autem expulſus
ob canonem non ſolutum, tenetur tamen ad ficta præterita,
ita Ferron. in conſuetud. Burgund. tit. 8. de feud. & iure em-
phyt. § 9. ad finem, lib. 2. Cephal. conſ. 8. num. 44. volum. 1.
282 † Fructus autem bonorum emphyteuticorum non deben-
tur niſi a die declarationis Domini directi ſuper caducita-
te, ita not. Borgnin. dec. 43. num. 47. licet aliqui teneant etiã
deberi ante proteſtatam caducitatem, vt ibi per eum, & ſu-
pra notatum.

u Non attenta petitione conſilij ſapientis] De quo ſupra
c. 27. deinde, & c. 57. in qualibet, vol. 1.

x Nec compromiſſi] Inter compulſos ſcilicet, de quo ſupra
c. 115. ſi de cætero, vol. 1.

y Eo vero aliquid probante] † Idem eſt ſi non probaue-
rit, ſed aliquod emergat ex productis per actorem quod re-
leuet, quia debet tunc cauſa committi conſilio ſapientis ſi
fuerit petitum, ita cenſuit Senatus in ſimili caſu memora-
ti ſtatuti ſupra cap. 42. ſi quis, quod idem fere diſponit, vt
ibi notatum, in verbo, nec ſtatuto de ſapientibus dandis,
volum. 1.

z Quod incipit, ſi quis prima facie] Quod eſt in capit.
42. volum. 1.

Quali-

Digitized by Google

Qualiter fieri poſsint diuerſæ commiſsiones, & ferri diuerſæ ſententiæ in cauſis cridarum. Cap. CCCCX.

ITem, quia ſæpenumero ponuntur ad cridas ſecundum formam prouiſionis, & ordinum Communi Mediolani, aliqua bonna immobilia, in diuerſis corporibus exiſtentia, vendenda ſecundum formam prouiſionis, & ordinum ſine fideiuſſore, & cridis ipſis contradicitur pro omnibus bonis, & aliquando non pro omnibus corporibus bonorum, ſed pro aliquo, vel aliquibus ex eis, & ex forma prouiſionis, ac additionum factarum circa prouiſiones editarum ſuper cridis faciendis, videtur in effectu, vt a contradictiones vnica ſententia declarentur, ſtatuitur, quod quando pro omnibus bonis contradicitur aliquibus cridis, ſufficiat vnica ſẽtentia decidere contradictiones factas pro omnibus corporibus bonorum. Sed quando contradictum fuerit particulariter aliquibus corporibus bonorum, vel etiam omnibus bonis diuiſim per diuerſos contradicentes, b poſſint, & valeant decidi per ſeparatam, ſeu ſeparatas ſententias dictæ contradictiones, & ſic diuiſim, & eis in caſibus, vel altero eorum poſſint fieri ſeparatæ commiſſiones ad conſulendum Vicario Prouiſionum, citatis tandummodo his, inter quos facienda erit commiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ contrariæ proferendæ non ſunt, & num. 2.*

a CΟntradictiones vnica ſententia declarentur] † Hoc fit
1 ratione connexitatis, ne ſequatur aliquod abſurdum, quod diuerſæ & contrariæ ſententiæ ſequantur, vt not. Alciat. in his terminis, in conſ. 78. num. 5. ad finem, & nu. 6. Idem cauetur in nouis conſtitutionib. tit. de bonis ad cridas ponendis, cap. & quia ſæpe numero.

b Poſſint, & valeant decidi per ſeparatam, ſeu ſeparatas ſẽ-
2 tentias] † Ratio in promptu, quia tunc non poteſt ſequi abſurdum illud, quod ſententiæ contrariæ poſſint fieri, ita Alciat. d. conſ. 78. nume. 5. & 6. maxime cum capitula ſine ſeparata, per text. in l. etiam, §. ex cauſa vbi ſcribentes, ff. de minoribus.

Quod præſumantur bona poſita ad cridas fuiſſe illius, à quo ponens dixerit habuiſſe datum. Cap. CCCCXI.

ITem quia ſæpenumero ponentes ad cridas in comparitione exprimunt a bonis ipſis habuiſſe datum dominii, ſeu etiam poſſeſſionis ab aliquo, ad releuandum quemlibet contradicentem ab onere probandi bona ipſa, de quibus ponens dixerit, vel in comparitione appoſuerit, habuiſſe datum Domini, ſeu etiam poſſeſſionis, vt ſupra ſtatuitur quod b præſumatur, bona ipſa fuiſſe in bonis illius, à quo dixerit habuiſſe datum Dominij, ſeu etiam poſſeſſionis, c quantum eſt, & erit in præiudicium ipſius ponentis, ſaluo iure cuiuslibet alterius tertij. Et hoc præſens capitulum, & proxime præcedens capitulum ſeruentur, & ſeruari debeant etiam d in cauſis, & caſibus præſentibus, e & futuris.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei cuius eſſe præſumatur.*

a BOnis ipſis habuiſſe datum dominij, ſeu etiam poſſeſſionis] Hodie ex nouis conſtitutionibus, tit. de bonis ad cridas in edicto, verſic. & eo amplius, tenetur exprimere hoc datum, ſi id infra annum ſit factum, vt ibi cauetur.

b Præſumantur bona ipſa fuiſſe in bonis illius, à quo di-
1 xerit habuiſſe datum] † De iure etiam communi probata poſſeſſione illius à quo quis habeat datum, præſumitur Dominium illius datoris, ita not. Caſtr. conſ. 169. nume. 3. & 4. vol. 1. vbi allegat. l. cum res, & l. ſiue poſsidetis, C. de probat. notat etiam Alex. conſ. 288. num. 8. verſ. & ex hoc, volum. 2.

c Quantum eſt, & erit in præiudicium ipſius ponentis] Nõ enim eius aſſertio, & hæc præſumptio ex ea inſurgens debet nocere tertio, qui prętendit ſe dominum illius, quia hoc modo poſſet facile quis tertius fraudari ex colluſione ponentis, & contradicentium.

d In cauſis, & caſibus pendentibus] Ad quę regulariter nõ trahitur ſtatutum, vt notatum ſupra in c. final. in verb. tunc pendentibus, primo vol.

e Et futuris] Ad quod regulariter trahitur ſtatutum, vt not. late in pręludijs.

Declaratio ſtatuti de intereſſe. Cap. CCCCXII.

ITem, quia ab aliquibus videtur hæſitari ſuper ſtatuto poſito in volumine ſtatutorum Communis Mediolani, ſub Rubrica generali de iudicijs, & ſub Rubrica ſpeciali de damno, & intereſſe, ad tollendum omnem hæſitationem, declaratur, & ſtatuitur ſtatutum ipſum locum tantum habere debere, a in inſtrumentis, & contractibus factis, & celebratis à Calendis Ianuarij 1499. citra, & a modo in antea, & etiam in contractibus antea celebratis, quorum dies ſolutionis, vel obligationis b euenerit poſt ipſas Calendas Ianuarij, 1499. Similiter etiam in contractibus conditionalibus, c quorum conditiones fuiſſent purificatę poſt dictas Calendas Ianuarij.

SVMMARIVM.

1 *Creditor conditionalis non poteſt propriè dici creditor.*

a IN inſtrumentis, & contractibus factis à Calendis Ianuarij 1499. citra] Cum ſtatutum trahi non debeat ad caſus pręteritos, vt late not. in pręludijs.

b Euenerit poſt ipſas Calendas Ianuarij 1499.] Quid ſi dies ceſſerit ante dictas Callendas, adeſt ordo Collegij D. Notariorum Mediolani factum ſub die 28. Aprilis, 1518.

c Quorum conditiones fuiſſent purificatę poſt dictas Ca-
1 lendas Ianuarij] † Nam tũc eo tempore incipit valere contractus, cum etiã creditor conditionalis non poſſit proprie dici creditor, notant ſcribentes in l. 1. vbi ꝑcipue Curt. num. 76. ff. ſi certum petatur, Alciat. conſ. 709. in princ. notatum in nouis conſtitutionibus tit. de bonis ad cridas ponendis in edicto, in verbo, creditor.

De his qui volunt offerre de bonis ſuis inſolutũ creditoribus ſuis. Cap. CCCCXIII.

DEbitor, a ex cauſa ficti temporalis, vel libellarij, aut penſionis, aut adiutorii maſſaricii, b non poſſit offerre de bonis ſuis inſolutum creditori ſuo ex prædictis cauſis, nec aliqua earum.

a EX cauſa ficti temporalis, vel libellarii] Alii caſus vltra hic poſitos, ex quibus quis prohibetur dare bona in ſolutum notantur in nouis conſtit. tit. de bonis in ſolutum dandis, c. final.

b Non poſſit offerre de bonis ſuis inſolutum] Caſus in quibus de iure communi licet offerre de bonis in ſolutum, notantur ſupra cap. 164. ſi quis, verſ. teneatur ad petitionem aliorum creditorum.

De additione facta ſtatuto poſito in volumine ſtatutorum ciuilium, ſub Rubrica generali de ſtatutis nouis Collegij Notariorum Mediolani, & ſub Rubrica ſpeciali de diebus quibus inſtrumenta rogari nõ poſsint, & in quibus diebus authoritates, & decreta interponi valeant, quod incipit, in diebus. Cap. CCCCXIV.

STatuto prædicto poſt illa verba, eo ſtatuto, vbi legitur, ſex diebus proxime præcedentibus feſtum Paſchæ Reſurrectionis, adduntur iſta verba, videlicet. a Et totidem poſt.

a ET totidem poſt]. Hoc diſpoſitum ratione ſolennitatis huius feſtiuitatis, quæ ſolenniter obſeruanda etiã in eius octaua ex poſt.

Declaratio ſtatuti poſiti in volumine ſtatutorum ciuilium, ſub Rubrica generali, de ſolennitatibus inſtrumentorum, & ſub Rubrica ſpeciali, de Notarijs, apponenda in contractibus. Cap. CCCCXV.

QVoniam Notarij, & alij habitatores terræ Binaſchi, terræ per ſe, inter Mediolanum, & Papiam, & alij Notarij, & habitatores terrarum Communium, inter Mediolanum, & Papiam, conqueſti ſunt de dicto ſtatuto, allegando, quod in ipſis terris, & eorum territorijs ante publicationē, & confirmationem dicti ſtatuti, narrati in præcedenti Rubrica ſpeciali, tam Notarij Mediolani, quam Papiæ, poterant rogare, & rogabant inſtrumenta, & quod ibi, in contractibus, & diſtractibus, non ponebantur Pronotarij, & quod Notarij Papienſes, ibi rogant inſtrumenta ſine Pronotarijs, & Notarij Mediolanenſes non audent ibi inſtrumenta rogare ſine Pronotarijs, *a* & ſic Notarij Mediolanenſes remanent damnificati, ſtatuitur, quod in eis terris, & territorijs duntaxat, poſſint, & ualeant rogari quælibet *b* inſtrumenta contractuum, & diſtractuum, & ſine Pronotarijs, *c* & ita ualeant, & teneant, effectumq; ſortiatur, ac ſi Pronotarij appoſiti fuiſſent.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamenta non veniunt appellatione contractuum, declara numer. 2.*

a ET ſic Notarij Mediolanenſes remanent damnificati] Et ipſi non poſſunt in dictis terris rogare inſtrumenta abſq; Pronotarijs vetante illo ſtatuto, ſupra in c. 334. ſi à decem, vol. 1.

b Inſtrumenta contractum, & diſtractum] Quid veniat appellatione, contractus, & diſtractus, notatum late ſupra c.
1 328. in alienationibus, in verbis his, volu. 1. † Non autem comprehenduntur teſtamenta, & alia dependentia ab vltimis voluntatibus, nam in his ſeruanda ſolennitas, de qua ſupra cap. 319. ſi quis de cętero, cum ſequent. vol. 1. cum de
2 his hic non diſponatur. † Quid autem ſi comprehenderetur etiam facultas rogandi teſtamenta abſq; ſolennitate, de qua ſupra dicitur d. cap. 319. ſi quis, volum. 1. Si quis Notarius Mediolanenſis in dictis terris appoſuiſſet ſecundos Notarios, qui ſe non ſubſcripſiſſent ad formam dicti ſtatuti, quod tamen teneret, ex quo præſumeretur ad ſuſtinendū actum voluiſſe vti priuilegio huius ſtatuti, facit quod in ſimili not. Dec. conſ. 12. num. 20. Quod idem dicendum ſi adhibuit vnum tantum Pronotarium, cum duos debuiſſet adhibere ad formam memorati ſtatuti, d. cap. 334. ſi à decem, volum. 1.

c Et ita valeāt, & teneant] Non obſtante diſpoſitione memorati ſtatuti, ſupra d. cap. 334. ſi à decem. Modo in reliquis ſint ſeruata ſolennia à iure communi, & ſtatutis in dicta Rubrica notatis, per textum in l. vt gradatim, ff. de muner. & honor.

Declaratio ſtatuti poſiti ſub Rubrica, de extraordinarijs ciuilium, & ſub Rubrica ſpeciali, de re paterna luenda, ſeu de eodem, quod incipit, & prædicta ſtatuta, de re paterna luenda. Cap. CCCCXVI.

STatuitur, quod vbi contingat emphyteutam emere directum Dominium, & eiuſdem poſſeſſionem, & ſe, & bona conducta liberare *a* infra annum, à die inueſtituræ libellariæ, vbi in eo ſtatuto diſponitur pro precio æſtimando, per æſtimatorem, vel æſtimatores Communis Mediolani, vel amicum, vel amicos communes, eo in caſu tantum, volentem luere, poſſe eam rem pleno iure luere, *b* ſoluendo precium integre, & alia obſeruando, vt diſponitur ex forma dicti primi Statuti, de re paterna luenda, & in omnibus, & per omnia, prout in ſtatuto diſponitur.

a INfra annum à die inueſtituræ libellariæ] Nam dictum ſtatutum, cap. 422. & prædicta, loquitur indiſtincte, etiā quando emphyteuta emat directum, & liberat à præſtatione canonis.

b Soluendo pretium integre] Et ſic eo caſu tantum non poſſe remitti æſtimationem æſtimatori communis Mediolani, vel amico communi, ſed ſoluendum precium exburſatum per emphyteutam integre, & ſic in hoc correctam diſpoſitionem illius ſtatuti, c. 422. & prædicta.

Quod inquilini, vel penſionantes pro debito pēſionis poſſint capi. Cap. CCCCXVII.

a PEnſionantes, ſeu Inquilini Ciuitatis, *b* & ſuburbiorū, id eſt, intra redefoſſa Mediolani, ſpaciantes, ſeu ſpaciari facientes domos conductas, nō ſatisfacto domino, ſeu locatori de penſione, *c* ſine licentia ipſius domini, ſeu locatoris, *d* poſſint pro debito penſionis temporis præteriti, capi, *e* & detineri. Et vtrum euacuauerint domum ſine licentia domini, ſeu locatoris, vel ne, *f* ſtetur eius *g* locatoris ſacramento.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor ſuſpectus de fuga, an poſſit detineri.*

a PEnſionantes ſeu inquilini] Conductores ſcilicet domorum, qui autem ſint, notatum ſupra cap. 379. Nullus, in hoc verbo.

b Et ſuburbiorum, id eſt, intra redefoſſa] Hoc expreſſum, quia non continerentur ſuburbia extra redefoſſa.

c Sine licentia ipſius domini, ſiue locatoris] Etiam quod non ſit dominus, ſed tantum locator ſimplex, vt notatum ſupra c. 379. Nullus, in verbo, domini, vel locatoris.

d Poſſint pro debito penſionis temporis præteriti] Non ſic pro penſione futuri temporis, etiam quod ſpaciet domos conductas ante tempus, cum hic non tribuatur hoc beneficium contra eos.

e Capi, & detineri] Quod quidem prohibitum erat per diſpoſitionem ſtatuti, ſupra c. 167 pro debito, loquentis ex-
1 ceptuantis tantū penſionantes extra redefoſſa, vol. 1. † Hoc autem remedium datur capturæ ex quo ſublatum beneficium domino, vel locatori etiam ex diſpoſitione iuris communis includendi propria etiam authoritate inuecta, & illata in domum conductam pro penſione temporis præteriti, per l. vtiq; ff. de damn. infect. & etiam pro penſione futuri temporis, quando inquilinus eſt ſuſpectus, ne inſalutato hoſpite recedat, bona & res ſuas ab eo auferēdo, per l. quæſitum, ff. de pignor. & notatum ſupra cap. 111. quolibet, in verbo, poſſit fieri conteſtatio, vel ſequeſtrum, vol. 1.

f Stetur] Poterit tamen contrarium probari, vt not. ſupra in ſimili c. 373. ſtatuitur in verbo, domini.

g Locatoris ſacramento] Quando ſtandū, & quādo non, & quo tēpore, loco, & corā quo iudice ſacramentū hoc deferatur late diſcuſſum d. c. 373. ſtatuitur, in dictis verbis.

RVBRICA GENERALIS, De paraticis, & Maroſſerijs.

De Paraticis non habendis. Cap. CCCCXVIII.

NVllum paraticum, nec ſchola, nec cōgregatio alicuius artis *a* de cętero ſit *b* in Ciuitate Mediolani, *c* nec eius Ducatu, & ſi aliquando contigerit, *d* ex conceſſione Ducis Mediolani, aliquod paraticum, vel ſcholam, vel congregationem alicuius artis de cætero eſſe, nullum ſtatutum, *e* quod per ipſum paraticum ſcholam, vel congregationem alicuius artis factum eſſet, vel fieret, valeat, nec teneat, nec obſeruetur, *f* niſi inter ipſos de paratico, in concernentibus artem ſuam, ſed ſolūmmodo ſeruentur ſtatuta Cōmunis Mediolani. Et prædicta non habeant locum in Collegijs, vel congregationibus *g* habētibus ſtatuta in voluminibus ſtatutorum Communis Mediolani.

S V M M A R I V M.

1 *Collegia, & congregationes ſine licentia Principis prohibentur, & num. 2.*
3 *Congregationes an poſſint ſtatuere, & num. 4.*

a DE cętero ſit] † Nā prohibentur ſimilia Collegia, & cō-
1 gregationes abſq; Principis licētia, & authoritate, l. 3. ff. de Colleg. idē not. Virg. Boccat. in cōſt. Marchię gl. 6. n. 70.

b In

b In Ciuitate Mediolani] Quid veniat appellatione ciuitatis, an veniant ſuburbia, late not. ſupra ca. 341. ſi quis, in verbo, in ciuitate Mediolani.

c Nec eius ducatu] Quid veniat appellatione, ducatus, notatū ſupra c. 130. vbicunq; in verbo, de comitatu, vol. 1.

d Ex conceſſione Ducis] † Quæ ſemper obtinenda in his
1 Collegijs conſtituendis, vt tradit Virg. Boccat. d. tract. ſuper conſtit Marchiæ, gl. 6. num. 70.

e Quod per ipſum paraticum, ſcholam vel congregatio-
3 nem alterius artis factum eſſet] † Poſſunt enim concedere ſtatuta ſuper facto illius artis, vel profeſſionis, quam exercet, ita Virgin. Boccat. iu conſtitut. Marchiæ gloſſ. 6. num. 49.

f Niſi inter ipſos de paratico in concernētibus artem ſuā]
4 † Idem de iure communi notat Bald. in l. 1. num. 1. & 2. C. de Monopol. Aret. conſ. 45. circa finem, num. 5. Iaſ. in l omnes populi, colum. 5. num. 37. ff. de iuſt. & iur. Capic. dec. 206. num. 29. ad finem, verſ. quinta difficultas, cum etiam non poſſint condere ſtatuta vltra artem ſuam, ita not. Virg. Boccat. d. gl. 6. nu. 49.

g Habentibus ſtatuta in voluminibus ſtatutorum] Prout cauetur ſupra in Rubrica, de Fabris, & Aurific. c. 100. cum ſeq. & in ſtatutis mercatorum.

Quod quilibet poſsit impune exercere quamlibet artem licitam, ſi alias non ſit prohibitum per ſtatuta Ciuitatis Mediolani. Cap. CCCCXIX.

a QVilibet Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, b & terrarum ſubiectarum ſtatutis Communis Mediolani, vel alterius de, tam maſculus, quam fœmina, c tute, & impune, & vbique, & in quolibet loco, in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, & in locis ſuppoſitis ſtatutis, vtſupra, poſſit facere, & exercere, ac operari quamlibet artem, ſeu artificium, miniſterium, & laborerium cuiuſcunque generis, & maneriei ſit, niſi in contrarium, iure municipali, reperiatur cautum. e Item, quod Colditarij, & quælibet perſona, poſſit portare facere, & vendere, etiam ſuper nundinis, & ferijs, quodlibet aramen laboratum, tam nouum, quam vetus, non obſtantibus aliquibus in contrarium, item, quod quilibet f poſſit vendere ferrum, & aciale laboratum, tam vetus, quam nouum vbique, etiam in plateis publicis, ac in nundinis, vel ferijs, & quolibet die, non obſtante aliqua prohibitione.

SVMMARIVM.

1 *Terræ communes dicuntur ſubiectæ.*
2 *Impune verbum quid ſignificet.*
3 *Vendere ferrum eſt exercitium vtile licitum, & honeſtum.*

a QVilibet Ciuitatis, & Ducatus Mediolani] Qui veniāt comprehenſi in Ducatu, notatum ſupra c. 130. vbicunque, vol. 1. ſtatutorum.

b Et terrarum ſubiectarum] † Veluti ſunt terræ commu-
1 nes, prout cauetur ſupra c. 153. ſtatuitur vol. 1. & terræ infeudatæ, vt not. ſupra c. 155. ſtatuta, in verbo, conceſsionibus, & not. Ceph. conſ. 210. nu. 6. vol. 2.

c Tute, & impune] † Quid releuet hoc verbum, impune,
2 not. Alber. ſuo dictionario, in verbo, Impune.

d † Niſi contrarium iure municipali reperiatur cautum] Contrariū autem diſponitur in omnibus Paraticis quæ ſūt conſtituta & approbata per Principem vel Senatum.

e Itē quod Colditarij] Qui vulgo appellātur li Magnani.

f Poſſit vendere ferrum] † Exercitium hoc eſt vtile, licitum, & honeſtum, ita Bald. conſ. 440. nu. 1. vol. 5.

De remuneratione Maroſſeriorum, & eorum ſatisdatione. Cap. CCCCXX.

a NVllus Maroſſerius, nec Mediator b alicuius mercatus, cuiuſcunq; generis, & maneriei, vel matrimonij, c poſſit accipere, nec habere aliqualiter pro maroſſo, vel eius mercede alicuius maroſſi, vtſupra d vltra ſoldos decem Imper. ab ambabus partibus, pro quolibet centenario librarū rei, vel iuris, de qua, vel quo factus fuerit mercatus, vel dotis datæ, vel promiſſorum occaſione contracti matrimonij. Et ſi quis contrafecerit, e ipſo iure, & facto, cadat in pœnā quadrupli eius, quod perierit, vel acceperit, applicandam pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate illi, à quo petitum, vel receptum fuerit. Et inſuper, non poſſit in perpetuum officium Maroſſerij exercere, & quilibet iudicens poſſit de prædictis, & quolibet prædictorum inquirere & procedere ex officio. Et de prædictis, & quolibet prædictorum f credatur ſacramento eius à quo petitum, vel receptum fuerit, cum vno teſte fide digno, nec in contrariū fieri poſſit pactum, nec promiſsio, neque conuentio. Et ſi facta fuerit, non valeat, nec teneat.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta dicitur maroſſerius cuius opera non eſt improbabilis, num. 2.*
3 *Maroſſeriorum dolus non viciat contractum.*
4 *Salarium debetur pro maroſſo, & per quem, num. 5.*

a NVllus Maroſſerius, nec Mediator] † Qui dicuntur etiā
1 proxenetæ, vt not. Benuenut. Strach. tract. de proxe-
2 netis. † Opera horum Maroſſeriorum non eſt improbabilis, & eis ſalarium etiam de iure communi debetur, ita habetur in l. fin. circa medium, ff. de proxenet.

b Alicuius mercatus] † Maroſſeriorum, dolus non vitiat
3 contractum, ſed ipſi de dolo tenentur ea actione, ita Iaſ. §. actionum, num. 14. cum addit. ibi in uerbo, contractum, Inſtit. de actio.

c Poſſit accipere, nec habere aliqualiter pro maroſſo]
4 † Etiam de iure communi debetur eis ſalarium pro maroſſo, ita cauetur ex textu d. l. fin. circa medium, cum gl. ibi, ff. de proxenet.

d Vltra ſoldos decem Imper. ab ambabus partibus] † Id eſt
5 pro ſingula eorum partium, ut in ſimili not. Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 73. de ferijs, & ſalarijs, nu. 9. ad fin. lib. 1.

e Ipſo iure & facto] Requiritur tamen ſententia declaratoria ſuper ipſo facto, licet non requiratur reſciſſoria, not. late ſupra c. 1 in verbo, ipſo facto, uol. 1.

f Credatur ſacramento eius] † Quando non credēdum, & quo tempore deferendum ſacramentum, & quo loco, coram quo Iudice, & quod poſſit probari contrarium, notatū late ſupra c. 373. ſtatuitur, iu uerbo, ſacramento Domini.

g Cum uno teſte fide digno] Omni ſcilicet exceptione maiore, Abb. c. ut debitus, num. 14. de appell.

DE EODEM. Cap. CCCCXXI.

MAroſſerij, elapſis ſex menſibus, poſt mercatum, a non audiantur, occaſione mercedis ſuæ, b niſi interim querimoniam depoſuerint.

a NOn audiantur] Statutum tollens ius partis termino ſex menſium, an ualeat, late notatum ſupra cap 122. quilibet in uerbo, quod illud ſcriptum ſit nullius momēti, uol. 1. & ſupra c. 388. ſi colonus, in uerbo, non audiantur.

b Niſi interim querimoniam depoſuerint] Quid ſit querimonia, late notatum ſupra cap. 387. ſi contingat, in hoc uerbo.

Quod Maroſſerij nō vtantur eorum operibus in certis partibus. Cap. CCCCXXII.

NVllus Maroſſerius, ſeu mediator, undecunq; ſit, audeat nec præſumat ire a ad ripas nauigiorum, uel laghetos, nec ad foſſas Mediolani, b cauſa maroſſandi ligna, à foco, nec carbones, nec poſſint ſe intromittere de aliquo maroſſo prædictorum, ſub pœna cuilibet contrafacienti, librarum decem Imperialium, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate accuſatori, c & credatur accuſatori cum ſacramēto, & uno teſte fide digno. Et ſi quis maroſſerius d repertus fuerit loqui cum aliquo mercatore lignorum, uel carbonum, intelligatur contrafeciſſe, & cadat in pœnam, utſupra.

a AD ripas nauigiorum] Dum conducuntur ſcilicet.

b Cauſa maroſſandi ligna à foco, ſiue carbones] Secus in alijs lignis ab opera.

c Et credatur accuſatori cum ſacramento] Declarando, ut ſupra in ſimili not. iu c. 374. quodlibet ad finem.

d Repertus fuerit loqui] Magna præſumptio, quod ex quo loquatur maroſſerius cum mercatore lignorum, vel carbonum præſumatur, & intelligatur contrafeciſſe huic ſtatuto, & cadere in pœnam.

Digitized by Google

DE EODEM.
Cap. CCCCXXIII.

ALiquis, *a* qui teneat poſtam, pro vendendo carbones, *b* non poſſit ſe intromittere de portando carbones per Ciuitatem, aliter quam ad ſuam poſtam, vel apothecam. Et ſi contrafecerit, cadat in pœnam, de qua in præcedenti ſtatuto, applicandam, vt ſupra, *c* ipſo iure, & facto.

a QVi teneat poſtam] Locum ſcilicet vendendi carbones.

b Non poſſit ſe intromittere de portãdo carbones] Et hoc vt occurratur fraudibus quæ poſſent fieri.

c Ipſo iure & facto] Sententia tamen declaratoria requiritur ſuper facto ipſo, vt late notatum ſupra cap. 1. in verbo, ipſo facto, vol. 1.

De ligatoribus ballarum, & eorum officio ſacramento, & ſatiſdatione.
Cap. CCCCXXIV.

LIgatores ballarum, ſingulis annis de menſe Ianuarij teneantur iurare, & ſatiſdare ad officium Prouiſionum Communis Mediolani, vel ad officium Abbatum Mercatorum Mediolani, quod artem ligandi ballas bene, & legaliter exercebunt, *a* & nullam fraudem committent, quæ redundet contra communem vtilitatem, vel particularem. Et quod nullam conuentionem, nullumq; pactum de cętero facient, quæ vel quod poſſit aliqualiter redundare contra vtilitatem publicam, vel priuatam. Et qui prædicta nõ obſeruauerit penitus eximatur per Vicarium officij Prouiſionis, vel per Abbates mercatorum Mediolani ab arte ligãdi *b* ballas, & taliter reiectus nullo modo poſſit ligare ballas, nec fachotos, nec eſſe è dicta arte, nec participare cum aliquo ligatore ballarum. Et inſuper taliter reiectus nunquam ad dictam artem admittatur, niſi primo compoſuerit communi Mediolani libras quinquaginta Imperialium. Pro quibus iuramento, & ſatiſdatione tantummodo ſoluatur ad computum ſoldorum duorum Imperialium, pro ſingulo ligatore ſingulo anno.

a ET nullam fraudem committent] Quę multæ poſſunt fieri per eos, concernentem tamen priuatam vtilitatẽ, quam publicam, reſpectu datiorum, & aliter.

DE EODEM.
Cap. CCCCXXV.

TEneantur, & debeant ligatores ballarum, & fachottorum publice, & *a* palam ligare ballas, & fachottos, & in conſpectu omnium addiſcere volentium, præſtentque patientiam omnibus addiſcere volentibus de dicta arte, nec prohibeant aliquem vti volentem addiſcere dictam artem, ſeu miniſterium dictæ artis. *b* Teneanturque docere bene, & legaliter omnes addiſcere volentes de dicta arte. Non obſtantibus aliquibus conuentionibus, nec pactionibus per ipſos ligatores, hinc retro factis, vel de cætero fiendis. Et ſi quis ligator contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit, vel omiſerit, pro qualibet vice, componat libras vigintiquinque Imperialium, ad quam pœnam compelli poſſint, etiam *c* ſine aliquo proceſſu, vel ſententia, cuius medietas ſit notificatoris, & altera medietas ſit Communis Mediolani.

a PAlam, & publice ligare ballas, & fachottos] Hoc non ſeruatur.

b Teneanturq; docere bene, & legaliter omnes addiſcere volentes] Hoc pariter ſecus non ſeruatur.

c Sine aliquo proceſſu] Quid ſublatum per hanc clauſulã not. ſupra c. 8. ſi quis, in hoc verbo, vol. 1. ſtatutorum.

DE EODEM.
Cap. CCCCXXVI.

MErcatoribus Cõmunis Mediolani, & alijs quibuſcũq; licitum ſit ligare, vel ligari facere ballas, *a* per ſe, *b* vel per quamcunq; perſonam, per quam voluerint.

a PEr ſe] Manibus ſuis, vel ſuorum.

b Vel quamcunq; perſonam] Siue ſuam, ſiue alterius.

RVBRICA GENERALIS,
De Broleto ſpaciando, & aptando.

De Palatio ſpaciando.
Cap. CCCCXXVII.

MEdietas *a* Palatij magni broleti, quę eſt verſus plateam mercatorum Mediolani, ſic & remaneat, prout aptata fuit nouiter, expẽſis mercatorũ Mediolani. Reliqua autem medietas ipſius palatij, quæ eſt verſus cãpanile broleti ſubtus, & etiam extra voltas, *b* ſpacietur, & euacuetur, ab vno capite, vſque ad aliud, & etiam à capitibus. Et voltæ eiuſdem, quæ ſunt à capitibus ipſius palatij, & etiam verſus Collegium Notariorum, & verſus Portam Nouam, totaliter, & liberæ ſpaciatæ, & apertæ remaneant, & remoueantur omnia obſtacula, nec poſſit aliqualiter locari, *c* exceptis banchis campſorum, quæ ſunt verſus contratã fabrorum, & verſus domum Poteſtatis, & ſi contrafactum fuerit, non valeat, & contrafaciens condemnetur in libris centum Imperialium, applicandis Communi Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Palatium quid ſit, & vnde dicatur.*

a PAlatij] † Quid ſit Palatium, & vnde dictum, notat
1 Boſſ. tit. de regalijs, num. 38. ad finem, & num. 39. verſ. aduerte.

b Spacietur, & euacuetur ab vno capite ad aliud] Hoc nõ fiebat retroactis temporibus, anno autem prętcrito hoc fuit executum per Dominum Prouiſionum ex ordine Illuſtriſſimi Gubernatoris, opus quidem laudabile.

c Exceptis banchis campſorum] Hi autem banchi non tenentur ſubtus dictum palatium, ſed alibi in platea templi maioris.

Quod mercatus farinæ fiat extra broletum.
Cap. CCCCXXVIII.

a IN broleto Communis Mediolani non vendatur farina ad poſtas, ſed in ſaccis poſſit vendi farina, *b* per conducẽtes de eis, dummodo ipſam vendant minori precio denariorum ſex Imperialium pro ſtario farinæ pretio quo farinarij tenentes poſtas vendere debent.

a IN broleto Communis Mediolani] Intelligit de broleto nouo, vbi venduntur farinę.

b Per conducentes de eis] Hoc non fit hodie, ſed extra farinarios alij vendunt ſolum frumentum, & blada.

DE EODEM.
Cap. CCCCXXIX.

NVllus moretur, nec de cętero morari audeat, nec pręſumat, in broleto Communis Mediolani pro vendendo carnes recentes, nec ſalſas crudas, nec coctas, piſces recẽtes, nauona, rapas parapſides, nec ſcutellas, fodras, nec pelliceas, nec exercere tabernam, ſub pœna cuilibet contrafacienti librarum decem Imperialium ſingula vice, applicãdarum pro medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate Accuſatori.

HOc die ſeruatur cum ſolum farinarij, & vẽdentes granum, & vinum in eo morentur.

De loco Collegij Iuriſperitorum ſpaciando.
Cap. CCCCXXX.

a COllegium Dominorum Iuriſperitorum Mediolani ſpacietur, & ſpaciatum teneatur, à quibuſcunque impedimentis, & obſtaculis, à ſchalis Palatij Prouiſionum, quę ſunt penes officium Abbatum mercatorum vſque ad portam Broleti, quę eſt ab vno latere dicti Collegij,

& per

Digitized by Google

& per quam itur ad Corduſium, & quod aſpectus dicti Collegij remaneat liber, abſq; aliqua offuſcatione aeris, & alio quocunque impedimento.

a Collegio Dominorum Iuriſperitorum] Hic locus tunc Collegium Iuriſperitorum, hodie eſt Collegium Dominorum Notariorum Mediolani datum in cambium cum ſuo, quod dein reædificatum fuerit de nouo pecunijs, & largitione facta per Summum Pontificem Pium Quartum ex dicto Veneran. Collegio tempore eius Pontificatus.

Quod loca communis ad vſum publicum vtilia remaneant, & ſeruentur. Cap. CCCCXXXI.

a Omnia loca Communis Mediolani, ſiue ædificata, ſiue non, ſeruentur Communi Mediolani, & ad ipſum vſum publicum, ſi vſui publico proſunt, & non obſtante aliqua locatione, b alienatione, vel inueſtitura, ad Commune Mediolani, pro publico vſu retrahantur, & ſeruentur, ſi ſeruando contractum vſui, vel vtilitati publicæ eſſet nociuum.

a Omnia loca] Idem cauetur de ſtratis publicis, & alijs locis communis Mediolani ſupra cap. 264 ſtratę publicæ.

b Alienatione] Etiam legitimæ, & ſeruatis ſeruandis facta cum diſpenſatione ducali, vt not. Cœpolla tract. de ſeruit. ruſtic. c. 3. de ſeruit. viæ, nu. 17. & hoc quando vſui, vel vtilitati publicæ eſſet nociuum, vt infra cauetur.

Loca deputata pro barruerijs Poteſtatis. Cap. CCCCXXXII.

Barruerij Poteſtatis Mediolani, non ſtent nec morentur in broleto, a ſtent, & morentur in fundo ſchalæ lapideæ, quæ eſt verſus curtem, & ſtallam, ac canepam Poteſtatis Mediolani. b Et ſeruitores communis Mediolani, c ſtent ſubtus portam broleti, qua itur ad Portam Nouam Mediolani, vbi nouiter plantatæ ſunt banchæ.

a Sed ſtent, & morentur in fundo ſchalæ lapideæ] Hoc ſeruatur.

b Et ſeruitores Communis Mediolani] De quibus ſupra c. 201. Nullus, cum ſeq.

c Stent ſubtus portam broleti] Ex cambio Collegij Notariorum, cum Collegio I.C. de quo ſupra cap. 431. Collegia hi ſeruitores mutauere locum & ipſi.

Quod Auantatores Corregiolæ, & certi alij non morentur in broleto. Cap. CCCCXXXIII.

Avantatores Corregiolæ, puluereæ, nec dantes gratiam Sancti Pauli, nec Sanctæ Appolloniæ, nec prædicantes breuia pro febribus, a vel alijs de cauſis, b non morentur, nec exerceant prædicta, nec aliquod prædictorum in broleto Communis Mediolani, & ſi reperti fuerint contrafacere, componant libras tres Imperialium qualibet vice, ſine alia condemnatione, & Notificans habeat medietatem dictæ pœnæ, & altera medietas ſit Communis Mediolani.

a Vel alijs de cauſis] Comprehendit omnes qualitates circulatorum.

b Non morentur, nec exerceant prædicta, nec aliquod prędictorum in broleto] Hoc ſeruatur, niſi habuerint licentiam à ſuperioribus.

Quod officium Prouiſionũ teneatur manutenere in broleto Puteum. Cap. CCCCXXXIV.

Officium Prouiſionum a teneatur in broleto manutenere puteum vnum cum rota vna, & catena vna ferrea, & duabus ſegijs, aramìnis, ſcilicet, vna ſegia ab vtroque capite catenæ, ita quod quilibet poſſit haurire aquam libere de ipſo puteo.

a Teneatur in broleto manutenere puteum] Hoc opus fuit reſtauratum Anno 1580. laudabili opera magnifici I.C.S Domini ædilis Corij vna cum remotione obſtaculorum, quæ multa erant, iuxta formam ſtatuti ſupra cap. 438. medietas, vol. 1.

De Collegio Notariorum Mediolani. Cap. CCCCCXXXV.

a Illa pars broleti, quæ eſt à pede Campanilis dicti broleti, vſque aditum portæ dicti broleti, qua itur ad portam Nouam, vbi adſunt Cancelli magni Notariorum, & inter ſtratam maſtram, quæ nuncupatur de farinis, & placeam dicti broleti, & etiam camereta, quæ eſt in ſolario inter Campanile, & dictam ſtratam, ſimul cum cancelletis paruis b per quas itur in cameram inferiorem allegationum Dominorũ Aduocatorum Mediolani, remaneant ad vſum Collegio Notariorum Mediolani, ita vt libere, & abſque aliquo impedimento ibi commorari poſſint, & habere diſcos, & banchas, & ſedes ſuas, & ibi exercitium ſuum exercere, ſaluis iuribus ipſorum Dominorum Aduocatorum, c quę habẽt in ipſis cancelletis.

a Illa pars broleti] Hæc pars fuit per Dominos Notarios data in Cambium Venerando Collegio noſtro, de quo notatum ſupra capit. 431. Collegium, & dein ædificatum munificentia Summi Pontificis Pij Quarti, vt ibi notatum.

b Per quas itur in cameram inferiorem Allegationum Dominorum Aduocatorum] Hæc Camera pariter data in Cambium per Dominos Iuriſperitos Dominis Notarijs.

c Quæ habent in ipſis cancelletis] Hoc ius ſublatum per memoratum Cambium.

De officio Cuſtodis broleti. Cap. CCCCXXXVI.

a Cuſtos broleti debeat aperire, & claudere Palatium, & Broletum, ſicut expedierit, & debeat cuſtodire broletum, & omnes banchas, & alia, quę erunt in broleto ipſo, tam Communis, quam ſingularium perſonarum, & omnia, quę conſignabuntur ei, per caneparium, vel maſſirolum Communis Mediolani, & caneparius, ſeu maſſirolus ipſe teneatur ei conſignare in ſcriptis banchas, lapides, & alias res Communis Mediolani, b exceptis ſcripturis, ſiue actis Communis Mediolani, quas, & quę tamen cuſtodire debeat. Et ſi quid de ipſis rebus ſiue denarijs ſurreptum, vel diminutum fuerit, teneatur Communi Mediolani, ſeu ſingularibus, quorum erunt reſtituere, & debeant c mundificari facere broletum ipſum.

a Cuſtos broleti] Hic eligitur per D. Vicarium ex 12. Prouiſionum ad vitam.

b Exceptis ſcripturis, ſiue actis Communis Mediolani] Quæ Actuarij ciuiles, & criminales cuſtodire habeant.

c Mundificari facere broletum ipſum] Illud ſpaciari faciendo ſuis expenſis, vt dicitur in ſeq. cap.

DE EODEM. Cap. CCCCXXXVII.

Cuſtos broleti, debeat tenere claues, & debeat aperire, & claudere broletum quando eſt neceſſe, & conuenientius, & debeat cuſtodire omnes res, quę erunt in broleto ipſo, tam Communis Mediolani, quam ſingularium perſonarum, a ſuis periculis, b, & expenſis, & debeat etiam ſuis expenſis tenere ſchalas remundatas à luto, & portas broleti, & ipſum broletum netum, & netas, c & etiam teneatur tenere purgata loca neceſſaria dicti broleti, & quibus neceſſarijs, quilibet ſine impedimento vti poſſit.

a Suis periculis] Quo ad res ibi exiſtentes.

b Et expenſis] Quo ad purgationem, & mandationem à luto.

c Et etiam teneatur tenere purgata loca neceſſaria d. broleti] Hodie non adſunt hęc loca neceſſaria.

Digitized by Google

RVBRICA GENERALIS,

SVMMARIVM.

1 *Repreſſaliarum materia tractatur quando concedantur, & an ſint licite in foro conſcientiæ, & quid debeat præcedere an extendantur vltra territorium, & quis ordo obſeruandus an poſſint delegari an detur appellatio an concedantur confœderatis, & contra Magiſtratum, & contra quos exercere non debeant plene an notatur, vſque ad num. 84.*

†REpreſſaliæ appellantur in iure pignorationes, vt not.
1 Bart. tract. repreſſal. q. 1. num. 2. Corn. conſ. 160. num.
2 12. vol. 2. † Differunt autem preſſaliæ, & repreſſaliæ, nam
preſſaliarum appellatione tantum capi res poſſunt, per repreſſalias
capi poſſunt res, & perſonæ, ita Affict. in conſtit.
3 regni, Rubr. 8. de pacis cultu, nu. 42. lib. 1. † Repreſſaliarũ
materia in iure communi eſt valde odioſa, vt tradit Bald. in
Auth. & omnino, nu. 13. C. Ne vxor pro marito, late Burſ.
4 conſ. 138. num. 17. volum. 2. † Ex eo, quod eſt contra iuris
communis diſpoſitionem, vt not. Alberic. in d. Auth. & omnino,
numer. 2. verſ. ad contraria reſpondet, C. Ne vxor pro
marito. Idem notat in tract. ſtatut. prima parte, quęſt. 53.
5 nu. 9. Corn. conſ. 160. num. 11. volu. 2. † Quod autem ſint
prohibitæ tam à iure ciuili, quam canonico, notat Alberic.
d. tract. ſtatut. 1. parte q. 53. nume. 21. licet dicat ſeruari de
facto in aliquibus caſibus, idem tradit Mart. Laud. tract. re-
6 preſſal. num. 12. † Sed quod vſus earum ſit vetuſtiſſimus,
7 notat Burſat. conſ. 138. nu. 61. vol. 2. † Quod etiam concedantur
ex æquitate iure diuino, & gentium inſpecto, not.
8 Mart. Laud. d. tract. nu. 12. ad fin. & n. 13. † Quæ tamen cõceduntur
duobus concurrentibus, quod ſcilicet fiant authoritate
ſuperioris, & quod authoritas interponatur ex iuſta
cauſa, ut not. Bart. d. tract. repreſſal. q. 1. nu. 4. Corn. d. cõſ.
160. n. 12. late diſcutit Iacob. de Canib. tract. repreſſal. parte
1. princ. 2. artic. nu. 8. cum ſeq. Quod etiam ſint prohibitæ
in foro conſcientię, firmat Bart. d. tract. repreſſal. q. 1.
9 n. 3. † Quod autem ſint de genere permiſſorum, notat cau-
10 telam Bal. in Auth. habita, nu. 19. C. ne filius pro patre. † Ex
iuſta autem cauſa quod poſſint concedi, notat etiam Affl. d.
11 conſtit. regni, Rubr. 8. de pacis cultu, nu. 37. lib. 1. † Et tunc
dicuntur licitæ etiam in foro conſcientiæ, ita Burſ. d. conſ.
12 138. nu. 23. vol. 2. † Dicitur autem iuſta cauſa conceſſionis
earum denegata, vel neglecta iuſtitia, vt not. Alberic. dict.
Auth. & omnino, nu. 1. C. Ne vxor pro marito, Mart. Laud.
d. tract. nu. 7. Pract. in forma libelli in actione reali, verſ. iure
Dominij, nu. 19. Roman. conſ. 169. num. 2. Bertrand. cõſ.
103. num. 12. vol. 2. Iacob. de Canib. conſ. 141. nu. 4. ad fin.
13 Dec. 352. nu. 4. Io. de Arnono Dialogo 28. † Conceduntur
autẽ ex iuſtitia denegata, vel neglecta, vbi non poſſit haberi
copia Iudicis ſuperioris, vt tradit Iacob. de Canib. tract.
repreſſal. num. 21. idem Corn. conſ. 160. nu. 5. 13. & 14. vol.
2. & conſ. 62. nu. 1. vol. 3. Burſ. conſ. 138. num. 16. 18. 20. &
14 59. vol. 3. † Et hoc quia iſtud eſt remedium extraordinarium,
& non habet locum vbi adeſt ordinarium, ita notat
15 Mart. Laud. d. tract. nu. 11. † Fallit hoc vt non procedat vbi
adſit ſtylus, quod ſuperior non adeatur, vt tradit Guid. Pap.
ſua deciſ. 34. num. 1. verſ. contrarium. Quæ quidem requiſita
probari debent, & quod de ſubditi debito de iure gentium,
& iuſtitiæ petitionis ſuæ appareat, ita Burſ. d. conſ.
16 138. n. 21. vol. 2. † Vbi autem fuerint conceſſæ minus recte
non factis his probationibus, nullæ ſunt ipſo iure, ita Burſ.
17 d. loco, nu. 22. † Quando autem dicatur non fuiſſe habitam
licentiam ſuperioris, notat Bart. d tract. repreſſal. q. 2 n. 12.
18 † Denegata autem iuſtitia quando dicatur, notat declarando
Practic. in forma libelli in actione reali, verſ. iure Domi-
19 nij, num. 20. & 21. Burſ. conſ. 138. num. 62. vol. 2. † Qualiter
etiam probetur iuſtitiam fuiſſe denegatam; notat Bart. d.
20 tract. repreſſal. q. 4. princ. nu. 12. † In dubio autem præſumitur
Index facere iuſtitiam, vt tradit Roman. conſ. 332. n.
21 2. † Repreſſalias has in caſibus permiſſis non poteſt concedere,
qui recognoſcit ſuperiorem de iure uel de facto, ita
Bart. d. tract. repreſſal. q. 3. princ. maxime num. 3. Laud. dict.
tract. num. 3. & num. 23 vbi declarat Iacob de Canib. ſimili
tract. parte 1. num. 22. & nu. 36. verſ. fallit ſeptimo, limi-
22 tando, num. 37. † Et vbi concedantur a ciuitate non recognoſcente
ſuperiorem, non poſſunt concedi per Præſidem
illius ciuitatis ſolum, niſi in eum ſit tranſlata poteſtas, ita
notat Mart. Laud. d. tract. num. 11. ſed debet adhiberi authoritas
populi, aut procerum, vel Antianorum, vt tradit
23 Iacob. de Canib. d. tract. 1. parte, num. 23. & 24. † Repreſ-
ſaliæ hæ non poſſunt concedi per pacta contrahentium, vt
24 tradit Bart. d. tract. q. 1. num. 14. † Per ſtatuta autem licet
in aliquibus caſibus ea concedere iuxta tradita per Bart. d.
tract. quæſt. 1. nume. 8. cum ſequent. Quæ an extendantur
extra territorium declarat Bart. num. 11. vſq; ad numerum
25 14. † Pro obtinendis repreſſalijs quod requiratur prius
requiſitio etiam per tranſmiſſionem peremptorij, notatur
per Bart. d. tract. repreſſal. quæſt. 2. prin. late declarat Bald.
d. Auth. & omnino, numer. 15. verſ. ſecundo quæritur, C. ne
vxor pro marito, latius per Affict. d. conſtit. regni, Rubrica
8. de pacis cultu, num. 37. cum quatuor ſequentibus, decla-
26 rando, vt per eum. † Ordo qui ſeruandus ſit in obtinendis
repreſſalijs coram Iudice apud quem petuntur, notat
27 Bartol. tractat. repreſſal. quæſtio. 4. princip. † Et quod requiratur
litis conteſtatio, notat Martin. Laud. dict. tractat.
repreſſal. num. 15. cum duobus ſeq. declarando, vt per eum.
28 † Debitũ debet ſubeſſe, pro quo denegata eſt iuſtitia ex iure
gentium, vt concedi debeant repreſſaliæ hæ, ſecus ſi ſit
indebitum de iure gentium, veluti ex iniuſta ſententia, vel
debito chirographario mutui poſt bienniũ, vt notat Bald.
in dict. Auth. & omnino, num. 15. Mart. Laud. d. tractat. de
repreſſal. num. 13. Iacob. de Canib. dict. tract. parte 1. num.
32. verſic. fallit 12. Non etiam concedi debent pro modico
debito, ita Bar. dict. tract. repreſſal. 2. quæſt. princ. num. 11.
Iacob. de Canib. d. ſimili tractat. parte 1. num. 36. verſicul.
fallit 16. Idem Cornel. conſ. 62. num. 4. volumin. 3. Afflict.
in conſtitut. regni, Rubrica 8. de pacis cultu, numer. 39. lib.
29 1. † Repreſſaliarum cauſæ vtrum ſint concedendæ, vel
ne, an poſſint delegari, diſtinguit Martin. Lauden. dict. tra-
30 ctat. num. 18. † A conceſſione repreſſaliarum, licet non
poſſit proprie appellari, cum concedantur per non recognoſcentem
ſuperiorem, tamen poterit haberi recurſus ad
eundem concedentem per viam ſupplicationis, & recurſus,
vt notat Martin. Lauden. dict. tractat. numer. 18. & interim
dum cognoſcitur ſuper eis vtrum ſint iuſte conceſſæ, vel nõ,
non relaxantur capta, vt not. Burſat. dict. conſ. 185. numer.
31 64. volum. 2. † Quibus autem perſonis ſint concedendæ
hæ repreſſaliæ, explicat Bart. in d. tracta. repreſſal. 5. quæſt.
32 princip. † Vtrum autem ſint concedendæ hominibus confœderatis,
diſtinguit Bald. in auth. & omnino, nume 9. C. ne
33 vxor pro marito, Mart. Laud. tract. nume. 31. & 32. † Concedi
autem poſſunt ciui facto alicuius loci contra ciuitatem,
& locum eius originis, ita not. Mart. Laud. dict. tracta.
repreſſal. num. 29. Iacob. de Canib. d. ſimili tract. 1. parte, n.
34 39. verſic. fallit 22. † Conceſſis repreſſalijs hominibus de
loco aliquo ſimpliciter, in his non comprehenduntur, qui
non ſunt ciues, nec ſubeunt onera illius loci, ita Alberic. in
d. Auth. & omnino, q. 1. nu. 2. vbi Bald. num. 7. Mart. Laud.
35 d. tract. num. 72. & 73. declarando, vt per eum, nu. 26. † Et
conceſſæ contra ciues non habent locum contra eos, qui
pro ciuibus habentur, ita Bertach. tract. de gabell. 7. parte,
36 num. 41. verſ. Item requiratur. † Non comprehenduntur
pariter eo caſu habentes alibi domicilium, ita Abb. c. quoniam
col. 1. nũ. 2. de offic. ordin. Affl. d. conſtit. regni, Rubr.
8. de pacis cultu, num. 42. ad fin. lib. 1. Rol à Valle conſ. 75.
37 num. 30. & 37. vol. 5. † Non etiam conceduntur alicui facto
ciui illius loci, paſſo iniuriam antequam ciuis eſſet, vt
tradit Bald. d. Auth. & omnino, num. 8. Idem Iacob. de Ca-
38 nib. d. tract. ſimili 1. parte, num. 31. verſ. fallit 9. † Non debent
etiam concedi his qui habentur pro ciuibus, cum vere
non ſint, exemplificando, vt per Mart. Laud. d. tract. nu. 33.
39 & 34. † Ceſſat pariter in ciuibus originarijs non facientibus
factiones in ſuo loco ex contumacia ſua, quod tamen
non poteſt opponere tertius, ita Iacob. de Canib. d. tract. 1.
40 parte, n. 41. verſ. fallit 23. † Non debent pariter concedi bãnitis
ab vno loco, ita Iacob. de Canib. d. tract. parte 1. n. 20.
41 verſ. fallit ſeptimo. † Minus concedi debent aduenis petẽtibus
eas, ita idem Iacob. d. tract. parte 1. nu. 29. & 30. verſ.
42 fallit octauo. † Repreſſaliæ hæ cõtra quas perſonas poſſint
43 concedi, notat Bart. tract. repreſſal. q. 6. princ. † Quod autẽ
non concedantur contra bona ciuium alibi habitantium,
44 notat Burſ. conſ. 138. num. 17. vol. 2. † Vtrum autem poſſint
concedi contra magiſtratum durante eius officio, explicat.
Mart. Laud. d. ſuo tract. repreſſal. num. 30. cum duobus
45 ſequ. † Conceſſis autem repreſſalijs ſimpliciter aduerſus
perſonas alicuius loci, & terræ contra quas poſſit exerceri,
& contra quas non, not. Bart. dict. tractat. quæſt. 7. Iacob.
de Canib. dict. ſimili tract. parte 1. num. 43. vſque ad finem.
46 † Et quod habeat locum contra omnem ſpeciem ciuium,
ſiue originariorum, ſiue aliter modo habitent in dicto lo-
47 co, notat Bal. dict. Auth. & omnino, num. 12. & 13. † Contra
enim alibi habitantes & eorum bona, licet ſint ciues
non

Digitized by Google

non datur, Burſatus volum.2.idem Burſat.conſ.138.nu.58.
48 volum.2. † Non etiam habet locum contra ciues ex priui-
legio, ne retorqueatur priuilegium in eorum odium, ita
49 Marſ.tract.bannit.in verbo,ciuitate,num.114. † Fugien-
tes quoq; ab epidimia non poſſunt capi pro repreſſalijs, ita
Ripa de priuileg.contract.cauſa peſtis,num.163.declaran-
50 do,num.164.ad fin. † Non poteſt pariter exerceri contra
eos qui vi ventorum illic venire compelluntur,ita Ripa d.
51 loco,num.164. † Ambaſciatores non poſſunt quoq; capi
pro repreſſalijs,etiam in ciuitatibus per quas iter faciunt,
nec ſui famuli, vel ſocij numerarij, qui ſunt vti deputati,
52 ita Bertach.tract.gabel 7.parte,nu.31. † Item nec eorum
bona,nec ad legationem neceſſaria,veluti equi, veſtes, & ſi-
53 milia,Marſ.d.loco,verſic.item vti. † Quod autem ſint am-
baſciatores probant per literas ſine quibus eis non credere-
tur niſi in legato Papæ,qui ſit Cardinalis,quia ei creditur,
54 ſine literis Papæ ibi,num.35.verſ.probant autem. † Non
ſoluens ſeu fraudans gabellum poteſt capi pro repreſſalijs,
alias non,ita Bertach.de gabel.9 parte, num.23.verſic.18.
55 † Si ſtatutum repreſſaliarum reſpiceret perſonas principa-
liter, verificatur ſolum in ſubdito ratione originis, non au-
tem domicilij,vel alterius cauſæ,ita Burſat.conſi.55.nu.4.
56 volum.1. † Non etiam habet locum contra iam expulſos,
57 vt not.Alberic.in Auth.& omnino,num.2.q.2. † An autem
porrigant vires contra bannitos à loco illo,diſtinguendum,
an habeantur omnino pro mortuis,vel non,vt notat Bald.
d.Auth.& omnino,num.10.& 11.C.ne vxor pro marito,
idem Iacob.de Canib.d.parte 1.nu.28.verſ.fallit 6.Mart.
58 Laud.d.tract.num.46.& 47. † Non extenditur etiam con-
tra ciuem vtriuſq; loci, tam concedentis, quam eius con-
tra quem conceſſæ ſunt regulariter, diſtinguendo, vt per
Bal.d.Auth.& omnino,nume.17.& melius per Iacob.de
59 Canib.d.tract.parte 1.num.34.verſ.fallit 14. † Non etiam
comprehenduntur ſcholares & aliæ perſonæ enumeratæ,
per Bald.d.Auth habita,num.18.C.ne filius pro patre,not.
etiam Iacob.de Canib.d.trac.parte 1.nu.38.verſ.fallit 21.
60 & num.43.verſic.fallit 26. † Non etiam habent locum con-
tra peregrinantes ad Sanctum Iacobum, ita Ioann. de Ar
61 nono commentario 183. † Non extenduntur etiam quo
ad capturam contra mulieres, quæ regulariter capi nō poſ-
ſunt,ita Iacob.de Canib.d.1.parte num.42.verſ.fallit 25.
62 † Quod idem eſt,vt non comprehendant furioſum & infan-
63 tem,vt tradit Mart.Laud.d.tract.num.48. † Non debent
etiam concedi contra eos, qui dedere conſilium, & per eos
non remanſit, vt tradidit Bald.d.Auth.& omnino,num.9.
64 verſ.dixi,C.ne vxor pro marito. † Nec etiam contra offi-
cialem, qui non fuit culpabilis de iniuſtitia facta, exempli-
ficando,vt per Iacob. de Canib. tractat. parte 1.nume.25.
65 verſic.fallit 5. † Non poterit pariter concedi nec exequi
contra Clericum ad inſtantiam laici, nec concedi per Iudi-
cem laicum,licet concedi poſſit per Iudicem eccleſiaſticum
ab iniuſtitia denegata per Iudicem Eccleſiaſticum contra
Clericum, ita not.Bald.in l.etiam,num.2.C.de execut.rei
Iudic.Mart.Laud.d.tract.nume.43.& 44.Iacob.de Canib.
2.parte, d.tract.num.1.& 2.Guid.Pap.quæſt.34.nu.2.cum
addit.ibi in litera B.Ægid.Thomat.de collect.verſ.videndū,
num.14.ſignanter Boſſ.ſua praxi crimin.tit.de iniurijs,nu.
36.vbi,num.37. firmat non poſſe concedi per Senatum ob
iniuſtitiam factam per ſummum Pontificem,licet ad durum
videatur. Idem cauetur in lib.16.commun.in verb.repreſ-
66 ſaliæ,Brun.iun.tract ceſſion.3.parte princ.num.3. † Vbi
dicit hanc concluſionem extendi etiam ad Clericum con-
iugatum. Quæ autem aliæ perſonæ comprehendantur ſu-
per hoc Clypeo Clericorum, notat exemplificando Iacob.
67 de Canib.d.tract.2.parte,nu.1.vſque ad ſeptimum. † Qua-
liter autem concedantur contra Clericum,notat nouiſſime
68 Burſat.d.conſ.138.num.60.volum.2. † Non conceduntur
etiam contra mortuum, vt denegetur ei ſepultura, ita not.
Marſ.tract.bannit.in verbo,mortui,num.82.& verbo,homi-
69 nes,num.27. † Conceſſis repreſſalijs contra aliquam ciui-
tatem non cenſetur conceſſa contra caſtrum eius, cum ſint
odioſæ,ita Romanus in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,nu.4.
70 ff.de damno infecto. † Repreſſaliæ hæ circa quas res poſſint
exequi & exerceri,& circa quas non,not.Bart.d tract.de re-
71 preſſal.quæſt.8. † An autem exerceri poſſit contra res exi-
ſtentes in territorio loci, contra quem conceduntur repreſ-
72 ſaliæ,declarat Mart.Laud.d.tract.nume.37. † Quod autem
non poſſint exequi contra bona ciuium alibi habitantium,
73 not.Burſ.conſ.138.num.17.uolum.2. † Repreſſalias con-
ceſſas per vnum Iudicem non tenetur alter exequi per lite-
ras ſubſidiales ſibi tranſmiſſas per concedentē eas,ita Mart.
74 Laud.d.tract.nume.28. † Ciuitas vt repreſſalias euadat de-
bet facere ſtatutum, quod iuſtitia fiat ſecundum ius com
mune, vt not.Bald.in d.Auth.habita,nume.20.C.ne filius
75 pro patre. † Repreſſalias iniuſte obtinens punitur pœna
quadrupli, & amiſſione iuris ſui, ita Bal.d.Auth.& omni-
no,num.18.verſ.vltimo,C.ne vxor pro marito,Mart.Laud.
d.tract.num.55.limitando, num.56.idem Iacob.de Canib.
76 ſimili tract.num.47.ad finem. † Repreſſaliæ poſſunt exequi
quolibet die, etiam feriato ob neceſſitatem hominum non
in honorem Dei, ita Bald.d.Auth.& omnino,num.16.Bart.
d.tract.repreſſal.quæſt 9.nume.5.Iacob.de Canib.d.ſimili
tract.nume.34.verſic.fallit 14 limitando, vt per eum. Sed
quod poſſint exequi etiā in diebus feriatis in honorem Dei
in caſu neceſſitatis,notat ſignāter Mart.Laud.d.tract.n.48.
77 cum ſequentibus tribus. † Non tamen exequi repreſſaliæ
poſſunt tempore nundinarum contra aliquem, ita Bald.&
Sali.l.1.C.de nundin. Pro repreſſalijs etiam quis capi non
poteſt, qui ſoluit pedagium,ita not.Bal.tit.quæ ſunt rega-
lia, nume.1.cum addit.ibi,Bertach.tracta.de gabel.8.parte
78 princ.2.membro, nume.19 verſi.& ſingulariter. † Soluto
debito propter quod ſunt conceſſæ repreſſaliæ ceſſare de-
bent repreſſalię, & ſi quid ad manus eas obtinētis peruenit,
quam ſit debitum, id debet conſignari coram publicis per-
ſonis, & poſtea reſtitui, vt tradit Bald.d.Auth.& omnino,
79 num.18.C.ne vxor pro marito. † Res ſi capiantur propter
repreſſalias conceſſas,ſi exactus vel derobatus uelit ſe deſen-
dere propter res illas captas, vtrum in dicta cauſa ſit pro-
cedendum ſummarie,uel ordinarie,notat Bartol.d.tract.re-
preſſal.quæſt.9.princip.nume.7.in quæſt.5.declarando, ut
80 per Mart.Laud.d.tract.num.51.& 52. † Modus autem di-
ſtrahendi res captas ob repreſſalias notatur ab eodem met,
Bart.dict.tractat.repreſſal.quæſt.9.princip.numer.1.& 3.
81 † Perſona ſi fuerit detenta ob repreſſalias ea ſtatim debet
conſignari iudici,ita Bart.d.tracta.repreſſal.quæſt.9.princ.
num.2.verſi.ad ſecundum, idem notat Afflict.in conſtitut.
regni,Rubrica 8.de pacis cultu,num.42.uerſic.etſi capitur,
lib.1.Marſil.tract.bannit.in uerbo, Capti, num.55. Tamen
82 captus eximitur à captura in aliquibus caſibus. † Primo ſi
eſt paratus reſarcire damnum illi cui fuere repreſſaliæ con-
ceſſæ, vt notat Iacob. de Canib.d.tractat.1.parte,num.37.
83 verſic.fallit 18. † Secundo eximitur à captura,ſi vult pro-
bare de iniuſtitia repreſſaliarum dando interim cautionē,
uel uadimoniam,ita not.Iacob.de Canib.d.num.37.uerſic.
84 fallit 19. † Tertio euadit carceres, ſi renunciaſſet eas im-
petrans in contractu celebrato cum alienigena repreſſalia-
rum impetrationi, ut tradit Iacob. de Canib. dict. loco,
numer.38.

De repreſſalijs.
Cap. CCCCXXXVIII.

a SI quis *b* ciuitatis, *c* vel ducatus Mediolani, fecerit aliquod debitum *d* cum aliquo forenſi, *e* non de dominio ducatus Mediolani, *f* vel aliud commiſerit, *g* uel fecerit extra dictum dominium, & proinde *h* querimonia facta fuerit Poteſtati, & Vicario Prouiſionum Mediolani, quod ille,de quo facta fuerit querimonia *i* literis,uel alio modo, *k* teneatur,& debeat compelli, poſſit & debeat,per ipſos Dominos Poteſtatem, & Vicarium *l* facere bonam, & idoneam *m* ſatiſdationem *n* de exonerando, *o* & conſeruando Commune, & ſingulares perſonas ciuitatis,& ducatus Mediolani, *p* & terrarum ſuppoſitarum ſtatutis Mediolani. Et de ſoluendo omne, & totum id, quod feciſſet debitum, vel quod requiritur ab eo, *q* & de eundo perſonaliter, *r* uel per ſufficientem nuntium,uel Procuratorem *ſ* ad partes illas,in quibus requiritur aliquid ab eo, *t* & de ſtando iuri, *u* & curare & facere eum effectu, quod commune,& homines ciuitatis, & ducatus Mediolani,& terrarū ſuppoſitarum utſupra, *x* proinde moleſtiam,uel damnum aliquod non recipiant,nec habeant. Et hoc infra quindecim dies, ſi fuerit in Lombardia, & ſi extra Lombardiam, infra menſem unum. Et ſi quis ciuitatis, uel ducatus Mediolani *y* fuerit impeditus extra iuriſdictionem Mediolani pro debitis, uel factis alicuius, qui ſit de ciuitate, uel ducatu Mediolani, quod ille, pro cuius debito, *z* uel facto, *aa* uel occaſione, uel cauſa cuius impeditus fuerit, *bb* teneatur, & debeat, & compellatur *cc* ſummarie, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij *dd* & ſine libelli datione, & quam uelocius compelli poterit, *ee* ipſum taliter impeditum conſeruare indemnē *ff* ab omnibus expēſis, damnis,& intereſſe,quas, & quæ proinde paſſus fuerit, ipſum perſonaliter capiendo, & *gg* per uenditionem bonorum ſuorū, *hh* & modis om-
nibus,

nibus, arbitrio ipſius Domini Poteſtatis, uel Vicarij, quibus melius, & uelocius compelli poterit, non obſtantibus cauſis collocatis, ii & prohibitione, ſeu interdicto repreſſaliarū, kk ſed captionum facta, ſeu facto. Et in omnibus ſuprascriptis, & in quolibet prædictorum, Poteſtas, uel Vicarius, utſupra, teneatur, & debeat cōtenta in ſupraſcripto ſtatuto exequutioni demandare, ll & habeat in prędictis, & ſuper prædictis merum arbitrium, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, toties, quoties contrafecerit, ſi requiſitum fuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Forenſis quis dicatur.*
2 *Terra communis dicitur ſuppoſita.*
3 *Perſonaliter quando quis teneatur comparere.*
4 *Curare, & facere cum effectu quid ſignificet.*
5 *Nemo tenetur pro alio.*
6 *Cauſa dicitur etiam remotiſſima.*
7 *Exacto propter repreſſalias quomodo ſuccurratur, vſque ad numer. 9*
10 *Quam velocius quid importet.*
11 *Captus pro repreſſalijs conſeruandus eſt in demnis, declara vſque ad num. 15.*
16 *Repreſſaliæ in Regno Ciciliæ interdictæ ſunt quid de Iure communi, num. 17.*
18 *Arbitrium merum quid ſit.*

a SI quis] Comprehenditur ſolum maſculus non fœmina, cum non tractetur de materia congruenti utrique ſexui, ut late notatum ſupra cap. 126. In ciuitate, uol. 1.
b Ciuitatis] Quid ueniat appellatione, Ciuitatis, notatū ſupra late c. 341. Si quis, in ciuitate.
c Vel ducatus Mediolani] Appellatione, Ducatus, quid ueniat, notatum ſupra cap. 130. Vbicunque, in uerbo, De comitatu, uol. 1.
d Cum aliquo forenſi] † Forenſis dicitur is, qui in illo
1 loco non eſt natus, ut not. Caſtrenſ. conſil. 89. num. 3. uol. 2. late Dec. conſil. 352. num. 4 & 5. Nec ibi habet familiam, uel domicilium proprium, ut not. Burſat. conſi. 55. num. 2. uolum. 1. Quid autem differat forenſis, non ſuppoſitus, & non ſubditus, late diſcuſſum ſupra cap. 44. Si quis, in uerbo, Non ſuppoſitus uol. 1.
e Non de dominio ducatus Mediolani] Hic autem comprehenditur totus ſtatus Mediolani.
f Vel aliud commiſerit] Per delictum ſcilicet.
g Vel fecerit] Aliquo modo quid faciendo.
h Querimonia facta fuerit] Quid ueniat appellatione, Quærimoniæ, notatum ſupra cap. 387. Si contingat, in hoc uerbo.
i Literis uel alio modo] Poteſt enim querimonia moueri iudicialiter, uel extra, & tam in ſcriptis, quam aliter, ut notatum fuit d. cap. 387. Si contingat, in hoc uerbo.
k Teneatur & debeat compelli] Per iuris remedia, de quibus per Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de mulctis, ad finem.
l Facere bonam, & idoneam] Quę dicatur bona, & idonea ſatiſdatio, notatum d. c. 44. Si quis, in uerbo, Idonee.
m Satiſdationem] Quæ dicatur ſatiſdatio, diſcuſſum ſupra d. c. 44. Si quis, in uerbo, Satiſdare, uol. 1.
n De exonerando] Quid differant exonerare, uel releuare, & defendere, notatum ſupra cap. 413. ad petitionem, in uerbo, Exonerari, uol. 1.
o Et conſeruando idonee] Vt damnum aliquod non patientur homines ducatus, & terrarum ſuppoſitarum, ut hic cauetur.
p Et terrarum ſuppoſitarum] † Prout ſunt terræ commu-
2 nes, ut notatum ſupra cap. 153. Statuitur, uolum. 1. Et etiam terræ infeudatæ, quæ dicuntur dē ducatu, Cephal. conſ. 169. num 6. uolum. 1.
q Et de eundo perſonaliter] † Vbi ſcilicet tractatur de
3 delicto in caſibus in quibus ratione delicti poteſt procedere notatis, per Socin. in c. poſtulaſti, num. 13. de foro compet. Idem not. Boſſ. ſua praxi, tit. de foro competen. nu. 46. cum ſequen.
r Vel per ſufficientem nuncium, uel Procuratorem] Quādo agitur de cauſa reali, in qua ſufficit Procurator regulariter, quis autem ſit Procurator legitimus, notatum ſupra ca. 65. Non reuocetur, uol. 1.
ſ Ad partes, in quibus requiritur aliquid ab eo] in caſibus in quibus poteſt ibi conueniri ratione contractus, de quibus ſupra cap. 3. Item quod, in uerbo, Qui conueniri poſſit, uolum 1.
t Et de ſtando iuri] Quid releuet fideiuſſio de iudicio ſiſti, notatum late ſupra cap. 45. Si quis, in uerbo, De iudicio, ſiſti, uolum. 1.
u Et curare & facere cum effectu] † Adeo quod non ſuf-
4 ficiat, quod adhibuerit omnem diligentiam, iuxta notata per Scribentes, in l. Stipulatio iſta habere, in princip. ff. de uerb. oblig.
x Proinde moleſtiam, uel damnum aliquod non recipiant]
5 † De iure enim prohibitum eſt, quod unus teneatur pro debito, uel delicto alterius per l. Sancimus, C. de pœnis, notat Corn. conſ. 160. num 10. uol. 2.
y Fuerit impeditus per repreſſalias] De quibus late diſcuſſum ſupra in Rubrica generali.
z Pro cuius delicto] Ciuili ſcilicet.
aa Vel facto] Alio modo quam per contractum.
bb Vel occaſione uel cauſa] † Etiam remotiſſima, ut not.
6 per hoc uerbum Soc. conſil. 156. nume. 21. uſque ad finem, uolum. 2.
cc Teneatur, & debeat, & compellatur] † De iure commu-
7 ni quomodo ſuccurratur exacto propter repreſſalias, an cōtra eum, cuius cauſa fuere conceſſæ, vel contra Iudicem qui neglexit facere iuſtitiam, vel locum illum, qui noluit quod iuſtitia adminiſtraretur, diſcurit Bart. d. tract. repreſſal. qu. 10. princ. nume. 1. & 2. Iacobus de Canib. d. tract. repreſſal. 1. parte, num. 41. verſic. Fallit 24. relatiue Marſil. tract. ban-
8 nit. in verbo, Capti, num. 54. † Et vbi conceſſa fuit occaſione alicuius ciuitatis, uel loci, qui noluit, quod iuſtitia adminiſtraretur, tunc non licet ſine alia conceſſione capere res, & homines illius loci, vt tradit Bart. d. quæſt. 10. num. 3.
9 & 4. † Captus autem pro repreſſalijs an poſſit propria authoritate capere homines illius loci, in quo ipſe fuit captus, notat relatiue Marſil. d. verbo, Capti, numer. 54. ad finem.
dd Summarie, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij] Quid releuent hæc verba, notatum late ſupra cap. 47. D. Poteſtas, in his verbis, volum. 1.
ee Et ſine libelli datione] Quod etiam ſublatum in alijs cauſis per Statutum ſupra cap. 21. Termini, ad finem vol. 1.
ff Et quam velocius compelli poterit] † Hoc verbum idem
10 importat, quod uerbum ſummarie, ita Rebuff. tract. de ſenten. execut. artic. 7. Gloſ. 11. num. 8.
gg Ipſum taliter impeditum conſeruare indemnem] † Idē
11 de iure communi, notat Alberic. in d. Auth. Et omnino, quæſt. vltima, num. 2. C. ne vxor pro marito, vbi Bald. num. 18. verſic. Sed adde, idem Alber. in tractat. Statut. 1. parte, quæſt. 53. num. 2. Bart. d. tract. repreſſal. quæſt. 10. num. 1. ad finem, Angel. conſil. 102. ad finem, Scribentes omnes in l. 2. §. Item ſi ex facto, vbi Roman. nu. 8. & Iaſ. num. 23. Soc. num. 8. ff. de verb. oblig. Practic. Papienſ. in forma libelli, in actione reali, verſic. iure dominij, nu. 22. declarando, vt per eum. Alex. conſi. 49. num. 6. volum. 1. & conſ. 147. nume. 2. volum. 2. Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de damno dato, num. 8. Alciat. conſ. 428. num. 4. Idem notatur in libr. 16. Communium, in verbo, Captus, & exactus, Soarez dictis communibus ſuis, verbo repreſſalias, vt Dd. Viuius ſuis commun. lib. 2. opin. 35. Captus pro repreſſalijs, idem notat confirmando
12 Burſ. conſ 138. num. 64. volum. 2. † Quod tamen procedit ſi fuerint iuſte conceſſæ, alias ſi fuerint iniuſte conceſſæ ceſſat hæc conſeruatio, vt tradit Alciat. d. conſil. 428. nu. 4. & 5. Idem notat declarando Soc. d. §. Item ſi ex facto, num. 8.
13 Boſſ. d. ſua praxi tit. de damno dato, numer. 82. † Secundo ceſſat hæc conſeruatio indemnitatis, vbi is cōtra quem fuere conceſſæ, fuerit negligens, nec impediuit iure mediante, ne concederentur, ita declarat Soc. d. §. Item ſi ex facto, n. 8. in quarto caſu eius diſtinctionis, idē not. Boſſ. d. tit. de damno dato, num. 8. verſ. Eſt alius caſus.
hh Ab omnibus expenſis, & intereſſe, quas & quæ proinde paſſus fuerit] Idem de iure communi, vt notant Scribentes in locis ſupra allegatis, maxime in d. §. Item ſi ex fa-
14 cto. † Idem ſi eſt captus propter factum communis, quia habet ius repetendi quodcunque expenderit à Communi, ita Ripa titu. de priuileg. contract. cauſa peſtis, numer. 92.
ii Et per venditionem bonorum] † Hoc eſt iuris remediū
15 de quo per Boſſ. d. ſua praxi crimin. tit. de mulctis, ad finem, & in l. Ait prætor, ff de re iudic.
kk Et modis omnibus] Per iuris remedia, de quibus Boſſ. tit. de mulctis, ad finem.
ll Non obſtantibus cauſis collocatis] Veluti ſuſpenſionibus cauſarum, prout cauetur ſupra cap. 107. Temporibus, vbi notatum, vol. 1.
mm Et prohibitione ſeu interdicto repreſſaliarum] † Prout
16 eſt in regno Siciliæ, in quo interdictæ ſunt repreſſalię etiam

in cau-

Digitized by Google

in cauſa & debito fiſcali, vt nor. Afflict. in conſtitut. regni, Rubrica 8. de pacis cultu, num. 35. & 36. lib. 1.

nn Seu captionum] † Nam de iure communi in quibuſ-
17 dam caſibus prohibetur quis capi etiam ob repreſſalias, de quibus per Iacob. de Canib. tracta. repreſſal. numer. 44. verſic. 28.

oo Et habeat in prędictis merum arbitrium] † Quid ſi au-
18 tem merum arbitrium, notat Menoch. tracta. arbitr. libr. 1. quæſt. 6. principali.

DE EODEM. Cap. CCCCXXXIX.

SI aliquis Negociator, vel aliqua perſona ciuitatis, vel ducatus Mediolani impeditur in perſona, vel rebus, in aliqua parte, ratione alicuius debiti Communis Mediolani, vel occaſione alicuius Robariæ, vel alicuius conceſſionis datæ, vel quæ daretur contra Commune Mediolani, quod ille negociator, ſeu perſona ab alio impedimento, & ab omni damno, & intereſſe, debeat releuari, & indemnis conſeruari, per Commune Mediolani, & ad expenſas ipſius communis, niſi per Commune Mediolani, ſeu mādato alicuius Iuſdicentis fuiſſet prohibitum, & præconizatum publice ad ſchalas palacij magni broleti Communis Mediolani, ne aliquis Mediolanenſis, vel ducatus Mediolani iret ad illas partes, in quibus fuerit impeditus, vel derobatus. Et ſi acciderint prædicta poſt illud præconizamentum, ſeu prohibitionem, non vendicet ſibi locum hoc capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Captus pro repreſſalijs quomodo ſit releuandus.*
2 *Crida præſumantur omnibus innoteſcere.*

a SI aliquis negociator] Quis ſit negociator, & quis veniat appellatione, Negociatoris, notatum ſupra cap. 419. Si ſtatutum. in verbo, Fuerit negociator, vol. 1.

b Vel aliqua perſona] Quæ non ſit negociatrix.

c Ciuitatis] Appellatione Ciuitatis quid contineatur, notatum late ſupra c. 341 Si quis, in uerbo, In ciuitate.

d Vel Ducatu Mediolani] Ducatus appellatione quid cōprehendatur, diſcuſſum late ſupra cap. 130. Vbicunque, in verbo, De Comitatu, vol. 1.

e Impeditur in perſonam] Per capturam eius, quæ datur in repreſſalijs, vt notatum ſupra in Rubrica general.

f Vel rebus] Per capturam earum, quæ pariter conceditur in repreſſalijs.

g Ratione alicuius debiti Communi Mediolani] In capitulo præcedenti, notatum de repreſſalijs, quę ſiunt occaſione debiti, vel commiſſi per priuatum, hic autem debiti per Commune Mediolani.

h Vel occaſione alicuius robariæ] Alio modo quam quod proueniat ex debito Communi Mediolani.

i Vel alicuius conceſſionis datæ] Per repreſſalias ſcilicet, de quibus ſupra in Rubrica generali.

k Ab alio impedimento, & damno, & intereſſe debeat re-
1 leuari, & indemnis conſeruari] † Idem de iure communi, vt notat Alber. tract. Statut. 1. part. quæſt. 53. num. 10 Alex. conſ. 147. nu. 2. vol. 2. cum allegatis ſupra, cap. præcedenti, in verbo, Ipſum taliter impeditum conſeruare indemnem. Limitando, vt ibi in certis caſibus non habere locum, ſi fuerit facta iniuſtitia, vel in earum repreſſaliarum conceſſione, vel per negligentiam ipſius.

l Per commune Mediolani] Idem cauetur ſupra in ſimili cap. 331. Si contingat.

m Et præconizatum fuerit publice] † Ad hoc ne quis poſ-
2 ſit prætendere ignorantiam, cum cridæ omnibus præſumātur innoteſcere, & ſufficit præconizationem factam fuiſſe in ciuitate, vt notat in ſimili Gallia. Alex. in conſuetud. ſuis Alex. in præfatione, 8. num. 92.

n Non vendicet locum hoc capitulum] Idem ſi iniuſte fuerint conceſſæ repreſſaliæ, vel per negligentiam prout notatum ſupra d. cap. præced. in d. verb. Ipſum taliter impeditum.

Contra foraſterios negotiatores, vt non poſſint ſtare Mediolani. Cap. CCCCXL.

NVllus foraſterius negociator poſſit ſtare in ciuitate Mediolani, ſi eſt de aliqua terra, in qua negociatores Mediolani ſtare, a & vti, & negociari non permittantur.

a ET vti & negociari non permittantur] Idem de iure, quia tale ius reddendum alicui foraſterio, quale redditur in eius loco, vt cauetur ſupra cap. 179. In omnibus, cum ibi notatis.

Quod impediti extra iuriſdictionem Mediolani conſeruentur indemnes. Cap. CCCCXLI.

a SI quis de Ciuitate, vel Ducatu Mediolani b captus fuerit in perſona, vel rebus extra iuriſdictionem Mediolani, pro debito alicuius Mediolanenſis, c teneatur & debeat compelli d ille Mediolanenſis, e ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ad f conſeruandum indemnem illum, g qui eius occaſione, vel eius debito fuerit impeditus.

SVMMARIVM.

1 *Occaſio dicitur etiam remotiſſima.*

a SI quis de Ciuitate, vel Ducatu Mediolani] Exponenda verba hæc, vt late ſupra capit. 438. Si quis, in princip.

b Captus fuerit in perſona, vel rebus] Per repreſſalias ſcilicet, prout notatum ſupra in Rubric. generali, cap. 438. Si quis.

c Teneatur, & debeat compelli] Per iuris remedia, de quibus per Boſſ. d. tit. de mulctis, ad finem, & not. d. cap. 438. Si quis, Limitando, vt ibi apparet.

d Ille Mediolanenſis] Pro quo quis fuerit captus, vel derobatus.

e Summarie, ſine ſtrepitu, & figura iudicij] Quid releuent hæc verba, notatum cap. 47. Dominus Poteſtas, in his verbis, volum. 1.

f Conſeruare indemnem] Ab omni damno, intereſſe, & expenſis, vt cauetur ſupra d. c. 438. Si quis.

g Qui eius occaſione] † Etiam cauſa remotiſſima, vt notat
1 Soc. ſen. conſ. 156. num. 27. vſque ad finem, vol. 2.

RVBRICA GENERALIS, De auibus & certis beſtijs prohibitis capi.

SVMMARIVM.

1 *Venationum materia tractatur quibus ſcilicet ſit prohibita venatio per quos prohiberi poſſit, & de iure piſcandi, an ſit de regalibus, & cui competat, vſq; ad num. 11.*

† VEnandi ius de iure gentium commune eſt omnibus,
1 & permiſſum, ac licitum eſt, ita Dec. conſ. 197. nu. 1. ad finem, Crauet. conſ. 314. num. 3. verſ. Ita etiam non ob-
2 ſtat, idem Riminald. iun. conſ. 35. num. 1. volum. 1. † Tamen mutatum de iure canonico, in Clericis, & monachis, ne poſſint venari cauſa voluptatis, ſed neceſſitatis, ſic Riminald.
3 iun. d. conſ. 35. num. 12. 13. & 14. † Nam venatores ſancti non reputantur fuiſſe, ita Rimin. d. conſ. 35. num. 35. & 36.
4 † Ampliatur, vt etiam de iure communi venatio nō ſit prohibita in fundo alieno cauſa recreationis, vt not. Boſſ. ſua praxi, tit. de regal. num. 43. Craue t. d. conſ. 314. in prin. Vi-
5 uius ſuis communibus, lib. 2. opinio. 311. venari. † In dubio autem venatio præſumitur facta cauſa recreationis,
6 Alex. conſ. 72. numer. 13. volum. 1. † Ius venandi non eſt publicum, niſi forte ſecundario, ſed principaliter venatio reſpicit fauorem Principis, & eius delitias, Riminal. d. cōſ.
7 35. num. 27. † Conſuetudo venandi prohibitiua eſt inua-
8 lida, Rimin. d. loco, nu. 5. & 17. † Non poteſt pariter prohiberi venatio per Principem, nec per Statutum, Dec. conſ. 197. num. 2. cum addit. ibi, vbi tenet tale Statutum non valere, Dec. conſ. 271. in princ. cum addit. ibi, Afflict. in con-
9 ſtit. regni, Rubr. 1. De iur. regal. ad finem, lib. 3. † Non poteſt etiam per edictum Principis prohiberi venatio. Riminal. d. conſ. 35. nume. 2. & 3. Laur. Kirchou. ſuis communi-
11 bus, concluſ. 99. venationes, cent. 4. † Si tamen ſit feudatarius, non Imperator, vel ſuperior, quia hi poſſunt prohibere venationes per edictum, ita Boſſius tit. de regalijs, nu.
11 42. † Tamen Feudatarius, & inferior Princeps poteſt per edictum prohibere, vbi adſit conſuetudo prohibitionis ve-
12 nationis, Riminal. d. conſ. 35. nume. 17. † Secundo poteſt prohiberi in locis muratis, & ſepe circundatis, Rimin. dict.
13 conſ. 35. num. 4. † Tertio poteſt etiam prohiberi per edi-

ctum

Digitized by Google

ctionem ex cauſa, vt Rimi. ibi, num. 15. exemplificando, vt per
14 eum. † Vbi per feudatarium fierent hæc proclamata, & edicta prohibitiua venationis, & non appellaretur, teneret præſcriptio contra eos, vt not. Boſſ. d. num. 42. ad finem.
15 † Quinto feudatarii, vel alij Principes inferiores poſſunt facere proclamata, ne quis in bonis eorum venetur, Dec. d.
16 conſil. 197. num. 2. Afflict. d. Rubr. 1. ad finem, lib. 3. † Mediolanī autem Dux, & eius locumtenentes, cum habeat eadem priuilegia, quæ Imperator per proclamata rigoroſa, prohibent venationem in quibuſdam locis reſeruatis, & ad hoc munus erectum officium venationis cum ſuo Capitaneo, qui eligitur per Ducem ad vitam duraturum. Quod
17 Officium capitaneatus nunc vacat. † Per venationem quis non dicitur turbari in eius poſſeſſione, ita not. Ioſeph. Ludouicus communibus ſuis, concl. 71. verſ. Et nota vnum cum, quis poſſit licite venari in alieno, vt ſupra notatum, niſi prohibeatur à Domino, ita Ioſeph. d. loco verſic. Et nota
18 circa medium. † Ius piſcandi in mari, & flumine publico competit cuilibet, ita Boſſ. tit. de aquis, & flum. nu. 17. Boer. deciſ. 352. nu. 4. ad fin. Alba conſ. 16. n. 11. verſ. Ceſſante. Limitando, vt relatiue per Boſſ. d. loco, n. 18. & late per Ruin.
19 conſ. 18. & ſeq. volum. 1. † tamen eſt de regalibus vbi ſit ex conſuetudine longa Princeps, vel fiſcus exigere ſolet vectigal publicum ſuper huiuſmodi commodo piſcandi, & nō aliter, Alba conſ. 16. num. 10. & 11. declarando etiam ali-
20 ter vt ibi per eum. † Et ſic eo caſu Princeps poteſt prohibere ius piſcādi in flumine publico, & ei imponere vectigal, non feudatarius, Boſſ. d. tit. num. 19. quod idem not. Alciat.
21 conſ. 364. nu. 1. † Hinc etiam infertur, quod ex iure piſcandi, vel venandi ſi aliquis redditus percipiatur, vel ex præſcriptione antiquiſſima tēporis, vel aliter pertineret eo caſu, veti de regalibus Principi, vel alijs dominis habentibus regalia, Crauet. d. conſ. 414. nu. 3. verſ. Benefactor.

De pœna capientis columbos. Cap. CCCCXLII.

a NVlla perſona capiat b aliqualiter c columbos, d ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium pro quolibet columbo, & qualiter vice, & reddat columbos, & perdat retia. Et quilibet poſſit accuſare, & medietatem habeat condemnationis, e & habenti columbaria f detur plena fides, g cum ſacramento. Et qui repertus fuerit cum retibus, & cum ſtellono, h poſſit condemnari tanquam, ſi repertus foret capere columbos, vel cœpiſſe, & ſi pœnam prædictam ſoluere non poſſit, fuſtigetur per Ciuitatem.

S V M M A R I V M.

1 *Columborum natura diſcutitur.*
2 *Columbi alieni, an poſſint occidi, & num. 3.*
4 *Gallinæ repertæ in horto, an poſſint occidi.*
5 *Columbos turrianos capiens furtum committit, declara vſque ad num. 7.*
8 *Columbaria tenentes, an obligentur ad reſtitutionem damnorum datorum per columbos, vſque ad num. 10.*
11 *Qui non habet in ære luit in corpus.*

a NVlla perſona] Non tamen ligantur Clerici, qui Statutis laicorum non ſubijciuntur, vt late notatum in Præludijs.
b Aliqualiter] Quolibet ſcilicet modo.
c Capiat columbos] † Domeſticos ſcilicet, non Sylue-
1 ſtres, qui appellantur palumbi. De natura columborum, notat relatiue Caſſan. d. Rubr. 14. de Foreſt. §. 9. in princip.
2 num. 9. † Columbi pariter alieni prohibentur occidi, per text. in l. Pōponius, Il 1. §. 1. vbi Floria. ff. famil. erciſc. Caſ-
3 ſan. ſuis conſuet. Rubr. 13. §. 9. In princ. nu. 5. † Et quatenus habent conſuetudinem reuertendi, dicuntur in dominio
4 noſtro, vt ibi per Caſſan. n. 6. † Gallinæ autē repertæ in ſuo horto quis de conſuetudine poteſt occidere impune, not. Boer. ſuis conſuetud. Rubric. des couſtumes prædiales, §. 5. in princ.
d Sub pœna librarum vigintiquinq; Imperialium] † De
5 iure communi pœna capientis columbos turrianos eſt furti, text. d. l. Pomponius, verſ. Idem Pomponius confirmat Boer. d. §. 5. Angel. de Claua ſua Summa, verſic. Subſtitutio, §. 6. idem Caſſan. d. Rubric. 13. De Foreſt. §. 9. in princ.
6 num. 9. † Si autem capiens pœniteat, & eos relaxet euitat
7 pœnam. † Limitando niſi eis dediſſet Cominū, & alia ſimilia, idem Caſſan. ibi, num. 8. Verum anno 1564. die 13. Ianuarij factum fuit proclama puniens capientes columbos in pœna aureorum decem, etiam ſi aliter non reperiatur. Ex quo etiam irrogatur pœna venatoribus in locis reſeruatis, maxime tempore niuis aureorum quinquaginta.
e Et habenti columbaria] † De iure communi habentes,
8 & tenentes columbaria tenentur ad reſtitutionem damnorum datorum in agris alienis, quando eos columbos Domini columbariorum non paſcant, vel non habeant tanta bona circum circa, quod veroſimiliter in ipſis poſſint dicti columbi paſci, & viuere, ita not. Boer. d. conſuetud. libr. des couſtumes de Tours, tit. de iure D. Caſtellani, verſ. Droict. verſ. Ex ſuis ædepol. Idem Caſſan. d. §. 9. num. 8. verſ. Verū,
9 † vbi dicit eos peccare tenentes columbos in columbaria.
10 † Habens vſumfructum columbarij, qualiter eo debeat vti, not. in tex. l. Vſufructuarius. §. Si in viuarijs. ff. de vſufruct. idem Caſſan. d. §. 9. in princ. num. 8. verſ. Dicit vlterius.
f Detur plena fides] Non tamen dicitur legitima probatio, vt not. ſupra cap. 43. in caſibus, in verb. Habeatur pro plena probatione, vol. 1.
g Cum ſacramento] Quando ſit deferendum, & quomodo, & coram quo Iudice, late not. ſupra cap. 371. Statuitur, in verbo, Sacramento.
h Poſſit condemnari tanquā ſi repertus fuerit capere] Ex quo repertus eſt in actu propinquo.
i Fuſtigetur per ciuitatem] † Qui enim non habet in ære,
11 luit in corpore, per l. Quicunque, C. de ſeru. fugit. notat Brun. iun. tract. ceſſ. bonor. queſt. 9. num. 3. & notatum in nouis conſtit. tit. pœna Capitul. cap. Collegis, in verb. Puniatur in perſona.

De pœna ementis columbos ab vſellatoribus, Cap. CCCCXLIII.

a QVicunque emerit columbos ab vſellatoribus, b condemnetur in libris decem Imperialium, pro qualibet vice, applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera accuſatori.

S V M M A R I V M.

1 *Emens columbos ab vſelatoribus vel vendens, an puniatur.*

a QVicunque emerit] † Pœna hæc conſtituta ex hoc
1 Statuto emēti columbos habere debet locum etiam in vendente ratione correlatiuitatis, vt not. Bart. in l. 1. ad fine, C. de cupreſſ. lib. 11. Plot. l. Si quando, num. 289. C. vnde vi, Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 41. de maleſic. & noxijs. Eadem pœn. lib. 3. Gabr. tit. de legib. concl. 3. nū. 14.
b Condemnetur in libris decem] Pœna hæc imponitur, ex quo emit rem prohibitam capi, vt cauetur capitulo præcedenti.

De pœna capientis ciconias, vel hirundines. Cap. CCCCXLIIII.

a NVllus capiat ciconias, nec hirundines, b ſub pœna librarum quinq; Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, quæ pœna applicetur pro medietate Communi Mediolani, & pro altera accuſatori.

a NVllus capiat ciconias, nec hirundines] Ex eo quod nullum damnum afferunt publico.
b Sub pœna librarum quinque Imperialium] Hoc non ſeruatur.

De pœna capientis canem alterius. Cap. CCCCXLV.

NVllus capiat nec furetur a canem alterius, à venando, b nec à maſſarijs, nec ipſam retineat, c ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium, applicandarum domino canis.

a CAnem alterius à venando] Qui ſunt in conſideratione apud homines.
b Nec à maſſarijs] Pro cuſtodia ſcilicet maſſaritij.
c Sub pœna librarum vigintiquinque Imperialium] Hoc quando agitur ciuiliter de furto, nam ſi agatur criminaliter pro furto, pœna eſt corporalis.

De pœ-

Digitized by Google

De pœna capientis aues à rapina, ſi non conſignauerit. Cap. CCCCXLVI.

a QVicunque acceperit *b* aliquem accipitrem, falconẽ, aſtorem, vel aliquam auem de rapina, *c* cum ſonalijs, vel retibus, teneatur eodem die, vel ſequenti, illi, cuius fuerit, ſi de hoc notitiam habuerit, *d* alias Iudici victualium conſignare, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, & ſi conſignauerit, vt ſupra, dentur ſibi ſoldi decem Imperialium, pro mercede ſua.

S V M M A R I V M.

1 *Quicunque dictio, an comprehendat feminam.*
2 *Accipiter, vel falſo ex quibus cognoſcatur, quid ſit alicuius.*

a QVicunque. † Cõprehenditur tam maſculus, quam fę-
1 mina de iure communi, vt notat Afflict. in conſtit. regni, Rubrica 1. de iuribus regalibus, num. 3. lib. 3. Rebuff. tract. de pacific. poſſeſſ. num. 3.
b Aliquem accipitrem, falconem, aſtorem] Hæ aues ſunt ſyluestres, non domeſticæ, tamen ſi reperiantur cum ſonalijs, vel retibus, præſumuntur fuiſſe alicuius, & deperditæ.
c Cum ſonalijs, uel retibus] † Qualiter autem cognoſca-
2 tur, quod accipiter, falco, vel aliqua res fuerit in bonis alicuius, & non fuerit habita pro derelicta, notat Bart. & Iaſ. in l. Rem quæ nobis, nu. 28. ff de acquir. poſſeſſ. Idem Bart. in tract. Falcone, circa finem, Soc. idem notat in l. 1. notab. 3. num. 16. cum ſeq. ff. eod. tit. per text. in l. Stigmata, C. de Fabric. lib. 11.
d Alias Iudici victualium conſignare] Hoc non ſeruatur.

De pœna communium non accuſantium capientes aues prohibitas. Cap. CCCCXLVII.

a COmmunia, *b* in quorum territorio capti fuerint *c* columbi, *d* & aliæ aues, ſupra prohibitæ, quæ capi non poſſunt, *e* teneantur denunciare, *f* & accuſare, *g* & capere quoſlibet capientes. Aliter contra eos procedi poſſit *h* ad exactionem ſimilis pœnæ, ad quã tenentur capientes columbos, & vt ſupra. *i* Et ſine præiudicio pœnæ primi contrafacientes.

S V M M A R I V M.

1 *Territorij appellatione quid veniat.*
2 *Factum in confinio duorum territorium ambo territoria obligat.*
3 *Denunciare quid tenetur quando excuſetur, vſq; ad num. 5.*

a COmmunia] Quælibet, cum Statutum indiſtincte loquatur.
b In quorum territorio] † Quid comprehendatur appel-
1 latione territorij, notat Hier. de Monte tract. finium regund.
2 cap 6. † Captura ſi facta fuerit in confinio duorum territoriorum, ambo communia tenentur ad hanc denunciationẽ, & cætera hic diſpoſita, ita Bald. in tract. Statut. in verb. territorium, nume. 5. idem Bald. in regulis generalibus, verſic. Statuta, circa denunciam, faciunt ſupra not. in ſimili, cap. 375. Si de cætero, in uerb. Et ſi eſſet dubium de cuius territorio eſſet ille locus.
c Colombi] De quibus ſupra c. 442. Nulla perſona.
d Et aliæ aues ſupra prohibitæ] In præcedentibus ſcilicet Statutis.
e Teneantur denuntiare] † Et hoc vbi ſciant, alias excu-
3 ſantur. Bart. in l. hæredem, num. 1. ff. de his, qui vt indignis, Abb. in c. Cum ſicut, De eo, qui miſſus in poſſeſſ. cauſa rei ſeruandæ, Clar. ſua praxi crim. §. finali, quæſt. 7. uerſ. Scias
4 autem. † Excuſatur pariter commune, vbi ſit præuentus ab alio, licet dubitet arguendo in contrarium, Alberic. in tract. Statut. 2. parte, quęſt. 62. Tamen quod excuſatur, notat Bart. l. Senatus, §. Eleganter, ff. de lib. agnoſc. & in l. Diuus, la 2. num. 12. ff. de cuſtod. reor. Alex. conſi. 64. nu. 6.
5 volum. 3. † Fallit hoc, vbi perfecte non fuiſſet ab alio denunciatum, ita declarat Alex. in l. Sororem, nu. 2. C. de his, qui. vt indign.
f Et accuſare] Vt puniatur in pœnis notatis in pręcedentibus Statutis.
g Et capere] Vbi hoc ſciuerint, & ſint habilia ad capiendum, alias excuſantur, vt notatum in ſimili ſupra cap. 375. Si de cętero, in uerbo, Teneantur, & debeant.
h Ad exactionem ſimilis pœnę] Ob negligentiam eorum non denunciando ſimilem pœnam ſtatuit Statutum ſupra cap. 375. Si de cętero.
i Et ſine pręiudicio pœnę primi contrafacientis]. Quę quidem non tollitur, cum ea imponatur ob delictum eius.

De remuneratione conſignantium lupos. Cap. CCCCXLVIII.

OMnes illi, qui conſignauerint officio prouiſionũ Mediolani *a* lupos captos, intra Abduam, & Ticinum magnum, habeant, & habere debeãt, pro quolibet lupo magno, libras quatuor Imperialium, *b* Et pro quolibet lupo paruo, libras duas Imperialium, *c* & ſtetur *d* ſacramento *e* illius, qui conſignauerit, iurantis illos cœpiſſe, vel captos fuiſſe, inter Abduam, & Ticinũ magnum. Et incidatur vnus pes lupi, & lupus ſit conſignantis.

S V M M A R I V M.

1 *Lupam prægnantem conſignans, an plura præmia conſequatur, et num. 2.*

a LVpos captos] Siue ſint maſculi, ſiue fœminę, cum ſit de materia indifferenti, ſiue mortui, ſiue viui, & ita practicatur.
b Et pro quolibet lupo paruo] † Si autem conſignetur
1 lupa pręgnans, vnicum pręmium tantum debetur, notat Bart. in l. Qui in vtero, num. 1. vbi Alberic. nu. 2. ff. de Statut. homin. idem Alberic. in Rubr. ff. ad leg. Rhod. De iactu, num. 5. Idem ſuper Statut. lib. 3. quęſt. 59. ad finem, Alex. in lege Falcidia §. placuit, num. 4. ff. ad leg. Falc. Sed quod pręmium detur pro filijs, qui ſunt in vtero, tenet Bertach. tract. de gabell. 84. 1. membro, num. 6. ad finem, quod idem eſt ſi
2 conſignet cum pullis, vt ibi per eos. † Quod tamen non haberet locum in pupillis, cum Statutum loquatur de lupo paruo.
c Et ſtetur] Hęc probatio per Sacramentum non dicitur legitima probatio, vt not. ſupra cap. 43. In caſibus, in verb. habeatur pro plena probatione, volu. 1. Ideo poteſt etiam probari contrarium, vt notatum late ſupra cap. 371. Statuitur, in uerb. Credatur.
d Sacramento] Quomodo, quando, quo tempore, & coram quo Iudice ſit deferendum, late notatum ſupra d. cap. 371. In hoc verbo, Sacramento.
e Illius] Quę perſonę debeant eſſe, vt poſſit deferri, & quibus non debeat deferri, notatum ſupra d. cap. 371. Statuitur, in verbo, Domini.

R V B R I C A G E N E R A L I S.

QVę in pręſenti Rubrica continentur, cum ad legẽ ſumptuariam, quę vulgo pragmatica appellatur, pertineant, opere precium eſſe putaui in his aliquantiſper inſiſtere, ſimulque deploranda foret noſtrorum temporum calamitas, quibus Principum conceſſu, cum his maxime curę eſſe debuiſſet, vt in hac re ad vnguem ſancita ſeruarentur, luxus, & pompa vſq; eo creuit, vt non ſolũ priuatas domos, ſed etiam integras ciuitates exhauriat. Verum cũ bono noſtro fato Catholica Maieſtas Rex noſter Excelſo huic Mediolani Conſilio iniunxerit, vt quæ obſoluerant, lata lege repetãtur, edictorum, & pœna caueatur, ne quis ſanctionem violet ſatis nobis erit, quod votis omnibus expetimus, vt executioni mittatur, expectare. Interea lectorẽ cohortabor, vt æque hęc obſeruet, ac ea, quæ in præſenti Statutorum volumine obſeruare cogitur.

De diuerſis ornamentis, & veſtibus ornamentum. Cap. CCCCXLIX.

QVoniam arrogantes, ſuis diuitijs abutentes, in tantam proruperunt laſciuiam, & inhoneſtam, quod ſibi ipſis attulerint deriſionem, & alijs damnum, detractionem, & verecundiam, eo maxime, quia digniores, & prudentiores nequeuntes honeſte, & commode talibus attingere ſumptibus, in tantum læduntur, quod ſuas virgines nequeunt (vt deceret) ſuis partibus copulare, nec alia facere, nec expedire,

Digitized by Google

dire, vt deberent propter prodigas, & diffuſas expenſas inductas, quas ſi nobiliores patiútur, vſurarum laqueis ſe inuoluunt, & ſi minus faciunt, verecundia confunduntur. Qđ quidem ad læſionem, & ruborem multorum nobiliú, & bonorum ciuium, nec non & communis boni dignoſcitur eſſe repertum, fiantque expenſæ ſuperfluę, & exceſſiuæ in puerperio, ſeu partu, & baptiſmate, cumque multæ requiſitiones, & inſtigationes, aſſiduæque lamentationes ſuper prædictis, & infra dictis ſæpeſępius, per quam multos Nobiles, & prudentes, & alios ciues, rempublicam, ac commune bonum, & honeſtatem ciuitatis, & ciuium Mediolani, & diſtrictus diligentes factæ ſint. Idcirco cum in perſonis, plerunque habenda ſit exceptio, & tamen in omnibus ſit vna virtus, ſeruare modum.

De perlis, & alijs iocalibus non portandis Cap. CCCCL.

STatuitur, quod nulla mulier maritata, vel non maritata, exceptis vxoribus *a* Senatorum, *b* Comitum, *c* Marchionum, *d* Baronum, *e* Militum, *f* Doctorum, tam Iuris ciuilis, quam Phyſicæ, *g* aut Licentiatorum in ſtudio generali, debeat, audeat, *h* nec præſumat portare, *i* ſeu deferre, quouiſmodo, ſuper perſona, nec circa perſonam, ad ornatum perſonæ *k* aliquas perlas in rechamis, nec aliter, nec etiam aliquam collanam auri, nec aureatam, firmalios, vezetos, nec lapides precioſos, ligatos, vel non ligatos, Saluo, & præterquam in annulis ligatis & in digitis, ſub pena amiſſionis, *l* ipſo iure, quartæ partis prædictorum, vt ſupra ſeu valorum ſuorum, quæ pœna, pro medietate, ipſo iure applicetur Communi Mediolani, & pro altera medietate accuſatori. Idem habeat locum in viris non exiſtentibus in gradibus ſupraſcriptis ſingulariter; referendo.

S V M M A R I V M.

1 *Comes quis ſit & quomodo differat ab Arone.*
2 *Filius Comitis dicitur, Comes viuo patre.*
3 *Marchio quis dicatur.*
4 *Baro quis dicatur, & quod nomen ſit, & num. 5.*
6 *Capitanei & Barones inueſtiti cum mero, & mixto imperio an æquiparentur Comitibus, & Marchionibus, & nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Miles quis dicatur.*
16 *Doctores habent multa priuilegia.*
17 *Licentiati an habeant priuilegia doctorum.*
18 *Prohibita portari à mulieribus non veniunt in legato generali.*
19 *Statutum quod loquitur de portante, quomodo verificetur, vſque ad num. 24.*
25 *Prohibitus portare perlas intelligitur de veris.*
26 *Epiſcopus ſcommunicans omnes mulieres portantes perlas, an intelligatur excommunicaſſe ſi omnes mulieres, quæ indiſtinctè perlas portauerit.*

a SEnatorum] De quibus cauetur in nouis conſtit. tit. de Senatoribus.
b Comitum] † Qui ſit comes, & quid differat à Barone,
1 notat Afflict. in conſtitut. regni, Rubr. 11. de Statuendo do-
2 tario, numero 4. libro 3. † Comitis filius dicitur Comes, viuo patre, licet ſecus in filio Baronis. Afflict. in dicta conſtit. Rubr. 31. De pugnis ſublatis, numero 16. verſic. Octauo quæro, libro 2.
c Marchionum] † Quis dicatur marchio cauetur in c. 1.
3 Quis dicatur Marchio, in vſibus feud. Iacob. in ſua inueſtit. in 1. col. tract. ſui, in verb. Marchio.
d Baronum] † In feudorum libris non reperitur verbum,
4 Baro. Aliqui autem dicunt, quod ſit nomen Græcum, qui ſit ſcilicet fortis in laboribus à Baro, quod latine vult dicere Fortis. ita Lucas de Penn. in l. Super verſ. Item nota, C. de
5 mancip. & colon. lib. 11. † Sed quod ſit nomen Hebræum, & quod Baro dicatur latine, filius, quodque Reges qui non poterant diuidere regnum diuidebant filijs ampla caſtella cum iuriſdictione, & imperio, inde vocabantur Barones, id eſt filij alijs celſiores, ita not. Claud. Sayſell. in Speculo feud. 2. parte, 2. partis principalis, verſic. Quinto principaliter videndum eſt. Quod autem idem ſit Baro, & Capitaneus colligitur ex capit. Fundamentum, vbi Gl. & Gemin. de elect. in 6. ita ponderat Ant. Corſet. in c. Grādi, col. 2. in pr. de ſuppl. negl. Prælat. in 6. Quod idem firmat Barbat. in repet. Extrauag. Volentes, verſ. Volentes. & ad hoc allegat. Bald. in cap. 1. in verb. Capitanei, num. 5. qui feud. dat. poſſ. vbi refert quendam magnum Doctorem ſic tenuiſſe, quos ſequitur Iaſ. ibi, num. 29. idem not. Alber. in l. Qui indignus, ff. de Senat. idem Aluarot. in c. 1. quis dicatur Comes, vel Marchio, idem not. Aret. in ſua inueſt. §. Feudatarij Barones.
6 † Et quod Capitanei, & Barones inueſtiti cum mero, & mixto imperio æquiparentur Comitibus, & Marchionibus, tradit Alex. in l. 1. col. 7. num. 21. verſic. Quid de Capita-
7 neis, ff. De offic. eius. † Hinc inferunt Scribentes, Baronem eſſe eum, qui ſit inueſtitus de aliquo caſtro, vel habeat aliquam dominationem, prout etiam Capitaneus, per text. in c. 1. Quis dicatur Dux. notat Bald. in cap. Vno Delegatorū, col. pen. poſt med. numer. 9. de off. deleg. Caſtr. conſil. 107. volum. 2. quod Caſtrenſis Conſilium de verbo ad verbum tranſcripſit Card. Alex. in cap. Peruenit, Qui filij ſint legit. Claud. Sayſſell. in feud. d. cap. 1. num. 36. qui feud. dar. poſſ. idem tradit Curt. iun. conſil. 212. Duplatum conſil. 335. volum. 3. nouiter edito, & allegato per Boſſ. qui idem tenet, & iudicauit in cauſa Ill. Mandellorum, in ſua praxi, tit. de prin. & eius priuil. num. 2. cum ſequen. Ita ſæpius eſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi, tradit Tiraquell. tracta. primog. quæſt. 52. ad finem, late confirmat Marin. Frezzia libr. ſuo, De ſubſeud. Baron. & inueſtit. feud. lib. 1. tit. de origine Ba-
8 ronum, num. 8. Et quod hæc ſit opinio verior, † facit, quia Baro eſt longe inferior Comite, & Marchione, prout omnes notant in c. 1. tit. quis ſit Dux, vel Marchio, Curt. iun. d. tract. feud. 2. parte crimin. Caſſan. catal. glor. mund. 5. parte quæſt. 56. & tamen vt quis ſit Marchio, vel Comes non requiritur, quod habeat plura caſtra, vel feuda, vt d. cap. 1.
9 Quis dicatur Dux &c. † Vlterius aduertendum eſt, quod rari ſunt Barones in Dominio Mediolani, qui habeant numeroſa loca in feudum, vel ſubfeudatarios ſub ſe, ideo Statutum hoc, & alia loquentia de Baronibus, debent intelligi de Baronibus ſimplicibus habentibus etiam feuda ſimpli-
10 cia, vt aliquid operentur, alias ſuperflua eſſent. † Confirmatur hæc opinio, quod cum in priuilegio legitimandi excipiantur, vt filij naturales Baronum non poſſint legitimari à Comitibus Palatinis, in his cēſentur excepti Barones regni Neapolis, qui regulariter non habent merum imperiū, vt tradit Ander. Iſern. in c. 1. in verb. Hæreditatem, de pace tenenda, refert ſequendo Affli. in cap. 1. In princ. colum. 5. nume. 44. verſic. Sed in regno, de Capitaneo, qui Curiam
11 vendidit. † Hinc colligitur Barones eſſe minores feudatarijs inueſtitis de caſtro, & villa cum mero, & mixto imperio, nec aliter etiam ſentit Caſtr. d. conſi. 107. volum. 2. dum vult Barones appellari, qui maiorantias, & ſubditos habēt, nam vt quis dicatur Baro, vel Capitaneus, ſatis eſt, quod ſit inueſtitus de caſtro, aut villa cum iuriſdictione etiam abſque mero imperio, ſecūdum Aluarot. Iaco. de Beruiſio. Martin. Laudenſem, Præpoſitum, & communiter alios, d. cap. 1. quis dicatur Dux. & hoc expreſſe vult Bald. in c. Innotuit ad finem, de elect. & in d. c. vno delegatorum, idem Claud. Sayſſell. & Curt. iun. locis ſupra alleg. in tit. de Capitaneo, qui Curiam vendi. in Rub. & Nigro, & in c. 1. de his,
12 qui feud. dar. poſſ. † Huic concluſioni refragatur, quod aliqui dicunt Baronem eſſe, qui habet plura caſtella ſub ſe ex deciſione Iſerniæ, in c. 1. § Similiter, nu. 5. vbi Affli. nu. 104. de Capitaneo &c & in Conſtit. regni, Rub. 11. de Statuēdo dotar. nu. 1. & 4. lib. 3. Dec. conſ. 498. nu. 14. Lucas de pen. d. l. ſuper, C. de mancip. lib. 11. Grammat. deciſ. 34. nu. 6. Curt. ſen. conſ. 49. col. 4. & 5. & conſ. 50. col. 4. n. 7. Quod eſt Cōſilium Bononienſe, idem ſentire videtur Alciat. conſi. 222. per tot. maxime, nu. 5 & in lib. 1. Parergon. cap. 16. Nam reſpondetur dictum Iſerniæ, d. §. Similiter, quē ſequitur Præpoſ. in d. cap. 1. Qui feud. dar. poſſ. loqui ſecundum Conſti. regni Siciliæ, quod idem Andr. Iſern. dicit in d. cap. 1. nu. 3. Quis dicatur Dux &c. Et quod loquatur ſecūdum dictas conſtitutiones regni, notat Mari. Frezzia loco allegato. Secundo aduertendum eſt, Andream de Iſer. dicere, quod ille dicatur Baro, qui habet feudum quaternatum, non dicitur quis ſi habeat plura caſtra, ſed qui habet feudum deſcriptum in quaternione cū Regis aſſenſu, ita declarat Frezzia d. tract. de ſubfeud. Baro. lib. 1. de ori. Baron. nu. 39. 40.
13 & 124. ita etiam not. idem Andr. d. §. Similiter, nu. 5. † Minus huic concluſioni refragatur dictum Bal. in d. ca. 1. quis dicatur Dux, quia ibi dicit, Capitaneum eſſe illum, qui ſit inueſtitus de plebe, vel quota parte plebis, non autem de re certa, veluti de fundo ruſtico, vel vrbano, iuxt. text. in l. 3. §.
14 Incertum. ff de acquir. poſſeſſ. † Pariter non obſtat dictum Baldi in d. c. Vno delegatorum, ad finem, dum dicit, Barones eſſe viros potentes & qui appellantur in Lombardia Magni Caſtellani, quod idem tenet Mart. Laud. tract. de Principibus, quæſt. 178. nam reſpondet Baldum ſibi ipſi paulo ante eſſe con-

eſſe contrarium. Secundo dicitur feudatarios vnius Caſtri eſſe magnos Caſtellanos ad differentiam aliorum Caſtellanorum ſimplicium. Tertio dicitur quod habentes merum, & mixtum Imperium ſunt potentes ratione officij, caſus eſt in l.1.C.Ne liceat pot. Quarto alio modo reſpondet Curt. iun.d.conſ.212.vol.3. Non refragatur vltimo deciſio Alciat.d.conſ.212. ſecundum impreſſionem Lugdun.& ſecundum Veneiam, conſ 6.lib.3.tomo 1.quia imo, Alciat.d.cõſ. 212.nu.4.potius firmat opinionem primam, quod Dominus iuriſdictionis dicatur Baro, licet purum in redditu in feudo dicatur non appellari Baronem.

e Militum] † Miles vt quis dicatur, ſex ſunt neceſſaria tra-
15 dita per Affl.ct. in ſuis conſtitu. Rubr.9.de illicit.portat.
armo.num.27 ad finem lib.1.
f Doctorum tam Iuris ciuilis, quam Phyſicæ] † Qui mul-
16 ta priuilegia habent, vt not. Scribentes in l. Medicos, C.de
Profeſſ.& Medic.lib.12.Chriſtoph.Lanfran.in tract. vtrum
proferendus ſit Doctor.
g Aut Licentiatorum in ſtudio generali] † Quorum mul-
17 ti ſunt in Hiſpanis, qui non habent priuilegia Doctoris, vt
not. Staphil.in tract.de grat.& expectat.ver.Circa tertiam
partem regulæ, nu.19 cum ſeq.
h Non præſumat portare] † Prohibita portari à mulieri-
18 bus nõ veniunt in legato generali facto vxoribus de eius pa-
ratis à maritis. Faciunt ad hoc tradita per Iaſ.in l.Gallus,
§.Quod ſi is.ff.De liber.& Poſthum. Socin.ſen.conſil.10.
19 num.11.volum.1. † Statutum hoc ex quo loquitur de por-
tante, ſufficit quod fuerit probatum cum portaſſe, licet non
fuerit deprehenſus portare, Affli.d.Rub.9.n.9.verſ.18.lib.1.
Secus ſi diceret, ſi inuentæ fuerint; quia tũc requiritur fuiſ-
ſe deprehenſas, non ſolum inuentas, ſecundum magis cõmu-
nem, notatam per Marſ.in l.Qui falſum, num.33.C.Ad leg.
Corn.de falſ.& Cœpol.l.Si ſerui fugitiui, nu.71.C.De ſeru.
fugit.Aug.ad Angel.tract.Maleſ.in verbo, Quod fama, nu.
25.verſic. An autem quis dicatur, Idem cauetur in libr.7.
Communium, in verbo, Statutum quod inuentus, Commu-
nem dicit plura allegando Clar.ſua praxi.§.fin.quæſt.82.
20 Ad ſextum Statutum, in princ.rationibus, vt per eum. †
Statutum autem ſi puniret deprehẽſos cum veſtibus, quod
ſufficeret eos eſſe conuictos à teſtibus de portatione, licet
non deprehenſi ſecundum communem, iuxta gl. in l.1. in
21 verb.Deprehenſus, C.Vbi Senat.vel Clariſſ. † Licet con-
ſuetudo ſeruat contrarium, not.Clar.dict.quæſt.82.Ad ſex-
22 tum Statutum verſ.Sed quid. † Faciens poni in æſtimo
ſuo res Conſanguinei ſui in fraudem Statuti, vt eius vxo-
res poſſint portare ueſtes ſericas contra diſpoſitionem Sta-
tuti de pragmatica loquentis, non euitat pœnam Statuti
illius. Bertachin.de gabell.7.parte, numer.42.uerſic.Quæ
omnia.
i Seu deferre] † Statutum ſi diceret, quod mulieres in-
23 uentæ cum perlis ſoluant decem, ſi aliqua mulier fuit uiſa
portare perlas, ſed tamen non inuenta, non incurrit pœ-
nam, ita not.Alex.conſ.206.num.3.uolum.1 late Ripa tra-
cta de remed.ad conſeruan.ubert.nume.104.uerſic. Et per
textum, idem notatur in lib.17.Communium, in uerb.Sta-
24 tuto prohibente. † Prohibitus portare aliquas ueſtes,
uel aliud, nõ prohibetur habere domi, Io.de Arnono com-
mentar.57.
k Aliquas perlas] † Intelligendum eſt de perlis veris,
25 non de falſis, & fictis, vt notat in his terminis Bart.in l.1.§.
Hoc interdictum.ff.De fonte.idem in l.Omnes populi.q.7.
num.62.ff.de iuſt.& iur. faciunt tradita per Bar.& Alex.in
l.Ait Prætor.§.Hæc verba, ff De vulg.& pupil.idem Franc.
Creme.Sing.83.Cotta ſuis memorab.in uerb.Statuta, quod
Bannitus, uerſ.Perinde alibi, idem Natta tract.Statut.in q.
3.nu.12.Camil.Galli.tracta.de uerb.ſignif.lib.8.c.17.Sed
quod non obſeruetur nec in ueris, not.Cott.d.loco, uerſ.Et
26 licet. † Epiſcopus, ſi per edictum excommunicet omnes mu-
lieres portantes perlas, non cenſetur excommunicatæ, ſi
omnes eas portent ob multitudinem, Marſ.d.tract.Bannit.
in uerb.Ciuitate, num.13.
l Ipſo iure] Abſque ſcilicet ſententia priuatoria harum
rerum, licet requiratur declaratoria ſuper facto, ut notatũ
late ſupra c.1.in uerb.Ipſo facto, uol.1.

De veſtibus portandis, vel non portandis. Cap. CCCCLI.

NVllus maſculus, nec aliqua fœmina, exceptis maſculis, & fœminis comprehenſis in præcedenti proxime ſtatuto, audeat, nec præſumat, nec poſſit, quouiſmodo *a* deferre, ſeu portare circa dorſum, uel ornatũ perſonæ aliquas ueſtes brochati, nec drappi aurei, nec argentei, filati, nec filati, nec ueſtes rechamatas. Saluo & præterquam quod mulieres portare poſſint manicas drappi, uel brochati auri, & argenti, ſub pœna comprehenſa in præcedenti proxime ſtatuto applicanda, utſupra. Vxores autem *b* Nobiliũ, uel *c* mercatorum, *d* uel cauſidicorum deſcribendorum ſecundum formam ſtatutorum Communis Mediolani ad officium Abbatum Collegij Notariorũ Mediolani, & cauſidicorum curiæ Archiepiſcopalis deferre poſſint, ſeu portare quaſcunque ueſtes ſericas, non aureatas, nec argentatas, nec rechamatas, præterquam in manicis, utſupra, quas manicas aureatas, & argentatas, & non rechamatas poſſint portare, ſeu deferre. Aliæ uero uxores inferiorum, deferre poſſint, ſeu portare ueſtes ſericas, non aureatas, nec argentatas, nec rechamatas in gruppis, & manicis tantum, ſub eadem pœna, utſupra, applicanda, ut ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Defferens veſtes prohibitas, quando incidat in pœnam.*
2 *Nobilis quis dicatur.*

a DEferre, ſeu portare circa dorſum] Deferens ueſtes, aut
1 res prohibitas ex ordinibus contra formam Statuti,
non incidit in pœnam, niſi reperiatur cum rebus prohibitis.
Ex magis communi Clar. ſua praxi crimin.§.fi.q.82. Ad
ſextum Statutum, in prin.uer.Et generaliter.
b Nobilium] † Nobilis quis dicatur, notat late Tiraquel.
2 tract.Nobilit. per tot.& ſupra notatum in c.414.Nullus, in
uerb.Seu parentela, uol.1.
c Mercatorum] Quis ſit mercator, not.ſupra c.416.Filius-
familias, in hoc uerbo, uol.1.
d Vel cauſidicorum] Procuratorum, ſcilicet in rotulo de-
ſcriptorum.

De ſartoribus contrafacientibus, & eorum pena. Cap. CCCCLII.

NVllus ſartor, aut ſutor maſculus, nec fœmina, audeat, nec debeat, nec præſumat per ſe, nec laboratores ſuos, maſculos, nec per fœminas, nec aliam ſubmiſſam perſonam, taliter, nec cuſire, nec ueſtire, aliquam ueſtem, contra formam, & intentionem præſentiũ Statutorum, præſentis Rubricæ generalis, ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium, applicandarum, vt in primo Statuto præſentis Rubricæ generalis continetur.

a NVllus ſartor maſculus, nec fœmina] Hoc expreſſum, vt tollatur difficultas, vtrum comprehenderentur fœminæ, iuxta tradita ſupra c.126.in ciuitate, vbi notatum, volum.1.

De muneribus prohitis. Cap. CCCCLIII.

a MAritus, *b* ſeu ſponſus, non poſſit per ſe, nec per ſummiſſam perſonam mittere, nec donare, nec dare aliquid alicui, nec aliquib.de familia ſponſæ, vel vxoris, nec aliquibus ad vxorem, vel ſponſam attinentib. Et ſimiliter vxor, vel ſponſa mittere, donare, nec dare aliquid alicui, nec aliquibus, de familia mariti, nec aliquibus attinentibus ad maritum, vel ſponſum. Saluo, quod poſſint donari famulis, & ſeruitoribus, caligæ, & manicæ drappi lanæ tantum. Et hoc ſub pœna, vtſupra, applicanda, vtſupra.

a MAritus] Qui dicatur maritus, notatum ſupra cap. 291.Si maritus in prin.vol.1.
b Seu ſponſus] Nondum conſummato matrimonio dicitur ſponſus, vt notatum ſupra cap.299.Vxor, in prin. volum.1.

Quod non fiant nuptiæ niſi vna die. Cap. CCCCLIV.

NVptiæ fieri non poſſint, *a* niſi vna die, & vltra illam diem, extra familiam, non habeantur aliæ perſonæ ad domum ſponſi, ſeu mariti. *b* Reuertiale vero, nullo modo fieri poſſit; ſub pena librarum centum Imperialium, qualibet vice, & pro quolibet cõtrafaciente, applicanda Com-

Digitized by Google

muni Mediolani pro medietate, & pro alia medietate accuſatori.

a Niſi vna die] Et ſic vltra diem non poſſunt fieri Conuiuia nuptialia.
b Reuertiale] Quod vulgo appellatur Reuertaglio.

Quod nullus in publico, nec priuato debeat offerre munera ſponſæ, ſeu Vxori. Cap. CCCCLV.

CVm mulier *a* fuerit ſponſa, *b* vel matrimonio copulata, nullus excepto marito, vel ſpõſo, debeat *c* eidẽ, munis, nec munera offerre in publico, nec occulto, ſub pęna librarum quinquaginta Imperialium pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, applicandarum vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Munus, & donum an differant.*

a FVerit ſponſa] Quæ ſponſa dicatur, notatum d.c. 399. Vxor, vol. 1.
b Vel matrimonio copulata] Quæ dicitur vxor non ſponſa, notatum d.c. 299. in princ.
c Eidem munus, nec munera offerre] † Quid differant mu-
1 nus, & donum, not. in l. Plebiſcito, ff. De off. Præſid. in l. Munus, & in l. Aliud. ff. de verb. ſign. late Ægid. Tomat. tracta. De collect. verſ. Exactio, nu. 1. cum ſeq.

De mulieribus, quæ poſſunt ire ad ſociandum mulierem in religionem, & ad ſponſas. Cap. CCCCLVI.

AD aſſociandum aliquam mulierem *a* In religionem, non vadant, *b* vltra quam mulieres quindecim, & nullus homo laicus vadat ad aſſociandum, vtſupra, ſub pœna librarum centum Imperialium ei, qui ipſam mittit, applicandarum, vtſupra. Idem ad viſitandum ſponſas, vel vxores ad domum, & ad ſociandum ſponſam ſeu vxorem, extra domum, nec per ſtratas, non vadant, vltra vtſupra, ſub pœna, vtſupra.

SVMMARIVM.

1 *Delictum vnicum quando cenſeatur.*

a IN religionem] Monachatum ſcilicet.
b Vltra quam mulieres quindecim] † Cuiuſcunque qualitas, cum Statutum indiſtincte loquatur ſtatuto hoc ſtante, ſi nuptias faciunt pater, & filius eodem actu, non poterunt habere, & ducere, niſi mulieres quindecim in totum, ita not. Bart. in l. Inficiando, § Infans, ad finem. ff. de furt. licet Ang. ibi, contrarium teneat. Tiraq. d. l. Si vnquam, in præfat. nu.
1 22. C. De reuoc. donat. † Habentes autem ad conuiuium vltra dictas perſonas plures, non dicitur niſi vnicum delictũ, non plura, Bar. d. §. Infans, nu. 6. & 7.

De expenſis ſuperfluis, quæ fiunt in puerperio, ſiue partu, & baptiſmo. Cap. CCCCLVII.

STatuitur, quod in puerperio, ſeu partu, vel occaſione partus, non poſſit, nec valeat ſuper lecto Paiolæ apponi cooperta aliqua ſerica alicuius generis, nec maneriei, nec etiam aliqua cooperta rechamata, nec laborata auro, nec argento, neque ſeta, exceptis celonis, etiam ſetæ laboratis, nec etiam apponi linteamina rechamata, nec laborata auro, argento, *a* perlis nec gemmis, nec etiam poſſint apponi, nec fieri aliqui coſſini, cooperti aliquo ſerico, nec habentes bottonos de auro, nec argento, nec ſerico, nec *a* perlis, nec gẽmis, nec ſuper ipſis coſſinis poſſint apponi ſidreghetæ, niſi lineæ tantum, quæ non habeant aliquod laborerium, niſi de biſtorto, nec etiam ſupra ipſum lectum paiolæ poſſit teneri moſcherum, nec capicellum de ſerico, nec laboratum, nec rechamatum, vt ſupra, nec etiam dicta paiola poſſit tenere in dorſo aliquod braccirolum rechamatum, de ſerico. Et hoc ſub pœna vt infra.

a PErlis] Veris tamen, non fictis, late ſupra notatum cap. 450. Statuitur, in hoc verbo.

DE EODEM. Cap. CCCCLVIII.

NOn poſſint fieri, nec teneri aliquæ cunæ laboratæ auro, argento, nec azurlo fino, ſeu vltramarino ſaluo, quod teſtalia cunarum poſſint depingi, proue placuerit, ſine tamen aliquo releuo, nec etiam ſuper eis quibus poſſint apponi, nec teneri aliqua cooperta ſerica, nec rechamata auro, argento, perlis, nec gemmis, nec etiam aliquod linteamen laboratum, nec rechamatum, vtſupra, nec etiam aliquem coſſinum, nec ſidrighetas, niſi prout ſupra, nec etiã circa perſonam nati, vel natæ tenere aliquod iocale, nec perlas, nec aliqua alia iocalia, in rechamis, nec aliter, ſub pęna infraſcripta. Saluo, quod poſſit apponi in capite infantis birretum ſericum cuiuſcunq; generis, abſque aliquo rechamo, nec appoſitione alicuius iocalis.

a PErlis, nec gemmis] Intellige de veris, non fictis, vt not. d.c. 450. In hoc verbo.

DE EODEM. Cap. CCCCLIX.

CVm infans defertur ad baptiſmum, nõ poſſint apponi circa perſonam ipſius infantis ea, quæ ſunt prohibita teneri, ſuper lecto, & cunia, ſub pœna infraſcripta. Et hæc omnia contenta in ſupraſcriptis trib. proxime capitulis præſenti computato, ſub pœna amiſſionis quartę partis eorum, quæ fierent, vel tenerentur contra formam præſentium ſtatutorum, ſeu eius valoris, quæ pœna, *a* ipſo iure, & facto, applicetur pro medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate accuſatori, *b* nec per officium Prouiſionum ſuperinde poſſit fieri remiſſio, nec compoſitio aliqua, & adhibeatur fides accuſatori *c* cum vno teſte fide digno.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis idoneus quis dicatur.*

a IPſo iure, & facto] Requiritur tamen ſententia iudicis declaratoria, licet non requiratur reſciſſoria ſuper priuatione, vt late notatum ſupra cap. 1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.
b Nec per Officium Prouiſionum] Vicarij ſcilicet, & Dominorum Duodecim.
c Cum vno teſte fide digno] † Omni ſcilicet exceptione
1 maiore, vt not. Abb. in c. vt debitus, nu. 24. De Appell.

DE EODEM. Cap. CCCCLX.

VT euitentur expenſæ, quæ fiunt ob viſitationes mulierum in partu, ſtatuitur, quod talibus mulieribus viſitantibus dari non poſſint pro collationibus *a* niſi fructus naturales, nec non offelæ, canoni, & aliæ res compoſitæ de farina, ſub pœna librarum vigintiquinque Imperialium, pro ſingula vice, auferendarum à capite familiæ ipſarum mulierum, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate accuſatori, cui accuſatori *b* cum vno teſte fide digno, & cum eius ſacramento, credatur. Et ſimiliter compatribus, poſt baptiſmum, non poſſint dari pro collationibus, niſi, vtſupra, ſub pœna vtſupra, applicanda, vtſupra, & credatur, vtſupra.

SVMMARIVM.

1 *Fructus naturales qui ſint.*

a NIſi fructus naturales] † Qui ſint fructus naturales,
1 not. Menoch. tracta. recuper. remed. 15. numer. 127. cum ſequent.
b Cum vno teſte fide digno] Qui ſit omni exceptione maior. Abb. d.c. Vt debitus, nu. 24. De appel.
c Et cum eius ſacramento credatur] Declara hæc verba, vtſupra notatum cap. 371. Statuitur, in verb. Credatur, cum verbis ſequen.

Digitized by Google

De eodem.
Caput CCCCLXI.

AD mulierem exiſtẽtem in partu, nec occaſione partus mitti non poſſint aliqua munera, *a* niſi eſculenta, & poculenta, non excedentia ualorem librarum ſexdecim Imperialium, ſub pœna aliter mittenti, ſeu contrafacienti librarum vigintiquinque Imperialium, pro ſingula vice, applicãdarum, vtſupra, & accuſari poſſit, vt ſupra, & credatur, utſupra.

SVMMARIVM.

1 *Eſculenta, & poculenta, quæ ſint.*

a 1 NIſi eſculenta, & poculenta] † Quę ſint, not. Afflict. in conſtit. regn. Rubr. 41. de offic. capitan. num. 27. uerſ. 25. libro 1.

De eodem.
Cap. CCCCLXII.

MVlieres, *a* non poſſint portare faldias, ſub pœna ut ſupra applicanda, & credatur, utſupra.

a NOn poſſint portare faldias] Hodie quælibet mulier etiam męchanica, & uilis eas portat.

De eodem.
Cap. CCCCLXIII.

NOn liceat alicui tenere *a* currum, ſeu carretam à mulieribus, ſub pęna librarum ducentum Imperialium, applicandarum ſingula uice, qua aliqua mulier reperta fuerit, uti ipſa carreta per ciuitatem Mediolani, quæ pęna applicetur, ut ſupra, & auferatur à marito, uel ſocero. Si uero ipſa mulier non ſteterit cũ marito, uel ſocero, tunc ipſa mulier teneatur ad pęnam prædictam. Et prædicta omnia diſpoſita in ſuprafcriptis ſtatutis huius Rubricæ generalis de diuerſis ornamentis, & ueſtibus mulierum circa prohibita, non uendicent ſibi locum, in uxoribus *b* Senatorum, *c* comitum habentium merum, & mixtum imperium, *d* Marchionum, Baronum, *e* Magnatum, *f* Aduocatorum, *g* nec Syndicorum fiſcalium, qui ſint Doctores, nec in ipſis Senatoribus, Comitibus, Marchionibus, Baronis, nec Aduocato, nec Syndico, nec in eorum filiis maſculis, nuribus, nec eorum infantibus.

a CVrrum, ſeu carrettam à mulieribus] Hodie multi ſunt.
b Senatorum] De quibus in nou. Conſtit. tit. de Senatoribus, in princ.
c Comitum, habentium merum, & mixtũ Imperium] Quid ſit habere merum, & mixtum imperium, not. ſupra cap. 19. Poteſtas, in his uerbis.
d Marchionum, Baronum] Qui ſint, notatum ſupra, cap. 450. Statuitur, in his uerbis.
e Magnatum] Qui ſint, notatum ſupra c. 443. Quilibet. in uerb. Ex Magnatibus, vol. 1.
f Aduocatorum] Simplicium ſcilicet.
g Nec Syndicorum fiſcalium, qui ſint Doctores] Qui dicũtur Aduocati fiſcales, cauetur in nouis Conſtit. tit. de offic. Aduoc. & ſynd. fiſcal.

De Schollaturis, & alijs moderandis.
Cap. CCCCLXIV.

NVlla mulier *a* cuiuſcunque ſtatus, uel conditionis exiſtat, debeat, audeat, nec præſumat portare, ſeu deferre, nec tenere aliquam ueſtem, nec giuppam, nec ſchollaturam, taliter, *b* quod uideri poſſint mammillæ, nec pectus diſcoopertum, nec etiam cum cauda, quæ trahatur per terram, ſub pęna comprehenſa in primo Statuto huius Rubricæ generalis, applicanda, utſupra.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula cuiuſcumque ſtatus comprehendit omnem qualitatem perſonarum.*

a 1 CViuſcunque ſtatus, vel conditionis exiſtat] † Comprehendit omnem qualitatem perſonarum per verba hęc generalia, vt not. in ſimili Rebuff. tractatu de nominat. quæſt. 8. numer. 8. Salicet. in l. Si ſerui, num. 8. C. de noxal. act.
b Quod videri poſſint mammillæ] Hoc propter honeſtatem ſeruandam.

RVBRICA GENERALIS, De obſequijs defunctorum, & expenſis funerarijs.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens circa expenſas fiendas in funeralibus an valeat.*

1 STatutum diſponens circa expenſas fiendas in funeralibus, tanquam reſpiciens quid ſpirituale, an valeat, diſtinguitur per Roman. in ſing. 358. cum addit. ibi.

Quod nullus induatur veſtibus lugubribus, exceptis infraſcriptis. Cap. CCCCLXV.

OCcaſione funeris, vel mortis alicuius nullus induatur veſtibus lugubribus, vel nigris, exceptis, vxore defuncti, & filijs ablaticis *a* ex linea maſculina deſcendentibus, & fratribus, & ſororibus, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium pro quolibet contrafaciente, applicandarum pro medietate communi Mediolani, & pro alia accuſatori, & nullus etiam ex prædictis occaſione funeris, vel mortis alicuius, poſſit portare in dorſo mantellum nigrum, ſub ſimili pęna applicanda, vt ſupra.

a EX linea maſculina] Qui dicatur ex linea maſculina, notatum ſupra c. 305. Aſcendens, in hoc verbo, vol. 1.

De defunctis, niſi per Eccleſiaſticas perſonas extra ſuam parrochiam, non portandis. Cap. CCCCLXVI.

a NVlla perſona *b* portetur extra parrochiam ſuam ad ſepulturam, nec ad Eccleſiam, niſi per perſonas Eccleſiaſticas, ſub pęna librarum quinquaginta Imperialium hęredibus illius defuncti, vel capiti familiæ ipſius defuncti, quæ pęna applicetur Communi Mediolani.

a NVlla perſona] Comprehenditur omnis qualitas perſonarum, cum indiſtincte Statutum loquatur.
b Portetur extra parochiam] In alia parochia.

De defunctis non portandis, nec tenendis diſcoopertis. Cap. CCCCLXVII.

NVllum cadauer induatur, taliter quod diſcoopertum deferatur, nec diſcoopertum portetur, nec in Eccleſia diſcoopertum teneatur, ſub pęna librarum quinquaginta Imperialium, *a* hæredibus huius defuncti, *b* vel capiti familiæ ipſius defuncti, applicandarum Communi Mediolani, exceptis tamen Doctoribus, tam iuris ciuilis, quam iuris canonici, quam etiam Phyſicæ, aut publice licentias, Comitibus, Marchionibus, Militibus, & Senatoribus.

a HAeredibus illius defuncti] Mirum, quod eis pęna hæc applicetur, cum ipſi conueniantur.
b Vel capiti Familiæ ipſius] Vbi hæredes non habuerit defunctus.

De pallis, crucibus, & cęreis pro defunctis. Cap. CCCCXVIII.

a AD obſequium alicuius defuncti, vel defunctæ, vel ſupra cadauer alicuius, aliquis non vtatur pallijs brocati, nec drappi auri, nec argenti, exceptis cadaueribus Comitum, Baronum, Marchionum, Doctorum, vel militum, & eorum vxorũ, nec in funeralibus poſſint deferri cruces, niſi

z a modo

modo infraſcripto, videlicet, pro Marchionibus, Baronibus, & Comitibus, vel Vxoribus ſuis, cruces ſex, vltra cruces fratrum, vel monachorum, aut canonicorum regularium, & torchiæ 24. non excedentes pondus vnciarum 18. pro ſingula. In funeralib. vero Doctorum vel Militum, vel vxorum ſuarum non poſſint deferri vltra cruces quatuor, vltra cruces fratrum, & vtſupra, & torchiæ octodecim, non excedentes pondus ſupraſcriptum. In funeralibus vero aliorum nobilium, vel mercatorum, vel vxorum ſuarum, nō poſſint deferri, niſi cruces tres, vltra cruces fratrum, & vtſupra, & torchiæ duodecim, non excedentes pondus, vt ſupra. In alijs vero funeralibus non poſſint deferri, niſi cruces duæ, vltra cruces, & vt ſupra, & torchiæ octo.

a AD obſequium alicuius defuncti] Pragmatica circa hæc funeralia ſancita olim per Illuſtriſſimum Dominum Don Ferdinandum Gonzagam tunc Gubernatorem, ſeruatur adhuc.

Quod vexilla, banderæ, nec equi cooperti, nec ſcuta non deferantur ad obſequium. Cap. CCCCLXIX.

AD obſequium alicuius defuncti, nec defunctę, non deferantur a vexilla, banderę, ſcuta, nec equi cooperti, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, hæredibus defuncti, vel defunctæ, applicandarum Communi Mediolani. Quod ſtatutum non habeat locum in funeralibus Poteſtatis Mediolani, nec Rectorum Ciuitatis, nec Capitaneorum gentium armigerarum.

a VExilla, banderæ, ſcuta, nec equi cooperti] Hæc non ſeruantur hodie.

Quod nullus debeat flere alta voce, nec percutere palmas extra domum defuncti, vel defunctæ. Cap. CCCCLXX.

a NVllus extra domum defuncti, vel defunctæ, voce debeat flere, nec percutere palmas, ſub pœna librarū viginti quinque Imperialium pro quolibet contrafaciente, applicandarum Communi Mediolani.

a NVllus extra domum] Intra autem Domum hoc non prohibetur.

De his, qui poſſunt morari ad comedendum, ad domum defuncti, vel defunctæ. Cap. CCCCLXXI.

POſt mortem a alicuius, ad exequias, vel ſeptimum, vel trigeſimum, b in ciuitate, c nec ducatu Mediolani, d nec in terris ſuppoſitis ſtatutis communis Mediolani, non ſit licitum alicui ſtare ad comedendum cum familia defuncti, vel defunctę in domo defuncti, vel defunctæ, niſi fuerit agnatus, vel cognatus, vſque ad quartum gradum incluſiue, e ſecundum iura ciuilia computandum, & niſi fuerit de perſonis deputatis ad ſeruiendum pro ipſis funerarijs, ſeptimo, vel trigeſimo, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialiū applicandarum pro tribus partibus Communi Mediolani, & pro reliqua quarta parte accuſatori. Et de prædictis omnibus, & ſingulis, contentis in præſenti Statuto, & in omnibus alijs, & ſingulis ſtatutis, poſitis ſub præſenti Rubrica generali de obſequijs defunctorum, & expenſis funerarijs, teneatur Poteſtas Mediolani, & eius Vicarius inquirere, & procedere per officium, & antiani parrochiam, & conſules terrarum teneantur notificare infra quinque dies, ſub pœna antiano parrochiæ ipſius defuncti, ſeu defunctæ librarum decem Imperialium, & pęna conſuli ipſius terræ totidem librarum decem Imperialium, applicandarum, vt ſupra, quę diſpoſita in præſenti ſtatuto non habeant locum in caſibus infraſcriptis, videlicet, pro obſequiis f comitum, Doctorum, Militum, Baronum, vel pro his, qui habuerint regimē ciuitatis, vel qui fuerint Capitanei armorum.

SVMMARIVM.

1 *Terra communis dicitur ſubiecta, & infeudata dicitur de ducatu.*

a ALicuius] Siue maſculi, ſiue fęminæ, cum Rubrica loquatur etiam de vtroque, & tractetur de materia cōgruenti vtrique ſexui, vt not. c. 126. In ciuitate, vol. 1.

b In ciuitate] Quid comprehendatur notatum ſupra ca. 342. Si quis, in verb. In Ciuitate.

c Nec ducatu Mediolani] Quid veniat appellatione, Ducatus, notatum ſupra cap. 130. Vbicunque, in verb. De comitatu, vol. 1.

d Nec in terris ſuppoſitis Statuti Mediolani] † Prout ſunt
1 terræ communes, vt cauetur ſupra, ca. 153. Statuitur, ad fin.
2 vol. 1. † Et etiam terrę infeudatæ, quia dicuntur de ducatu, vt not. Cephal. conſ. 169. nu. 6. vol. 1.

e Secundum iura ciuilia computandum] In dubio, vbi nō fuiſſet expreſſum de quibus intelligeretur, cenſeretur in dubio de gradibus ſecundum ius ciuile in ſucceſſionibus, ita notatum ſupra c. 289. In Collateralis. in verb. Secundum iura ciuilia, vol. 1.

f Comitum] Expone hoc verbum cum ſequentibus, prout late ſupra, c. 450. Statuitur, in his verbis.

RVBRICA GENERALIS. De meretricibus & bordello.

STatuta poſita ſub hac rubrica non ſeruantur dempto vltimo, quod concordat cum diſpoſitione nouarum Conſtitutionum, tit. De meretricibus. ca. ſi. licet etiam illud per Iudices etiam requiſitos male exequatur.

De pœna tenentis bordellum. Cap. CCCCLXXII.

a SI quis b tenuerit bordellum d in Ciuitate Mediolani vel ſuburbijs, alibi, quam in loco conſueto, videlicet apud Eccleſiam ſancti Martini in compedo, e ipſo iure, & facto, cadat in pœnam librarum viginti quinque Imperialium, pro qualibet vice, & locator domus, in qua bordellum teneretur, in totidem cadat, vt ſupra, ſi ſcienter domū locauerit, vt ibidem meretricium exerceatur, pro qualibet vice, & medietas pęnæ ſit accuſatoris, & alia medietas Communis Mediolani, & intelligatur ſcienter locaſſe, vt ſupra, cū ipſe locator notitiam habuerit de dicto meretricio tollerat ibidem meretricium exerceri, & in qualibet inueſtitura facienda de domibus ſitis in ciuitate, intelligatur appoſitum pactum, quod in domo locata non poſſint teneri f fęminæ meretrices, ſeu meretriciam artem exercentes. Et ſi in ipſa domo reperirentur meretrices, ſeu meretricium exercentes, impune g poſſint expelli. Et ſi locator contradixerit dictæ expulſioni, h ipſo iure, cadat in pœnam, vt ſupra, & antiani parrochiarum teneantur denunciare prædicta Poteſtati Mediolani, i vel officio bulletarum, ſub pęna librarum decem Imperialium, applicādarum, vt ſupra ſingula vice, quā Poteſtas, vel Officialis bulletarum teneatur k de prędictis inquirere, & exequutioni mandare dictas pœnas. l Et lupanaria non poſſint dari ad incantū, nec in alio modo vendi, nec concedi.

SVMMARIVM.

1 *Bordellum quid ſit.*
2 *Meretricium in ciuitate tolleratur, ſed damnantur præſidentes meretricibus. num. 3.*
4 *Ipſo iure & facto clauſula hæc quid operetur.*
5 *Meretrix quæ dicatur, & quomodo talis probetur, & an diſpoſita ad fauorem mulierum habeant locum in meretricibus, vſq; ad num. 23.*
24 *Coitus cum meretrice an ſit punibilis, vſque ad num. 34.*
35 *Meretrix an poſſit diſponere, vel teſtari de acquiſitis ex turpi quæſtu, vſque ad num. 40.*
41 *In principio clauſula hæc, quid operetur.*
42 *Meretrix an poſſit expelli à vicinia, & à domo ante finitam locationem, vſque ad num. 54.*
55 *Lupanaria vnde dicantur.*

a SI quis] Comprehenditur tam maſculus, quam fęmina, cum tractetur de materia vtrique ſexui congruenti, vt cauetur ſupra c. 126. In ciuitate, vol. 1.

b Tenuerit bordellum] † Locum ſcilicet, in quo meretriciū
1 exercetur ſeparatum in hac ſpecie ab honeſtis perſonis, de quo loquitur Caſſan. ſuis conſuetud. Rubr. 4. §. 5. in tex. Do. May. i. num. 56. & 57.

Quam

Digitized by Google

c Quam in loco conſueto] † Tolerant Principes mere-
2 tricium in ciuitate, vt euitentur multa ſcandala, & crimi-
na, ita not. Affl. in Conſt. regn. Rubr. 43. De prohibit. ha-
3 bit. meretri. nume. 3. libr. 3. † Damnantur tamen ſcanda-
la, quæ in multis partibus Italiæ vigent, ex quibus depu-
tantur præſidentes meretricibus, vt proſtribulis, vt inde lu-
crum conſequantur, ita Hippol. Bonac. in q. crimi. in verb.
Meretrix, in prin. Hæc licet eas conducere. Alex. de Neuo,
conſ. 101. nu. 26.
d In ciuitate] An comprehendantur ſuburbia, late diſcuſ-
ſum ſupra c. 342. Si quis, in verb. Ciuitate.
e Ipſo iure, & facto] † Abſque ſcilicet Iudicis ſententia cō-
4 demnatoria, licet requiratur declaratoria ſuper ipſo facto,
vt notatum ſupra c. 1. in verb. Ipſo facto, vol. 1.
f Fœminæ meretrices] † Meretrix dicitur ea, ad quam plu-
5 res pretio accedunt, ita not. Boſſ. tit. De pluribus violent.
nu. 67. Couar. tract. De teſtam. 2. part. cap. 8. §. 21. nume. 4.
Roland. à Vall. conſ. 74. num. 18. volum. 1. Menoch. tracta.
6 arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 291. num. 7. † Dicitur etiam me-
retrix, quando eius turpitudo erat publice venalis, Rolan.
7 dict. conſi. 74. numer. 19. † Idem ſi duo quæſtus cauſa ad-
8 mittat. Couar. dict. §. 21. & num. 4. † Videtur vlterius illam
poſſe dici meretricem, ad quā vnus ſolus accedit, iuxta text.
l. Mariti. §. Qui quæſtum, ibi. Siue enim ſæpius. C. Ad l. Iul.
De adult. Afflict. d. Rubr. 43. nume. 2. qui allegat etiam Ca-
ſtren. ad hoc. in l. 4. §. Sed quod meretrici. ff. De Cond. ob
tu rp. cauſ. qui de hoc nil dicit. Allegat vlterius Abb. in c.
Cum decori, num. 3. De vit. & honeſt. cleric. qui tamen di-
cit requiri, quod duo acceſſerint ad eam, qui etiā reprehen-
ditur vti falſum dicens à Couar. d. §. 21. numer. 5. vt ibi per
9 eum ſignanter. † Sed quod requiratur, vt fœmina poſſit di-
ci meretrix, coitus multorum cum ea, ſaltem trium, not. Pa-
riſ. conſ. 160. num. 8. volum. 4. Menoch. conſi. 18. numer. 18.
volum. 1. Lud. dict. concluſ. 64. verſic. Meretrix. Quicquid
ſit Meretrix in omnem caſum non poteſt ea dici, quæ amo-
re capta alicuius ſui copiam illi facit, non lucri Cauſa, ita
Menoch. d. tract. arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 328. nu. 4. Bonac.
in quæſt. crimin. in verb. Meretrix, verſ. Et nota quod Me-
10 retrix. † Mulier autem quæ dicatur facere ſui quæſtum,
notat relatiue Alberic. ſuper ſtatutis, libr. 3. quæſt. 52. ad fi-
nem, Bonac. d. quæſt. in verb. Cognoſcere, verſic. Quæ vero
11 dicatur. † Probatur autem quod aliqua ſit meretrix, ex eo ſi
teſtes dicunt cum ea conuerſari homines luxurioſos, qui ei
dabant denarios, & faciebant actus venereos, & luxurioſos,
& hæc dicitur legitima, & ſufficiens probatio, vt tradit Bo-
12 nac. in d. verb. Meretrix, verſi. Si quis autem. † Quod etiam
probari poteſt per eum, qui cum ea concubuit, ita Alexan.
conſ. 13. nume. 23. volum. 3. refert ſequendo Bonac. d. verb.
13 Meretrix verſ. Et poteſt probari. † Probatur etiam per te-
ſtes ſingulares, ita not. Lud. ſuis Communibus concl. 64.
14 verſic. Ad probandum. † Probatur vlterius per alia ſigna,
prout relatiue notat Boſſ. tit. De rapt. mulier. num. 11. & Bo-
nac. dict. verb. Meretrix, verſic. Et poteſt probari. Hyppol.
15 Rimin. tertius inter Conſilia Criminalia 85. † Meretrix
dicitur publice ſe proſtituere etiam ſi non reſideat in lupa-
nari, ſed in quacunque domo ſtet ſuo pudori non parcens,
& vnumcunque petentē quæſtus cauſa admittens, ita Alex.
conſi. 99. num. 12. volum. 6. Lud. d. concl. 64. verſi. Amplia
tur primo. Et ſi ſecrete hoc faciat, & de nocte, Lud. ibi verſ.
16 Ampliatur tertio. † Meretrix etiam dicitur maritata inho-
neſte viuens, vt not. Corn. conſi. 232. nu. 2. volum. 2. refert
17 Lud. ibi, verſ. Ampliatur ſecundo. † Meretrix corpus, &
animam pretio nummario vendit, ita Marſ. conſ. 101. n. 15.
18 volu. 1. † Meretrix dicitur perſona miſerabilis, Afflict. in
19 conſt. regn. Rubr. 20. De violent. Meretr. nu. 2. lib. 1. † Di-
citur etiam perſona vilis quilibet tamē poteſt eam in vxo-
20 rem ducere, ita Menoch. conſ. 18. num. 22. vol. 1. † Mater
meretrix nō poteſt exhæredare filiam meretricem, niſi ip-
ſa mater ſit emendata, ita Marſ. l. Vnica, nu. 28. C. De rapt.
virg. Didac. in cap. Raynutius, in prin. nu. 15. De teſtament.
21 † Statuto ſi caueatur, quod ponens ſchalas ad feneſtras mu-
lieris puniatur aliqua pœna ordinaria, illud non habet lo-
cum, ſi ponatur ad domum meretricis, quia tunc tantum
pœna extraordinaria punitur. Bald. in l. fi. ad finem. ff. De
rer. diuiſ. Cotta ſuis memor. in verb. Meretrix, verſi. Et ideo,
22 Boer. deciſ. 317. num. 9. verſic. ad hoc, † Frangens oſtium
meretricis cauſa libidinis, non tenetur de furto, licet tenea-
tur ad damnum, ſi furto dein aliqua fuerint ablata, ita not.
Neuiz. ſua Sylua nupt. libr. 4. numer. 46. limit. 4. ibi Facit
Bart. idem Menoch. tracta. arbitr. libr. 2. cent. 3. caſu 291.
23 numer. 5. † Meretrix poteſt dare ſuum corpus vni ad for-
nicandum, & alteri non, Afflict. dict. Rubr. 20 de violent.
24 meretr. nume. 4. † Coitus inſuper de iure ciuili cum me-
retrice eſt impunibilis, ita cauetur in l. Verum, in fin. ff.
de furt. & l. apud Labeonem, §. Si quis vir, ff. de iniur. Gram-
mat. deciſio. 107. numero 6. Marſ. l. 1. numero 4. ff. ad leg.
Corn. de Sicar. Rolan. à Valle conſil. 74. nume. 16 volum. 1.
25 Burſat. conſil. 218. numer. 13. volum. 2. † Quod habet
locum etiam ſi fiat per vim in meretrice publica, alias pu-
nitur quis extraordinarie, not. Alber. tracta. Statut. libr. 3.
quæſt. 52. Io. de Arnon. differ. 6. Dec. l. Inuitus nemo, in
princ. numer. 7. ff. de reg. iur. Boer. deciſ. 317. numer. 8. cum
traditis per Bonacoſſ. in d. verbo, Cognoſcere verſi. Et De-
cius, declarando vt per Neuiz. d. libr. 4 numer. 40. verſicu.
Facit quia cognoſcentes. Afflict. d. Rubr. 20. nume. 3. ratio-
nemque adducit num. 5. notat etiam Alciat. conſ. 12. num. 5.
lib. 2. tomo 2. ſecundum impreſſionem Venetā, idem Alcia.
l. Rogaſti num. 12. ff. Si cert. pet. Boer. deciſ. 310. numer. 8.
cum traditis per Bonacoſſ. tract. de ſeru. & famul. quæſt. 64.
verſic. Sed quid idem in q. crimin. d. verb. Cognoſcere, in
26 princ. † Sed quod non poſſit meretrix cogi ad coeundum,
not. Couar. relatus per Caball. Milleloquio 993. vbi com-
27 probat. † Limitatur, vt non habeat locum hæc concluſio
quando quis coiret cum meretrice exiſtente in carceribus,
ita Marſ. in l. 1. in princ. nu. 5. ff. ad leg. Corn. de Sicar. Marſ.
ſua praxi §. Aggredior, num. 26. Io. de Arno. epito. 84. ver.
Nunc vero. Neuiz. d. Sylua nupt. libr. 4. num. 46. verſ. Mode-
ra hanc limitationem, limita. 4. Foller. ſua praxi 1. parte, 2.
partis verſi. Vel carceretur, num. 25. Carrer. ſua praxi §. cir-
ca quartum, num. 177. refert Boer. d. deciſ. 317. num. 5. verſ.
Licet enim, Ipſe autem contrarium tenet, num. 7. & 9. ratio-
28 nibus, vt per eum. † Secundo limitatur non procedere ſi
coiret cum meretrice affine, quia tunc committeret inceſtū,
& puniretur, vbi hoc sciret, ita Caccialup. l. Si qua Illuſtris,
num. 19. C. ad Offici. idem Neuiz. d. lib. 4. num. 46. verſ. Se-
39 cundo modera. † Tertio limitatur non procedere, ſi coiret
cum muliere, quæ deſiiſſet meretricari, Marſ. in l. vnica, nu.
27. cum ſeq. C. de rapt. virg. Gallia in conſuet. Alex. in verb.
30 Mulier, quæſtio. 3. num. 44. † Limitatur quarto ſi meretrix
hæc fuerit nupta, & honeſte viueret, licet raptor, vel vim
inferens cum ea coiiſſet, ſecus ſi inhoneſte adhuc viueret,
ita Alber. in tract. Statut. libr. 3 quæſt. 52. idem Alex. conſi.
99. num. 15. volum. 6. Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 42. legis
aſperitatem, num. 5. lib. 3. vbi dicit tamen puniri mulierem,
idem Carrer. d. §. circa quartum, numer. 264. & 267 Marſ.
conſ. 101 num. 49. volum. 1. & l. vnica, num. 43. & 45. Cod. de
rapt. virg. idem Capic. deciſ. 44 num. 2. idem Neuiz. d. lib. 4.
num. 46. verſic. tertio, Boſſ. tit. de coitu damnato, num. 79.
verſic. Nec impudicitiam, Couar. tractat. de teſta. 2. partis,
cap. 7 §. Sextus, numer. 11. Clar. ſuis communibus, in verb.
Adulterium nō committit & ſua praxi §. Adulterium verſ.
Quæro nunquid, licet dicat ipſe eſſe impunibile etiam quo
ad mulierem, Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verb. Adulteriū,
31 verſic. Quid ſi mulier, & verſi. ad quid facit. † Opiniones
tamen ſunt contrariæ, quod imo puniatur coitus cum me-
retrice nupta, etiam viuente inhoneſte ſecundum aliquos,
notat. Io. Bapt. Caccialup. d. l. Si qua Illuſtris, numer. 17. C.
ad Offici. Quæ quidem opiniones contrariæ poſſunt con-
ciliari, ſecundum Salic. relatum per Caccialup. d. loco, num.
18. Quod hæc ſecunda opinio habeat locum ſi ſit in princi-
pio meretrici, quia tunc puniatur coitus cum coniugata,
32 nō ſic ſi ſit facta iam publica meretrix, vt ibi per eos. † Quic-
quid ſit non punitur coitus cum meretrice etiam coniuga-
ta reperta in lupanari, vel meretricante, vt ibi per Caccia-
33 lup. numer. 17. † Secundo non punitur coitus, in eo qui
34 ignoret eam nuptam, vt per eundem, nu. 18. † In omnem
caſum tamen coitus cum meretrice nupta, & inhoneſte vi-
uente non puniretur pœna mortis, Burſ. d. conſ. 218. nu. 14.
35 uol. 2. † Meretrix poteſt diſponere de acquiſitis ab ea ex tur-
pi quæſtu, ſecus in alia muliere, quæ non ſit publica mere-
trix, quia fiſcus ei aufert, ita relatiue, not. Boſſ. tit. de his
qui vt indignis, num. 8. explicite Natta conſ. 560. nu. 4. & 5.
vol. 3. refert Ioſeph. Ludouic. ſuis communibus, concluſ. 64.
in princ. Io. de Garronibus in l. 1. nu. 33. C. de ſecund. nupt.
Durans de arte teſtandi tit. 3. De his, caut. 12. n. 1. ita decla-
randus venit Guielmus de Ludo. Sing. 48. Indiſtincte tenen-
36 tis acquiri fiſco. † Ne autem meretrix poſſit teſtari cautela
datur, vt legitimi hæredes, & conſanguinei dari faciant cu-
ratorem meretrici huic, eique interdicere, ne poſſit aliena-
37 re, etiam ſi appellet, notat Caball. Milleloq. 693. † Vt ēt nō
poſſit teſtari, not. Lud. conclu. 64 verſ. Cautela eſt, & verſi.
In cæteris, quam concluſionem, & cautelam not. Duran.
d. titu. De arte teſtant. dict. caut. 12. num. 2. Et licet Arrius
Pinellus acutiſſimi ingenij in l. 4. num. 21. C. De bon. mater.

Digitized by Google

teneat talem cautelam inualidam, quem refert, Lud.d.con-
cluſ.64. verſ. Contrarium tamen, prima tamen opinio ve-
rior, & communior eſt, vt per Lud.d.concl.64.ver.Verior ta
38 men, & ver. Quæ ratio.† Non tamen habet locum hæc con-
cluſio cum omnibus mulieribus luxurioſe viuẽtibus, ſed ſo-
39 lum cum meretricibus, Lud.d. loco, verſ. Non tamen.† Me-
retrix autem dicitur ad hunc effectum vltra notata, quæ
multorum libidini paret, non quæ ab vno ſolo ſit tantũ co-
gnita, ſed requiritur, quod tres ſint, Lud.d.concl.64.verſic.
40 Meretrix igitur. † Limitatur dicta concluſio, vt non detur
hæc cautela, ſi mulier deſierit meretricari, & cœperit ho-
neſte viuere, quia non dicitur amplius meretrix Lud.d.con-
cluſ.64.ver.Fallit ſecundo, & ſupra notatum.

g In principio]† Ideſt ſine aliqua querimonia, vel accuſa-
41 tione contra eam mouenda, ita notat per hoc verbum Al-
ber.d. ſuo dictionario in verbo, Impune.

h Poſſit expelli] † Etiam ante tempus finitum locationis,
42 quod idem cauetur infra cap.476. Dominus Poteſtas, & in
nou.conſtit.tit.de meretri. c.fi. vbi cauetur teneri Iudices
eas expellere à tota vicinia, & parochia, quod idem eſt de
iure communi, vt not.Guiel.de Cuneo in l. Nullus, vbi Ca-
ſtrenſ.num.5.C.de Sum.Trin.& fid. Cath. Cœpoll.tract.
ſeruit.ruſtic.præd.cap.9.De iure paſcendi, quæſt.6. nume.
21.& l. Aediles.§.Pedius, nume.5. ff. de ædilit. edict. Alciat.
conſ.552.nu.2.verſic. Et in caſu Afflict. in d.conſtit. regn.
Rubr.43.de prohib.meretr.nu.1.lib.3. Gomeſ.tract.delict.
cap.6.de iniur. numer.16.circa fin.idem Menoch.tract.ar-
43 bitr. libr.2.cent.1.caſu 78.num.10. & 11. † Mulier mere-
trix licet poſſit expelli à vicinia, tamen hoc non habet lo-
cum in meretrice, quæ copiam facit alicui amoris cauſa, ita
44 Menoch.d.lib.2.cent.4.caſu 328. nu.14. † Meretrix autem
coniugata virum poſſit expelli ex diſpoſitione huius Sta-
tuti, vel cap.476.Poteſtas. videtur prima facie dicendum,
quod non. Ex quo ſi Statuto caueatur, quod mulier luxu-
rioſe viuens ducatur ad locum publicum, non procedit in
nupta, ita Bonacoſſ.d.quæſt.crimin.in verb. meretrix, verſ.
45 Et Statutum quod mulier. † Vlterius ſi ſtatuto caueatur,
quod meretrices capi poſſint, tamen nupta nõ poteſt capi.
vt not.Ioan.Andr.in addit.ad Spec.titul. de iniur.in Rubr.
colum.1.in verbo, Interdum Statuto, per l.Si vxor.§.1.ff ad
leg Iuliam. De adulter.idem Bald.in l. Conſentaneum, nu.
46 C. Quomodo, & quando Iudex.Roman. in l. Si vero.§.
De viro, num.23.ff.ſolut matrim. Marſ.ſing.248 Conditio
mulierum, verſic. Pro quo facit, Afflict.tract. feud.tit.de pa-
ce iur.firman.§.Vicinia, num.95. Idem Afflict.in Conſtit.
regn.Rubr.2.verſic Vniuerſitas, num.18.lib.2. Faciunt no-
tata per Dec.in l. Fœminæ, num.73.ff.de reg.iur.Capic.dec.
44.num.3.Bonacoſſ.d.verb.Meretrix, verſic. Quinimò nec
46 carcerari.† Idẽ dicitur, quod ſi Statuto caueatur, quod me-
retrix poſſit cogi inuito ſatisfacere voluntati eam requiren
tis. Tamen meretrix coniugata non comprehenditur. Ita
47 Io.de Arnono epit.19 & epit.84 † Quod idem eſt, quod ſi
meretrix ex Statuto poteſt percuti, vel iniuriari, hoc non ha
bet locum in meretrice coniugata, Cotta ſuis memorab. in
verb.decretum, verſic Vbi decidit, Idem Ioã. de Arnono d.
epit.19.& Bonac.d.verb.Meretrix, verſic. Statutum permit
tens. Ita in his terminis expulſionis, not. Fel. in cap.Paſto-
48 ralis, nu.4.De iudic. † Quicquid ſit, ſi meretrix maritata
facit quæſtum publice viro cõſentiente, vel eo lenocinium
præſtante, quod poſſit expelli not. Afflict.in terminis Con-
ſtit Neapol.dict.Rubr.43.De prohibit.habit. num.2. verſ.
Quid ſi maritus, libr.3. Pro qua opinione faciunt tradita
per Capic.ſua deciſ.44.num.4. & ſic etiam in his terminis
declarat Brun.iun.tract.de ceſſ.bonor.quæſt.4.princ.quęſt.
49 1.num.5.verſic.Idem intellige. † Vbi ampliat idem eſſe, ſi
tacite maritus conſentiat ibi.verſic. Idem dicit, Confirmat
opinionem hanc Bonacoſſ.d.ver.Meretrix, verſ. Quod limi
ta. Idem cenſuit Senatus anno 1577. die 11. Decembris con
tra Barbaram Rozonam poſt longam diſputationem per re
ſcriptum tranſmiſſum D.Capitaneo Iuſtitiæ, quod ipſa Bar
bara vna cum eius marito expellerentur à vicinia, & à do-
mo eorum propria, motus Senatus ex eo præcipue quod ea-
dem Barbara quæſtum faciebat ſui corporis publice cõſen-
50 tiente eius mariro. † Quod magis dicendum, ſi meretrix
maritata habitauerit in domo non ſibi coniuncti de conſen-
ſu viri, ex notatis in text.cap. Cum tua, & capi.ſi. De coha-
bit.clericor.& mulier. Ita Afflict. dicta conſtit.regn.Rubr.
51 43.De prohibit.habit.num.2.ad finem. lib 3. † Quod ha-
bet locum etiam quod maritus ſemel tantum quæſtum ex
lenocinio eius vxoris acceperit, quia ea poteſt expelli à vi-
cinia, & in lupanare releganda, vt not.ex text. in l.Mariti.§.
Qui quæſtum. ff.de adulter. In his terminis Couarr. dicto
52 tract.De teſtamen.2.part.cap.8 §.11.nu.5.† Expelli tamen
meretrix non poteſt à locante, quia præſumitur locaſſe ad
vſum meretricium, ita Ripa.de priuileg.contract.cauſa pe
53 ſtis, num.36. † Diſpoſitio huius Statuti videtur procede-
re etiam ſi meretrix hæc ſit emendata, quia adhuc dicitur
meretrix, vt not. Aret.in cap.Veniens, colum.3. De teſtib.
per l.Palam, num.2.verſ. Quid autem, lib.3. Verum durum
eſſet obtinere quod eo caſu poſſit expelli, ex quo ſcandalũ
54 nullum adfert in vicinia. † Sententia hæc lata ſuper expul-
ſione meretricis exequutioni mandatur non obſtante appel
latione, Rebuff.tract.de ſent.prouiſional.in præfat.numero
133.Afflict.dicta Rubr.43.de prohib.habit.numero primo.
libro 3.

i Ipſo iure] Requiritur tamen ſententia declaratoria ſu-
per facto, vt notatum ſupra, volum.1.capit.1. in verb. Ipſo
facto.

k Vel officio bulettarum] Hoc non ſeruatur.

l De prædictis inquirere] Hoc non ſeruant Iudices, licet
inſtanter requiſiti, vt notatum ſup in Rubr. generali.

m Et lupanaria non poſſint dari ad incantum, nec alio mo-
55 do vendi, nec concedi]† Dicta autem ſunt lupanaria à Lu-
pana meretrice, vt ait idem Bonacoſſ. d. ſuis quæſt. crim.in
verb.Raptor, verſ.Et Lupanaria.

Quod Meretrices publicæ portent mantellos fuſtanei. Cap. CCCCLXXIII.

a QVælibet meretrix publica b quæſtum faciens in bor-
dello publico, quod eſt inter ſtratam exiſtentẽ pro-
pe Eccleſiam ſancti Pauli in compedo, & curſum portæ ton
ſæ, & domum quatuor Mariarum Mediolani, & Eccleſiam
ſancti Zenonis extra bordellum, c portet mantellum fuſta-
nei nigri ſupra ſpatulas latitudinis tertię vnius ad braechiũ
fuſtanei, ſub pœna librarum decem Imperialium, qualibet
vice qua contrafecerit, applicandarum pro medietate com-
muni Mediolani, & pro alia medietate accuſatori, quæ pę-
na exigi poſſit per Officialem bullettarum, & quemlibet
alium Iuſdicentem, d quam pœnam, ſi non ſoluerit, fuſti-
getur ipſa meretrix, mandato cuiuslibet Iuſdicentis crimi-
nalis e abſque aliquo proceſſu. f Et alibi quam in dicto
bordello lupanaria non teneantur in præſenti ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix an poſſit cogi ad copulam.*
2 *Meretrix quam veſtem portare debeat.*
3 *Pœna corporalis datur loco pœnæ pecuniariæ.*
5 *Abſque aliquo proceſſu an hæc clauſula remoueat appellatione.*

a QVælibet meretrix publica] Quæ ſit, & quando pro-
betur, not.c.præcedenti, in verb. Fœmina meretrix.

b Quæſtum faciens in bordello publico] † Meretrix
1 exiſtens in lupanari, an poſſit cogi ad Venerem, opiniones
contrarias, not. Bonac.in q.crim.in verb.Meretrix, verſ. An
meretrix.

c Portet mantellum fuſtanei nigri]† Idem cauetur in nou.
2 Conſtit.tit.de meretrici.cap.Meretrices, verſic. Eoque caſu.
Quod idem diſponitur de iure communi, vt portet ſignum,
quo dignoſcatur ab alijs, vt notat.Bald.in l.Munera. C.de
epiſc.aud. Ita probant Foller.in conſtitu. regn.Rubr.de Iu-
dæis, Vt quia, nu.5. Bonac.in d.verb.Meretrix, verſ. Et Iudex
poteſt cogere. Hoc tamen non ſeruatur.

d Quam pœnam ſi non ſoluerit fuſtigetur]† Pęna corpora-
3 lis datur loco pęnæ pecuniariæ, vbi quis non habeat in ære,
per l. Quicunque C.de ſeruis fugit. Brun.iun.tract.de ceſſ.
bonor.q.4.princ.q.9.nu.4.

e Abſque aliquo proceſſu] † Videtur per hæc verba re-
4 mota appellatio, ita not. Boſſ.ſua praxi crimin.tit.de appel.
num.16.

f Et alibi quam in dicto bordello lupanaria non teneãtur]
Hodie non ſeruatur in curia Principum, ex multiplicitate
meretricum.

Quod meretrices, & ruffiani non morentur in broleto. Cap. CCCCLXXIV.

a NVlla meretrix, b nec ruffianus moretur, nec de cæte-
ro audeat, nec præſumat ſtare, c nec morari in bro-
leto Communis Mediolani de die, ſub pœna ſoldorum de-
cem Imperialium, pro qualibet vice, eorum, & earum, quæ
pœna, ab eis, & à quolibet eorum, exigatur d ſine aliquo
proceſſu,

Digitized by Google

proceſſu, per quemlibet Iuſdicentem, quæ pœna applicetur pro medietate Communi, & pro alia medietate accuſatori, ſine aliquo proceſſu.

a NVlla meretrix] Quæ ſit, & quomodo cognoſcatur, not. ſupra c. 472. Si quis, in verb. Fœminæ meretrices.

b Nec ruffianus] Lenones hi ſunt a Ciuitate expellendi, ſecundum Io. de Platea in l. 2. C. de iur. emphyt. Facit tex. in l. Nullus, vbi Caſtr. num. 5. C. de Summ. Trin. Affl. in d. conſt. regn. Rubr. 43. De prohib. habit. in prin. lib. 3. late notatū in nouis conſtit. d. tit. De meretricibus.

c Nec morari in broleto] Hoc non ſeruatur, nec diſpoſitio nou. Conſt. tit. De meretricibus, c. Meretrices, ſtrictius diſponens, meretrices non poſſe ire per Ciuitatem ſine licentia in die Sabbati.

d Sine aliquo proceſſu] Quid remoueatur, late notatum ſupra c. 9. Si quis in hoc verb. vol. 1.

DE EODEM.
Cap. CCCCLXXV.

OMnes meretrices, quæ reperiantur morari in broleto Communis Mediolani, expellantur de dicto broleto, & eis recuſantibus illico recedere, fuſtigentur per Ciuitatem.

HOC Statutum minus ſeruatur.

Quod meretrices expellantur de Parrochijs Mediolani. Cap. CCCCLXXVI.

POteſtas Mediolani, & eius Iudices, & quiſq; eorum, in totum teneantur, & debeat, a inquirere, ſi in aliqua Parrochia Mediolani, alibi quam in dicto bordello ſtet, vel habitet, vel moretur b aliqua fœmina, meretricium faciēs, c & hoc ſi fuerit teſtificatum per tres ex vicinis ipſius Parrochiæ, qui ſint maiores annis triginta pro ſingulo, d quod expellere teneatur, & expulſam tenere ipſam fœminam e de dicta Parrochia.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina meretricium faciens quæ dicatur, & quomodo probetur meretrix, & à quibus locis poſſit expelli, vſq; ad num. 4.*

a INquirere] Hoc non ſeruatur, nec etiam exequuntur Iudices inſtantibus vicinis, niſi coacti.

b Aliqua fœmina meretricium faciens] Quæ ſit, & an
comprehendatur coniugata, late diſcuſſum ſupra c. 472. Si
1 quis, in verb. Fœminæ meretrices. † Statutum hoc ligat
etiam concubinas, & meretrices clericorum, per tradita per
Feli. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 102. De conſtit.
ſequitur Bonacoſſ. in dict. verb. Meretrix, verſic. Et ſi dicat
Statutum.

c Et ſi fuerit teſtificatum per tres ex vicinis] † Quid de-
2 ponere habeant hi teſtes ad probandum quod talis ſit me-
retrix, notatum ſupra ca. 472. Si quis, in verb. Fœminę me-
retrices, & not. Bonac. in d. verb. Meretrix, verſ. Et probari
poteſt, ad finem.

d Quod expellere teneatur] Non tamen debet expelli ex-
3 tra Ciuitatem, ſed bene de vijs honeſtis, Bonac. ibi, verſ. Vbi
etiam dicit.

e De dicta Parrochia] † Non tamen extra Ciuitatem, Bo-
4 nac. d. verſ. Vbi etiam dicit.

RVBRICA GENERALIS,
De certis datijs non imponendis, nec exigendis.

De datio mixturæ non imponendo, nec exigendo. Cap. CCCCLXXVII.

a DE cætero, b nullo modo, vel ingegnio imponatur, c nec aliqualiter exigatur in Ciuitate, d nec Ducatu Mediolani, nec in terris ſuppoſitis ſtatutis Communis Mediolani datium macinæ farinę mixturę. Et quilibet, qui propoſuerit, vel conſuluerit, aut conſenſerit contra prędicta, vel aliquod prædictorum, vel aliqualiter procurauerit, quod ipſum datium imponatur, vel exigatur puniatur, & condemnetur, e ipſo facto, in libris quinquecentum Imperialium applicandis pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate accuſatori quas, intra quindecim dies, ſoluere teneatur, f alioqui amputetur ei lingua. Et vlterius expellatur de Ciuitate, & Ducatu Mediolani, g tāquam bannitus de proditione patriæ ſuæ, h & etiam impunè poſſit offendi, in ære, i & in perſona. Nec vnquam habere poſſit officium, k nec beneficium in Ciuitate Mediolani, nec à Communi Mediolani, & Dominus Poteſtas, & eius Iudices ad maleficia. Et quilibet eorum poſſit, & debeat m inquirere, n procedere, o condemnare, p & punire q ex officio ſuo, r omni ſolennitate iuris, & ſtatutorum omiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum trahitur ad futura.*
2 *Pœna corporalis quandoque imponitur pro pœna pecuniaria.*
3 *Bannitus de proditione patriæ habetur pro bannito in crimine læſæ Maieſtatis.*
4 *Impune qui poteſt offendi non poteſt ſuccedere.*
5 *Bannitus non poteſt ſuccedere.*

HOc Statutum malo noſtro fato, & Ciuitatis noſtræ non ſeruatur, quia datium hoc imponitur, & ſoluitur quotidie in Ciuitate ſuper mixtura.

a De cætero] † In futurum ſcilicet, ad quod regulariter
1 Statuta trahuntur, vt not. Afin. ſua praxi iud. §. 3. capit. 1.
num. 6.

b Nullo modo, vel ingegnio] Demonſtratur ex verbis his geminatis, & vniuerſalibus enixa voluntas ſtatuentiū, quod Statutum hoc obſeruetur, quod magis colligitur ex verbis ſequentibus, & pœnis grauibus impoſitis ſecus conſilium præbentibus, vel tractantibus.

c Nec aliqualiter exigatur in Ciuitate] Hoc factum ob beneficium pauperum, tamen non ſeruatur malo noſtro fato, vt notatum ſupra.

d Nec Ducatu Mediolani] Hoc ſeruatur hactenus.

e Ipſo facto] Requiritur tamen declaratoria Iudicis ſuper ipſo facto, vt late notat. ſupra capit. 1. his verbis, volum. 1.

f Alioquin amputetur ei lingua] † Nam etiam de iure cō-
2 muni imponitur pœna corporalis loco pecuniarię, vbi quis
non ſit ſoluēdo pœnam pecuniariam verſus fiſcum, ita not.
in tex. l. Quicunque, C. de ſeru. fugi. notat Brun. iun. tracta.
de ceſſ. bonor. q. 4. prin. q. 9. num. 3.

g Tanquam bannitus de proditione patrię ſuæ] † Banni-
3 tus talis habetur pro bannito in crimine læſæ Maieſtatis,
tanquam oppugnans patriam, ita Boſſ. ſua praxi crimin. tit.
de crimin læſ. Maieſt. nu. 44 & 45.

h Et etiā impune poſſit offendi in ære] † Qui impune po-
4 teſt offendi, non prohibetur ſuccedere in Ciuitate, à qua
ſic imponitur pœna, niſi addita ſint alia verba, vt notat
Boſſ. dict. praxi ſua crimin. tit. Banniti, quid amittant, nu-
mer. 14.

i Et in perſona] Quo caſu poteſt interfici, demptis caſibus notatis, per Boſſ. d. tit. in prin. & tota 1. col.

k Nec vnquam habere poſſit officium] Quæ dentur in Ciuitate.

l Nec beneficium in Ciuitate Mediolani] † Ex his ver-
5 bis tollitur etiam, quod quis poſſit ſuccedere in Ciuitate, vt
not. Boſſ. d. tit. Banniti quid amittant, num. 14. ver. Non au-
tem ſi, & ad finem, quod maxime dicendum, cum habeatur
pro Bannito.

m Inquirere] Quod eſt principium litis criminalis.

n Procedere] In memorata accuſatione.

o Condemnare] In pronuntiando contra talem contrafactorem.

p Et punire] In exequendo.

q Ex officio] Quid ſit, & quotuplex, notatum ſupra c. 433. Si quis, in hoc verbo, vol. 1.

r Omni ſolennitate iuris, & ſtatutorum omiſſa] In procedendo ſcilicet. Quid autem cenſeatur ſublatum per hanc clauſulam, late notatum ſupra cap. 47. D. Poteſtas, in verbis, & Clauſula hæc, volum. 1.

De datio rotarum non imponendo. Cap. CCCCLXXVIII.

a DE cætero non imponatur, nec imponi poſſit, nec exigi aliquod datium b rotarum, plauſtrorum, nec carretarum.

Digitized by Google

a D E cætero] † In futurum ſcilicet, ad quod regulariter
1 trahitur Statutum, Aſin.d. praxi iud. §. 3. cap. 1. numer. 6.

b Rotarum, plauſtrorum, nec carretarum] Hoc autem ſeruatur, ſed imponuntur multipliciter ſuper bucchis, bonis, & rodiginibus molendinorum, & piſtarum.

RVBRICA GENERALIS, De Decimis.

De pœna opponentis, quod reddentes ius in Ciuitate Mediolani, non poſsint reddere ius de decimis. Cap. CCCCLXXIX.

a NVlla perſona *b* poſſit *c* opponere, *d* nec allegare, *e* quin ius reddatur inter laicos de decimis, & fructibus earum *f* per Dominum Poteſtatem, & Iudices eius, & alios reddentes ius in Ciuitate, & Ducatu Mediolani. Et ſi quis contrafecerit aduocando, procurando, litigando, vel alio modo, *g* ſit extra protectionem Communis Mediolani, videlicet quod non poſſit vti priuilegijs, ſtatutis, & decretis, ac alijs ordinibus Ciuitatis, & Ducatus Mediolani. Et contenta in præſenti Statuto, *h* non habeant locum in decimis Eccleſiaſticis.

SVMMARIVM.

1 *Nulla perſona hæc verba comprehendunt omnem qualitatem.*
2 *Negatiua præpoſita diſpoſitioni tollit facultatem.*
3 *Statutum laicorum ſuper decimis an valeat.*
4 *Iudex ſæcularis an condemnare poſſit pro decimis.*
5 *Sententia lata ſuper decimis ſoluendis an admittat appellationẽ.*
6 *Iudex ſæcularis quando poteſt eſſe Iudex in cauſa decimarum, & num. 8. & 9.*
7 *Qui eſt extra protectionem repellitur à ſucceſſione.*

a NVlla perſona] † Comprehendit omnem qualitatem
1 perſonarum, ſiue ſit ſubditus, ſiue forenſis hic iudiciũ
mouens, cum loquatur per verba vniuerſalia negatiue concepta, vt not. Lancell. tract. atten. 2. part. c. 12. De atten. appell. pend. in præfat. num. 76.

b Poſſit] † Negatiua hæc præpoſita tollit omnem poteſta-
2 tem, & facultatem, & inducit formam, late notatum ſupra c.
21. Termini, in verb. Non duret, nec durare poſſit, vol. 1. &
3 alibi. † Et valet ſtatutum hoc prohibens id fieri inter laicos, non in præiudicium Eccleſiæ, vt not. Dec. in c. Quæ in Eccleſiarum, nu. 6. de conſtit.

c Opponere] In ſcriptis, & oretenus.

d Nec allegare] Viua voce.

e Quin ius reddatur inter laicos] Et hoc quãdo eſt acquiſita ante concilium Lateranenſe, cum alias non poſſint eas habere laici, vt late notatum ſupra c. 386. Dominus. in prin.
4 † Poteſt etiam Iudex ſecularis compellere ſecularem ad ſolutionem decimæ clerico, vbi nõ diſputatur ſuper iure decimarũ, nec de exemptione, vel priuilegio ſuper eis, vt tradit Didac. Couar. tract. pract. q. c. 35. nu. 2. ver. Secũdo erit.
5 † A ſententia lata ſuper decimis ſoluendis non appellatur, ita Ioan. de Arnon. dialog. 100.

f Per D. Poteſtatem, & Iudices eius] † In decimis enim
6 tranſlatis per Pontificem in Principes, Iudex eſt ſecularis, non Eccleſiaſticus, vt not. Didac. practic. quæſt. capit. 35. num. 2. verſ. Tertio quoties, & verſic. Quarto erit, & verſic. Quinto non.

g Sit extra protectionem Communis Mediolani] † Quo
7 fit, vt repellantur à ſucceſſione in hoc Ducatu, nec etiam ſe defendere poſſint. Ita Boſſ. dict. titu. Banniti quid amittant, numer. 14. & notatum ſupra capit. 172. Nulla. in his verbis.

h Non habeant locum in decimis Eccleſiaſticis] † In qui-
8 bus Iudex eſt Eccleſiaſticus de re ſpirituali, Didac. d. c. 35.
† Quod quidem habet locũ etiam in cauſa poſſeſſoria decimarum, in qua ſit clericus reus, Didac. ibi, nume. 1. verſic.
9 Primum etenim. † Poteſt etiam Iudex ſecularis cognoſcere de cauſa decimarum Eccleſiaſticarum contra laicum, quando tractatur de ſolutione tantum, non ſuper eis, nec de exemptione earum, Didac. d. cap. 35. num. 2. ver. Secundo erit.

Quod qui tenuerint decimam per annos quadraginta continuos præſumatur eſſe ſua, & defendatur per Poteſtatem, & Cõmune Mediolani. Cap. CCCCLXXX.

a SI qua decima poſſeſſa, *b* vel quaſi, *c* ſeu detenta fuerit *d* per aliquem ſecularem, *e* per annos quadraginta *f* computato tempore ſuo, cum tempore datorum, vel anteceſſorum ſuorum, *g* præſumatur ſua, & habeatur, & cenſeatur pro poſſeſſore legitimo, vel quaſi, & quo ad defenſionem proprietatis, & omnem effectũ poſſeſſionis, uel quaſi ipſius decimę. Et ſi quis eum impedierit quocunq; modo, quilibet Iuſdicens, & Commune Mediolani *h* teneatur eum adiuuare, & defendere, omnibus modis, ad uoluntatem illius, qui illam decimam poſſederit, uel quaſi, uel detinuerit, utſupra, ſub pœna librarum ducentum Imperialium, applicãdarum pro medietate Communi Mediolani, & pro alia damnum paſſo. Et impediens *i* ipſo iure *k* ſit exemptus à protectione Cõmunis Mediolani utſupra declarata. Et quilibet Iuſdicens de prędictis teneatur procedere ad petitionem actoris, ſub pœna librarum decem Imperialium applicandarum utſupra, qualibet uice. *l* Et de hoc poſſit ſyndicari etiam pendente officio, *m* non obſtante aliqua lege, *n* uel ſtatuto, uel reformatione, uel prouiſione in cõtrarium loquente.

SVMMARIVM.

1 *Laici an poſſint habere decimas.*
2 *Decima laicali, quæ dicatur.*
3 *Præſcriptio an currat in decimis in quibus, & qui quantum tempus, vſq; ad num. 9.*

a SI qua decima poſſeſſa] † Laici, & ſeculares non poſſunt
1 habere decimas, niſi de eis fuerint inueſtiti ante Concilium Lateranenſe, ita not. Franc. Balb. poſt alios in tracta. pręſcript. 5. part. prin. 1. particula, q. 7. nume. 21. cum ſeq. Brun. tract. ſuper conſtit. in uerb. Decima uerſ. Decima ſoluitur. Boer. in ſuis conſuetud. in Rubr. Des couſtumes Touchans pręſcript. §. 1. col. 3. cum ſeq. Ferrand Vaſq. ſuo tract. Controuerſ. Ill. c. 89. num. 3. & late notatum ſupra ca. 389. Dominus, in prin.

b Vel quaſi] Quando ſcilicet conſiſtit in iure, ueluti quid non corporale certis annis.

c Seu detenta] Abſque aliquo titulo.

d Per aliquem ſecularem] † Dicitur autem decima laica-
2 lis, uel ſecularis, ubi empta fuerit ab Imperatore, uel Principe, ut not. Alciat. conſ. 36. num. 1.

e Per annos quadraginta] Loquitur Statutum de pręſcri-
3 ptione laici, contra laicum in his decimis, ut not. Vaſq. d. c.
4 89. num. 3. † Nam contra Eccleſiam etiam immemorabilis
non currit, niſi ſit in uim priuilegij, ut not. Felin. in c. cauſã-
que, col. 1. de pręſcrip. Balb. d. q. 7. nu. 19. cum ſeq. idẽ not.
Brun. in d. uerb. Decima, uer. Decima ſoluitur, Boer. d. col.
3. & in Rubr. Des Couſtumes prędiales, §. 11. col. 2. Rebuff.
tract. De decimis, q. 13. nu. 64. cum ſeq. Vaſq. d. c. 89. nu. 6.
cum ſeq. idem Hyppo. Rimin. conſ. 36. nu. 16. cum ſeq. uol. 1.
5 † Poſſunt tamen pręſcribi in parte, ut not. Alciat. conſ. 22.
nu. 1. cum ſequ. & notatur in lib. 14. Communium, in uerb.
6 Pręſcribuntur decimę. † Pręſcriptio hęc quadragenaria
inducta per hoc ſtatutum, non tollit, quin poſſit etiam pręſcribi ius hoc decimę ſpatio triginta annorum, prout poteſt etiam de iure communi, & per Statutum ſupra, ca. 313. Vbi de iure, uol. 1. per ea quę in his terminis, not. Bal. conſ.
7 180. num. 4. uolum. 1. † Vera, & propria pręſcriptio uſucapionis utrum eximat quem ab obligatione ſoluendi decimam, not. Didac. tract. uaria. reſolut. cap. 13. num. 10. uerſ. 8. lib. 1.

f Computato tempore ſuo cum tempore datorum, & an-
8 teceſſorum ſuorum] † Quo quidem tempore debet quis uti cum ſuis acceſſorijs, ut in terminis, not. Bal. d. conſ. 180. num. 3. late declarat Balb. d. tract. pręſcript. 3. part. prin. 1. practic. q. 12.

g Pręſumatur ſua] † Hęc eſt pręſumptio iuris tantum,
9 non autem iuris, & iure, quia tunc non admitteretur probatio in contrarium, ut not. Alciat. tracta. pręſumpt. in 2. parte prin. in princ. numer. 3. cum declarationibus, ut ibi per eum.

h Teneatur eum adiuuare, & defendere omnibus modis] Tam iure medio, quam etiam de facto, ſi de facto impedirentur ab aliquo.

i Ipſo

Digitized by Google

i Ipſo iure] Requiritur tamen declaratoria Iudicis ſuper facto, vt notatum late ſupra cap. 1. in verb. Ipſo facto, volum. 1.

k Sit exemptus a protectione Communis Mediolani, vt ſupra declarata] Vt notatum in capit. præcedenti, in his verbis.

l Et de hoc poſſit ſyndicari pendente officio] Idem cauetur ſupra c 31. Poſſit, in hac ſimili clauſula, vol. 1. ſecus de iure communi, vt ibi notatum.

m Non obſtante aliqua lege] Iure ſcilicet communi diſponente, non poſſe quem ſyndicari durante officio, vt notatum d. loco.

n Vel Statuto] Prout ſupra cauetur cap. 30. Finito regimine, vbi diſponitur officiales non eſſe ſyndicandos, niſi finito officio.

De pœna inquietantis aliquem occaſione alicuius decimæ contra pacta facta inter partes, circa illud, quod ſcriptum eſt de conſuetudinibus Communis Mediolani. Cap. CCCCLXXXI.

a QVicunque, cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, ſiue ſit ſubditus Domino Poteſtati Mediolani, b ſiue non in iudicio, vel extra, inquietauerit aliquem, occaſione alicuius decimæ, contra pacta inita inter partes, ſiue etiam illud, c quod ſcriptum eſt in conſuetudine Communis Mediolani, d ſiue iure municipali, vel inquietanti, auxilium, vel fauorem dederit, e ipſo iure, & ipſo facto, f ſit exemptus à protectione Communis Mediolani, declarata vt ſupra. Et idem ſit g in maſſarijs, & fictabilibus, & penſionantibus eorum. h Et expenſis Communis Mediolani inquietatus, defendatur per ſyndicum Communis Mediolani.

S V M M A R I V M.

1 *Quicumq; dictio hæc an comprehendat minores, & clericos, & num. 2.*

a QVicunque cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat]
1 † Comprehenduntur etiam minores, & clerici, per
hæc verba, vt not. Rebuff. tracta. de nomina. q. 8. numer. 8.
2 & 12. Rimin. ſen. conſil. 927. num. 8. volum. 3. † Et quod
per hęc verba generalia comprehendantur omnes perſonę, nec patiantur reſtrictionem, not. Sal. in l. Si ſerui, colum. 3. C. de noxal. act. cum accumulatis per Rolan. à Vall. conſ. 5. num. 43. volum. 1.

b Siue non] Prout ſunt forenſes, & clerici, qui an poſſint ligari ſtatutis laicorum, notatum ſupra cap. 180. In fauorem.

c Quod ſcriptum eſt in conſuetudine Communis Mediolani] Intellige de conſuetudine generali, cum alię particulares ſint ſublatę, vt cauetur ſupra capit. 176. Conſuetudines.

d Siue iure municipali] De qua ſupra in pręcedentibus Statutis.

e Ipſo iure, & facto] Requiritur tamen declaratoria Iudicis ſuper facto, vt notatum ſupra c. 1. in verbo, Ipſo facto, volum. 1.

f Sit exemptus à protectione Communis Mediolani, declarata vt ſupra] Vt cauetur ſupra d. ca. 479. Nulla perſona, in his verbis.

g In maſſarijs, fictabilibus, & penſionantibus eorum] Vt ſcilicet vti poſſint beneficio illius Statuti, ne moleſtentur pro decima, ſub eadem pœna.

h Et expenſis Communis Mediolani] Ex quo tractatur de intereſſe publico, vt eius ſubditi non moleſtentur.

Qualiter laicus habens decimam teneatur eam vendere domino fundi. Cap. CCCCLXXXII.

a SI quis laicus habens decimam, b vel ius decimandi c fructus, d in, vel ſuper e alieno fundo, f teneatur ipſam g vendere domino fundi, volenti eam emere, h ad computum librarum centum Imperialium, pro quibuſcunq; libris quinque Imperialium i redditus ipſius decimæ, facta æſtimatione valoris ipſius decimæ, vel redditiũ, vel fructuum eiuſdem decimæ per æſtimatorem Communis Mediolani, k & eo caſu venditor non teneatur emptori dare fideiuſſorem, nec ei promittere de defenſione, l niſi pro ſuo dato, & facto tantum, quod datum, & factum intelligatur, vt declaratum eſt in ſtatuto de re paterna luenda, & quod cogi poſſit dictus m habens decimam, vel ius decimandi, vt ſupra, n per quemlibet Iuſdicentem o ſummarie p & de facto, q ſine ſtrepitu, & figura iudicij, r & per omnia iuris remedia. Et ſi decimarius habuerit decimam, vel ius decimandi ſuper pluribus fundis eiuſdẽ perſonæ, & Dominus fundi voluerit redimere decimam, vel ius decimandi vnius fundi vt ſupra ſ teneatur eodem modo redimere decimam, vel ius decimandi omnium fundorum ſuorum, ſuper quibus idem decimarius decimam, vel ius decimandi habuerit, ſi hoc placuerit ipſi decimario.
t Idem habeat locum in emphyteuta fundi, ſeu fundorum, ita vt poſſit luere vt ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſidens decimas ſi fuerit laicus, an præſumatur poſſediſſe ante concilium Lateranenſe, & num. 2.*
3 *Præſcriptio an currat in iure decimandi.*
4 *Decimas non ſoluens præſumitur res alienas inuadere.*
5 *Decimarum exactio ad quem pertineat.*
6 *Decima quanta ſit.*
7 *Conſuetudo eſt attendenda in decimas.*
8 *Decimæ onus reſpicit fructus, declara num. 9 & 10.*
11 *Decimæ dominus an poſſit prohibere ne fructus colligantur, & an ſunt in litem, num. 12.*
13 *Vendere inuitus, quando quis cogatur, & nu. 14.*
15 *Decimæ non laicales an poſſint alienari in laici, & an ignorari, num. 16.*
17 *Vendens rem liberam an cenſeatur vendere liberam à decima.*
18 *Aeſtimatio redditnum quomodo fieri debeat, & quando numero 19.*
20 *Directum Dominium reſpectu decimarum, quomodo conſideretur vſq; ad num. 22.*
23 *Decimarum cauſa quomodo terminari debeat, & quis conueniri poſſit, & quo iure, vſque ad num. 28.*

a SI quis laicus habens decimam] † Intellige de his, qui
1 habent decimas ante concilium Lateranenſe cum alias
laici ſint decimarum incapaces, vt not. late ſupra cap. 480.
Si qua decima in princ. & not. Vaſq. in dict. tracta contro-
2 uer. Ill. cap. 89. num. 6. † Et præſcriptio immemorabilis
facit præſumi eas habitas ante concilium Lateranenſe, vt
not. Gabr. tract. Communium tit. de præſcript. concluſ. 1.
3 num. 22. & 23. † Ita enim ius decimandi præſcribitur.
Lamber. ad Stat. De alienat. mulier. gl. 1. num. 310. late diſcutit Franc. Balb. d. tract. præſcriptio. 5. parte princ. 1. par-
4 ticula, quæſt. 7. † Debitum decimæ non ſoluens res alienas dicitur inuadere, ita Aegid. Tomat. tracta. de collect.
5 verſ. Non obſtat, num. 6. † Onus exigendi decimas à Colonis, & alijs ſpectat ad dominos directos, non conductores, Pariſ. conſ. 6. volum. 4 Caroc. tract. Locati, verſic. Decimis ad fin.

b Vel ius decimandi] Emptum ab aliquo.

c Fructus] Secundum varietatem regionum, & locorum ex
6 diuerſis fructibus ſoluitur decima. † De iure autem communi ex quibus fructibus præſtanda ſit decima, notat Re-
7 buff. tract. de decimis, quęſt. 8 per totum. † Decimæ quod ſoluantur per dominum, vel colonos conſuetudo eſt atten-
8 denda. Caroc. d. verſ. decimis, num. 1. † Onus decimæ cum reſpiciat fructus ideo ad eam tenetur etiam colonus Eccleſiæ, vt not. Ripa tracta. de peſte, titul. de remed. ad conſer.
9 Vber. nu. 128. † Et hoc pro eorum parte, Idem Bertach. de gabel. 7. part. num. 16. Declarando, vt per eum, Caroc. dict. verſi. Decimis, numer. 2. vbi idem dicit in alijs priuile-
10 giatorum colonis. † Religioſi dantes terras excolendas an teneantur ad decimas, quod ſit, not. Soc. ſen. conſ. 268. num. 2. vol. 2.

d In & ſuper] Quid importent hæ dictiones, late notatum ſupra c. 434. Si quis, in his verbis, vol. 1.

e Alieno fundo] † Dominus decimæ hoc caſu poteſt pro-
11 hibere ſoluenti decimam, ne colligat fructus, donec ipſe Dominus decimæ eat, vel mittat nuntium ad percipiendum decimam, ita not. Spec. tit. de decimis, §. 1. nu. 12. Crauet. conſ. 21. num. 11. verſ. Non obſtat, Plot. l. Si quando, nu. 137. C.
12 vnde vi. † Alias ſi contrafiat poteſt iurari contra eum in litem, vt ibi per Plottum.

f Teneatur ipſam] † Et ſic cogitur vendere inuitus contra
13 diſpoſitionem, l. Dudum, C. de contrahen. empt. † Alij caſus
14 in quibus quis cogitur vendere inuitus, notantur ſupra cap.
433. Si quis, quo loco notatum, quando de iure communi
quis

Digitized by Google

quis cogitur vendere inuitus.

g Vendere] † Decimas autem non laicales nõ poteſt do-
15 minus alienare, nec vendere alicui laico, niſi adhibeatur
conſenſus Epiſcopi, vt not. Abb. in c. Prohibemus, notab.
2. nu. 3. & 4. vbi cæteri Canoniſtæ, de decim. declarat Boer.
ſuis conſuet. Rubr. Des Couſtumes prædiales. §. 11. Gaſpar
16 Cabal. Milleloquio 169. † Imo quod plus eſt hæ decimæ
non poſſunt pignorari laico, ſed tãtum earum commoditas,
17 ita Iaſ. §. Item Seruiana, nu. 110. Inſtit. de actio. † Vendens
rem liberam non cenſetur ſe obligare, quod ſit libera à de-
cima, ita notat Alciat. conſ. 40. nu. 1. Imo vendens fundum
liberum à decimis, intelligitur à decimis extraordinarijs, nõ
ordinarijs, ita Franc. Creme. Sing. 108.

h Ad computum librarum centum pro quibuſcunq; quin-
18 que libris Imperialium] † Hinc fit vera æſtimatio reddi-
tuum ad computum viginti pro vno, vt not. Afflict. tracta.
iuris protomiſ. §. 2. num. 195. Tiraq. tracta. retract. §. 1. glo.
6. num. 19.

i Redditus ipſius decimæ] † Et ſic inſpicitur non valor
19 rei, ſed redditus, de quo late diſputat Alberi. tract. Stat. 1.
parte quæſt. 102.

k Et eo caſu venditor non teneatur emptori dare fideiuſ-
ſorem] Ad formã Statuti ſupra, c. 444. Re immobili, vol. 1.

l Niſi pro ſuo dato & facto] Quid releuet hæc promiſſio,
notatum ſupra c. 419. Si res, in his verbis, vol. 1.

m Habens decimam, vel ius decimandi] † Eccleſia ſi inue-
20 ſtiuit aliquos de terris ſubiectis decimæ, directum dominiũ
dicitur penes Eccleſiam, & vtile penes inueſtitos, vt notat
21 Burſat. conſ. 50. num. 15. volum. 1. † Si autem inueſtiti de
terris decimæ ſubiectis alios ſubinueſtiant, aliud vtile Do-
minium ſubalternatum in ipſos ſubinueſtitos dicitur tran-
22 ſlatum, vt ibi per Burſat. num. 16. † Ipſi autem ſubinue-
ſtiti terrarum nullum ius decimandi habent, cum tantum
vtile Dominium inferius terrarum habeant, vt ibi per eum,
num. 18.

n Per quemlibet Iuſdicentem] † Decimarum Eccleſię cau-
23 ſa vtrum debeat terminari, vti cauſa Spiritualis, vel laica-
24 lis, declarat Burſ. conſ. 49. n. 4. vol. 1. † Quod autem Iudex
ſecularis poſſit cognoſcere de cauſa decimarum inter duos
laicos, vel laicum & Clericũ, vbi ſimpliciter agatur de cau-
ſa decimarum, not. Marſ. tract. Bannit. in verb. Iudice, nu.
25 224. & Burſat. conſ. 49 num. 4. & 6. vol. 1. † In opere deci-
mæ, & penſionis conueniri poteſt principaliter, tam alienãs
bona obnoxia decimis, & penſioni, quam poſſeſſor bonorũ,
ita Federic. de Senis conſ. 81. num. 1. & 2. Boſſ. tit. de Prin-
26 cipe, & eius priuil. nume. 132. verſ. In caſu tamen. † Con-
ditione ex lege, vel canone petuntur decimæ, Feder. de Se-
nis d. conſ. 81. num. 3.

o Summarie] Quid importent hoc verbum, notatum late
ſupra c. 37. Dominus Poteſtas, in hoc verbo, vol. 1.

p Et de facto] Quid releuet, notatum ſupra c. 48. Quilibet,
in hoc verbo, vol. 1.

q Sine ſtrepitu, & figura Iudicij] De importantia horum
verborum, notatum ſupra d. c. 47. Dominus Poteſtas, in his
verbis, vol. 1.

r Et per omnia iuris remedia] † Quæ ſint iuris remedia,
27 notat Boſſ. ſua praxi crim. tit. De mulctis, ad finem.

ſ Teneatur eodem modo redimere decimas, vel ius deci-
28 mandi omnium fundorum ſuorum] † Hoc eſt rationabi-
le, vt qui grauantur in vno releuentur in alio, vt emens vnũ
cogatur emere etiam aliud, vt not. in tex. in l. Eum qui, in
prin. ff. De iure iuran. faciunt ad hoc notata per Alex. in cõſ.
143. volum. 7. Tiraq. tract. retract. lignag. §. 13. gl. 2. num.
9. ad finem.

t Idem habeat locum in emphyteuta fundi, ſeu fundorũ]
Hoc tamen non ſeruatur, niſi dicamus hoc hodie habere lo-
cum in emphyteuta fundi decimalis, quod ipſe poſſit ſe li-
berare à nexu decimæ, prout dictum fuit in Domino pleno
iure fundi vt ſupra, & omnia erunt plana, & ſine dubio.

RVBRICA GENERALIS.
De Socis, & Socedis.

De acquiſitis per fratres in communi domo, vel habitationes viuentes, poſt mortem patris, quod Communia debent eſſe inter eos. Cap. CCCCLXXXIII.

a INter fratres quoq; b inter quos eſt quoddam ius ſocietatis, c illud obtineat, d vt quicquid e in communi domo, vel habitatione, f poſt mortẽ patris, g ſimul viuendo, h acquiſiuerint, inter eos i commune ſit, quæ non habeant locum, k in acquiſitis ex ſucceſſione inteſtati, l & etiam ex cauſa teſtamenti, vel codicillorum, m vel donationis cauſa mortis, n nec etiam occaſione o donationis inter viuos legitime factæ, p vel dotis, q vel in ijs, quæ contigeret maritum lucrari, propter mortem vxoris, & intelligatur fratres ſtare in communi habitatione, etiam r ſi contingat aliquem ex prædictis fratribus ſe abſentare, ſ ex cauſa concernente communem rem, vel commune negocium omnium fratrum, vel ex cauſa ſtudij cuiuſlibet ſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Societas inter fratres quomodo contrahitur, quid inter minores, & qualiter, & inter quos poſſit contrahi, vſque ad num. 17.*
18 *Famuli recepti pro famulatu, ſi poſtea ſe exerceant in apotheca, non contrahunt ſocietatem.*
19 *Socij an dicantur duo rei.*
20 *Socius an poſſit tertium aſſociare.*
21 *Statutum loquens de ſocietate fratrum, an locum habeat in ſocietate fratrum, & nepotum, & num. 22.*
23 *Societas quæ dicatur & tacita, & qualiter contrahat, & quæ requirantur ad eam inducendam, & quomodo probetur, & quid de ſocietate omnium bonorum tam expreſſa quam tacita, vſq; ad num. 61.*
62 *Societas in quibus rebus contrahatur & an ſit euitanda, & quare, & quomodo poſſit renouari, & quando renouata præſumat, & quomodo diſſoluta definiat, & an tranſeat ad hæredes, an hæredes, & quid liceat ſocio facere inuito ſocio, vſque ad numer 65.*
96 *Quidquid dictio hæc an ſit generalis, & quando reſtringatur.*
97 *Socij an ſint ſingulares.*
98 *Societatis expreſſæ quæ dicatur.*
99 *Pacta in ſocietate, quæ nam ſint licita, vſque ad nu. 110.*
111 *Clericus ſocius omnium bonorum non teneatur conferre præbendam, & quid de acquiſitis per militem.*
112 *Pactum manuale, ac inter ſocios, vt qui ſuperaddit ſocietati certum quid habeat.*
113 *Societas tacita omnium bonorum, quomodo differat à particulari.*
114 *Ratio operarum in ſocietate quando habenda ſit.*
117 *Inæqualitas in ſocietate, an ſit admittenda.*
118 *Alimenta in ſocietate, & quo ad ſocios, quomodo conſiderentur, vſque ad num 121.*
122 *Fructuum diuiſio in ſocietate, qualiter fieri debeat, & quæ veniant in ſocietate omnium bonorum, vſque ad nu. 133.*
134 *Domus quæ dicatur.*
135 *Cohabitare quid dicatur.*
136 *Societas, quomodo contrahatur ex cohabitatione, vſque ad numer. 138.*
139 *Filius familias mercaturam exercens, an patri acquirat, vſque ad num. 143.*
144 *Simul viuere, quando quis dicatur item & ſimul ſtare, vſque ad num. 146*
147 *Societas tacita inter fratres, quando dicatur contracta, vſque ad num. 154.*
155 *Acquiſitum quod dicatur & quomodo in ſocietate conferatur, et quid de acquiſitis ex ludo, & quid de ære alieno, & quid de expenſis factis, vſque ad num. 189.*
190 *Communio an fiat ipſo iure, & quando acquiſitum quid præſumatur de communi, & an ſocij confeſſio præiudicet, & fraudans ſocium quando teneatur, vſque ad num. 225.*
226 *Acquiſita per ſucceſſionem ab inteſtato, an communicentur in ſocietate, vſque ad num. 227.*
228 *Acquiſita ex teſtamento, an communicentur ex ſocietate, & numer. 229*
230 *Donatio cauſa mortis an æquiparetur contractui.*
231 *Occaſio quæ dicatur, & num 232.*
233 *Donatio inter viuos, quæ dicatur.*
234 *Dos in ſocietate quomodo conſideretur: & an ſit communicanda. vſque ad num. 242.*
243 *Lucrum dotale, an ſit collocandum in ſocietate, vſque ad n. 248.*
249 *Acquiſitum ex primogenio non ex Caſtrenſi peculio, an ſit communicandum in ſocietate.*
251 *Salarium Procuratoris, an ſit communicandum, quid de ſcriptore, aſſeſſore, arbitror, aduocato, & ſimilibus, vſque ad numer. 267.*
268 *Abſentes an dicantur ſimul viuere, & qui dicantur abſentes in iſta materia.*

a INter fratres] † Societas eſſe poteſt etiam de iure cõmuni
1 inter fratres, etiam quod nemo eorũ negotietur, ſi prout
faciunt

Digitized by Google

faciunt nobiles, omnia diſpendia, vel ſalaria, vel quaſcunq;
doces recipiendo in communem vſum inferunt, ita Barbat.
2 conſ. 37. num. 5. volum. 2. † Statuti huius diſpoſitio ligat
etiam fratres minores, Ita in his terminis notat Alex. conſ.
49. num. 7. volum. 1. Idem Alex. conſ. 254. num. 4. volum. 6.
per tex. in l. ſi fine §. Lucius, ff. de adminiſtr. tut. & in capit.
Conſtitutus, de in integr. reſtit. Brun. tract. ſuper conſtit. in
verb. Statuta regulariter comprehēdunt minores, Cephal.
3 conſ. 242. num. 13. volum. 2. † Secus tamen eſt de iure cō-
muni, quia ſocietas non poteſt induci inter maiores, & mi-
nores, vel pupillos, niſi in certis caſibus, vt late not. Alex.
d. conſ. 49. num. 1. Iaſ. in l. 1. num. 6. cum ſeq. C. qui teſtam.
fac. poſſ. idem Alciat. tract. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 25.
4 num. 2. cum addit. ibi. † Societates debent contrahi cum
perſonis habilibus, maioribus annis 25. vel minoribus cum
conſenſu tutorum, vel curatorum, ita Ioſeph. Lud. ſuis com
munibus, concluſione 53. verſ. Et iſtæ ſocietates, Et hoc ha-
bet locum, ſiue loquamur de ſocietate omnium bonorum
expreſſa, ſiue partis, vel alicuius negationis, ita Lud. d. con-
5 cluſ. 53. verſic. Debent etiam. † Ideo mortuo patre cum
pluribus filijs, inter quos aliqui ſunt minores, non cenſetur
contracta ſocietas, nec continuata inter eos, & patruum,
quamuis ſteterint ad vnum panem, & vinum, & expediens
ſit etiam pupillis contraxiſſe ſocietatem memoratam, vel
eam cœptam continuare, & conſequenter bona empta per
patruum erunt ſua propria, non communicanda, ita Lud. d.
loco, verſ. Vident, & verſ. Conſequenter. Et ſic in hoc ex-
cedit diſpoſitionem iuris communis, prout etiam in alijs; vt
6 infra dicetur. † Societas autem poteſt contrahi non ſo-
lum cum priuatis, ſed etiam cum Principibus, Ita Lud. dict.
concluſ. 53. ver. Solennitates, exemplificando, vt per eum.
7 † Societas etiam inter patrem, & filium poteſt contrahi, ita
Tiber. Dec. conſ. 39. nu. 12. volum. 1. vbi etiam notat, quo-
8 modo diuidantur lucra. † Filiusfamilias quando poſſit
contrahere ſocietatem, notat idem Deci. conſ. 12. nume. 2.
9 volum. 1. † Furioſi, dementes, & hi, quibus eſt interdicta
adminiſtratio, non poſſunt contrahere ſocietatem, nec ex-
preſſam, nec tacitam. Ita Lud. d. concluſ. 53. verſ. Non po-
10 teſt, & verſ. Proximi. † Fœminæ non poſſunt contrahere ſo-
cietatem exercendo eam perſonaliter, ita Lud. d. concl. 53.
11 verſ. Fœminæ etiam, declarando vt per eum. † Minus in
hoc ſtatuto comprehenduntur, cum appellatione, fratris nō
veniat ſoror in Statutis, Bart. conſ. 229. numer. 4. Curt. ſen.
conſ. 44. numer. 5. late notatum cap. 286. decedente fratre,
12 volum. 1. † Clericus vlterius non poteſt contrahere ſocie-
tatem negotiationis, vt ipſe præſtet operam, cum Clericis ſit
interdicta negotiatio, ita Lud. d. concl. 53. verſ. Cum cleri-
13 ci. † Clericus vnus inter plures fratres non poteſt dici cō-
trahere ſocietatem omnium bonorum, Lud. d. concluſ. 53.
14 verſ. Vndecima Coniectura, & verſ. Cum clerici. † Non
etiam ligantur diſpoſitione huius Statuti, vt in hac ſpecie
not. Dec. conſ. 114. & late notatum ſupra cap. 180. In fauo-
15 rem. † Societas quoque non poteſt contrahi inter Chri-
ſtianum, & Hebræum, quidquid aliqui cenſeant ſecus, Ita
16 not. Lud. d. concl. 53. verſ. vnde dicit, & verſ. Et hodie. † Et
quod de iure ſtricto non poſſit contrahi inter Iudæum, &
Chriſtianum, licet de æquitate locum habeat, not. Corſet.
17 Sing. ſocietas, il primo. † Cum Saracenis autem, hæreti-
cis & hoſtibus indubitate non poteſt contrahi ſocietas, cum
quibus non eſt commercium, Lud. d. concl. 53. verſ. Non ta-
18 men. † Famuli recepti pro famulatu ſi poſtea ſe exerceāt
in apotheca, non per hoc dicuntur ſocij, ſed tantum debent
recipere ſalarium conuentum, ita not. Caroc. tract. Locati,
verſ. Inſtitoria act. num. 1. Bonac. tract. de famul. quæſt. 99.
19 † Socij nō dicuntur regulariter duo rei, niſi id ſit expreſſum,
vel id perpendatur, ita Lud. d. concluſ. 53. verſ. Eſt etiam.
20 † Socius non poteſt alium ſocium tertiū immittere in ſo-
cietatem altero ſocio inuito, vt d. concluſ. 53. verſ. Non ta-
21 men. † Non comprehendit pariter diſpoſitio huius Sta-
tuti patruum, vel nepotem, cum tantum loquatur Statutū
de fratribus, ad quod faciunt tradita per Alex. d. conſil. 49.
num. 8. vol. 1. vbi dicit in caſu ibi per eum notato compre-
hendi ex verbis Statuti per eum allegati patruum, & nepo-
tem ex fratre, qui alias non comprehenderentur, niſi id hic
fuiſſet expreſſum, prout idem cauetur in Statuto Lauden.
22 vt tradit Cephal. conſ. 248. num. 13. vol. 2. † De iure au-
tem communi diſtinguitur per Bart. in l. Titium, §. Altero
ff. de adminiſtr. tut. Bald. in l. Si patruus, Cod. Communia
vtriuſque iudic. late Petr. de Vbald. tract. de duob. fratrib.
parte 3. princ. nu. 33.
b Inter quos eſt quoddam ius ſocietatis] † Societas enim
23 dicitur quædam fraternitatis, l. Verum ff. pro ſoc. not. Ant.
Corſett. in ſing. Societas, il primo, circa fin. idem Ioſeph.
Lud. d. concluſ. 53. verſ. Societas, dicitur, Ideo in ea proce-
24 ditur ex bono, & æquo, vt per eum. † Quæ quidem inter
fratres dicitur ſocietas tacita, vbi poſt patris mortem ſimul
viuant, vt not. Boer. ſuis conſuet. in Rubr. Des couſtumes
25 Mariages §. 3. in prin. † Et inter ſe dicuntur hoc caſu fra-
tres hi ſocij ſingulares, vt notat Menoch. tract. arbitr. lib. 2.
cent. 2. caſu 127. num. 4. vbi not. effectum, qui inde ſequi-
26 tur. † Quæ quidem ſocietas tacita inter fratres contrahi-
tur ex ſolo vſu, ita Barbat. conſ. 37. numer. 8. volum. 2. & de
facili inter fratres contracta cenſetur Barbat. d. loco, nume.
27 16. † Qualiter autem contrahatur ſocietas de iure com-
muni inter fratres in communi viuentes occaſione bonorū,
vel particulariter alicuius quæſtus, vel negotiationis, late
not. Roman. conſ. 291. & conſ. 418. Alex. conſ. 78. num. 4. &
5. volum. 2. Petr. de Vbald. tracta. de duob. fratrib. 2. parte
princ. num. 32. Dec. conſ. 548. per tot. Boer. lib. Des Cou-
28 ſtumes de Tours, tit. 22. verſ. 2. art. 2. † Ex eo autem quod
fratres teneant hæreditatē ſimpliciter indiuiſam poſt mor-
tem patris, non poteſt cenſeri inter eos contracta ſocietas
aliqua, not. Dec. conſ. 21. num. 5. & conſ. 651. in prin. idem
Iaſ. in l. 1. num. 7. C. qui teſta. fac. poſſ. Boer. d. art. 2. verſ. Se-
cundus eſt caſus, Caſſan. in ſuis Comment. Rubr. 7. in text.
Mellieas de Autro, num. 28. verſ. Secundo principaliter, cū
diſtinctione, de qua per Practic. in forma libelli, quo agitur
pro hæreditate, vel re ſingulari, verſ. Communiter, num. 27.
& 28. niſi concurrant alia requiſita tradita relatiue per Al-
ciat. conſ. 359. num. 6. verſ. Tertio reſpondeo, de quibus in-
29 fra dicetur. † Ad inducendam communionem omnium
bonorum inter fratres, tria requiruntur principaliter. Quod
ſimul poſt mortem patris cum hęreditate indiuiſa vixerint.
Et quod omnia Communicauerint, quodque deſuper lu-
cratis ratio nulla inter eos reddita ſit, ita not. Barbat. d. conſ.
37 num. 1. vol. 2. idem Ioſeph. Lud. d. concl. 53. verſ. Et eo,
30 ad fin. cum verſ. ſeq. † Quod autem tacita ſocietas omniū
bonorum non inducatur inter fratres poſt mortem patris
retinentes hæreditatem communem indiuiſam etiam quod
ſtent ad vnum panem, & vinum, niſi vndequaque quæſita
inter eos communicauerint, not. d. concl. 53. verſ. Et prop-
31 terea, & verſ. Sed requiritur. † Vbi autem ſolum vixerint
ad vnum panem, & vinum poſt mortem patris, niſi inter eos
communicauerint iura vndequaque obuenientia, non erit
tacita ſocietas omnium bonorum, ſed tantum de bonis re-
lictis in hæreditate paterna, & fructibus eorum, ita notatur
32 per Lud. in dict. concl. 53. verſ. Inter dictos. † Ex ſimplici
pariter ſola habitatione inter fratres non inducitur præ-
ſumptio ſocietatis inter eos, not. Barb. d. conſ. 37. nume. 16.
33 verſ. Sola ergo, volum. 2. † Ex eo enim quod fratres ſim-
pliciter, & ſimultanee habitauerint poſt mortem patris in
eadem domo ad vnum panem, & vinum non inducitur ſo-
cietas omnium bonorum, ſed ſolum fructuum bonorum hę-
reditariorum, cum declarationibus de quibus infra. Sed vl-
terius ad inducendam hanc Communionem, requiritur cō-
municatio lucrorum, & damnorum ſecundum communem,
34 de qua ſupra, refert Lud. d. loco, ver. Stat igitur. † Quæ com-
munio omnium bonorum minus habet locum ſtantibus
coniecturis, de quibus per eundem Ludou. ibi, verſic. Pri-
ma coniectura, cum ſeq. vbi decem & octo coniecturas ad-
35 ducit. † Tacita autem ſocietas an cenſeatur contracta in-
ter fratres poſſidentes bona paterna in diuerſis regionibus,
ſeque in diuerſis negotiationibus exercendo, not. Decia.
conſil. 36. num. 2. volum. 2. refert Lud. d. concl. 53. verſic. Et
quid in fructibus, in dictaq; concl. 53. in prin. notatur quid
36 ſit ſocietas. † Socij dicuntur inter quos res eſt communi-
37 cata, ita Lud. d. concluſ. 53. verſi. Socij vero. † Ex nomina-
tione vnius ex ſocijs in ſocietate facit ſolum quod nomina-
tus ſit caput ſocietatis, ita notat Magonius dec. 1. num. 27.
38 † Sex ſpecies ſocietatum not. Petr. de Vbald. d. tractat. De
duob. fratrib. in princ. & explicat Lud. loco allegato, verſic.
Primo ſocietas, cum ſequen. & verſic. Ipſe ſeptimam addit.
verſic. Septimo ſocietas, ſed omnes reducuntur ad triplicē.
Incidentem, Conuentionalem expreſſam, & conuentionalē
39 tacitam, ita Lud. d. concl. 53. verſ. Sed omnes. † Societates cū
ſint facti debent probari per allegantes contractam fuiſſe
ſocietatem, ita Lud. d. concluſ. 53. verſi. Et cum iſte. Et poſ-
40 ſunt probari per teſtes ſingulares. verſic. Et poteſt. † Socie-
tas incidens quot modis dicatur, notat Lud. d. concluſ. 53.
verſic. Primo modo, cum trib. ſequentibus vbi tres ſpecies
41 notat. † Societas conuentionalis expreſſa duplex eſt: Nam
vna eſt ſingularis, vel generalis aliquarum rerum, ſeu mer-
42 cium. Lud. d. loco verſ. Conuentionalis ſocietas. † Aliquā-
do plures ſocij conueniunt inſimul, quod in illa ſocietate
vniuer,

Digitized by Google

vniuerſali fiant Communia omnia ea, quæ ſunt in ſociorũ
dominio abſque alia traditione, vt ibidem Lud. verſ. Alia
43 ſocietas. † Inter ſocietatem omnium bonorum vniuerſa-
lem, & particularem binæ differentiæ notantur per Lud. d.
conclu. 53. ver. Prima differentia, cum verſ. ſeq. declaran-
44 do, vt ibi late vſque ad verſ. Illæ autem. † Societas gene-
ralis ex varijs actibus præſumitur, ita notat exemplificando
45 Barbat. conſ. 37. num. 5. volum. 2. † Nec vnicus actus in-
ducit vniuerſalem ſocietatem bonorum, ita Barba. dict. loco
46 num. 16. verſ. Sola ergo. † In dubio autem non præſumi-
tur ſocietas omnium bonorũ, ita Aleiat. conſ. 703. in princ.
47 † Societas ſi ſit contracta omnium bonorum, continuando
dein in parte conſeruatur ius in totum, Barb. d. conſ. 37 nu.
48 14. volumin. 2. † Societates expreſſæ poſſunt fieri quo ad
vnam negotiationem tantum, vel plures, vel ad vnam Vni-
uerſitatem bonorum, vt per Lud. d. conclu. 53. verſ. Illæ au-
49 tem ſocietates. † Et etiam ad perpetuum durante vita ſo-
50 ciorum, verſ. Hoc eſt durante. † Societas connumeratur
inter illos contractus, qui à conſenſu ſubſtantiam capiunt,
51 vt ibidem Lud. ver. Et ſocietas. † Societas omnium bono-
rum poteſt contrahi expreſſe per verba notata in d. concl.
53. verſ. Societas igitur. Nec in hoc fit differentia an alter
ſociorum plura bona deduxerit, minorique præditus ſit in-
duſtria: quia in ſocietate omnium bonorum hæc non ſolẽt
conſiderari, ita notatur per Lud. in d. concl. 53. verſ. In qua
52 ſocietate. † Quod habet locum durante ea ſocietate non
ea finita, quia tunc plus percipere debet, qui plus capitalis
poſuit, aut induſtriæ, diuidendo lucrum ad ratam. Capi-
talis ſecundum opinionem Crauettæ, vt ait Lud. d. conclu.
53. verſ. Crauetta tamen, Verum eius opinio damnatur, vt
53 ibidem per Lud. verſ. opinio Crauettæ. † Societas poteſt
contrahi ad vnam negotiationem tantum, ita idem Ioſeph
54 Ludou. d. concl. 53. verſ. Poteſt etiam. † Socius ſi quis ſit
in vna, & altera ſocietate; ſi tamen in vna ex eis adſit alter,
qui non ſit in altera facit differre vnam ſocietatem ab alte-
55 ra Magon. dec. 1. numer. 26. † Societas omnium bonorum
poteſt induci tacite ſecundum magis communem opinio-
nem per Lud. d. concl. 53. verſ. Quod autem induci, & verſ.
56 Contrarium voluerunt. † Et ſocietas tacita aliter præſu-
mitur in nobilibus, quam in artificibus, ita Barbat. d conſi.
57 37. num. 8. volum. 2. † Societas tacita omnium bonorum
cenſetur inducta, ex eo, quod per plures annos continuant
aliqui communionem bonorum, fructus ex eis in communi
conferendo, & omnia lucra vndequaque prouenĩẽtia com-
municando. Nam iſti actus ſimul iuncti arguunt ſocietatem
omnium bonorum, ita Lud. d. concl. 53. verſ. Et eo caſu di-
58 citur. Et verſ. Ad hoc poteſt. † Qualiter autem inducatur
tacita hæc ſocietas omnium bonorum inter fratres, late no-
59 tatum ſupra. † Tacita autem ſocietas omnium bonorum
habet omnia priuilegia, & prærogatiuas, quę expreſſa om-
nium bonorum, ſecundum communem. Lud. d. concluſ. 53.
60 verſ. Quia generalis. † Sicut autem expreſſa ſocietas par-
ticularium bonorum non trahitur ad alias negotiationes,
nec ad alia lucra eorum, ita etiam in tacita ſocietate parti-
culari bonorum, vt ibidem per Lud. verſ. Natura itidem, &
61 verſ. Et quemadmodum, & verſ. Et omnia commoda. † Ta-
cita autem an ſit contracta ſocietas per mandatum de emẽ-
do frumentum communi nomine, not. Tiber. Decia. conſil.
62 97. num. 33. volum. 2. † Omnis Societas debet contrahi
de rebus licitis, ita Ioſeph. Lud. d. concl. 53. verſ. Omnis ſo-
63 cietas. † Ab iſtis ſocietatibus, & communionibus abſtinẽ-
dum eſt tanquam ab igne, maxime à ſocietatibus omnium
bonorum tam expreſſis, quam tacitis, quia communio ple-
runque eſt pernitioſa, & parit multa mala. Lud. dict. loco,
64 verſ. Ab iſtis. † Societates poſſunt contrahi ad tempus cer-
tum, & determinatum, & in perpetuum ad vitam, Vt ibidẽ.
65 Lud. verſ. Societates ſupradictæ, cum ſeq. † Societas poteſt
66 renouari expreſſe, & tacite. † Expreſſe qualiter renoue-
tur, not. Lud. d. concluſ. 53. ver. Finitis, & per actis. † Non
autem poteſt renouari conſenſu ſolius ex ſocijs, vt per De-
67 cian. conſ. 60. nume. 35. volum. 2. † Et expreſſe poteſt re-
nouari modo, quo conſtituta fuit à principio, & omnia pa-
cta in eo expreſſa renouatione facta ſunt ſeruanda, dum ta-
men ſint iuſta, & æqualitatem contineant, ita Pariſ. conſil.
82. numer. 70. volum. 1. refert Lud. d. concl. 53. ver. Expreſſe
68 poteſt. † Et ubi adſint minores in renouatione debent ad-
hiberi ſolemnitates debitæ, nec poteſt continuari cum pu-
pillis carentibus tutore, ita Lud. d. concl. 53. verſ. Et ſi ad-
ſint minores. Et tunc dicitur renouatio expreſſa, cum ma-
nifeſtis verbis renouatur, vt per eundem dict. loco, ver. & ſi
69 adſint, ibi, Et tunc dicit. † Aſſerenti autem renouatam,
vel continuatam ſocietatem incumbit onus probandi, vt
70 ibi, Lud. ver. Et aſſerenti. † Tacite autem renouatur ſo-
cietas multis modis. Primo quando filius, vel hæres vtitur
eiſdem inſtitoribus ad ſocietatem illam deputatis, quibus
pater vtebatur, vt ibidem Lud. verſ. Tacite autem, Ampliã-
71 do, vt per eundem Ludo. ibi. † Secundo modo tacite reno-
uatur ſocietas ſecundum aliquos, quando facto computo
primæ ſocietatis dimiſſum eſt capitale penes ſocium, & nõ
conſtat mutatam formam ſocietatis, vel negotiationis, exẽ-
plificando, vt ibi, Lud. d. concl. 53. ver. Secundus modus, &
verſ. Vna fuit opinio, & licet aliqui contrarium tenuerint,
ibidem relati, verſ. Quia dimiſſo. Tamen prima opinio ve-
rior, & communior eſt, vt ibi. Ludo. verſ. Verior tamen, de-
72 clarando, vt per eum, verſ. Illud autem, & ver. ſequen. †
Contra autem hanc præſumptionem renouationis admit-
titur probatio in contrarium etiam per cõiecturas octo no-
73 tatas per Lud. d. loco, verſ. Prima ꝓſumptio, cum ſeq. † Ter-
tius modus tacitæ renouationis eſt, ſi finito tempore ſocie-
tatis, & hinc inde redditis rationibus, & ſumpto capitali ꝑ
quemlibet Socium pro ſua parte, paulo poſt adhuc ſimpli-
citer illi ſocij ponunt capitale in communi, ita Lud. d. cõ-
74 cl. 53. verſ. Tertius modus. † Coniectura autem renoua-
tæ ſocietatis eſt, ſi ſocius inhabitet, prout prius apothecam
communem, ita Lud. d. conclu. 53. verſ. Secunda coniectura.
Quæ tamen ſola non ſufficit, vt ibi, per eum, verſic. Illa ta-
75 men. † Societas autem cœpta à filiofamilias, ſi efficiatur il-
le ſui iuris, & continuat in ſocietate, dicitur eadem, non di-
76 uerſa, ita Tiber. Decian. conſ. 11. num. 6. volum. 1. † Socie-
tas diſſoluitur multis modis. Primo diſſenſu ſociorum, dũ
tamen declaretur diſſenſus ſocio præſenti, vel Procuratori
eius in ſua abſentia, ita Ioſeph. Lud. d. concluſ. 53. verſ. Pri-
77 mo modo, declarando, vt per eum. † Et ſufficit diſſenſus
vnius, licet plures ſint ſocij, Lud. d. loco, verſ. Et id quod.
78 † Et quod diſſenſus debeat notificari ſocio præſenti, vel eius
Procuratori eo abſente, alias hoc non obſtante lucrum eſſet
commune, & damnum proprium renunciantis, notat idem
Lud. ibi. verſ. Ang. Aret. Quæ renunciatio poteſt fieri etiã
durante ſocietate, ex cauſa tamen, non aliter, Lud. ibi, ver.
79 Dicit tamen. † Caſus autem quatuor legitimos diſſoluẽ-
di ſocietatem ante tempus conſtitutum, not. Ludo. d. loco,
ver. Prima cauſa eſt, ſcilicet quando non ſeruantur promiſ-
80 ſa, vt ibi per Ludouicum. † Secundo ſocietas finitur, ſi
vni ex ſocijs fuerint publicata bona omnia, quia in eius lo-
cum ſuccedit fiſcus noua perſona, vt per eundem Lud. ibi.
81 ver. Secũdo modo. † Tertio modo finitur ſocietas depor-
82 tatione vnius ex ſocijs, Lud. d. loco, ver. tertio modo. † Quar-
to ſoluitur ſocietas decoctione vnius ex ſocijs, veluti ſi vni-
cæ ſocijs efficiatur nõ ſoluẽdo, Lud. d. loco, ver. Quarto mo-
do. Et eo caſu oẽs ſocietates in q̃bus decoctor habet partici-
83 patiõẽ diſſoluantur, ita Magonius dec. 1. n. 32. † Quinto
finitur ſocietas ſi ſocij ſeparatim agere, & negotiari cœpe-
runt, quod non poteſt fieri ante tempus præfixum ſocietati
niſi ex cauſis notatis ſupra, not. Lud. d. loco, verſic. Quinto
84 modo. † Sexto finitur, & non continuatur ſocietas, quan-
do diſceditur ab exercitio, ita Decia. conſ. 376. numer. 53.
volum. 1. relatus per Lud. d. concl. 53. ver. Sexto modo.
85 † Ceſſat ſeptimo ſocietas morte alterius ex ſocijs, tex. not.
in l. Societatem, §. diſſociamur, ff. pro ſoc. Idem Magon. de-
86 ciſ. 5. in princip. † Ampliando primo etiam quod dictum
ſit in inſtrumento ſocietatis, quod perpetuo duret, quia in-
telligitur donec alter moriatur, ita Gozad. ſuo conſ. 63. nu.
87 19. idem not. Lud. d. concl. 53. uer. Sexto modo. † Amplia-
tur ſecundo etiam ſi plures ſint ſocij, quia finitur quo ad
88 omnes, Lud. ibi, uer. Ampliatur quod per mortem. † Tertio
ampliatur etiam ſi dictum, quod tranſeat ad hæredes ſecun-
dum communem, licet aliqui ſecus contendant, Lud. dict.
89 concluſ. 53. uerſ. Ampliatur, cum tribus ſeq. † Ampliatur
quarto etiam quod adſit in contractu ſocietatis iuramen-
tum, ita contra Io. Fabr. notant Scribentes relati per Ludo.
90 ibi, uerſi. Fallit etiam, cum uerſic. ſequen. † Tranſit autem
ad hæredes ſi quis uectigal, uel pedagium, uel gabellas con-
ducat cum alijs ſocijs pro ſe, & hæredibus, ſi tamen hæres
ſit perſona habilis, ita cum his requiſitis limitat hanc con-
cluſionem, Ioſeph. Lud. d. conclu. 53. uerſ. Fallit quando cũ
91 tribus, uerſic. ſequen. † Licet autem ſocietas non tranſeat
ad heredes, tamen emolumentum, & damnum ſocietatis an-
tecedentis tranſit ad hæredẽ, ut ibidem, Lud. uerſi. Animad-
uertendo ſemper quod licet. Et hæc eſt ſecunda limitatio.
92 † Societatibus durantibus non licet alicui ex ſocijs aliquid
innouare in præiudicium ipſius ſocietatis, Ioſeph. Ludo. d.
concl. 53. uer. Perdurantibus iſtis. Inferendo ad tria prin-
93 cipalia ex hoc. † Primo, quod alter ſocius non poteſt ad-
mittere alium in ſocium inuito ſocio, Lud. ibi, uer. Infertur
primo,

Digitized by Google

94 primo, & ſupra notatum. † Secundo quod non liceat ſocio
aliquid ſuo nomine agere inuita ſocietate, alias dicitur in
95 dolo, vt ibi. Lud. verſic. Infertur ſecundo. † Tertio, quod
ſi ſocius poſt contractam ſocietatem immittat maiorem
quantitatem pecuniarum, inſcio ſocio, lucrum proueniens
ſit commune, licet damnũ ſit eius ſolius, Lud. d. loco, verſic.
Infertur tertio, cum ſeq. quatuor, vbi ſignanter declarat.
d Illud obtineat] Ideſt, ſeruetur, & pro ſtatuto ſit.
e Vt quicquid] † Licet hoc verbum ſit generale: tamen
96 quod per hoc Statutum non inducatur ſocietas omnium
bonorum, ſed tantum particularis acquiſitorum per em-
ptionem, locationem, & ſimiles contractus, colligitur ex
verbiſmet ſequentibus ſtatuti huius, dum excipit caſus
nonnullos, ad quod facit tex. in l. Coire, & ll. ſequent. & l.
Sed ſi adijciatur, ff. pro ſoc. quod idem in ſimili not. Bart.
in l. Titium §. Altero, nume. 6. ff. de adminiſtr. tut. Alexand.
conſil 49. num. 2. volum. 1. Iaſ. d. l. 1. numer. 7 verſic. ſecun-
do caſu C. Qui teſtam. fac. poſſ. idem Iaſ. conſil. 2. colum. 2.
verſ. 8. volum. 3. Soc. ſenior conſil. 192. quæſt. 3. numer. 3.
97 volum. 2. † Et quod ſint ſingulares Socij, not. Menoch.
98 tracta. arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 127. numer. 4. † Natura ſo-
cietatis expreſſæ non omnium bonorum, ſed alicuius parti-
cularis negotij, vel negotiorum multorum eſt, quod in ea
veniant tantummodo lucra, & damna prouenientia ex illa
negotiatione, cum limitata cauſa producat limitatum effe-
99 ctum, Lud. d. concl. 53. verſ. Natura autem. † Et qui plus
capitalis poſuit, plus lucri etiam conſequitur, verſ. Et ideo.
100 † Pactum valet inter ſocios, quod qui miſerit in ſocietate
plus capitalis, plus lucri etiam conſequatur, vt per eundem
101 Lud. ibi verſ. Et ſi fuerit. † Sicut etiam valet pactum, quod
vnus in ſocietate ponat pecuniam, alter laborem, & indu-
ſtriam, & lucrum, & damnum ſit commune, vt ibidem Lud.
102 ver. Quemadmodum valet. † Alias ſine pactione quando
quis ponit pecuniam, alter operam, licet regulariter in du-
bio dimidium detur pecuniæ, & dimidium induſtriæ, vt
103 not. Gaſp. Caball. Milleloq. 427. † Tamen in hoc non da-
tur certa regula, ſed ſtatur iudicis arbitrio, Lud. ibi verſic.
104 Si autem nulla, Exemplificando etiam, verſ. è contra. † Si
quis poſuit pecuniam in ſocietate, vt lucrum ſit commune
cum ponente operam ſaluo capitali, iſta pactio eſt iniqua,
& reijcienda, not. Lud. d. concl. 53. ver. Sed quid, & ver. Et ea.
105 † Valet tamen pactio, quod partes ſint inæquales, exẽpliſi-
cando, vt per eum, ver. Valet tamen, & ver. Et ideo & ver. Si-
106 militer ſi duo. † Quando vnus ex ſocijs ponit pecuniam,
alter vero operam, & induſtriam, an debeat in fine ſocieta-
tis diuidi capitale ipſius pecuniæ, vna cum lucro inter eos
ſocios, an vero debeat diuidi rãtum lucrum, & pecuniæ ve-
niant reſtituendæ immittenti, & ſi capitale ſit deperditum,
an veniat in parte reſarciẽdum à ſocio, qui poſuit induſtriã,
& operam, diſtinguit Ludo. d. concluſ. 53. verſicu. Primus
107 caſus, cum ſeq. † Ratione inæqualitatis ſeruandæ inter ſo-
cios nõ licet de iure alteri ex ſocijs durante ſocietate dimi-
nuere neque de capitali, neque de lucro, ita Lud. d. concluſ.
53. verſ. Et ratione, & quia Menoch. conſ. 121. nu. 42. verſi.
Et tamen ipſe, volum. 2. tenet contrarium, Ludo. diſtinguit
multos caſus, d. concluſ. 53. verſicu. Ego tamen, cum pluri-
108 bus ſequentibus vbi notat ſex caſus. † Ex communi obſer-
uantia vbi nil actum inter ſocios lucrum dari dicitur, quã-
do vnus ponit pecuniam, alter operam, & induſtriam, vt di-
midium applicetur ſorti, & aliud dimidium induſtriæ, ita
Socin. iun. conſi. 24. num. 9. volum. 2. idem Lud. d. conſ. 53.
109 verſic. Quando ſimpliciter. † Societas contracta pro illis
partibus lucri, quod tertius arbitrabitur, illo non arbitran-
110 te ſocietas irritatur, Lud. ibi verſic. Et ad vnum. † Socius
ſi videt ſocium ponere in ſocietate res nõ bonas, debet pro-
teſtari alias cenſetur conſentire, Afflict. deciſio. 58. nume. 2.
111 † Clericus ſocius omnium bonorum an teneatur conferre
præbendam, & miles ab eo acquiſita an teneatur conferre,
112 not. Decian. conſ. 85. num. 2. vol. 2. † Pactum an valeat in-
ter ſocios, vt ſi quis aliquid ſuper addiderit ſocietati, certum
113 quid habeat, diſcutit Gaſp. Caball. Milleloq. 444. † Differt
tacita ſocietas omnium bonorum à particulari, quando tã-
tum hæreditatem indiuiſam fratres retineant, quia in parti-
culari ſocietate ſi vnus ex fratribus habet filios grandes,
qui multum operentur, tunc in diuiſione debet haberi ra-
tio operarum dictorum filiorum, faciendo diuiſionem per
capita, non autem per ſtirpes, Ludo. d. concluſ. 53. verſic. Et
114 ſi vnus. † Quod habet locum nõ ſolum in ruſticis, ſed etiam
in molendinarijs, & alijs perſonis qui operantur, vt per eum,
late Cephal. conſil. 69. nume. 5. cum ſequen. trib. volum. 1.
115 † Et ita per capita fienda eſt diuiſio acquiſitionum, duran-
te tali communione, habita ratione operarum induſtriæ, &
numeri perſonarum, modo quo notat Lud. dict. loco, verſi-
116 Et ſi vnus, † Ita tamen quod vna portio tribuatur pro ca-
pitali, vt per Cephal. dict. conſil. 69. numer. 11. & 12. Secus
ſi eſſet ſocietas omnium bonorum, quia tunc lucrum iſto-
rum filiorum veniret communicandum, vt notat Lud. dict.
conclu. 53. verſic. Secus etiam, de mente Beroi conſil. 192.
117 numer. 6. volum. 1. † In qua ſocietate omnium bonorum
non valeret pactum, quod partes eſſent inæquales inter ſo-
118 cios, ita Lud. d. loco, verſic. Imo non valeret. † Si autem
ex opera filiorum vnius fratris fuerint cultiuatæ poſſeſſio-
nes adeo quod fratres plus commodi habuerint ex operi-
bus, quam ſint eorum alimenta; arbitrio boni viri diſcer-
nendum quid ſit tribuendum iſtis operibus, Lud. ibi verſic.
119 Si autem. † Si uero hi filij nil ſint operati, vel quod ſint
minores, vel alia de cauſa in ſocietate hac diuidenda, habe-
bitur ratio impenſarum, vel alimentorum ab altero fratre,
qui minorem familiam habebat, modo impenſæ non ſint
120 modicæ, ita Lud. d. loco, verſic. Si poſtea iſti. † In ſocieta-
te autem omnium bonorum etiam tacita, non haberetur
ratio horum, nec fructuum, vel quod vnus negotietur, &
operetur, alter non, vt ibi Lud. verſicu. ſed aduertendum.
121 † Sed quod etiam in ſocietate non vniuerſali omnium bo-
norum, quod alter frater, vel ſocius non poſſit repetere fru-
ctus conſumptos in alendo familiam alterius fratris, ſiue
magna, ſiue modica ſit ſecundum communem, & etiam con-
ſuetudinem, not Lud. d. loco, verſic. Secuta etiam ſocieta-
te, declarando, vt ibi per eum, ad finem, notat etiam Dec.
122 conſil. 21. numer. 8. † Hæc tamen communis opinio, &
conſuetudo haberet locum, ſi fructus eſſent conſumpti in
alenda familia, & victu eius, ſiue in magna quantitate, ſiue
in parua, ſecus ſi eſſent conſumpti in alijs cauſis, vt per Lud.
ibi verſic. Declaratur etiam, veluti ſi eſſet ædificata, vel re-
fecta domus fratris neceſſario, vel vtiliter quia poſſent re-
123 peti, ita Lud. d. loco, verſic. Et ideo. † Et licet cenſeatur fa-
cta communicatio fructuum, & non repetantur, conſum-
pti pro expenſis familiæ maioris, non tamen cenſetur com-
municata proprietas bonorum acquiſitorum per alium fra
124 trem, Lud. d. loco, ver. Sed amiſſa. † Nam per communio-
nem fructuum nõ inducitur cõmunio proprietatis, Lud. d.
125 loco, verſic. Ex ſimpliri. † Limitando niſi ſit facta proba-
tio factam fuiſſe communionem fructuum longo tempore,
tanquam de bonis cõmunibus, Lud. d. loco, ver. Fallit quan-
126 do. † Ampliando etiam ſi eſſet facta deſcriptio dictorum
bonorum ad æſtimum partis aduerſæ, ver. Ampliatur hoc.
127 † Limitando, niſi facta fuiſſet acquiſitio nomine vnius, dein
poſita bona in cataſtro nomine ſuo, & fratrum & commu-
niter ſint ſoluta tributa, quia ex hoc acquiritur dominium
alijs fratribus, Lud. ibi verſ. Si tam, vbi tamen ille frater, qui
128 emit ſit præſens, & conſentiat omnibus, vt per eum. † Na-
tura ſocietatis omnium bonorum eſt, quod lucra vndequa-
que prouenientia communicanda ſint, ita Lud. d. conclu. 53.
Nam ſocietatis. Et ſi fieret reſeruatio aliquorũ bonorum, nõ
eſſet ſocietas omniũ bonorũ, ita Lud. d. loco, verſ. Et propte-
129 rea. † Ex quo autem in ſocijs omnium bonorum concluditur
omnia vndequaque quæſita communicari, multæ illatio-
nes fiunt, ita Lud. d. loco, ver. Infertur primo, cum ſequent.
130 vſque ad verſic. è contra. † Sicut enim omne lucrum com-
municatur, ita etiam omne damnum; & omnis impenſa
communicari debet, Lud. d. loco, verſic. E contra, vſque ad
verſi. Limita quod inter, vbi decem & nouem illationes fa-
131 cit. † Inter ſocios tamen omnium bonorum non com-
municatur emphyteuſis Eccleſiaſtica acquiſita ab vno ex
ſocijs, idem Ludouicus dict. loco, verſicu. Limita quod
132 inter ſocios. † Societas vbi contracta ſit ſimpliciter, nulla
facta declaratione pro quibus partibus, in dubio cenſetur
facta pro portionibus æqualibus, Lud. ibi verſic. Animad-
133 uertendum eſt quod quando. † Non tenet ſocietas, quod
capitale ſit ſaluum, lucrum autem commune, demptis duo-
bus caſibus, Ludo. dict. concluſ. 53. verſic. Et propterea, cum
trib. ſeq.
e In communi domo vel habitatione] † Quæ dicatur
134 domus, vel habitatio alicuius, notatum late ſupra cap. 1. in
135 verb. Eorum habitationis, volum. 1. † Cohabitare non di-
cuntur qui habent manſiones ſeparatas, licet aliquando ſi-
mul accedant, ita not. Phanut. trac. de lucr. dot. gloſſ. 7. A die
136 quo, nume. 2. † De iure communi autem ex cohabitatione
ſola inter fratres non contraheretur ſocietas, vt not. Barbat.
conſ. 37. n. 16. verſ. Sola ergo vol. 2. Cephal. conſ. 242 n. 14.
& conſ. 243. num. 43. uol. 2. Menoch. conſ. 121. nu. 103. uol.
2 Anchar. iun. quæſt. 74. nu. 4. lib. 1. niſi in communi uiuant,
137 vt ibi per eos. † Ex ſola autem cohabitatione licet de iure
communi non fiat ſocietas acquiſitionum proprietatum,

Digitized by Google

tamẽ ſit reſpectu fructuum,& impenſarum victus,ita Alex. not.conſ.24.num.5.ad fi.volum.1.& conſ.30.num.8.& 9.
138 vol.2. † Quia hi fructus non poſſunt recuperari, ita Anchar.d.q.74.nu.15. Et ſic in hoc Statutum ampliat diſpoſitionem iuris communis.

f Poſt mortem patris] † Filiusfamilias viuente patre, vel
139 eius iuſſu ſi adminiſtret bona patris, vel mercaturam exercens,ſi ex eis lucretur an poſſit petere partem lucri,not.Ferron.ſuis commentar in tit. de ſalar.homin.colu.4.verſic. Quid vero longe,late diſcutit Tiraq.tract.primog.queſt.89.
140 num.6. vbi diſtinguit. † Quicquid ſit, quod acquiſitum ex paternis pecunijs dimidium acquiratur ſibi, dimidium autem conferat alijs fratribus,notat Bald.l.Certum eſt,nu.4 C.famil.erciſc.Soarez.ſuis Communibus, in verb.Filius quæ, & ſic quod conferatur pro parte, ex qua non militat exercitiũ perſonæ,Pract.d. forma libell.pro hæreditate,verſ.
141 Communiter,num.18. † Acquiſita per filiumfamilias viuente patre an cenſeantur acquiſita ex proprijs pecunijs,vel paternis,optime declarat Alex.conſ.133.num.5. volum.7.
142 † An autem acquiſita per clericum cenſeantur acquiſita ex bonis eccleſiæ, vel ſuis,late diſcutit Alex.conſ.116.num.1. volum. eod.

g Simul viuendo] † Id eſt Communibus expenſis, vt not.
144 Bart.l.Qui vis,num.3.verſic.Sed ego,ff.de annuis legat.ſequitur in ſimili Statuto de immunitate 12. Filiorum Boſſ. tit.De principe,& eius priuileg.nume.155.verſicu.Et dum dicit,quod ſcilicet ſi vnus habeat alterum in duodenam di-
145 citur in communione viuere,& ſic ſeruari. † Statutum ſi diceret,Simul ſtando,an idem importaret,ut ſimul viuere deberent, quod ſic, notat Bart. in l. Qui concubinæ §. vxori, num.1.ff.de leg.3.& in l. Quintus,& l.Meuius,§. vxore,ff.de annuis leg. Contrarium tamen tenet Bald.conſ.27.num.2. vol.2.qui dicit,quod tunc ſufficeret,vt ſimul habitarent,licet ſimul non viuerent,quando ſtatutum loqueretur,de ſtã-
146 do,vt etiam notat Capra. conſ.142.num.4. † Verum hanc difficultatem tollunt verba Statuti diſponentis quod ſimul viuant, quod non adimpletur, etiam quod ſtatur in eadem domo,vt not.in hac ſpecie Cuman.conſ.146.n.5. ver.Præterea ſtatutum,nec diceretur viuere ſimul etiam,quod fratres hi viuerent de communibus redditibus, vnus tamen in vno loco,alter in alio,vt not.idem Cuman.conſ.146.nu.5. verſ.Præterea, Quod tamen declaratur à ſtatuto met in fine
147 in certis caſibus. † De iure autem communi vltra communem habitationem vt cõtra dicatur ſocietas tacita inter fratres requiritur etiam quod hæreditatem indiuiſam tenuerint fratres hi inter ſe,& quod ſi aliquis eorum negotietur, quod lucra communicent, vt not.Corn.conſ.312.nume.5. vol.4.idem not.Barbat.conſ.22.num.1.volum.2.Dec.conſ. 66.nume.1.verſ.His non obſtantibus, quod tamen ab hoc Statuto non exprimitur. Ideo non leuis inſurgit dubitatio an requiratur etiam hereditatis indiuiſio, & crederẽ quod non, ſtante quod ſtatuta debent intelligi ad literam prout iacent, vt cauetur ſupra.cap.174.verba, pro qua opinione eciſcoda facit, quia ſi poſt factam diuiſionem bonorum inter fratres iterum hi fratres communiter vixerint,cenſentur voluiſſe iterum bona communicare, vt notat Roman.conſ. 201.nu 3.ver.Tertio principaliter, idem notat Boerius deciſione 58. nume.5. nec neceſſario inferunt Doctores allegati in contrarium , ad hoc vt contrahatur ſocietas requiri quod teneant hæreditatem indiuiſam ſi bene ponderentur.
148 † Diuiſio autem inter fratres præſumitur de iure ſi ſteterint ſocij ſeparatim cum bonorum ſeparatione per decem annos,ita notat Gloſſa in l.Penultima in Gloſſa prima Cod. Communi diuidundo late firmat Practic. Papien. in forma libelli pro hæreditate , vel re ſingulari diuidenda , verſicu. Communiter,numero quinto, licet in fratribus ibi ipſe ſecus teneat Romanus conſi.205.numero tertio,verſic.Tertio principaliter inter fratres,declarando vt ibi per Cæpollam conſil.22.num.7.declarando,ut per eum,Alexand.conſ.92. numer.1. uolum.2. Dec.conſil.79.numer.5.uerſic. Et dato etiam; Iaſ.in §.Quædam,num.40.Inſtit.de action.& conſ. 172 nu.2. uolum.4. Antonius Trigona ſing.123.Balb.tract. præſcript.3.parte princip.1.membro,quæſt.10.numer.39. Boer.deciſ.58.num.2 late Tiraquell tracta.præſcript.§.1. Gloſſ.4.uerſi.14. Soarez.ſuis communibus,in uerbo,Diuiſio facta Soc.iun.in ſuis cõmunibus, in uerbo, Diuiſio dicitur, notatur etiam in lib.4.Communium,in uerbo,Diuiſio,Menoch.conſi.87.num.77.uol.1.cumulate Magonius deciſ.96. num.18.ubi dicit communem,Gabriel ſuis communib.tit.
149 De præſumpt.concluſ.1.num.28. † Vbi è conuerſo,nu.29. dicit per poſſeſſionem bonorum pro indiuiſo poſt longum tempus poſt diuiſionem induceré cõmunionem eadem ra-
150 tione. † Quæ tamen concluſio procedit , ſi omnia bona poſſidebantur ſeparatim per hos ſocios, uel fratres, ſecus ſi tantum aliqua pars bonorum paternorum , quia tunc non præſumitur diuiſio, ſed potius quædam aſſignatio cauſa cõmodioris uſus,uc in his terminis,not.Soc.iun.conſ.149.nu. 1.& 2.uol.3.allegat Gloſſam communiter approbatam d.l. penult. in gloſſ.1. idem notat Practic.Papienſ.d.forma libelli pro hæreditate, uel re ſingulari diuidenda,uerſ.Com-
151 muniter,num.5.uerſic.Sed poſſet. † Secundo, hæc præſumptio diuiſionis tacitæ non habere uidetur locum , ubi ſit inæqualitas, vel proportio inæqualis bonorum , vt notare videtur Bald. in d.l.penult.queſt.1.vbi Caſtrenſ num.3.C. Communi diuid.Alex.conſ.25.num.16.volum.5 Iaſ.conſ.2. col.1.uerſi.4.uolum.3. Balb.d.tract.præſcrip.3.parte principali,1.membro, quæſt.10.nu.44. Quæ tamen opinio videtur reprobari per Salic.d.l.penult.num.2. quem referendo videtur ſequi Alexan.d.conſ.92.num.4.& 5.cum addit. ibi,quos refert Tiraquel.d.tracta.præſcript.§.1.glo.4.uerſ. 14.ad finẽ,Vbi ipſe ſe remittit ad notata per eum ibi verſ.6. late tradit Gabr.d.ſuis communibus tit. de præſumpt.con-
152 cluſ.1.nu.30.vbi allegat opiniones contrarias.† Tertio hęc præſumptio tacitæ diuiſionis nõ procedit in minoribus inhabilibus ad contrahendum,& diuidendum etiam expreſſe, vt in his terminis,notat Ruinus conſil.26.col.fin.numer.3. uolum.4.idem Socin.iun.ſuis communibus, in verbo, Diuiſio dicitur.
153 † Si autem non per modum diuiſionis , ſed præſcriptionis frater vnus poſſideret omnia bona, tunc datis alijs terminis habilibus, uidelicet bona fide,non ſufficeret decennalis poſſeſſio,& pręſcriptio,ſed requireretur longiſſima annorũ triginta , tam ex diſpoſitione iuris communis, ut notat Boer.deciſ.58.numer.6.& 7. quam ex Statuto ſupra cap.113.ubi de iure, uolum.1. ex quo Statuto omnes præſcriptiones minores annorum triginta reductæ ſunt ad
154 metam dictorum annorum 30. † Per Codicem etiam æſtimi ſolutionemque onerum , diuiſio bonorum preſumitur , & illius fuiſſe qui collectas ſoluit,ita Feſtas de eſtimo,1.parte,num.49.

h Acquiſierint] † Acquiſitum autem quod dicatur , late
155 notat Boer.ſuis commentar.Rubrica des couſtumes concernant Mariages § 2.columna 2. uerſic. Et dicitur Acqueſtus. Proprie autem dicitur acquiſitio quę ſit titulo lucratiuo per augmentum patrimonij, non autem tit. oneroſo , notat Anchar.conſil.102.num.5. idem Burſ.conſi.149.num.1.2. & 3.uol.2. ubi dicit nõ comprehendere emptionem,ex quo non dicitur proprie acquiſitio, cum pretium refundatur , ut ibi per eum,num.5.unde prohibitus acquirere prohibetur etiam ſuccedere ab inteſtato,ita Bart.in l.Vendere,nu. 11.ubi Aret.& Caſtr.ff.de acqu.hęred.Ruin.conſ.89.nu.36.
156 uolu.2. † Verum quod proprie acquiſita dicantur ea quę acquiruntur ex laboribus,& induſtria,notatur in libr.1.Cõmunium, in uerb. Acquiſitorum, Sed quod comprehendat etiam contractus ex ſui generalitate , not. Burſat d.conſil.
157 149.num.5.cum ſ.q.uolum.2. † Hic autem ueniunt acquiſita inter uiuos ex contractibus emptionum , uel uenditionum,& ſimilium, ut ſupra notatum fuit, ut ſiat commune, & notat Cephal.conſ.65.num.10 uolum.1.& infra declara-
158 tur per Statutum hoc caſus explicando . † Quod etiam in ſocietate tacita omnium bonorum de iure communi nõ ueniant niſi quęſtuaria,ue puta ex uenditione,& conductione, & ſimilium, nõ autem ex hereditate,uel legato,notat Alex.
159 conſi.49 num.2.uolum.1.† In alijs autem ſocietatibus ſiue tacitis, ſiue expreſſis, ſiue generalibus , ſiue particularibus quid ueniat communicandum,not. Bal.conſi.412.& ſeque. uol.2.& conſi.452.num.4.uolum.3.Roman.conſi.414.nu.8. Alex.conſ.76.uol.4.Iaſ.conſ.2.& 3.Gaſſan.ſuis cõſuet.Rub. 7.§.5.in textu. Et ab inteſtato,nu.19.Ruin.conſ.141.uol. 5.& conſi.101.num.4 cum ſequen. uolum.1.Crauet.conſil. 159.Rolan.à Valle conſi.91.uolum.1.Cephal.conſ.147.&
160 ſequen. uolum.2. † Acquiſitum autem de iure communi per unum ex fratribus ex communibus bonis confertur alteri fratri detracta parte , quæ debet dari perſonæ ſuæ pro eius cura,notat Practic.in forma libelli pro hæreditate, uel
161 re ſingulari,uerſic.Communiter, nume.34. † Procedit, & habet locum diſpoſitio hęc etiam in acquiſitionibus uirtute Statuti,de re paterna luenda,uel quota,quia etiam ea cõmunicantur uti acquiſititia, ita not.Tiraquell.tract.retract.
162 lignag §.26 Gloſſa 1.numer.33.cum ſequentibus. † Habet etiam locum ſi fratri applicetur utile dominium cum directo quod habebat per conſolidationem , quia id etiam cenſentur acquiſititium , cum utile ad dominium directi reuertatur,ut notat Boer.d.conſuet.Rubrica des couſtumes concernant le Mariages,§.3.colum.5.uerſ.Recte autem.

† Ec

Digitized by Google

163 † Et dicitur acquiſitum alio iure, quam ſit res cui conſoli-
datur, vt notat Boerius dict. loco, Caſſan. dict. Rubrica §. 2.
in textu En Acquiſtz. n. 11. & 12. late diſcutit Tiraquellus
dict. tracta. retract. lignag. §. 33. Gloſſa 1. numer. 72. cum ſe-
164 quentibus. † Sed quod uti eodem iure acquiratur, facit
165 tex. in l. Si ex toto, in princ. ff. de legat. pri. † Procedit etiam
ſi applicatur alicui fratri ex vſucapione, quia cenſetur ac-
quiſitum, ita Tiraquellus dict. tracta. retract. lignag. §. 32.
166 Gloſſa 1. nume. 74. † Acquiſitiuum etiam dicitur ſi quid
perueniat alicui fratri ex confiſcatione, vt not. Ferroni. d.
167 commentar. d. §. 23 uerſic. Recte autem. † Procedit etiam
ſi alicui fratri bona confiſcantur ex delicto, dein eidem per
Principem fuerint reſtituta per gratiam, quia dicitur acqui
ſitiuum, etiam ſi aliter ei fuerint reſtituta, vt notat Tiraq.
168 tract. retract. lignag. §. 32. gl. 1. num. 29. & 30. † Non tamen
procedit diſpoſitio huius ſtatuti in acquiſitis ex contractu
illicito, vel dolo malo, vel latrocinio, quia ea non fiunt cō-
munia, vt not. in tex. l. cæteræ, ff. famil. erciſc. late not. Petr.
de Vbald. tractatu de duob. fratrib. in 5. parte princ. num. 4.
idem in his terminis notat Plott. l. Si quando, num. 553. uerſ.
169 Sicuti, C. unde ui. † Idem in acquiſitis ex ludo, cum ſubia-
ceat reſtitutioni, ita Pariſ. de Puteo, tract. de ludo, nume. 55.
170 † Statuti huius diſpoſitio loquitur tantum de acquiſitis per
fratrem in communi habitatione degentem, vt ſit cōmune.
171 † Quid autem dicendum in debitis, uel ære alieno contra-
cto per vnum ex fratribus, an illud ſit communiter ſoluendū
per omnes fratres, vel præcipuum ſit illius qui fecit, notat
172 Oſaſc. deciſ. 150. num. 6. & 8. † Et quod de iure commu-
ni in ſocietate inita inter fratres tacite ſi frater ſoluat con-
demnationem aliquem ex proprio delicto, illud non impu-
tetur cæteris fratribus, not. Bald. in d. conſ. 412. n. 1. & cōſ.
ſeq. vol. 1. per tex. in l. Si fratres §. fi. ff. pro ſocio, idē Bart.
173 in l. Cum duobus, §. Papinianus, n. 1. ff. Pro ſocio, † niſi il-
licita lucra communicauerint, notat Petr. de Vbald. tracta.
de duobus fratribus, 8. parte princip. quæſtio. 23. num. 14.
174 † Idem ſi alienauerit aliqua bona ex hæreditate prouenta,
quia non præiudicabit alter fratri, ita Practic. d. forma li-
belli pro hæreditate, vel re ſingulari diuidenda, verſic. Cō-
175 muniter, num. 26. † De alijs autem damnis, & debitis con-
tractis, late diſtinguit Petr. de Vbald. d. tracta. De duobus
176 fratrib. quæſt. 8. principali per tot. † Quod autem non
teneātur fratres cōferre ad debitum contractum per fratrē
extra cauſam particularem, not. Baldus in l. Certum eſt, nu-
177 mer. 6. C. famil. erciſcund. † Expenſæ quoque factæ per
vnum ex fratribus in ſtudio in communione viuentibus
imputantur in partem expendentis, ita Roman. conſil. 145.
numer. 2. Iaſon. in Anthen. Quod locum, num. 4. C. De col-
lat. Contrarium tamen tenet Ruin. conſil. 101. num. 10. in
178 ſecundo dubio, volum. 1. † Statutum autem noſtrum lo-
quitur tantum de communione acquiſitorum, non autem
179 de debitis. † Sed quod habeat etiam locum in debitis, &
ære alieno contracto per vnum ex fratribus, vt illud ſit cō-
muniter exoluendum, facit primo argumentum ex identita-
te rationis, de qua per gloſſ. in l. Si quis ſeruo in verbo, Cor
rupet, vbi Bartol. nu. 3. C. De furt. facit ſecundo regula cor-
relatiuorum de qua late per Bald. in l. Nemo, ad finem, C.
De Sacroſanct. Eccleſ. & latius per Iaſon. in l. fin. C. de in-
dict. vid. tollen. de quo cap. 295. Quilibet in princip. vol. 1.
180 † Vrget etiam quia in omnibus ſocietatibus, ſiue expenſis,
ſiue tacitis, ſiue generalibus, ſiue particularibus, lucrum, &
damnum debet eſſe commune, ita Ioſeph. Ludouicus ſuis
181 communib. concluſ. 53. verſic. Et in omnibus. † Et bona
ſocietatis non dicuntur ſocij, niſi prius ſolutis debitis ſocie
182 tatis, ita Magonius deciſione 1. nu. 13. † Nec ſit habenda
conſideratio, quod hoc modo frater alterum fratrem depau-
peret, quia poteſt etiam ditare, vltra quod poteſt ſibi fra-
ter conſulere, cum videat fratrem vti male eius ſubſtantia
petendo diuiſionem, ita in his terminis per hæc decidit Ri-
pa, in Rubrica ff. De acquiren. poſſeſſ. num. 11. quem referē
do videtur ſequi Plott. in l. Si quando, num. 553. Cod. vnde
vi declarando vt per eum, & ſecundum hanc opinionem ſi
fuerit conſtituta Hypotheca in re communi per alterum
ſocium, vel fratrem in diuiſione illius rei hypothecaię, quę
libet pars erit pro dimidio hypothecata, cum ſit induidua,
vt notat Vrſillus, ad Afflictum deciſione 213. numer.
183 4. † Contrariam autem partem, quod Statuti huius
diſpoſitio non habeat locum in debitis contractis vt ſint
communia, niſi probetur pecuniam verſam fuiſſe ad vtilita
tem aliorum fratrum, not. Bald. in l. Si patruus, num. 10. C.
communia vtriuſq. iudic. idem in conſil. 412. num. 3. volum.
2. confirmat Caſtrenſ. conſil. 68. colum. 1. verſicu. Hæc
etiam, volum. 1. idem ſentire videtur Captæ. conſil. 142.
num. 5. quem ſic interpretando ad hoc allegat in ſpecie no-
ſtra Alciat. in l. Seruus creditoris, num. 2. C. de pact. idem
Alciat. d. Rubr. ff. de acq. poſſ. num. 10. vbi allegat Caſtrenſ.
184 d. conſ. 68. volum. 1. † Limitando vt ibi per eum, niſi æs
alienum cohęreat lucro facto, Idem etiam firmat Alciat. in
tracta. de verb. ſignific. libr. 2. num. 38. quod idem ſequitur
185 Crauet. conſil. 159. num. 8. † Quando ſcilicet hoc æs alie-
num ſit contractum voluntarie, non autem ad vtilitatem fra
trum, vel ſine dolo malo, vt ibi per eum, idem ſentit Ruin. cō
ſil. 101. numer. 10. vol. 1. ſic etiam declarat nouiſſime Plott.
in d. l. Si quando, num. 553. verſic. Et ſtante licet prius alle-
get deciſionem Ripæ, d. loco, Et hæc opinio verior videtur,
186 cum declarationibus prædictis. † Nec argumentum ſupra de
ductum de identitate rationis, & correlatiuorum habet lo-
cum in Statutis noſtris, quę ad literam debent intelligi, pro
ut iacent, vt cauetur ſupra cap. 174. verba Statutorum, cū
traditis, notat Corta dict. ſuis memorab. in verbo. Litera di-
citur, & verbo, Statuto Mediolani cautum eſt ferre per to-
tum, quod etiam notat Plott. d. l. Si quando, num. 424. verſ.
187 Et idem C. vnde vi. † Frater maior poſſidens bona commu-
nia patris præſumitur nomine ſuo proprio poſſidere, potius
quam tutorio, vel adminiſtratorio nomine, ita Borg. Ca-
188 ualc. tract. de tutore, num. 244. ad finem. † Fallit vbi ſtaret
in communione cum fratribus ad vnum panem, & vinum,
quia tunc præſumitur poſſediſſe nomine communi, & iure
communionis, & familiaritatis, ita Caualca. de tutore, num.
189 245. † Frater autem vendens ſuo nomine, & fratris, vbi fra-
ter non ratificet, emptor non lucratur fructus, Borg. d. tract.
de tutore, num. 35.
f Commune ſit] † Non tamen ipſo iure ſit communio,
190 ſed requiritur traditio, vt in his terminis not. Anchar. conſ.
102. nu. 3. verſ. ſecundo, & ſubtilius, ſequitur Didac. tract.
variar. reſol. cap. 19. num. 2. verſic. tertio deducitur, lib. 3.
191 Menoch. conſi. 122. num. 17. & 19. volum. 2. † Imo etiam
requiritur ratificatio fratrum, ſi eorum nomine fuerit facta
requiſitio, vt not. Dec. conſ. 442. nu. 38. vſque ad finem, &
cauetur ſupra cap. 337. Si quis, ad finem, vol. 1. vbi notatum
quod multum refert, quia licet res veniat communicanda
actione perſonali, pro ſocio, vbi eſſent ſocij omnium bono-
rum vel condictione ex hoc Statuto, tamen ſi interim alie-
naretur per acquirentem, fieret irreuocabilis emptoris, quia
actio perſonalis non ſequitur fundum, ita Tiraq. in l. Si vn-
192 quam, in verb. Reuertatur, n. 442. C. de reuoc. donat. † Cen-
ſetur autem frater is tradere omnes proprio nomine, ſi patia
tur rem emptam deſcribi in cataſtro nomine ſuo, & fratris,
ſi frater ille ſoluat collectam pro parte ſua, vt notat Rom.
Sing. 433. cum addit. ibi idem Aegid. Tomat. de collect. in
princ. num. 12. verſicu. Vinculo eiuſdem, Feſtas de æſtimo,
193 capit. 1. num. 49. † Ratio huius communionis, & Statuti,
quod commune fiat, illa deduci poteſt, quod ex diſpoſitio-
ne iuris communis regulariter acquiſitum per vnum ex fra-
tribus ſimul poſt mortem patris habitantibus, præſumitur
acquiſitum de communi, hanc regulam firmat Duen. reg. 3.
Acquiſita, Limitando quinque modis, vt per eum, idem not.
Anchar. iun. q. 74 num. 1. lib. 1. licet dicto iure non com-
municetur acquiſitum, ſed ipſi ſoli acquiratur, tenetur ta-
mē ad precium verſus fratres pro rata parte eorum, vt not.
194 Guid Pap. Sing. 779. † Fallit hoc niſi ſint ſocij omnium bo-
norum, quia tunc tenetur, & compelluntur communicare,
vt not. Menoch. d. conſ. 122. num. 17. & 19. & ita habentur,
195 vt ſocij ex hoc Statuto. † Frater aſſerens ſe in commu-
nione cum altero fratre tot in redditu habere intelligitur
æqualiter pro dimidia, ita Burſat. conſil. 119. num. 15. vol. 1.
196 † Frater acquirens nomine communi fratrum non expri-
mendo de cuius pecuniis faciat hanc acquiſitionem, quod
in dubio cenſeatur, & præſumatur feciſſe eam ex pecuniis
proprijs, non communibus, etiam quod ſimul habitaret
cum fratribus, notat Rom. Sing 440. Corn. conſil. 213. num.
6. volum. 3. Dec. conſ. 442. num. 38. late Cœpoll. caut. 128.
Io. de Arno. caut. 94. Natta conſil. 358. num. 2. cum ſeq. vo-
197 lu. 2. † Si autem exprimat acquirere ex communibus pecu-
nijs, acquirit fratri etiam quod pecunias, & pretium nō con
198 tribuat, ita Burſat. conſ. 188. n. 1. vol. 1. † Frater, ſi ſciente, &
patiente altero fratre acquirat nomine proprio, cū ſint ſo-
cii omnium bonorum tenetur communicare actione parti-
culari pro ſocio, ita de mente Ancharani firmat Barbat. cōſ.
199 37. num. 1. verſic. Et adduco, cum. ſeq. volu. 2. † Quod tamē
ei ſoli acquirat, non autem ſit communicandum ex hoc Sta
tuto, facit argumentum ſumptum ab interpretatione paſ-
ſiua iuris communis, iuxta notata per Iaſ. in l. Si ſocius,
200 nume. 2. ff. Si cert. pet. † Communicatio hæc ſit in ſtirpes nō
in capita, niſi fuiſſet acquiſitum ex cōmuni negotiatione,

& laborerio, in quo propter numerum filiorũ vnus ex fra-
tribus plus operis contuliſſet, quam alter: quia tunc fieret
communio in capita, vt late not. Petr. de Vbald.tractat.de
duob.fratrib.4 parte princ.quæſt.9.nu.18 prout notatum
201 ſupra cap.411.Coloni, in verb.Per capita. † Prout etiam in
dubio in diuiſione ſocietatis omnium bonorum fit diuiſio in
202 capita, Alciat.conſil.681. † Frater hoc caſu ſocius admi-
niſtrans quomodo teneatur reddere rationem alijs fratri-
bus, notat late Socin.ſen. conſil.73. volum.1.& conſil.40.
volum.4.Pariſ.conſil. 83.num.6.& conſil.84.num.17.cum
203 ſequen.uolu.1. † Contracta ubi ſit ſocietas ſimpliciter nul-
la facta declaratione pro quibus partibus in dubio cenſetur
facta pro æqualibus, ita Ioſeph.Lud.concluſ.53.uerſic. Et
204 aduertendum eſt quando. † Facta ſocietate ſuper re alicuius
conducta, communicari debet emolumentum proueniens
ex re communiter remanente, & finita ſocietate ex re geſta
ante mortem ſocij, non autem ex emolumento prouenien-
te non ex re remanente communi, & ex aliquo geſto poſt
mortem, ita notat Caroc. tracta Locat. uerſic. Hæredibus
205 inſtituendis, numer.14.& 15. † Socius unus ſi fuerit Ve-
netias contradicente altero ſocio, & fuerit ſuperlucratus,
lucrum illud non erit commune,ſed tantum illius,qui iuit,
& ſubijt periculum,Tiber. Decian.conſi. 39.num. 36. vol. 1.
206 refert Lud.d.concluſ.53. verſic. Si vnus ex ſocij. † Socius
debet contrahere communi nomine, Bero. conſil. 191.num.
207 50. volum. 2. † Socius aliquid impendens in acquirendo
communi nomine, debet à ſocio conſequi eius portionem,
208 Lud.ibi ver.Socius aliquid, circa fin.concl. † Socius non
tenetur ad intereſſe, niſi ſit in mora, vel niſi ſit adiecta dies,
vel niſi ſint confecta calcula,Pariſ.conſ. 121.nu.107.cum ſeq.
209 volum. 1. † Patruus quoque qui adminiſtrant bona eius
nepotum,licet non ſit eius tutor,& non teneatur communi-
care emptiones factas ab ipſo, etiam de pecunia minorum,
uel aliorum ſuorum nepotum, tamen tenetur communica-
re lucra ex tali negotiatione prouenientia,ita Lud.d.concl.
210 63. verſi. Tenebitur tamen. † Socius omnium bonorum ſi
donauit alicui abſque cõſenſu ſocij,an ei ſoli imputandum
211 hoc donatum,not. Dec. conſ.85.num. 12. volum.2. † Sicut
vnus ex ſocijs non poteſt alienare niſi pro parte ſua, ita nec
eius hæres,ita Ioſeph. Lud.ſuis communibus,concl.16 uerſ.
212 Infertur centeſimo vigeſimo tertio. † quilibet ex ſocijs po-
teſt integras ſolutiones à debitore recipere, & eum liberare,
Alex.conſ. 141.nume. 2.volum.5.Pariſ.conſil.122.in princ.
volum 1 Lud.d.concl.53.verſ. Sciendum eſt etiam,declaran-
213 do duobus modis verſ. ſeq. † Imo quilibet mercatorum ſo-
ciorum poteſt agere contra debitorem ſocietatis, & exigens
non tenetur cauere de rathabitione ſocij, ſed ſolum de de-
fendendo cum aduerſus ſocium, ſi in futurum ab eo conue-
niatur, Bertach tract. gabell.4. parte, num. 9. verſ. Item facit.
214 † Socij tamen confeſſio finita ſocietate non nocet alteri ſo-
cio,Bero.conſil.154.nume.75.volum. 3. Vnus ex ſocijs po-
teſt vendicare res pignoratas,Lud.d.concluſ.53 verſ. Poteſt
etiam,limitando, verſ. ad declarationem,& verſic. Intellige
omnia prædicta. Socij cenſentur habere mandatum inter
ſe ad peragenda ea, quæ commodum ſocietatis reſpiciunt,
non autem diſpendium, vt ibidem Lud. uerſic. Socij intelli-
215 guntur. † Socij an teneantur inſolidum, vel pro rata eſt
magna altercatio inter ſcribentes, tamen diſtinguitur, ſi
omnes negotiantur teneri pro rata, ſi autem vnus poſitus
216 tenetur inſolidum, ita Magon.dec.1.nume.28. † Societas
ſicut alij contractus habet annexam tacitam conditionem,
vt ſocius ita demum teneatur ſi alter ſocius conuenta præ-
ſtiterit,alias nec ipſe ſeruare tenetur idem Lud. ibi verſ. So-
217 cietas ſicut. † Socij tenentur de neglectis,Marſ.Sing. 282.
218 Borg Caualc.de tutore,num.118. † Actio pro ſocio eſt bo-
219 næ fidei, Lud.d.concl.53.ver. Actio pro ſocio. † Socius ad
inſtantiam ſocij quando poſſit carcerari,& tanquam ſuſpe-
ctus ad finem ſiſtendi in iudicio capi, not. Bero. conſ. 10.nu.
220 1.volu.2. † Debitum vnius negotiationis mercatoris ſe-
paratæ non poteſt compenſari cum credito alterius negotia
tionis ſeparatæ, ita Magon. deciſ. 1.numer. 5 cum ſequent.
221 †Societatis adminiſtratio facta vt reddatur ratio poteſt pe-
ti quolibet anno,& quolibet tempore à ſocio, qui admini-
ſtrauit,Lud.ſua concl.53. verſ. Redditio adminiſtrationis,
222 vbi etiam notat quando ratio præſumatur reddita.† Quan-
do autem ſunt duo ſocij, & quilibet fuit adminiſtrator ex
quadam mutua, & tacita compenſatione à redditione ratio
num,an cenſeantur liberati,an vero quilibet debeat reddere
rationem adminiſtratorum,diſcutit Ludouicus d.loco, verſ.
223 Et an quando. † Contra autem ſocium, qui adminiſtrauit
abſque inuentario,non deſcribendo bona mobilia, exitum,
& introitum poterit iurari in litem per alium ſocium,idem
ſi datæ pecuniæ ad mercandum, & non ſit mercatus,Lud.d.
224 loco,verſic.Socius adminiſtrauit. † Socius,qui fraudat ſo-
cium in ſocietate,puta vectigalis, tenetur actione furti non
manifeſti in duplum, & etiã pœna extraordinaria punitur,
225 ita Anch. conſ. 110. nu.4. † Socio non nocet ſententia lata
contra ſocium, qui ſuo nomine tantum egit, Lud.d.concl.
53. verſ.Socio non nocet.
k In quæſitis ex ſucceſſione inteſtati] † Licet veniat ap-
226 pellatione acquiſitorum, vt not.Bar.in l. Ventre, nu.11. vbi
Aret.& Caſtr.ff.de acquir.hæred.Ruin.d.conſ. 89.num.36.
227 vol.2.† Fructus tamen collecti ex bonis caſus huius, & reli-
quorum exceptuatorum ſi ponantur in communi,& conſu-
mantur, non poſſunt repeti, ſed communia remanent, vide
in his terminis Alex.conſ.49.nu.3.vol.1.
l Et etiam ex cauſa teſtamenti] † Quid ſi teſtator ali-
228 quis damnauerit hæredem ſuum vendere rem hæreditariã
æquo, vel iniquo pretio vni ex fratribus in communi viuẽ-
tibus, vt hic cauetur,& is frater virtute huius legati emerit
illam rem, vtrum eo caſu dicatur facta memorata acquiſi-
tio ex cauſa teſtamenti, ita quod non communicetur iuxta
exceptionem hic traditam, vel ueniat fienda communica-
tio, large diſputatum fuit inter D. Euſebium,Io. Angelum,
& Reuerendum Presbyterum Franciſcum omnes fratres de
Buzijs coram R. D. Vicario Archiepiſcopali, qui tandem
declarauit talem acquiſitionem non eſſe communicandam
229 ex diſpoſitione huius Statuti, † motus ex eo, quod talis
acquiſitio trahit effectum, & originem à cauſa vltimæ vo-
luntatis, & ſic non comprehenditur ſub regula Statuti, ſed
exceptionis huius, pro qua opinione faciunt tradita in his
terminis per Barbat conſ.51.nu.15.verſi.Et vlterius,vol.1.
Io. Crot.in l.filiusfa.§.Diui,num,74. cum ſeq.ff.de leg.1.
& in conſi. 108.ad finem,vol. 1.Ploc.conſ.19.num.17.Tiraq.
tract.retract.lignag.ad finem tituli quæſt. 2.nu.3 cum ſeq.
Et late notatum in nou.conſt.tit.de pœnis, cap.Collegijs,in
verb.per vltimam voluntatem. Et cum dicta cauſa dein fue-
rit introducta in Senatu in publica euocatione, Senatus cẽ-
ſuit partes iuribus ſuis vti debere.
m Vel donationis cauſa mortis] † Quæ an æquiparetur
230 contractui,vel vltimæ voluntati,late diſcutiunt Scribentes,
in l.1. vbi præcipue Alex. nume. 6.& 7. ff. de leg.pri.cumu-
late Lancell.Galla in conſuet. Alexand. Item quod maritus,
in verb. Legare,quæſt.7.
n Nec etiam occaſione] † Importat hoc verbum cau-
231 ſam remotam, c.ſolitæ, de maio.& obed. imo etiam remo-
tiſſimam, Ang.conſil.63.ſub numer. 5. verſic.Nec obſtat, &
232 conſi. 288.num.3. † vnde Doctores inferunt differre,quod
aliquid acquiratur ex aliquo, vel eius occaſione, Bart. &
Bald. l.Forum C.de aduoc.diuerſ.iud.Dec.in Rubr.C. Qui
admitti lect. prima,numer. 41 Corn.conſil. 313.nume. 14.
volum. 1.facit tex.in l.Socium qui eo, §. fin. ff. pro ſoc.&
tradita per Dec.in l.certi condictio,§. Quoniam nummos,
num.7 ff.Si cert.pet.
o Donationis inter viuos legitime factæ] †. Quæ habeant
233 ſcilicet ſolennitates requiſitas ex forma Statuti ſupra cap.
324. Nulla, volum. 1. & nouarum conſtitutionum, titu. de
donat.
p Vel dotis] †. Idem de iure communi, quia dicitur dos
234 aduenticium quid etiam viuente patre, vt notat Practic. in
forma libelli pro hæreditate,vel re ſingulari diuid.verſ.Cõ-
235 muniter,num.30. † Ideo in diuiſione ſocietatis debet aſſi-
gnari dos marito illius,qui onera matrimonij ſit ſubiturus,
vt notat Barbat.conſ.37.num.17.vol.2. Dec conſ. 560.nu.5.
236 Ruin. conſ. 101.nu.18.uolum. 1. † licet reſpectu fructuum
dotis,donec ſocietas durat,hi communicentur,vt not. Dec.
d.conſ. 560.num.5.& Petr.de Vbald.tract.de duob.fratrib.
237 4.part. principali,quæſt.5.nu.7.† Acquiſitum autem ex do-
te per fratrem in communione an debeat cõmunicari, opi-
238 niones contrarias,not. Amanel. de clar.Sing. 10. † Sicut au-
tem dos non communicatur fratribus, ita etiam fratres non
tenentur ad reſtitutionem dotis, niſi ſimul eam recepiſſent,
vel probetur cõuerſam ad vtilitatem cõmunem,not. Pract.
d.forma libelli d.verſ. Communiter, num. 30.verſ. Ex his,
239 Roma.conſ. 171.num.3. † Fratrer etiam in communione,&
ſocietate exiſtens,tenetur dotare filiam de bonis proprijs nõ
communibus, vt not. Pract.d. forma libelli, verſ. Commu-
niter.num.32.& 33.Petr.de Vbald.d.ſuo tract.6 parte prin-
cipali, quæſt.9.& 10.cum ſeq. Iaſ. in Auth. Qui locum,nu.
6.uerſi.Si autem fratris,C.de collat.Rolan.à Valle conſ.91.
num. 1.& 21.vol. 1.declarando, vt per Cort.ſuis memor. in
verb. Expenſæ factæ,& Gabr.ſuis cõmunibus,tit.de iur. do.
concluſ.2. ubi in Socijs omniũ bonorum recitat opiniones
240 contrarias de quibus p Alciat.conſ.139.n.4 †Tandem ſede-
re di-

Digitized by Google

re diſtinctionis opinones conciliat, nume. 3. Quod autem
vnus ſocius omnium bonorum debeat dotare filias ex com-
muni, licet alter ſocius non habeat filias, notat Lud. d. con-
241 clu. 53. ver. Item vnus ex ſocijs. † Quod idem in expenſis
factis in ducenda vxore per vnum ex ſocijs, quia non com-
putantur in partem eius ſolius, ſecus ſi non erant ſocij om-
nium bonorum, ita Barbat. conſ. 37. num. 21. & 22. volum. 2.
242 † Quicquid fit, quando frater ſciens, & patiens fit dotatio-
nis, quæ de communi accipitur, imputatur ſocietati, vt no-
tat Alciat. conſ. 143. numer. 3. Idem Gabr. tit. iure dotium,
concl. 2. num. 4.

q Vel in his, quę contigerit maritum lucrari propter mor-
243 tem vxoris] † Quod lucrum eſt ex diſpoſitione Statuti ſu-
pra cap. 298. maritus, volum. 1. totius dotis, ſi decedat vxor
abſque liberis cōmunibus, vt ibi late notatum. De iure autē
communi diſtinguitur, an lucrum hoc fiat viuo patre, & tūc
acquiritur etiam patri, & in diuiſione confertur alijs fratri-
bus, vt in his terminis, not. Bart. in l. Si eum dotem, §. Tranſ-
grediamur, num. 8. vbi cæteri Scribentes, ff. ſolut. matr. Petr.
de Vbald. d. tract. 5. parte principali, quæſt. 12. nu. 15. Dec.
244 conſi. 67. & conſi. 560. num. 3. cum ſeq. † Aut lucrum hoc
peruenit poſt mortem patris, & tunc fit præcipuum illi, qui
lucratus eſt, nec confertur alijs fratribus, per tex. in l. Vxor
ſua C. famil. erc. ſc. Petr. de Vbald. d. quæſt. 12. & nume. 15.
in ſua diſtinctione poſt Bart. dict. §. Tranſgrediamur, nume.
8. ad fin. idem firmat Ruin. ſuo conſil. 141. numer. 23. & 24.
245 volum. 5. † vbi plus dicit quod licet fructus huius dotis
lucratę communicarentur cæteris fratribus, tamen non cen-
ſeretur inducta communio proprietatis illius, quod idem
not. Iaſ. in conſil. 2. colum. 2. verſic. 4. volum. 3. Fallit tamen
hæc ſecunda conclusio, quando hi fratres eſſent ſocij omniū
bonorum, quia tunc etiam lucrum huius dotis communica-
retur, vt in his terminis not. Petr. de Vbald. d. 5. parte quęſt.
5. nu. 5. vbi dicit ſe ita cōſuluiſſe. idem notat ſequendo Dec.
conſ. 560. num. 4. Iaſ. d. conſi. 3. colum. vltima verſic. Stante
iſta concluſione, vol. 3. Ruin. d. conſ. 101. num. 4. vol. 1. Pha-
nut. tract. de lucro dotis, Gloſſa, in verbo, Sine liberis, nu. 33.
246 † Et per hoc poteſt etiam argui ex hoc Statuto non inductā
247 ſocietatem omnium bonorum per hanc exceptionem. † Et
quando vnus ex fratribus in communione viuens cum alijs
fratribus ſolus recepit dotem ab vxore ſua, eo caſu mulier
ipſa in reſtitutione numeratæ dotis habet obligata non ſo-
lum bona mariti, ſed etiam aliorum fratrum eius, qui ex cō-
munione prænarrata tacitam quandam ſocietatem contra-
xiſſe videntur, ita Ferron. ſuis comment. titu. 4. De dote §. 3.
248 in princip. † Non videtur pariter procedere in feudo ac-
quiſito, quia in qualibet diſpoſitione non cenſetur com-
prehenſum feudum, niſi ſpecialiter hoc dictum ſit, vt late
comprobat Tiraquell. tracta. le mort. ſayſſit. in 4. parte, 5.
declaratione, maxime numer. 19. Nec obſtat quod hic caſus
non ſit exceptus, quia per exceptionem diuerſorum caſuum
249 non cenſetur excluſi caſus ſimiles, vt infra dicetur. † Non
debet pariter communicari cum fratribus, nec conferri,
quod alicui prouenit virtute primogenij, ex diſpoſitione
Statuti alicuius, vel conſuetudinis, vt tradit Tiraquell. in
250 tract. primog. quæſt. 51. vbi rationem adducit. † In acqui-
ſitis autem ex peculio Caſtrenſi, vel quaſi, an lucrum com-
municetur cæteris fratribus, vel ſit præcipuum acquiren-
tium. De iure communi acquiſitum à doctoribus, vel ad-
uocatis à clientulis priuatis, dicitur quaſi Caſtrenſe, & id
non acquiritur patri, nec quo ad vſumfructum, nec etiam
confertur fratribus in diuiſione fienda, per l. fin. C. De col-
lat. ita notat Bartol. in l. 1. § nec Caſtrenſe, in princ. & nu. 7.
ff. de collat. bono. idem Bertach. tractat. De gabell. 2. parte,
num. 61. & Marſil. tract. Bannit. in uerb. Bona, num. 63. cum
251 quatuor ſequentibus. † Salarium autem procuratoris, vel
ſcriptoris de iure non dicitur quaſi Caſtrenſe, vt not. Bald.
in l. fina. ſub dubio tamen, Cod. de Aduoc. diuerſ. iud. clarius
in l. Cum oportet, in princ. num. 16. C. de bonis quæ liber.
252 Iaſ. in Rubr. C. de Procurat. nume. 7. ad finem. † Niſi eſſet
ſalarium perceptum ex publico, quia tunc pariter eſſet qua-
ſi Caſtrenſe, nec conferendum eſſet cum alijs fratribus, vt
notat Alberic. in l. final. nu. 3. C. De inoffi. teſtam. & Bertach.
d. 2. parte, & num. 61. idem Marſil. d. verbo Bona, nume. 65.
253 † Prout nec illud, quod acquirit miles ex militia, vt late no-
tat Capra d. conſ. 142. num. 2. & 3. declarando vt per Pract.
d. forma libelli pro hæreditate, vel re ſingulari diuidenda,
254 verſic. Communiter, num. 31. † Lucrum vlterius arbitri,
vel tutoris, publicani, vel aſſeſſoris, vel aduocati non habē-
tium ſalaria ex publico, dicitur aduentitiū, ita Bertachinus
255 d. tractat. gabell. 2. parte, numer. 61. per totum. † Sed cum
hodiernis temporibus Notarij, & Cauſidici habeant Colle-
gium approbatū, cenſentur perſonæ publicæ, & conſequen-
ter ſalaria non ſimpliciter ratione laboris, & operis, ſed pro-
pter authoritatem publicam recipiunt, vt notant Canon. in
256 C. G. Perpetuus, De fid. inſtr. † Ideo illud dicitur quaſi
Caſtrenſe, nec confertur alijs fratribus, vt in hac ſpecie
firmat Alciat. conſil. 359. in princip. & numer. 1. verſic. Quæ
257 ſententia. † Quo fit, vt de iure communi in his lucris qua-
ſi Caſtrenſis peculij, etiam quod ſit ſocietas inita inter fra-
tres tacita ex hæreditate indiuiſa, & cohabitatione, & fru-
ctuum, & lucrorum communione, ſocietas, & communica-
tio horum bonorum Caſtrenſium, vel quaſi, non fiat, vt in
terminis notat Lucas de Penna, in l. Iubemus, verſic. Patet
etiam, C. de ſilentiarijs, lib. 12. idem Capra conſi. 142. num.
2. & 3 Roman. conſi. 145. num. 2. Iaſ. in Authen. Qui locum,
numer. 6. circa finem, C. De collat. confirmat hoc allegando
Alcia. tracta. præſumpt. reg. 1. præſumptione 25. ad finem,
258 aliter interpretando d. l. Iubemus. † Quæ tamen concluſio
non procedit, vbi eſſet ſocietas omnium bonorum, quia
tunc etiam hæc lucra communicarentur, vt in his terminis
notat Bald. conſil. 452. num. 4. volum. 3. duplatum conſ. 480.
eod. volu. & conſi. 337. volum. 5. ſequitur Petr. de Vbald d.
trac. de duobus fratribus, part. 3. principali, n. 32. idem Iaſ.
conſil. 2 colum. 4. verſic. Alibi teneret, & conſil. 9. col. pen.
259 verſic. Idem tenet, volum. 3. † Quod idem eſt in aduentitijs
inter fratres ex diuerſis matrimonijs ſocijs omnium bonorū,
vt not. Barbat. conſ. 37. num. 22. ad finem, & num. 23. vel ſal-
tem fructus conſumptos non repetunt, numer. 27. volum. 2.
260 † Difficultas tantum reſidet ſtante ſtatuto hoc modo exci-
piente tantum certos caſus, vt hic cauetur, & hunc non in-
cludit, utrum cēſeatur velle comprehendi lucra hæc ſub re-
gula, vt communicari debeant, tradit Alex. in l. fina. nu. 40.
ff. Quod quiſque iuris, idem not. Io. Crott. conſi. 39. nu. 39.
num. 10. uolum. 1. faciunt tradita per Plote. in conſ. 1. nu. 13.
& per Cummiam, in ritibus magnæ curiæ, cap. 82. numer. 4.
261 † Tanto magis cum lucra hæc caſu memorato non repe-
riantur priuilegiata, vt notat Alciat. tract. præſumpt. reg. 1.
præſumpt. 25. verſic. Sed puto, & uerſic. Sed iſtud. Confir ma-
tur ulterius hæc opinio ex text. l. cum duobus, § Idem Papi-
nianus, ff. Pro ſoc. vbi Fulgoſ. notat hunc caſum ſibi contigiſ-
ſe in facto in eius perſona, vt hęc lucra, & ſalaria ueniant
262 communicanda. † Verum contraria opinio in caſu huius
Statuti uidetur uerior, quod imo talia lucra ex quaſi Ca-
ſtrenſi peculio ſint propria fratris ea acquirentis, prout
etiam ſunt ex diſpoſitione iuris communis, iuribus ſupra
allegatis, Stante pręcipue illo fundamento, quod in caſu
ſtatuti huius non ſit inducta ſocietas omnium bonorum, ſed
tantum particularis, & ſingularis, acquiſitorum per em-
ptionem, locationem, & ſimiles contractus ſupra notatos,
quod magis colligitur ex exceptione caſuum hic notato-
rum, quę arguit non induci ex hoc Statuto ſocietatem ge-
neralem omnium bonorum, quo fit ut hoc ſtatutum pati
debeat interpretationem paſſiuam à iure communi, quę nō
cenſetur excluſa etiam ex diſpoſitione Statuti ſupra c. 174.
Verba Statutorum, diſponentis debere intelligi ad literam
263 prout iacent, ut ibi notatum. † Sed de iure communi clarum
eſt ea non communicari per notata ſupra, & relata per Al-
ciat d. conſ. 359. in princ. Ideo nec per hoc Statutum debet
264 in his induci Communio. † Nec huic concluſioni refra-
gatur illud, quod deducebatur, quod hic caſus non ſit ex-
ceptus à dicta regula, ideo debet remanere ſub regula gene-
rali, quod comprehendatur. Nam pręſupponendum hoc
in facto non ſubeſſe caſus hic ſub regula Statuti, quod lo-
quitur tantum de ſocietate particulari, non uniuerſali om-
nium bonorum, ut ſupra notatum, ita quod poſſit dici re-
265 manere ſub regula generali. Et hęc ſit prima reſponſio. †
Secundo dicitur quod caſus iſti exceptuati non excludunt
caſus ſimiles, etiam ſi adeſſet dictio hęc taxatiua, ut in his
terminis notat Alex. conſi. 130. num. 6. & 7. uol. 4 Brun. tract.
Statut. fœm. exclud. art. 12. quęſt. 16. caſu 3. idem notat Soc.
ſen conſil 38. col. 1. & conſ. 51. col. 1. uolum. 1. Bero. conſ. 93.
nume. 7. & 9. volum. 3. idem Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de re-
miſſ. merced. publican. num. 36. uerſ. Item ex conuentione,
Tiraq. late tract. retract. conuent. §. 8. gloſſ. 6. numer. 6. & 7.
Plote. conſ. 16. num. 28. Et hoc maxime ſi prius ſub regula
non comprehendebantur, ut ſignanter declarat Dec. in cap.
cum delicta, n. 6. de confirm. vtil. quē refert ſequendo Boſſ.
d. tit. de remiſſ. merced. public. nu. 41. Sed hic caſus eſt ſimi-
lis, cum ſit etiam à iure communi priuilegiatus, ut nō ueniat
in communionem, per ſupra notata, & firmat Alcia. d. conſ.
359. nu. 1. ad finem. Et per hoc retorquetur etiam argumē-
tum q deducebatur, per Alciat. d. pręſumpt. 25. circa finem,
dum arguebatur hūc caſū nō eſſe priuilegiatū, quia imo eſt

Digitized by Google

priuilegiatus à iure communi, nec comprehenditur ſub regula Statuti loquentis, & inducentis tacitam & particularem ſocietatem iuribus allegatis. Vlterius etiam dicitur, quod hi caſus excepti non poſſunt ampliare regulam plus quam ſit eius natura, vt tradit Felyn. in c. Frequenter, in 1. & 3. limitatione, vt lite non conteſt. ita Alex. conſil. 106.
266 num. 10. volum. 5. & conſil. 65. numer. 9. volum. 7. † Minus obſtat diſpoſitio, l. Cum duobus, §. Idem Papinianus, cum ibi notatis per Fulgoſ. ff. Pro ſocio, quia procedit diſpoſitio illius text. non bene intellecti à Fulgoſ. ibi, in caſu quo ſocij communicauerant, vel ſocietatem coiuerant ex quacunq; cauſa quæſitorum, vt ibi ſignanter declarat gloſſ. in verbo, Irritum, quod quidem ceſſat in diſpoſitione huius Statuti loquentis de ſocietate particulari, non autem vniuerſali, & hæc opinio vti verior practicatur quotidie in collegio noſtro, & ſecũdum hanc iudicarunt olim Mag. I.C. D. Io. Ambroſius de Talentis de Florentia, & Magn. D. Phylippus Archintus Docto. celeberrimi Venerandi Collegij, quorum alter dein D. Archintus fuit ob eius merita, & probatam vitã aſſumptus ad Archiepiſcopatum Mediolani, licet ob quædam impedimenta, & morte præuentus non potuerit eius
267 poſſeſſionem nanciſci. † Officia quoque publica, & mulctę, quę ex communi vſu non venduntur, nec vendi poſſunt ſine Principis licentia, non ſunt impartienda, nec conferenda cũ fratribus, ita not. Didac. Couar. tract. variar. reſolut. cap. 19. num. 6. ad finem, lib. 3.

r Et ſi contingat aliquem ex præfatis fratribus ſe abſenta-
268 re] † Tollitur ex hoc difficultas, de qua per Cuman. dict. conſil. 146. nume. 5. verſ. Præterea, quia vbi hæc declaratio non fuiſſet poſita per Statuentes per verba præcedentia Statuti, ſecus eſſet dicendum, quia non diceretur ſimul viuere, qui eſſent abſentes, licet viuerent ex redditibus communibus, vt tradit Cuman. d. conſil. 146. nume. 5. uerſic. Præterea.

ſ Ex cauſa concernente communem rem] † Idem de iu-
269. re communi cauetur, quia talis non habetur pro abſente, ita Bart. in l. Quæſitum, in princ. ff. de leg. 3. Alex. conſ. 110. num. 12. volum. 3. late firmat Socin. ſen. conſ. 33. num. 9 ad finem, volum. 1.

t Vel ex cauſa ſtudij cuiuſlibet ſcientiæ] † Quod idem
270 de iure communi, quia tunc non habetur pro abſente, Bart. d. l. Quæſitum, in princip. ff. de leg. 3. Alexand. d. conſi. 110. numer. 12. volum. 3. Socin. ſen. conſil. 35. numer. 7. ad finem, volum. 1. Menoch. conſil. 182. nume. 8 volum. 2. Idem ſi ſie abſens ex cauſa militiæ, vt notat Menoch. d. loco, numer. 9.

De ſocijs, ſeu ſocedis animalium. Cap. CCCCLXXXIV.

a SI pactum *b* à iure non improbatum *c* inter ſocios fuerit, *d* illud ſeruetur. *e* Si vero ſine pacto ſocietas animalium celebretur, hoc modo obſeruetur. *f* Si oues in ſocedum datæ fuerint, *g* de pretio earum, *h* & fœtuum earum, *i* debeat primo ſatisfieri domino, *k* & reſiduum, ſi quod affuerit, communiter diuidatur. *l* Idem erit in beſtijs bouinis, equinis & aſininis, & porcinis, *m* ſed, ſi ante diſſolutam ſocietatem mortuæ fuerint, vel deterioratæ, *n* abſq; culpa ſocij, *o* periculum commune ſit. In prædictis caſibus ſemper intelligatur dominum dantem in ſocedum *p* potiorem eſſe in dictis beſtijs, & eorum fœtibus, cæteris creditoribus, etiam anterioribus, cum hypotheca, vel ſine *q* donec de pretio, & ſua parte fuerit ſatisfactum. Et prædicta non habeant locum, quando dictæ beſtiæ ante dictum ſocedum factum, *r* perueniſſent à dicto ſocedario in dictum dantem in ſocedum.

SVMMARIVM.

1 *Pacta diuerſa ſub quibus dantur animalia ruſticis in ſocedum.*
2 *Quæ pacta ſint à iure approbata, & quæ improbata, vſque ad num. 7.*
7 *Socedum in quo differat à ſocietate.*
9 *Vbi pactum aliud non fiat, ſeruatur loci conſuetudo.*
10 *Qua actione agatur inter eos, vſque ad num 13.*
13 *In diuiſione illius ſocedi, deducitur primo capitale domini, & qualiter procedat.*
14 *Impenſa in beſtijs alendis, & ſuſtentandis qualiter pertineat ad dominum, vel ad ruſticum, vſq; ad num. 17.*
18 *Capitale à domino deducitur quoties beſtiæ datæ fuerint æſtimatæ, alias ſecus, & num ſeq.*
20 *Socedum elapſo quinquennio qualiter intelligatur tacite renouatum, vſq; ad num. 24.*
24 *Si beſtiæ ſint graſſæ, vt equi, boues etc. non tenetur dominus de impenſa in eis alendis, & num. ſeq.*
26 *Qualiter duret ſocedum, mortua vaccha, ſuperſtite vitulo.*
27 *Qualiter, & quando dicantur mortua, vel aliter deperdita animalia, culpa ruſtici, vel non, vſq; ad nu. 40.*
40 *Qualiter, & quando ruſticus, vel dominus teneantur de caſu fortuito in beſtijs contingente, vſq; ad nu. 45.*
45 *Qualiter dominus ſocedi præferatur cæteris creditoribus etiam anterioribus, & nu. ſeq.*
47 *Qua actione experiatur dominus contra ementem iſta animalia, & num. ſeq.*
49 *Caſus in quo dominus non habet priuilegium anterioritatis in ſocedo, & num. fin.*

a SI pactum] † Plura pacta animalium quæ dantur ru-
1 ſticis & colonis, not. Angel de Periglis, tract. Societ. 2. part. vbi recenſet ſex formas contractuum, Caſſan. in ſuis conſuet. Rubr. 4. §. 23. in textu, Deiner ſumaiger, numer. 56. cum ſequen.

b De iure non improbatum] † Pacta autem reprobata in-
2 ter ſocios, not. Petr. de Vbal. tracta. de duob. fratrib. 4. parte
3 principali, per totum. † Quando autem, & quibus pactis poſſit dari licite pecunia mercatori ad ſocietatem licitam, not. Didac. tract. var. reſol. cap. 2. col. 2. verſ. Prima conclu-
4 ſio, cum ſequen. libr. 3. † Pactum vnum in ſpecie hac animalium à iure improbatum, not. Petr. de Vbald. d. tracta. 5. parte princ. quæſt. 25. numer. 28. quando ſcilicet quis velit conſequi lucrum abſque damni periculo. † Aliud pactum illicitum, notat idem Petr. de Vbald. d. 5. parte, quæſt. 30.
5 num. 29. † Aliud not. Caſſan. d. comment. Rubr. 4. §. 23. in
6 textu, Deiner Sumaiger, in fine, in caſu 7. † Aliud traditur per Borgnin. deciſ. 44. num. 52. Quando per locatorem datur per boum ad Collaricum pro certa mercede annua æſtimatis bobus, ita quod ſi tẽpore finitæ locationis minus valent, dimidium damni ſentiat conductor, quia ſapit vſurariam prauitatem, vt ibi per eum.

c Inter ſocios fuerit] † Societas differt à ſocedo in hoc,
7 quia ſocietas vera non tranſit in hæredes, vt notat Oſaſc. deciſ. 76. num. 8. & deciſ. 150. nu. 1. niſi ſit pactum, vt tranſeat ad heredes. Secus in ſocedo, per tex. in l. actione, §. Morte, ff. pro ſoc. ita not. Petr. de Vbald. d. tract. 8. parte, quæſt. 20. num. 21. in princ.

d Illud ſeruetur] † Etiam quod portiones diuiſionis eius
8 ſint inæquales, vt notatur in l. Si paſcenda, per illum text. C. de pactis.

e Si vero ſine pacto ſocietas animalium celebretur] De iure communi vbi non ſit factum pactum aliquod ſeruatur conſuetudo, vt tradit Angel. de Periglis, tract. Societ. 2. part. 2. caſu, num. 18. & ad finem, num. 20. Petr. de Vbald. d. tract. 5. parte principali, quæſtione 24. num. 17. ad finem, verſicu.
9 Conſuetud. † Et tunc quando eſt dubium quæ ſocietas ſit inita, agitur præſcriptis verbis inter eos, vt not. Angel. de Periglis, d. loco, nu. 18. & nu. 20.

f Si oues in ſocedum datæ ſint] † Tunc quia ſocietas di-
10 citur inita expreſſe agitur pro ſocio inter eos, vt not. gl. fin.
11 in l. Si paſcenda, C. de pact. † Verum eſt quod ſocedum in hoc differt à ſocietate, cum hoc tranſeat ad hæredes, ſocietas autem non, ita Petr. de Vbald. d. tracta. 8. parte princip. quæſt. 20. numer. 21. in princ. Animalia autem ad ſigna cognoſcuntur, ita Marſ. tract. bannit. in verbo, Animalia, num. 10.

g De pretio earum] Quod ſcilicet valeant tempore ſocedi facti, at vendita dein fuerint.

h Et fœtuum earum] Qui ex eis naſcitur.

i Debet primo ſatisfieri domino] † Idem de iure commu-
12 ni quando hæc animalia minuta dantur æſtimata, per text. in l. Cũ duobus, §. Si in coeunda, ff. pro ſocio, not. Petr. de Vbald. d. tract. de duob. fratrib. 5. parte principali, quæſt. 24. num. 27. & quęſt. 26. nume. 39. verſic. Tertio dubitatur, idem in 8. parte, quæſt. 10. numer. 11. Rationem adducit d. Petr. de Vbald. d. quæſt. 24. idem notat Caſſan. d. Rubr. 4. §. 23. in princip. num. 66. verſ. Quarto caſu, Io. Papo ſuis conſuet. tit. de capitale beſtes, §. 553. in princ. Marſ. tracta. ban-
13 nit. in verbo, Animalia, num. 12. † Diſpoſitio huius Statuti, vt deducatur prius capitale, procedit ſiue beſtiæ deteriorentur, ſiue non; Ratio in promptu illa eſt, quia periculum earum, vbi non adſit culpa eius, qui tenet in ſocedum, eſt commune, quod idem de iure communi eſſe, not. Petr. de Vbald. d. tract. ſuo 8. parte, quæſt. 10. nu. 11. ad finem. Quod idem eſt ſi beſtiæ dictæ pereant, vt infra cauetur, in beſtijs

groſſis,

Digitized by Google

14 groſſis, ibi demortuæ fuerint, vt ibi dicetur. † Impenſa ſi
facta fuerit in eis ſuſtentandis ſi ſit modica pertinet ad ru-
ſticum, & eum qui habet in ſocedum, ſecus ſi ſit magna, vt
notat late Petr. de Vbald. d. tract. d. 5. parte, quęſt. 24. nu. 27.
15 verſic. Bene tamen faterer. † Declarando etiam niſi illa
animalia eſſent de groſſis, ex quorum opera fructus percipe-
retur, prout in equis, aſinis, & ſimilibus, quia impenſa etiam
magna tunc pertinet ad ruſticum, vt ibi declarat Petrus de
Vbald. d. verſ. Bene tamen faterer, ad finem. In hac reſtitu-
tione pretij capitalis domino dandi, niſi aliud conueniatur,
ſocedum habens dare tenetur tantum pecoris æſtimationẽ
ipſius capitalis, diuidendo dein reliquum fœtuum, per l. Si
16 paſcenda, vbi Scribentes, C. de pact. † Et in hoc eſt vtrique
fauorabilis licitatio, vt cauetur in textu, l. Ad officium, ad
finem, C. Commun. diuid. ita notat late Io. Papo, d. §. 553.
verſ. Hic aduerte.

k Et reliquum quod affuerit, communiter diuidatur] Hoc
idem de iure communi vbi dantur æſtimatę, quia pretium
æſtimationis earum prius deducitur, ita Petr. de Vbald. d.
17 tract. 8. parte princ. quæſt. 10. nu. 11. † Quando autem dan-
tur inæſtimatę in his beſtijs minutis, quę ſunt parui valoris,
& magni fructus, & laboris, ac expenſarum, quod debeat
diuidi æqualiter fœtus cum capitali, vel quod ſaltem maio-
rem partem fructuum habeat, qui eas tenet in ſocedum, quã
† Dominus earum arbitrio boni viri, notat Petr. de Vbald.
d. tract. parte 5. princ. quęſt. 24. num. 27. ad finem. Vbi atte-
18 ſtatur ſic ſeruari de conſuetudine in his partibus. † Am-
plia hęc ſi fuerint data in ſocedum ad quinquennium, &
lapſo quinquennio perſeueret ſocedarius in tenendo ea,
quod eo caſu tacito conſenſu cenſeatur renouatum ſoce-
dum illud, per textum in l. Item quęritur, §. Qui impleto,
ff. Locati, ita tenet Petr. de Vbald. d. tracta. 5. parte princip.
19 quęſt. 36. num. 39. † Pro quo autem tempore cenſeatur re-
nouata, an per quinquennium, vel pro anno tantum, late
20 diſcutit d. Petrus d. nume. 39. verſ. Secundo. † Vbi tandem
firmat, hoc relinquendum arbitrio boni viri, quod idem no-
21 tat in 11. parte principali, quæſt. 32. num. 102. † Quomo-
do autem eo caſu debeat fieri diuiſio, notat idem Petr. d. nu.
39. verſ. Tertio.

l Idem erit in beſtijs bouinis, equinis, aſininis, & porcinis]
22 † Vt ſcilicet pretium earum reſpectu capitalis prius de-
trahatur, & reliquum diuidatur æqualiter, ita Petrus d. 5.
parte, quæſtione 24. num. 27. & clarius dict. 8. parte, quęſtio-
23 ne 10. numer. 11. † Nec hoc caſu in diuiſione horum ani-
malium, & ſocedi, Dominus, qui dedit in ſocedum tenetur
ad aliquas impenſas factas in eis ſuſtinẽdis, niſi ſint magnę,
ita idem Petr. d. 8. parte, quęſt. 20. num. 21. & dicta 5. parte,
quęſtione 24. nume. 27. verſic. Bene tamen faterer, & ſupra
notatum.

m Sed ſi ante diſſolutam ſocietatẽ mortuę fuerint] † Quid
24 ſi moriatur vacca data in ſocedum remanente vitulo, ſoce-
dum durare debet in vitulo, notat gloſſ. in l. Si quod, in ver-
bo, Remanere, ff. Pro ſocio, ita etiam notat Petr. de Vbald.
d. 8. parte, quęſt. 21. num. 22. idem dicendum in alijs anima-
libus datis in ſocedum eadem ratione.

n Abſque culpa ſocij] † Nam ſi adſit culpa ſocij illius
25 ſcilicet, qui tenet in ſocedum, totum eius periculum erit,
ita notat Petr. de Bella pertica, in l. Si paſcenda, vbi etiam
26 Bald. num. 2. C. de pact. deciſ. Peruſ. 10. nume. 11. parte 1. †
Quod idem ſi ex culpa famuli, quia tenetur eius dominus,
vt notat eadem deciſ. ibi, num. 15. idem Bonacoſſ. tractat. de
27 ſeru. & famul. quęſt. 149. † Hoc autem procedit ſiue ſint da-
ta ęſtimata, ſiue inęſtimata, vt etiam notat Bald. d. l. Si pa-
ſcenda, num. 2. & late Petr. de Vbald. d. 8. parte, quæſtio. 20.
numero 21. verſicu. Si autem eſt paſtor, Papo d. ſuis com-
menc. tit. de capital. le beſtes, §. 554. vbi ad hoc allegat bonũ
30 text. in l. Si quis fundum, §. Celſus, ff. Locati. † Quando
autem dicatur adeſſe culpa paſtoris, vel eius, qui tenet ea in
ſocedum, ſi ea auferantur per armigeros, diſcutit Petr. d. 8.
31 part. q. 3. nu. 4. vt ibi per eum. † Animalia tamen deper-
dita per hoſtes, & poſtea recuperata per amicos, debent eo-
rum Dominis reſtitui gratias, ita Marſ. d. tract. bannit. in
32 verb. Animalia, num. 13. † Idem ſi à lupo fuere capta, &
33 ab eo ablata, vt ibi per eum, nu. 14. † Non tenetur tamen
cuſtos de culpa, vel mala cuſtodia, ſi dimiſerit cuſtos & ea
animalia, vt ſolebat ea fuerint deperdita, vt Marſ. in d. verb.
Animalia, nu. 8. Euerard. cent. mod. argument. loco ab vſi-
tato, col. 6. verſ. Ex iſto etiam infertur, Bonac. in quæſt.
crim. in verbo, De damno dato, verſ. Si cuſtos, Caroc. tract.
34 Locati, verſ. Boue in paleuis. † Non tenetur pariter ſtabu-
larius, qui recepta mercede recipit equos cuſtodiendos de
caſu, ſi trabis cecidit in ſtabulo, & vnum equum occidit, ni-
ſi culpa præceſſiſſet caſum, vt quia trabis eſſet marcidius e-
uidenter, Caroc. d. tract. Locat. verſ. Stabulis equorum.
35 † Culpam autem non euitat Paſtor, vel ſocedarius, ſi por-
tet Domino pelles beſtiarum mortuarum, niſi oſtendat ca-
ſu eas deceſſiſſe, ita Iaſ. in l. Quod te, num. 15. ff. Si cert. pet.
Boer. deciſ. 216. num. 2. Ægid. Tomat. de collect. verſ. Si ve-
ro, num. 7. ad fin. Marſil. tracta. bannit. in verbo, Carcerati,
num. 42. Io. de Arno, ſing. 31. Lupus de Ruuios in cap. per
veſtras, §. 11. verſi. Limita tamen, num. 12. De donat. inter
vir. & vxor. Ioſeph. Lud. concl. 14. verſ. Infertur 188. idem
Caroc. tract. Loca. verſ. Conuentione in tempore, Et hoc in-
tra tempus conuentum, vbi ſit conuentum de aliquo tem-
pore, idem Caroc. ibi, verſ. Caſibus & periculis, numer. 11.
36 † Quod autem debeat probare cuſtos, & caprarius caſum
fortuitum, & culpam abeſſe, not. Gomez. tract. contract. ca.
3. Locati, num. 22. verſ. Aduertendum tamen eſt, & verſ. Et
37 ſecundo, vbi adducit rationem. † Quilibet caprarius, cu-
ſtos, mechanicus, & artifex aſſerens ſe peritum, qui non ſit,
tenetur de imperitia, ita Caroc. d. tract. verſ. Varijs, nu. 9.
38 † Aliquis fecit foueam in terra, quam dein cooperuit, ſi in
eam cadat animal, vnde mortuus, ſit tenetur qui foueam fe-
cit domino animalis reficere damnum, ita not. Marſ. tract.
39 bannit. in verbo, Animalia, numer. 9. † Si animal in naui
perierit, an poſſit conductor conſequi eius naulum, diſtin-
guit quoſdam caſus, Caroc. d. tract. verſ. Ad leg. Rhodiam,
de iactu.

o Periculum commune erit]. † De iure communi idem
40 eſt, ſi datæ ſint æſtimatæ, vel aliter, abſq; culpa eius, qui eas
tenet, pereant vel deteriorentur, quia periculum eſt com-
mune, ita Petr. de Vbald. d. tract. 5. parte princ. quæſt. 24.
verſ. Merito, & part. 8. quæſt. 3. num. 4. & d. deciſ. Peruſ. 10.
num. 11. ad fin. Corſet. ſing. Mora, ad finem, Lupus d. cap.
Per veſtras, d. §. 12. verſ. Limita tamen, num. 11. De donat.
inter vir. & vxor. Vrſill. ad Afflict. deciſio. 150 num. 2. deciſ.
Peruſ. 10. num. 3. parte 1. Borgnin. deciſ. 37. num. 23. & de-
41 ciſ. 3. num. 7. & 8. parte 2. † Dominus pariter ſi det colono
boues æſtimatos, tunc non tenetur de caſu fortuito, ſecus ſi
dentur æſtimati ad habendum in libertatem, quia tunc æſti-
matio facit emptionem, ita Caroc. d. tractat. Locat. verſic.
42 Caſibus, & periculis. num. 22. † Si autem dati j ſint inæſti-
mati, periculum erit domino earum, qui retinuit dominiũ,
vbi pereant abſque culpa tenentis eas in ſocedum, vt not.
Petr. de Vbald. d. quæſt. 20. num. 21. verſ. Si autem eſt pa-
43 ſtor. † Niſi ſit conſuetudo in contarium, vt ibi per eum,
late idem not. diſtinguendo Brun. ſuo tract. ſuper conſtit. in
verbo, Periculum, idem Caſſan. d. ſuis conſuet. Rubr. 4. §.
44 23. in princ. nu. 56. Lup. d. §. 11. nu. 11. ad fin. † Mors autem
animalium qualiter probetur. not. ſignanter Bart. in l. 3. nu.
1. & 2. C. de priuileg. lib. 2.

p Potiorem eſſe in beſtiis, & earum fœtibus cæteris credito
45 ribus etiam anterioribus] † Hoc priuilegium videtur eſ-
ſe contra diſpoſitionem iuris communis, ex eo quod cum
ſit datæ hæ beſtiæ, & animalia æſtimata, & dominium tranſ
latum in tenentes in ſocedum, vt not. deciſio Peruſ. 10. num.
1. & 9. parte 1. Tunc etiam ſi extent dicta animalia, in eis
videtur pręferendus crediror anterior domino olim earum,
vt late notat Fanus tractat. pignor. 5. parte principali, 2.
46 particula, numero octauo, ampliatione 12. † Verum ratio
huius Statuti poteſt eſſe, quia licet ſint datæ æſtimatæ in te
nẽtem in ſocedum eas, tamen dominium nõ transfertur ple
ne in eum, cum in eis dicantur ambo ſocij, & periculum ſit
commune amborum, ſi hæ pereant, vel deteriorentur, vt no
tatum in verbo præcedenti. Imo contra auferentes ea ani-
malia, tanquam, quod res ſit communis, datur actio pro ſo-
cio domino ſocedi, per textum in l. Res communis, ff. pro
ſocio.

q Donec de pretio, & ſua parte fuerit ſatisfactum] † Hoc
47 caſu agit dominus dans in ſocedum contra ementem iſta a-
nimalia actione pro ſocio, ſi eſt partiarius, prout etiam agi
tur ea actione contra partiarium colonum, vt cauetur in l.
Si merces, §. vis maior, ad finem, ff. Locati, vbi Bart. ad finẽ.
& notat Iaſ. in §. Item Seruiana, num. 11. & 12. Inſtit. de
48 actio. † Vel agetur præſcriptis verbis actione, vbi non ſit
partiarius, ita notat gloſſa, in l. 3. in verbo, Penſionẽ, C. Lo-
cat. Idem in his terminis Napod. tit. 16. in quibus caſibus,
verſic. Si aliquis, in verbo, Animalia, ad finem, nu. 17 & ver-
ſicu. Pro debito, in verbo, Pro medietate, nu. 20. idem nota-
tur ex textu, l. Si tibi area, verſic. Si poſſeſſionem, ff De præ-
ſcript. verbis, Angel. etiam notat tract. de ſociet. in 2. parte,
num. 18. & ad finem.

r Perueniſſent à dicto ſocedario in dantem in ſocedum]
49 † Nam hoc caſu præferuntur creditores anteriores haben-
tes hy-

Digitized by Google

tes hypothecam anteriorem ante alienationem factam Domino huius ſoccedi, per l. Qui balneum, & l. Potior, in prin-
50 cip. ff. Qui potior. in pignor. habean. † Secus in creditoribus ſine hypotheca. & habentibus ſolum perſnnalem actionem, quia tunc actio perſonalis non ſequitur fundum, per l. finalem, §. finali, ff. De contrah. empt. not Alex. conſil. 92. nu. 7. vol. 1.

De parte aſsignanda filio emancipato. Cap. CCCCLXXXV.

a SI pater, *b* vel aſcendens *c* maſculus, *d* filium, *e* vel deſcendentem *f* emancipauerit, *g* partem debitam, iure naturę, *h* bonorum ſuorum, *i* et aſſignare *k* compellatur.

SVMMARIVM.

1. *Diſpoſitio huius ſtat. non procedit in matre, & nu ſeq. & nu. 4.*
3 *Hoc ſtatut. procedit in auo paterno, qui habet filium, & nepotem in poteſtate. & num 8.*
5 *Statut. hoc procedit etiam in filio legitimato, ſecus in ſpurijs, & naturalibus, vſque ad num. 8. & num. 14.*
9 *Pater, & filius non poſſunt cogi emancipare, vel emancipari. & num ſeq.*
11. *Pars iſta debita iure naturæ, appellatur legitima, & quæ ſit. vſque ad nu. 14.*
15 *Filius poſt mortem patris dicitur quaſi creditor in legitima. vſque ad num 18.*
18 *Ex quibus cauſis filius poſſit priuari legitima.*
20 *Legitima non debetur ijs qui non poſſunt ſuccedere ab inteſtato.*
21 *In quacunque prohibitione generali, non venit legitima.*
22 *In generali renunciatione non venit legitima.*
23 *Legitima debetur filijs libere, abſque aliquo grauamine, & numero ſeq.*
25 *Legitima illigitur deducto ære alieno.*
26 *Et debetur vna cum fructibus perceptis per hæredem.*
27 *Bona patris non ſunt hypothecata pro hac legitima, ſed pro ſupplemento legitimæ ſic.*
29 *In legitima imputatur quicquid conſequitur filius à patre quouis titulo, & quæ in cauſa non computentur. vſque ad nu. 53.*
53 *Legitima debetur filijs in rebus paternæ ſubſtantiæ, & qualiter illa deducatur, vſque ad num. 59.*
60 *Legitima debet relinqui filio titulo inſtitutionis, & duobus ſeq.*
63 *Bona aſſignata filio pro legitima non poſſunt per patrem alienari.*
64 *Legitima filio aſſignata in vita patris augetur ſi eius facultates augeantur, et num ſeq.*
66 *Legitima hæc non debetur iterum filio, ſi eam ludendo, vel aliter conſumpſerit.*
68 *Pro hac legitima poteſt filius propria auctoritate bona hæreditaria apprehendere.*
70 *In hac petitione admittitur libellus incertus.*
71 *De iure communi non tenetur pater viuens tradere filio legitimam, et vtrum virtute huius ſtatuti cogatur pater dare legitimam filio, quem inuitus emancipauerit, in caſibus comprehenſis ſup. in cap. 326. vſque ad num. 86.*
88 *Qualiter, et quibus caſibus filius poſſit reuocare alienata per patrem, vſque ad ſupplementum ſuæ legitimæ, et hoc tam in alienatis titulo oneroſo, quam etiam titulo lucratiuo; cum ampliationibus, et fallentijs, vſque ad num. 117.*
117 *Supplementum legitimæ, qua actione petatur.*
118 *Et quod debeatur filio ipſo iure.*
119 *Si filius nihil habeat à patre ex eius hæreditate præter legitimã; poterit omnia per patrem alienata vendicare, quia tunc nihil dicitur habere à patre, ſed à lege.*

a SI pater] † Non habet locum hæc diſpoſitio in matre,
1 cum loquatur in patre, ita in his terminis, cum tractetur de materia odioſa, notat Bald. l. Quicunque, nu. 15. C. De ſeru. fugit. Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 55. Ne filius pro patre, nu. 4. lib. 1. & Rubr. 40. de cudentibus falſam mone-
2 tam. Si quis patris, in princ. lib. 3. † Tanto magis cum fœmina non poſſit habere in poteſtate filium vel deſcendẽtẽ, textus eſt in §. finali, Inſtit. De patr. poteſtate.
b Vel aſcendens] † Hoc expreſſum in aſcendente in ca-
3 ſibus, in quibus pater eſt in medio, qui & ipſe eſt in poteſtate, nam tunc nepos, vel alius deſcendens inferior remanet in poteſtate aui paterni, quia pater non poteſt habere in poteſtate aliquem, quando eſt in poteſtate ipſe aliena, per text. in l. Sic eueniet, ff. ad leg. Iul. de adulter. notatur in § fin. Inſtit. De patr. poteſt.
c Maſculus] † Nam fœmina non poteſt habere filium, vel
4 deſcendentem in poteſtate, text. d. §. finali, vbi Scribentes, Inſtit. De patr. poteſta.
d Filium] † Procedit etiã in ſpurio legitimato, quia etiam
5 is poteſt petere legitimam, vt in his terminis not. Cott. ſuis
6 memorab. in verbo, Spurius legitimatus. † Alij autem naturales, vel ſpurij non habent nec poſſunt petere legitimam aliquam, not. late Gabr. Paleot. tract. de noth. & ſpurijs, cap.
7 54. † Ex quo non poſſunt ſuccedere ab inteſtato, Crauet. conſil. 11. num. 13. Soarez. ſuis communib. in verbo, Legitimatus.
e Vel deſcendentem] † Hoc dictum reſpectu aſcendentis,
8 quando pater eſt in medio, qui & ipſe ſit in poteſtate, vt ſupra notatum, in verbo, Vel aſcendens.
f Emancipauerit] † Sponte ſcilicet, nam inuitus non co-
9 gitur emancipare, nec etiam ipſe filius poteſt cogi vt emancipetur, niſi in certis caſibus notatis ſupra, cap. 326. Nullus
10 minor, in verbo, Poſſit, vbi late notatum, volum. 1. † Pater emancipationem perdit, & filius lucratur conſequendo libertatem, Ita notat Magon. deciſ. 17 Ideo in pręmium emãcipationis pater dimidiũ vſusfructus bonorum filij præſentium non futurorum lucratur, vt late notatum declarando, d. cap. 326. Nullus minor, in verbo, Emancipari, vol. 1. & infra dicetur etiam.
g Partem debitam iure naturæ] † Hæc quidem in iure ap-
11 pellatur legitima, vt not. Brun. tract. Statut. fœmin. exclud. artic. 1. quæſt. 1. num. 1. Menoch. conſil. 168. num. 4. volum. 2. Roland. à Valle, tract. de inuent. 5. parte, verſi. Dubitatio,
12 num. 10. † Et debetur legitima iure ciuili ſuadente iuri naturali coniunctum, ita Io. Hannib. in l. Poſt contractum, num. 56. ff. De donat. Caball. milleloquio 862. Legitima filiorum quę ſit hodie, notatur in Auth. De triente, & ſemiſſe, in prin-
13 cip. † Vbi autem filij ſunt vltra quatuor, eſt vnica ex duodecim bonorum patris deducto ære alieno, ita Burſat. con-
14 ſil. 132. nu. 4. volum. 2. † Legitima debetur legitimatis ſicut legitimis, vt notat Duen. tract. De arte teſtandi. tit. 3.
15 De liber. inſtituend. caut. 13. num. 6. † Filius poteſt mortem patris dicitur creditor, ſiue quaſi creditor pro hac legitima, cum legitima dicatur debita, ſeu quaſi. Roman. conſil.
16 277. nu. 3. † Et legitima eſt magis debita filio, quam patrono in bonis libertorum, Roland. à Valle, tract. de inuent. 5.
17 parte princ. verſic. Dubitatio, in princ. † ideo in ea non poteſt filius priuari à patribus, niſi ex cauſa, vt notat Tira-
18 quell. tract. De primogen. quæſt. 6. num. 21. † Cauſæ autem ex quibus filij poſſunt priuari legitima, notãtur in Au-
19 then. Vt cum, De appell. cognoſ. §. aliud quoque. † Legitimam hanc non ſolum habent filij in poteſtate patris, ſed etiam emancipati, quod idem eſt in alimentis, ita not. Aſcan.
20 Clement. tract. De patr. poteſta. cap. vltimo, num. 89. † Legitima non debetur his, qui non poſſunt ſuccedere ab inteſtato, Crauetta conſil. 11. num. 13. Soarez. ſuis communibus, in verbo, Legitima his, Gaſpar Caball. Milleloq. 472.
21 † In prohibitione quacunque generali alienationis non venit legitima, niſi ſit facta prohibitio ad tempus, vt not. Ducand. de arte teſtandi, titu. 8. De varijs, cautel. 2. numero 4.
22 † In generali renunciatione nunquam legitima includitur, Vrſill. ad Afflictum deciſ. 178. num. 2. late Gabriel ſuis cõmunibus, tit. de legitima, concluſ. 8. Declarando, vt per eum vbi late diſcutit Magonius, deciſ. 85. num. 8. cum ſequent.
23 † Legitima hęc debetur filio libere, & abſque aliquo gra-
24 uamine, ita notatur in lib 10. Communium, in verbo, † Legitimæ grauamen, & in verbo, Legitima non debetur, verſico. Quæ quidem legitima late diſcutit Gabriel ſuis communibus, d. tit. De legitima, concluſ. 1. declarando, vt per
25 eum, d. loco, Magon. deciſ. 85. num. 2. † Legitima hæc debetur ſolum deducto ære alieno, vt notat Rolan à Valle, tract. De inuent. 4. part. princip. verſic. Quid ſi pater, num. 1. ad finem, Arrius Pinell. in l. 1. 3. parte, num. 86. verſic. Frater enim, C. de bon. matern. Magonius d. deciſ. 85. num. 2. Ampliando, num. 4. & 5. Non etiam deducitur onus legatorum, vt idem Roland. ibi, num. 3. idem late in omnibus con-
26 firmat Magon. d. deciſ. 85. num. 2. & 3. † Legitima hæc poteſt peti poſt mortem patris vna cum fructibus perceptis per hęredem, etiam cum bona fide, prout notat Cotta ſuis
27 memorab. in verbo Legitima viuente, ad finem. † Pro hac legitima filij non ſunt bona patris hypothecata, Alex. conſil. 78. num. 5. vol. 3. dicit communem Puteus deciſ. 37. lib. 1. Michael Graff. ſuis communibus, in verbo, Filius & pater,
28 quæſt. 20. lib. 2. Gabr. d. loco, concl. 5. † Sed quod ſint hypothecata pro ſupplemento legitimæ, not. Caball. Milleloq. 811. late diſcutit Put. d. deciſ. 37. lib. 1. In legitimam imputatur quicquid conſequitur filius à patre quouis titu-
29 lo, ita Put. deciſ. 212. num. 1. lib. 3. † In filij legitimam non computantur, nec conferuntur cum fratribus poſt mortem

patris

Digitized by Google

patris liberi empti per patrem filio Doctori, vel qui com-
pleuit ſtudium, quia hi ſunt filij, & quaſi Caſtrenſe eius pe-
culium, ita not. Barbat. conſil. 37. num. 17. verſ. Non obſtat.
30 † Declarando, vt ibi per eum, niſi ſubeſſet magna inæqua-
litas iudicis arbitrio, vt per eum, num. 18. & 19. volum. 2.
31 † Expenſæ pariter per patrem factæ filio in ſtudio, & in eius
doctoratu nõ imputantur in legitimam filij, ita not. Barbat.
d. conſil. 37. num. 18. verſ. Sed cum quæritur, & nu. 19. & 20.
32 † Perueniens etiam ad filium ex ſubſtitutione in re particu
lari facta, etiã quod videatur peruenire mediante prouiſio-
ne teſtatoris, non imputatur filio in legitimam, ita Bart. in l.
in quartam, circa fin. vbi Iaſ. ff. ad leg. Falcid. per l. Scimus,
33 § Repletionem, C. de inoffic. teſtam. † Relicta præterea fi-
lio per patrem rei alienæ non computantur per filiũ in eius
legitimam, cum non ſit ex ſubſtantia patris teſtatoris, ita
Bald. in l. cum alienam, num. 11. C. de legat. Aret. l. Non am
34 plius, §. fin. ff. de leg. 1. † Donata pariter per patrem filio in-
ter viuos non computantur in legitimam filio illi, ita Guid.
Pap. ſing. 763. declarãdo vt per eum, & latius per Diaz. reg.
212. Donatio facta, Burſ. conſ. 178. nu. 17. volum. 2. Viuius
ſuis Communib. lib. 2. opin. 91. donatio ſimplex, Magonius
35 deciſ. 84. num. 27. † Donationes tamen factæ per patrem
filio morte confirmatæ imputantur in eius legitimam, ita
36 Roman. conſil. 277. nu. 2. † De his donationibus an com-
putentur in legitimam, notat relatiue Bertach. tract. gabell.
37 7. parte, numer. 45. † Donatio quoque facta ob non cau-
ſam neceſſariam filio non computatur in eius legitimam,
ita Menoch. conſil. 153. numer. 12. volum. 2. Burſat. conſil.
38 178. num. 11. volum. 2. † Quod idem in donatione facta
in præmium emancipationis, niſi adſit coniectura in contra-
rium, Bart. in l. Peto, in princip. num. 6. ad finem, ff. de leg. 2.
Bald. in l. Humanitatem, C. de impub. & aliis ſubſtit. Meno-
ch. d. conſilio 153. numero 15. Opiniones contrarias recitat
Magonius deciſio. 84. num. 21. vſque ad numerum 31. vbi
39 tenet imputari. † Tamen ſi exceſſerit modum legitimum
poterit à fratre reuocari. Pract. in forma libelli, quo agitur
40 pro donat. verſic. Ad dimittendum, num. 2. † Non etiam
imputantur in legitimam feudum, & emphyteuſis Eccleſia-
41 ſtica, vt notat Alciat. conſil. 573. num. 2. & 13. † Alias au-
tem ſi proueniunt à patre pro ſe, & liberis, vel pro ſe & hæ-
redibus, imputantur in legitimam, alias non, ſi proueniant
ab auo, ita Alexan. conſ. 8. nu. 6. cum addit. ibi vol. 3. Boſſ.
tit. De bonor. publica. num. 5. Clar. in §. feudum, quęſt. 6.
Burſat. conſ. 132. num. 9. cum ſequen. volum. 2. idem caue-
42 tur in lib. 6. Communium, in verbo, Feudum à patre. † Im-
putantur etiam in legitimam feuda, in quibus ſolus primo-
genitus ſuccedi, ita notat Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 24.
de ſucceſſ. nobil num. 75. lib. 3. idem Clarus d. §. Feudum,
43 quæſt. 46. in princip. † Bona etiam aduentitia filij non
computantur in eius legitimam, Marſil. tract. bannit. in ver
44 bo, Bona, nume. 68. † Principes ſi daret officium filio con-
templatione patris tenetur conferre fratribus, & in eius le-
gitimam imputare, ita notat Mart. Laud. tractat. De Prin-
45 cipe, quęſt. 328. † In legitimam etiam computantur con-
ſumpta per filium in ludo, Bald. in Authent. ex teſtamento,
num 4. C. de collat. Paris. de Put. tractat. De ludo, num. 55.
46 verſic. An filium. † Computatur etiam in legitimam da-
tum in dotem ab auo nepti in dubio vti profectitium, per l.
dedit dotem, vbi Bart. numer. 2. ff. de collat. Angel. in l. in
quartam, ad finem. vbi omnes Scribentes, ff. ad leg. Falcid.
Corn. conſil. 190. nu. 2. 3. & 4. volum. 2. Declarando vt per
eum. Alexand. conſil. 179. num. 2. cum ſequen. volum. 5. De-
47 ci. conſil. 81. num. 5. † Quam quidem opinionem origi-
nalem Cyni vti veriorem, not. Alciat. tract. præſumpt. 17.
48 num. 3. cum addit. ibi, † Declarãdo, niſi moreretur auus nõ-
dum reuerſa dote neptis ad patrem, quia adhuc duraret ma
trimonium, vt notatur in additio. ad Alciatum de præſum-
pt. 17. in litera B. de mente Aretini, & Ripæ. ibi relatorum.
49 † Hoc autem non procedit in alio dubio, quam in dote,
ita Alexand. conſilio 89. numero 6. & 7. cum ſequen. volu-
mine 3. vbi declarat alijs modis. Alciatus dict. præſumpt.
50 17. num. 1. & 2. † Non etiam computatur in legitimam
augmentum dotis, ſeu ſimplex donatio ab extraneo facta,
51 ita Burſatus conſilio 178. numero 18. vol. 2. † Niſi eſſet
data, & facta contemplatione filii, Menochius conſilio 153.
52 numero 10. volum. 2. † Quæ autem data ſunt in dotem
quando computentur in legitimam, notat Decius conſil. 81.
num. 8. late diſcutit Burſatus d. conſil. 178. num. 18. & 23.
vſque ad finem.

g Bonorum ſuorum] † Debetur eius legitima in rebus
53 Paternæ ſubſtantię, vt per Burſat. conſil. 132. nume. 9. vol. 2.
54 † Nec poteſt hæres ſoluere ſupplementum legitimæ in pe-
cunia numerata, Durand. de arte teſtandi, titu. tertio. de li-
ber. Inſtitut. cautel. 12. num. 1. idem cauetur libr 6. Com-
55 munium, in verbo, Filii debent. † Non eſt tamen danda,
nec aſſignanda filio in ſingulis corporibus bonorum patris,
vel aſcendentis, vt notatur in lib. 10. Communium, in ver-
bo, Legitima non debetur, verſicu. Legitima iſta detrahitur,
idem Gabriel ſuis cõmunibus, titulo, De legitima, conclu-
56 ſio. 3. † Nec etiam eam in vna re ſola poteſt eligere, vt
notat. idem Gabr. ibi concluſ. 4. Gaſpar Caball. in Millelo-
57 quio 465. declarando, vt per eum. † Nec etiam in rebus
58 legatis poteſt eligere, Gabriel dicto loco, cõcluſione 6. † Sed
dari debet in vna vel pluribus rebus arbitrio iudicis, Du-
rand. d. cautel. 12. numer. 12. Deci. conſil. 81. numer. 7. Pu-
teus deciſ. 37. numero 8. cum ſequen. lib. 1. Laurent. Kircho-
uius ſuis communibus, cent. 3. concluſ. 17. Legitima non
poteſt hæc quidem datur deducto ære alieno ſolo, non lega
59 tis, vt ſupra notatum, verbo præcedenti. † Prædia ne
diuidantur pro legitima pater poſt prouidere. Duran. d.
caut. 12. nu. 3.

h Ei aſſignare] † Diuiſio patris cum filiis eo viuente non va
60 let, ſed per modum aſſignationis poteſt fieri, vt not. Marſil.
61 Singul. 674. † Nimirum ſi ſtatutum hoc loquitur de aſſigna
62 tione fienda. † Legitima etiam quod detur in vita filio,
tamen tenetur pater in teſtamento aliquid relinquere, vt te
ſtamentum ſuſtineatur, ita notat Soarez. ibi verſic. Legitima
63 portio ſi in patris, verſicu. Memineris autem. † Quæ etiam
debet relinqui titulo inſtitutionis, Soarez. ibi, verſic. Legiti-
64 ma portio aut eius. † Bona aſſignata per patrem filio pro
alimentis, vel legitima, non poteſt dein per patrem alienari,
nec venit in generali obligatione bonorum, ita Marſil. tra-
65 ctat. bannit. in verbo, Bona, num. 60. † Aſſignata hac legi-
tima in vita patris iuxta debitam, quantitatem, ſi dein au-
ctæ ſint facultates patris, an ea debeat augeri, inſpecto tem-
pore mortis eius, prout regulariter inſpici debet ad eius cõ-
ſiderationem, notat Soci. iun. ſuis communib. in verbo, Legi-
tima ſolum, & Caſſaneus ſuis conſuetu. Rubrica 7. de ſuc-
ceſſ. §. 2. Du Treſpaſſe, num. 1. Roland. à Valle, conſil. 97. nu.
6. cum ſequen. volum. 2. Durand. de arte teſtan. tit. 8. De va
66 riis, caut. 6. num. 15. † Ampliando etiam ſi volens in vita
legitimam tradiderit pater, contra opin. Butrig. & Bald. ibi
67 per eum allegatorum, num. 6. & 7. † Limitando niſi pater
viuens feciſſet immenſam donationem, quia tunc inſpicien
dum tempus donationis, non mortis, vt per eum, num. 5. Li-
mitat. 4. opiniones contrarias notat Soarez. dict. commu-
nib. in verbo, Legitima portio ſi in patris, vbi tenet opinio-
nem iſtam, quod augeatur, niſi in contrarium cauerit filius.
Hanc opinionem, quod augeatur legitima auctis facultati-
bus inſpecto mortis patris tempore tenet etiam Alciat. con-
ſil. 317. num. 3. confirmat Didac. Couar. in cap. Raynutius,
§. 1. nu. 8. De teſtament. vbi dicit hanc communem; ſequi-
tur Menoch. tract. arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 149. num. 18. di-
ſcutitur late hic articulus in lib. 10. Communium, in ver-
bo, Legitima non debetur, verſic. Legitima ſufficiens, vbi
66 opiniones contrariæ deducuntur. † Aſſignatione hac facta
per patrem filio, ſi eam filius dein conſumpſerit ludendo, nõ
tenetur iterum pater eam erogare, ita not. Bald. in Authent.
Si captiui, ad finem cum addit. ibi. C. De Epiſcop. & cleric.
idem in l. Scimus, nu. 11. verſ. 1. C. de inoffic. teſtam. relati
ue Iaſ. §. Fuerat, nu. 137. Inſtit. de actio. Oſaſcus deciſ. 124.
67 num. 6. † Tenetur tamen etiam eo caſu ad alimenta tra-
denda, quæ nullo caſu tolluntur, ita Bald. d. l. Scimus, num.
11. ad finem, & Oſaſc. d. deciſ. 124. num. 8. cum ſequen. idem
cauetur in lib. 1. Communium, in verbo, Alimenta tenetur,
verſi. Vbicunque, verſi. Filius, Bonac. tract. de æquitate Ca-
68 nonica, concluſio. 2. verſicul. Etiam quod. † Pro legitima
quoque mortuo patre filius poteſt propria authoritate ap-
præhendere poſſeſſionem bonorum hæreditariorum pa-
ternorum de conſenſu hæredem, qui nondum appre-
hendere bona hæreditaria, ita notat Burſat. conſil. 9. num.
69 20. volum. 1. † Filius quoque in poteſtate poteſt dare ope-
ram literis patre ad expenſas obligato, ita Pinell. in l. 1. par
te 1. num. 55. verſic. Videmus, C. de bon. matern.

i Compellatur] Libellus generalis, & incertus procedit in
70 hac legitima petenda, Cotta ſuis memor. in verbo, Libellus
71 incertus. † De iure autem communi regulariter pater vi-
uens non tenetur tradere legitimam filio, per l. 1. §. Si impu-
bere. ff. de collat. bonor. Nellus tract. bannit. 2. par. 2. tempo-
ris, quæſt. 33. Afflict. in conſtit. regni, Rubric. 9. Vt pater, n.
13. ad finem, lib. 2. Alciat. 317. num. 2. Cotta ſuis memorab.
in verbo, Legitima viuente, & verb. Pater obligatus, verſic.
Sed quidem, idem Io. de Arn. dialog. 98. Caſſan. ſuis conſue
tud. Rubr. 7. Des ſucceſſ. §. 2. Du Treſpaſſe, nume. 2. & 3. vbi
adducit

Digitized by Google

adducit rationem Benintend.deciſ.89.num.1. Mynſing.obſeru.25.cent.4.Socin.reg.38. Pater viuente,Duen.reg.356. Filio in vita,Gigas tractat.de crimine læſæ Maieſt.li.2. Rubr.de pœn.committ quæſt.9.Rol.à Valle conſ.97.num.4.& 5.uolum.2. Oſaſc.deciſ.122.num.15. Soarez ſuis communibus,lib.2.Filius,& pater,q.19.Menoch.conſil.77.num.6. volum.1.Aſcan.clem.tract.de patria poteſtate, cap.6.Effectu 16.num.56.cauetur,in lib.7.Communium,in verbo,Le
72 gitima non debetur,deciſ. Peruſ.11.nu.24.par.1.† Illa eſt ratio potiſſimum, quia viuente patre nullum ius debetur filio in bonis patris,ita not.Marſ.tract.bannit.in verbo,Bona,num.15.idem notat Camill.Galli.tract.de verb.ſignific.
73 lib.7.cap.15.num.2. † Quæ quidem concluſio procedit etiam in caſibus, in quibus pater cogitur filium emancipare,vt notat Bald.in l.Non ſolum,in princ. ff.de adopt.in ca. In præſentia,colum.penult.num.56.verſic Et circa prædicta,de probat.Alciat.conſ.127.num.2. Ferrat.caut.25.nu.
74 5.†Et certe cum filiusfamilias per emancipationem hanc cõſequatur beneficium & liberationem à patre, & è conuerſo pater perdat ius amittendo patriam poteſtatem, vt tradit Alex.conſil.21.num.9.volum.3.& Tiraquel.in l.Si vnquã, in verbo,Donatione largitus,nu.146.C.de reuoc.donat.non deberet hoc etiam grauamen patri addi contra diſpoſitionẽ
75 iuris communis.† Imò etiam de iure communi,quod plus eſt,in præmium emancipationis deberetur potius patri dimidium vſusfructus bonorum filij, & ſi quid tempore emãcipationis pater filio det,dicitur mera donatio,quæ confertur cum alijs fratribus,vt not. Alc.conſ.78.in princip.& Tiraquell.in d.l.Si vnquam,d.verbo, Donatione largitus, nu-
76 mero 146 & 147. †Qui tamen vſusfructus dicitur tantum in bonis præſentibus filij,non futuris, vt not. Roma.ſingul. 309.cum addit ibi,& notat Iaſ.in Authent. ingreſſi, ad fin.
77 C.de ſacroſ.Eccleſia,& in l.finali,nu.28.C.de pactis. †Qui etiam vſusfructus non datur patri,vbi cogatur filium emãcipare,vt notat Iaſ.in d.Authent. Ingreſſi,ad finem. Addi-
78 tio ad Romanum d Sing.309. † Imò dictis caſibus tenetur pater reſtituere filio omnia etiam bona materna, dotalia & non dotalia,vt not.Cumanus conſ.83.nu.3. Cœpoll.conſ.
79 115.num.3.† Quibus autem caſibus cogatur pater emancipare filium,notatum ſupra,cap.326. Nullus minor,in ver
80 bo,Poſſit,volum.1.† Propterea valde dubito, an diſpoſitio huius Statuti intelligatur,quando volens volentem emancipauerit,vel etiam quando volens, vel inuitus volentem in caſibus notatis,& à iure promiſſis,de quibus in d.capi.326. Nullus minor,volum.1. Verum ex quo Statutum hoc indiſtincte loquitur,eſt etiam indiſtincte intelligendum,vulg.l.
81 de pretio.ff.de publicia. †Hęc autem concluſio, quod pater non teneatur viuens tradere filio legitimam procedit,etiam ſi filius fuerit bannitus,uel fori iudicatus, vt not. Alexand. conſ.75.num.9.vol.1. Afflict.in conſtit.Regni,Rubr.9.nu. 4.lib.2.idem notat Duen.d.reg.356.Filio in uita,uerſ. Ampliã ſecundo. Limitando ut per eũ,idem not. Aſcan.Clem. tract.de patr.poteſt cap.6.Effectu 16. nume.59. Declaratur autem multis modis hęc concluſio, quod pater nõ teneatur
82 viuens tradere legitimam † Primo quod licet non cogatur, tamen volens poteſt eam aſſignare, & tenet talis aſſignatio, ita not.Ferran.Louaces,in l.Filiusfamilias § Diui.num.75.
83 ff.de leg.1. † Secundo limitatur hęc concluſio,ut non procedat de ęquitate canonica, ſi pater ingrediatur religionẽ, ita notat Bald.Nouel.tract.De dote 3.parte nume.11.Caſſan.d.Rubr.7.§.2.in textu,Du Treſpaſſe,nu.5. limit.4.Cotta ſuis memorabil.in verbo Legitima uiuente,uerſ. Quid ſi, Petrus Geraldi,Sing.195.Soc.iun.conſ.51.num.6. & 7.vol. 1.diſcutit late hunc articulum Didac. Couarr.tract. de Teſtam.cap.2 num.7.Corſet.ſuo Singul. in uerbo,Legitima, Duen.regula prædicta 356. Filio, limitat.6. idem notatur in lib.6.Communium,in uerbo, Filius patre monacho,idẽ in libro 10.Communium,in uerbo, Legitima non debetur, uerſ.Limitatur ſecundo,idem Aſcan.Clem.d.tract.de patr. poteſt.cap.ultimo,nu.77.Bonac.tract. de æquitate canoni
84 ca, concluſ.20. † Quod quidem ampliatur habere locum etiam in qualiber alia morte ciuili patris; quod compelli poſſit ad aſſignandam,& tradendam legitimam, ita not.Ro
85 land.à Valle,d.conſ.97.num.39 uol.2. † Tertio non habet locum hęc concluſio,quãdo pater diſſipat bona, quia tunc cogitur tradere filio legitimam,Bart.in l.2.§.quid ſi patris, num.8.& 9.ff.ſolut.matrim.Bald.in l.2.ff.ſi quid,in fraud. patr.& in l.1.quæſt.4.num.8.C.de inoffic.donat. Alex. in l.Imperator,num.13.ff ad Trebell.Socin.reg.355. pater viuente,fallentia 1.idem notatur in addit.ad Afflict.d.rubric. 9.vt pater,num.3 in litera D. lib.2. Caſſan.idem notat ſub dubio,vbi allegat Baldum ſibi contrarium in d.rubr.7.§.2.

in text.Du Treſpaſſe,num.4.& 5.verſ.tenendo ergo. Hanc vti æquiorem contrarium allegando, notat Duen.d.regu. 356.filio in vita,uerſic. amplia primo, Vrſill. ad Afflict.deciſ.393.num.1.verſ.imo ego plus,Aſcan.Clement.d.tract cap.6.effectu 16.num 61.Soarez ſuis communibus, in verbo,filiusfamilias patre,Virg.Boccat. in conſtitut.Marchiæ,
86 gloſſa 9 num.4. † Sicut etiam cogi poteſt in caſu dilapidationis aſſignare aliquid filio pro alimentis, & legitima, quæ non poſſint alienari à filio, ita Iaſ. in §.item ſi quis in fraudem,il primo,nu.4.Inſtit. de act. Soarez.d.communibus,in uerbo,filiusfamilias patrem, Sebaſt. Monticul.tract. de inuentario,cap.10.num.141.Ant. Pinell.in l.1.3.parte,
88 num.75.C.de bon. matern. † Imò etiam iure permittente,& ſuadente ſi pater titulo oneroſo alienet bona in fraudẽ filij poterunt reuocari vſque ad legitimam ſecundum notata per Piccum in l.poſt contractum, num.24 & 31.ff.de do-
89 nat.idem not.Didac.in cap.Raynutius.§.10.num.9.†Hanc etiam opinionem, quod poſſit reuocare vſque ad legitimã alienata in fraudem filius,not.Roland.à Valle,conſ.97.nu. 27.cum ſeq.vol.2 Menoch.tract.recuper.remed.9.nu.173.
90 Bonac.tract.de æquitate canonica, concluſ.117. † Quod quidem indubitate procedit, vbi alienentur titulo lucratiuo,& gratuito,ut not.idem Roland. d.conſ.97.numero 28.
91 †Non ſi titulo oneroſo,quia tunc videtur patrem poſſe priuare filium legitima,dando alicui bona ſua titulo venditionis recepto pretio,uel ex alia cauſa oneroſa in aliũ ea transferendo,vt notat de communi Caball. milleloq.82.num.1. & 2 Duran.tract.de arte teſtan.titulo 3.de liber. inſtituen.
92 caut.17.num.4 † Vnde dat remedium ad euitandam illam cautelam,quod filij proponant eo caſu querelam inofficioſæ donationis,& reuocent d.alienationem, quatenus bona nõ ſint uendita iuſto pretio, uel cauſa ob quam ſunt in aliũ translata,non mereatur, quãta eſt in ęſtimatione bonorum alienatorum. Id enim quod pretium receptum, uel merita excedit,uidetur donatum, & reuocabile eſt,not. Caball.de
93 milleloq.82.nu.3.†Reuocatur etiam ſi titulo oneroſo,ubi non apparet de ſolutione pretij, uel de cauſa ob quam bona ſint data,ſi aliter non conſtaret,niſi per cõfeſſionem par-
94 tium,ut ibi Durans,num.5. † Quod idem quod confeſſio patris non teneat in præiudicium legitimę filij,not.Ioſeph. Lud.ſuis communibus,concl.14.uerſ.30. idem notatur per Caball.d milleloq.82.num.4.Lancell.Gallia in conſuetud. Alex.item quod maritus,in uerbo,uirgini,quæſt.8.num.18. & 22.Ampliando etiam ſi in confeſſione dicat pater id feciſſe pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, ut ibi per eum,nu.
95 27. † Ampliatur ſecundo,etiam ſi ea confeſſio ſit geminata,ut ibi per Gall.num.28 † Ampliatur tertio etiam ſi per-
96 ſona huius patris ſit grauis,ut ibid.num.16. † Ampliatur quarto etiam ſi ea confeſſio ſit emanata cũ iuramento, Gallia.ibi,nu.30.cum declaratione ibi tradita,quod idem not.
97 Oſaſc.deciſ.172 num.14 †Quod autem filius admittatur ſolum ad reuocandum alienata per patrem titulo donationis, non ſi titulo oneroſo,licet in patrono reuocẽtur etiam alienata titulo oneroſo, not.Ioan.Hannib. l.poſt contractum, num.54.ff.de donat.& Caball.d milleloq.82.part.1.nu.1. & 2.Pinell.in d.l.1.3.par.nu 76.licet ipſe teneat idem eſſe in filio reuocante alienata titulo oneroſo, Pinell. d.nu.76.
98 & 77.Vbi declarat, cum num.ſeq. & notat dari hanc reuocationem contra acquirentem titulo oneroſo,quando is acquirens participauit de fraude,Cabal.ibi,nume.5. uſque ad
99 fin. idem not.Io.Hannib.d.l poſt contractum,nu.55. † Tenendo illam opinionem,quod non poſſint reuocari alienata per patrem titulo oneroſo iuſto pretio, uel ex alia cauſa impleta,idque legitime comprobetur, datur remedium etiam filio,quod agat Caluiſiana, uel Fauiana actione ad reuocationem hanc,ita not.ſub dubio tamen,Durans,d.caut.17.
100 num.6. † Hanc tamen reuocationem alienatorum in fraudem per patrem non poteſt facere filius uiuente patre, Rol.
101 à Vall.d.conſ.97 num.36.† Quando autem dicatur facta in
102 fraudem,not.Menoch.d.remed.9 nu.181.† Quę concluſio, ut poſsint reuocari alienata uſque ad legitimam, habet locum etiam ſi pater conſumpſerit ludendo, ita Barb. conſil. 66.num.5.uol.3.Iaſ.d.§.item ſi quis in fraudem, il primo, num.3.& 4.idem ſub dubio tamen Caſſan. d. §.2.in text.du treſpaſſe,num.5.limit.2.idem Menoch.ibi,num.173.declarando,ut per Didac.d.cap.Raynutius.§.10.nu.9. idem notat eſſe de ęquitate Alciat in l.poſt contractum, num.37.ff.
103 de donat.† Quod tanto magis habet locum,ſi ſit amiſſum in ludo illicito,Bald.in l.1.in fin.C.ſi quid in fraud. refert ſequendo Ang.tract maleſ.in uerbo,mentitore, nu.13.ad fin. Pariſ.de Puteo,tract.de ludo, nu.52. ubi reprobat opinionẽ cuiuſdam diſtinguentis,an pater eſſet ſolitus ludere, uel ne,

idem

Digitized by Google

idem not. Maluetus, tract. de ſortibus, 2. parte, num. 7. idem
de ludo illicito notat Piccus, d. l. poſt contractum, num. 4.
105 & 34. † Hæc autem dilapidatio quod fiat à patre non pro-
batur per famam ſolam, ita Alex. conſ. 72. num. 9. volum. 1.
106 † Quarto principaliter limitatur non procedere etiam con-
cluſionem in filiofamilias Iudæo facto Chriſtiano, quia ſta-
tim legitimam etiam à patre viuente poteſt petere, cum libe
retur à patria poteſtate, ita Duen. reg. 356. limitatione 1.
Vrſill. ad Afflict. deciſio. 81. nume. 20. idem cauetur in lib.
10. communium, in verbo, legitima non debetur, verſic. limi
107 tantur ad interpretationem præmiſſa concluſio. † Quinto
limitatur hæc concluſio, vt non procedat ſi filiusfamil. in-
grediatur religioné monaſteij præcipue inopis, prout not.
Bald. Nouell. tract. de dote, 1. parte, num. 11. refert ſequen-
do Corta ſuis memor. in verbo, legitima, verſ. quid autem.
108 † Sexto ceſſat hęc concluſio, vbi ex ſtatuto diſponeretur pa-
trem pro delicto filii teneri tradere legitimam, Caſſan. d. ru
br. 7. §. ſecundo, in tex. du treſpaſſe, nume. 5. limitatio. 5.
109 † Quod caſu an ſit inſpiciendæ facultates patris tunc tem-
poris, vel tempore mortis, notat idem Caſſan. ibi remiſſiue.
† Septimo declaratur nõ procedere hãc concluſionem, vbi
pater ſponte velit tradere aliquid pro legitima, ita Dué. d.
110 reg. 359. limitatione 5. † Octauo non procedit hæc con-
cluſio in alimentis, quia cogitur pater etiam viuens ea dare
filio, qui non vult cum eo habitare, Duen. ibi, verſic. quarto
fallit, idem prius Napod. in cõſuet. Neapol. tit. 8. de alimét.
111 præſt. in princ. in verbo, 9 num. 2. † Quæ quidem alimen-
ta etiam patre viuente conſequitur filius contra poſſeſſores
bonorum, ita not. Duran d. tit. 3. de arte teſtan. caut. 17. nu.
112 7. † Hæc quidem alimenta tenetur dare pater etiam quod
ei viuens tradiderit legitimam, quã filius conſumpſerit etiã
ex leui culpa, non lata, vel dolo, ita Ruin. cõſil. 144. nu. 14. &
113 17. † Quæ tamen alimenta non præſtat pater filio, quan-
do pater non habet pro vſu ſuo, vt not. Gallia. d. cõſuet. Gal
114 liæ, in verb. ſolidos, quæſt. 6. num. 139. & 140. † In caſi-
bus autem in quibus pater tenetur præſtare, de menſe, in
menſem erogare tenetur, ita Bald. in l. non poteſt, verſ. ſed
115 nunquid tenetur, ff. de adopt. † Dantur autem ei alimenta
cibi, potus, veſtimenta, habitationes, lecti, & alia, ſine qui-
bus homo viuere non poteſt, Duran. d. caut. 17. num. 7. verſ.
& hoc remedio, late notatum ſupra, cap. 352. mulier, in ver-
116 bo, ſecundum facultatem, vol. 1. † Tertio non procedit hęc
concluſio in dote, quia eam tenetur præſtare pater viuens
omni caſu, quo filia eſt nubilis, Duen. d. reg. 356. limit. 3.
117 † Legitimæ ſupplementum vbi filius aliquid habuerit, pe-
titur titulo cõdictionis ex lege, vt per Caſſan. d. § 2. in verb.
118 du treſpaſſe, num. 1. verſ. & in ſupplementum. † Supplemé-
tum legitimæ debetur filio ipſo iure, ſi tamen declarauerit
ſuam voluntatem, & tunc fructus veniunt à die mortis teſta
119 toris, non declarationis, ita Beninten. deciſ. 37. num. 5. † Fi-
lius ſi ex hæreditate patris non habeat præter legitimam,
poterit totam rem ſuam à patre alienatam uendicare, quia
tunc legitimam à lege, non à patre habet, ita Pinell. l. 1. 3.
par. nu. 8. uerſ. ego autem, C. de bon. mater.

De rebus donatis per maritum, ſeu contemplatione mariti vxori, ſeu ſponſæ. Cap. CCCCLXXXVI.

STatuitur addendo ad ſtatutum poſitum ſub Rubrica generali de ſucceſſionibus ab inteſtato, *a* quod incipit; Si aliqua ex rebus ſponſalitiis, ſeu paraphernalibus, & cætera, quod diſpoſita in dicto ſtatuto habeant etiam locum *b* in rebus datis, vel donatis *c* vxori, *d* vel ſponſæ per maritum, *e* vel per alium contemplatione ipſius mariti, ſiue ante conſummatum matrimonium, ſiue poſt.

a QVod incipit; Si aliqua ex rebus] Eſt cap. 294. ſi aliqua, volum. 1.

b In rebus datis, vel donatis] Licet non ſint ſponſalitia, vel paraphernalia.

c Vxori] Poteſt matrimonium conſummatum, vt infra explicatur.

d Sponſa] Nondum matrimonio conſummato, quia tunc dicitur ſponſa, vt notatum late ſupra cap. 298. Maritus, in verbo, vxore, vol. 1.

e Vel alium] Veluti affines mariti, vt notatum ſup. cap. 291. ſi maritus, vol. 1.

RVBRICA GENERALIS de redhibitione animalium.

De redhibitione equorum. Cap. CCCCLXXXVII.

a REdhibitio *b* equorum *c* fieri poſſit, & debeat, *d* ſi equus fuerit *e* orbus, *f* vel desfilatus, *g* vel bulſus, *h* vel morbum commorbij habuerit, *i* & non in aliis caſibus, *k* niſi ſit pactum. Et prædicta habeant locum, *l* ſi emptor, *m* vel acquiſitor *n* recurſum habuerit ad iudicem, *o* aut denuntiauerit *p* venditori, *q* vel alienatori, *r* infra quindecim dies, *ſ* à die talis alienationis. *t* Redhibeantur porci gramegnoſi, *u* boues *x* morboſi, *y* & oues marcidæ, ſiue morboſæ, ſi inter alienatum, & acquiſitorem, *z* quæſtio morbi, vel defectus fuerit, *aa* nec teſtibus, *bb* aut aliis legitimis argumentis probetur, *cc* ſacramento *dd* alienatoris *ee* negantis, quod beſtia erat morboſa vel defectuoſa tempore alienationis *ff* ſtetur. Quæcunque dicta ſunt in equis, *gg* habeant etiam locum in mulis, & aſinis.

SVMMARIVM.

1 *Redhibitio quid ſit. num. 1.*
2 *Vendita equa venit pullus, qui eſt in vtero, & quid lucretur famulus, vſque ad num. 5.*
5 *Qualiter hic equus dignoſcatur; & quid detur redhibitiō pro re etiam vili. num. ſeq.*
7 *Duobus animalibus venditis, vno morboſo ambo veniunt redhibendi, vſque ad num. 11.*
11 *Quæ actio competat in caſu redhibitionis, & ad quid. vſque ad num 25.*
25 *Hæc actio datur etiam pro contractu feudali, & emphyteotico.*
26 *Conductionibus non competit hæc redhibitio.*
27 *Hæc actio datur contra hæredes, & contra plures venditores in ſolidum, & quomodo, vſque ad num. 30.*
30 *Libellus qualiter formetur.*
31 *Ad quid competat hæc actio etiam de iure communi, & ad quid teneatur venditor, vſque ad num 45.*
45 *Hæc actio procedit etiam in morbo incidenti ſtatim poſt venditionem.*
46 *Quid ſit in morbo, & alio defectu manifeſto, & num ſeq.*
49 *Quid ſit morbus commorbij &c.*
50 *Procedit diſpoſitio huius Stat. ſiue venditor ſciuerit animal morboſum, ſiue non, vſque ad num 60.*
60 *Redhibitio hæc non procedit in caſibus hic non expreſſis, vſq; ad numer. 65.*
65 *In alijs procedit actio quanti minoris. vſque ad num 69.*
66 *Venditor non tenetur de vitijs animi; niſi expreſſe promiſerit. vſque ad num. 72.*
72 *Vendens equum pro vno ſacco d'oſſi, ſciens eum morboſum tenetur nihilominus, vſque ad num. 76.*
76 *Hoc beneficium datur etiam hæredi, non autẽ ſingulari ſucceſſori.*
77 *Hoc beneficium procedit etiam in alijs contractibus ſimilibus venditioni, non tamen in donatione & num. ſeq.*
79 *Dies hic notati ſunt continui & num. ſeq.*
81 *Statuti huius diſpoſitio eſt correctoria iuris communis, & nõ extendenda, vſque ad num. 88.*
88 *Tempus hoc à Stat. præfixum, poteſt de partium conſenſu prorogari.*
89 *Procedit etiam in alienante cum mala fide.*
90 *Currit etiam minori abſque ſpe reſtitutionis.*
91 *Quibus non currat, & num ſeq.*
94 *Actio hæc perpetuatur per ſolam exceptionem. & num. ſeq.*
96 *Tempus hoc quando incipiat currere, vſque ad num. 100.*
100 *In quo differat morbus à vitio, vſque ad num. 104.*
104 *Equalibus vtrinque probationibus, qualiter procedatur.*
105 *Qualiter, & quibus argumentis probetur animal eſſe morboſum. vſque ad num. fin.*

a REdhibitio] † Redhibitio eſt venditionis reſolutio, l.
1 Pomponius, §. præterea, ff. de acquir. poſſeſſ. not. Fab.
de Mont. tract. de empt & vend. 6. parte princ. nu. 60. verſ.
eſt autem, & dicitur in priſtinum reſolutio, l. facta, vbi Cœ-
poll. ff. de ædilit. edict.
b Equorum] † Equa vendita cenſetur venditus pullus,
2 qui eſt in vtero, ita gloſſ. fina. in l. quæ pater, ff. famil. erciſc.
3 † Et pro equo vendito ſcutifer, vel famulus venditoris po-
teſt petere aliquid pro capiſtro, ita Petr. Rauen. ſing. 668.
4 † Et quod poſſit conſequi uſque ad aureum, not. Iaſ. in §.
actio-

Digitized by Google

5 actionum,num.62.Inſtit.de actio. † Equus vtrum ille, ſit
qui fuit venditus dignoſcitur ex ſignis,vt in ſimili not.Petr.
6 Rauen. ſing.692. † Redhibitio hæc datur etiam pro re vi-
li.ita Tiraquell.tract.de iudic.in exiguis,verſi.94.verſi.ter-
tius,in l.ſi tamen.Tamen non datur pro re minima, Tira-
7 quell.d.tract.verſic.10. eſt textus. † Si ex duobus equis
venditis ſimul,vnus ſit in caſu redhibitionis,quod etiam al-
ter ſit in caſu pariter redhibitionis, & ſic etiam in bobus,
notatur in l.cum eiſdem,& in l.ædiles,in princip.& §.ſi iu-
8 menta,ff.de ædilit.edict. † Quod procedit tam fauore em-
ptoris,quam venditoris,vt omnes ſimul redhibeantur, ita
not.tex.in l.ædiles,§.cum autem,ff.de ædilit.edict.declarã-
9 do,vt per Cœpoll.in l.ſi plura,num.3.ff.eodem. † Quod
idem in duobus mancipiis venditi eodem prætio, & ſimul,
quod ſi vnum ſit morboſum, quod ambo poſſint redhiberi,
10 not. Tiraq.tract.retract.lignag.§.23. gl.1.nu.2. † Idem ſi
fuerint plures emptores equorum plurium eiuſdem officij,
vt notat ſignanter Cœpoll.in l.cum eiſdem,num.13.vſque
ad fin.ff.eod.tit.
c Fieri poſſit,& debeat] † Qua actione de iure commu-
11 ni agatur pro equo,& animali morboſo,vel vitioſo? Quod
triplex actio detur,ſi agatur de animali morboſo, videlicet
redhibitoria,quanti minoris, & ex empto, vt notat Bald.
conſ.499.nume.1.vol.5. Cœpoll.in rubr.ff.de ædilit.edict.
12 num.14.& 15.Mantua ſing.250. † Si autem agatur ſolum
de animali vitioſo,non autem morboſo,datur quanto mino
ris,& ex empto actio,non redhibitoria, per text.in l.quod
ſi nolit,§.ſi quis in tantum ff.de ædilit.edict.notat Aret.in
§ in duplum,nume.11.verſic.ſed quanto minoris, Inſtit.de
13 actio. † Nam actio redhibitoria datur ad reſolutionem
venditionis,vt ſupra notatum, aliæ autem duæ quanti mi-
noris, & ex empto dantur ad intereſſe, notat Bald.d.conſ.
499.num.1. volum.5. Aret.d.§.in duplum, volum.5.Fab.de
Monte d.tract. de emp.& vend.6.par.princ.nu.59. Aret.
14 d.§.in duplum, num.7. † Quomodo autem differant ani-
15 mal morboſum,& vitioſum, infra dicetur. † Nam omne
morboſum eſt vitioſum,non autem omne vitioſum eſt mor
16 boſum,vt notat Papo.in ſuis conſuet.§.87. † Actio au-
tem redhibitoria de iure communi datur emptori per actio-
nem ex empto in quatuor caſibus, ita Viuius,lib. 2.com-
17 munium, opinio.2.verſic.&.conceditur. † Durat autem
per ſex menſes vtiles,quanti minoris autem per annum vti
lem à die venditionis,per tex.in l.ſciendum, § finali, & l.
ædiles aiunt,in 1.reſponſo.ff.de ædil edict. late not.Aret.d.
§ in duplum,nu.10.verſi.quæro qua actione. Inſtit.de actio
nib.Io Papo.d.§.87.circa fin.Rebuff.trac.de reſciſ.contract.
18 in præfat.num.50. † Annus pariter datur in morbo ſacro,
ita Menoch.tract. arbitr.in lib.2.cent. 1.caſu 50.nume.5.
19 † Ex empto autem actio debet terminari prout actio quan-
20 ti minoris, vt ibi per eos. † An autem poſſint hæ actiones
cumulari,diſtinguit Cæpoll.in l.ſciendum,§.dictum,num.
21 12 ff.eod.tit. † Et ſi actum ſit ex vna, an poſſit ex alia quis
condemnari,notat Cœpol.in l.bonem,§.aliquando,num.4.
ff.eod.tit. † Succumbens autem in actione redhibitoria
utrum poſſit intentare actionem quanti minoris, diſtinguit
Cœpoll.de mente Raphaelis,in l.ſi homine, §.non nocebit,
ad fin. ff.eod. tit.Quod autem poſſit redire ad actionem
quanto minoris,notat Cotta, in verb. actio redhibitoria,
verſ.ſed pone,& verb.ſtatuto, vel decreto Mediolani caue-
tur,verſ.imo fortius, Cremenſ.ſing.165.cum addit.ibi per
Sayranam, idem è contra, ita Fran. Cremenſ.ſing.160.
† Quod etiam poſt omne tempus detur actio ad intereſſe,
22 not. Viuius lib.2.commun.opin.2.ad fin. † Quando autem
quis egit redhibitoria pro vno vitio, vtrum ſibi præiudicet
ſi ſibi non reſeruet ius pro alio vitio,vbi appareret,vt poſ-
ſit iterum agere,notat Cœpoll.in l.cum redhibitoria, num.
1.ff.eod.tit. Maranta ſuo Spec.4.parte princ.diſtinct.1.nu.
23 18. † Actum autem ſi ſit actione quanto minoris, & proba-
tum ſit nullius momenti eſſe venditum mancipium, iudican-
dum ac ſi actum eſſet redhibitoria actione,ita Pinell.in l.2.
24 3.par.cap.3.num.33.de reſcind.vend. † Vltra has actio-
nes ſi venditor atteſtetur animal venditum eſſe bonum,non
autem morboſum,aduerſus eum competit actio de dolo,&
in ea poterit iurari in litem, ita Plot.in l.ſi quando,num.
25 670.C.vnde vi. † Actio redhibitoria vtilis competit feu-
datario,& emphyteutæ pro contractu emphyteutico, vel
feudali, Cotta ſuis memor.in verbo actio redhibitoria.
26 † Conductores non poſſunt agere actione redhibitoria, vel
quanto minoris,niſi in locatione ad longum tempus,ita Ca
roc.tract.locati,verſic. ædil.edict.num 1.& 2.refert Cotta,
27 d.verb.actio redhibitoria. † Actiones hæ dantur contra
hæredes,vt notatur in l.cum autem,§.hæ actiones, vbi Cœ-
28 poll.ff.eod.tit. † Dantur etiam contra fideiuſſorem con-
tractus animalis vtrinque,l.Latinus,vbi Cœpoll.late,ff.eo.
tit. † Actiones hæ contra plures venditores vtrum den-
tur in ſolidum, vel pro ſua portione tantum,not.late Cœp.
in l.ſi ſerui, §.venditor, num.2.3.7.& 8.ff.de ædil.edict.
Cremenſ.ſing.166. Petr.Rauen.ſing.603. † Quid autem
in pluribus emptoris,not.Cœpol.d.§.venditor, nu.5.& nu.
29 11. eum. ſeq. † Libellus autem qualiter concipiatur in
actione redhibitoria,& quanti minoris,not.Aret.d.§.in du-
30 plum,nu.12.Inſt.de actio. † Redhibitio hæc de iure com-
muni poteſt fieri nō ſolum ſi vendatur equus morboſus,ſed
etiam cum ſella, vel ornamento vitioſo, quod bonum ap-
pareat, vt not. Aret. in §. in duplum,nu.7. verſ. fortius ta
31 men dico,Inſtit.de act. † Quę durat dies quadraginta, vt
ibi per eū,de qua non loquitur ſtatutū,hoc idē not.Cœpoll.
in l.quod ſi nolit, verſ.finali, num. 13. & l.ædiles,in princ.
32 num.4.ff.eod. † In actione autem hac redhibitoria ven-
ditor tenetur reſtituere pretium datum pro equo, & quod
eſt ſolutum pro maroſſo neceſſario, non voluntarie, & ex-
burſatum pro datio,veluti Douanæ, per text.in l.debet,ff.
de ædil.edict.ita not.Boer.ſuis conſuet.rubr.retractus,§.4.
verſ.nam in venditione, idem not.Tiraq.tract.retract lig.
33 §.29.gloſſ.4.num.10. † Nam in redhibitoria actione om-
nia inter emptorem, & venditorem reſtituuntur in priſti-
num ſtatum, ita Pinel.l.2.2.partis,cap.quarto.num.3.C.de
34 reſcind.vendit. † Tenetur præterea venditor reſtituere ga-
bellam ſolutam per emptorem,non autem fiſcus, vel gabel-
larius,ita Bertach de gabell.8.parte 1.membr.num.9.verſ.
7.& 3.membro,num.33.idem not. Ioſeph.Lud.ſuis commu
35 nibus,conclu.15.verſic.infertur 30. † Expenſas autem ci-
bi,& potus non tenetur venditor reficere emptori, ita not.
in l.item ſi ſerui, §.quæ impenſæ.ff.eod.tit. Etiā ſi ſteterit
ſuper hoſpitio,& fuerit abſolutus venditor ab expenſis litis,
l.cum autem,§.Iulianus, vbi Cœpol.num 3.ff.eodem tit.
† Tenetur pariter emptor reſtituere uenditori quod em-
ptor recipit cauſa dicti equi redhibiti, ueluti ſi recipiſſet
quadruplum ob dictum equum raptum antequam redhibe
retur,actione ſcilicet ubi bonorum raptorum, ut notat in
terminis Tiraq.tract.retract. lignag.ad fin.tit.queſt.25.nu.
36 109. † Non autem quod receperit reſpectu iniuriæ illatæ
perſonæ redhibitæ,explicando,vt per Pet.Rauen.ſing.499.
37 † Tenetur vlterius reſtituere omnes fructus receptos ex
equo,deductis expenſis,veluti victuram, & etiam pretium
deteriorationis illius equi, ſi eum deteriorauit,ita Aret. d.
§.in duplum,num.10.verſi.& hoc ſequitur, Inſtit.de actio.
Et omnia alia acceſſoria, vt notatur in l.cum autem, §.iu-
rent ædiles, vbi Cœpoll.ff.eod.tit.Cœpoll.in l.1.§.aiunt
38 ædiles, num.2.ff.eod.tit. † Tenetur præterea dictus em-
ptor de omni damno eius culpa contingente, ita Pinell. d.
41 l.2.ſecundæ partis,nume.34.C.de reſcind.vend. † Tenetur
etiam reſtituere quod emptor fuit conſecutus propter ven-
ditoris contumaciam,& hoc eſt ſpeciale hoc caſu,ita nota-
tur in l.cum autem, §.cum adhibetur,vbi Cœpoll.num.1.
42 ff.eod.tit. † Et duplex actio venditori datur ad hæc, con-
ſequenda, vt notat Cœpoll.d.l.cum autem, num.1.ff.eod.
43 tit. † Equi plures ſi fuerint venditi, ſi vnus tantum redhi-
beatur quando venditio fuerit facta vnico pretio, qualiter
ſienda æſtimatio,notatur in l.Labeo ſcribit,vbi Cępoll.ff.
44 eo.tit † Emptor ſi obtinuerit ſententiam in hac actione
redhibitoria,qua nolit vti,non poteſt cogi à venditore, vt
ſequatur redhibitio,ita notat Cœpo.in l.illud ſciendum,§.
finali,num.7.ff.eod.tit.
d Si equus fuerit] † Procedit redhibitio hæc etiam ſi ante
45 non fuerit morboſus,ſed fiat ſtatim poſt uēditionem,Marſ.
ſing.614.ad finem.
e Orbus] † Quid ſi fuerit orbus, uel aliter morboſus ex
46 morbo manifeſto omnibus quod uenditor eo caſu in nihilo
teneatur,notatur in text.in l.quæritur,§.nominatim.ff.eod.
tit.ita Aret.d.§.in duplum,uerſic.item nec etiam,Inſtit.de
actio.Papo.d.§.87.uerſic.ſunt & caſus, Exemplificando,ut
ibi per eum, in equo cœco penitus caleitroſo, uel claudo,
idem notat.Fab.de Monte.d.tract.de empt.& uend.6. parte
princip.nu.60.uerſic.item nec ad illos.Videtur tamen huic
concluſioni aduerſari quod notat Iaſ.in l.paciſci,ad finem,
ff.de pact. Verum ſi bene uideatur Iaſon, loquitur de equo
47 dolente in ſpatulis,non manifeſte, ut ipſe ibi deducit † Cæ-
cus autem apparens non dicitur, qui perdidit lumen, non
oculos,ita Cœpoll in l.1.num.9 ff.de ædil.edict. Quod au-
tē dicatur uitium euidens uel apparens, notat Cyn.in l.2.
quæſt.3.C.de ædil.edict.Cœpoll.in l.quæritur, §.ſi nomi-
natim,num.4 ff eod.tit.
f Vel deſbatus] Quis ſi talis morbus notiſſimum eſt.

Vel

Digitized by Google

g Vel bulſus] † Anhelato ſcilicet, qui dicitur equus pul-
48 ſiuus, vt late notat Io. Papo. d. §. 87. verſic. alia eſt quę hic
ſecundo loco.
h Vel morbum commorbij habuerit] † Arbitror eſſe mor-
49 bum illum qui vulgo Ciamorro appellatur, & talis equus
dicitur muroſus, notat Io. Papo. d. §. 87. verſic. morbus quo
50 equus. † In his caſibus expreſſis per ſtatutum datur re-
dhibitio, ſiue venditor ſciat, ſiue ignoret tales morbos adeſ-
ſe, & ſic ſit bonæ fidei, ſiue malæ, per tex. in l. in emptione, §.
item ſi emptor, ff. de contrahen. empt. & in l. 1. §. cauſa huius
edicti, ff. de ædilit. edict. ita notat Aretin. d. §. in duplum,
num. 7. verſic. & eſt bene, Didac. Couar. tract. in relatione,
51 2. parte, §. vndecimus, num. 5. verſic. ex quibus, † Si autem
emptor ſciat, vel ſcire potuerit morbum, non datur ei redhi-
bitoria, nec alia actio, vt notat Cœpoll. in l. 1. num. 14. &
15. ff. eod. tit. idem notat Fab. de Monte, tract. de empt. &
vend. 6. partis princip. num. 58. verſic. alias regulariter. Vi-
uius ſuis communibus, lib. 2. opinione 2. verſic. interpreta-
52 turque. † Scire autem emptor præſumitur ſi ipſe eſſet
peritus in arte, veluti in Cuzono, non vero Mereſcalcho, ita
Cœpoll. dict. l. in princip. num. 10. ad finem, ff. eod. titu. Vel
ſi morbus eſſet patens omnibus, vt ſupra notatum, in verbo,
53 Orbus. † Scientia autem Domini emente Procuratore igno-
rante vitium non tollit actionem Domino, vt notat Petr.
Rauen. ſing. 602. declarando, vt ſignanter per Crauet. tract.
de antiq. tempor. 4. parte princip. verſic. abſolutis, numero
54 25. † Scientia autem Procuratoris nocet Domino, ita Cra-
uet. tract. antiq. temporis, 4. parte verſic. abſolutis, num. 25.
55 declarando, vt per eum. † Multum autem refert quo ad ali-
qua, vtrum venditor ignorauerit morbum, vel ſciens, & ſic
callide vendiderit in caſibus his exceptis, vt tradit Cœpol.
56 dict. l. 1. §. cauſa huius numero 14. ff. eod. titu. † Et maxi-
me quia contra eum, qui callide, & doloſe vendiderit ta-
cens morbum poterit iurari in litem, ita Plott. dict. l. ſi quan-
57 do, nume. 670. C. vnde vi. † Vbi autem affirmat non eſſe
morboſum dicitur eſſe in dolo, ita Marcus Antonius Cne-
58 chus, de mentiente circa poſſeſſionem, numero 114. Fiſcus
tamen non tenetur, etiam in his caſibus de re morboſa ven-
dita, vt notat Cœpoll. dict. l. 1. §. illud ſciendum, per illum
textum, numero 1. & 5. ff. eod. titu. vbi dicit hoc ius non
59 competere reipublicæ. † Ceſſat pariter redhibitio in his
caſibus, vbi morbus talis ceſſat pendente etiam lite, ita
Cœpoll. in l. actioni, numero 5. cum ſeq. & nume. 11. ff. eod.
titu. idem Tiraquell. tract. à ceſſante cauſa, in ampliat. nu-
mero 221.
i Et non in alijs caſibus] † Alius morbus notatur per Io.
60 Papo. in dict. §. 87. Vltra caſus hic expreſſos, veluti curua-
61 tio de quo ibi per eum, verſic. curuatio. † Alius notatur
per Fab. de Monte, tract. de empt. & vend. 6. parte princip.
numero 60. per l. boues, §. aliquando, ff. de ædilit. edict. in
62 lunatico ſcilicet. † Alius notatur per eundem Fabian. d.
6. parte, numero 61. verſic. vltimo notandum, veluti in re-
63 trogrado, qui vulgo appellatur, reſtiuo. † Qui morbi ſun-
te non includuntur à ſtatuto in redhibitione, quia totum
equum non impediunt, vt notat Ange. dict. §. in duplum, nu-
mero 7. verſic. aduertendum tamen eſt, idem notat Fabian.
64 dict. 6. parte, numero 60. † Multa etiam vitia adſunt in
equo, quæ partim videri poſſunt, qui appellantur morbi,
65 teſte Io. Papo. d. §. 87. verſi. alia ſunt vitia. † Redhibitio
hæc licet tollatur per diſpoſitionem huius ſtatuti in aliis
caſibus vltra hic expreſſos, tamen per hoc ſtatutum non tol
litur actio quanti minoris per text. in l. 1. §. ſciendum, & l.
ſequenti, vſque ad §. illud, ff. eod. tit. de ædilit. edict. notat
Aretin. d. §. in duplum, numero 7. verſic. aduertendum ta-
men eſt, cum ea actio quanti minoris detur ratione ſingulo-
rum morborum, per textum, dict. l. quod ſi nolit, §. ſi quis
in tantum, ff. eodem tit. Aretin. dict. §. in duplum, numero
66 11. verſic. ſed quanti minoris. † & datur ad intereſſe tan-
tum, vt firmat Fab. de Monte, d. tract. 6. parte princip. nume-
67 ro 59. & ſupra fuit notatum. † In quo quidem intereſſe
venit etiam ſi quis habuerit equum retrogradum ſibi ven-
ditum, cuius de cauſa fuerit captus ab hoſtibus, vt notat
Fab. de Monte, dict. 6. parte princip. numero 61. verſic. vl-
timo. Nec venditor eo caſu poteſt reſtituendo pretium con
ſequi animal venditum, ita Cœpoll. d. l. ſi homini, in princ.
68 numero 8. ff. eodem tit. † Aliquando tamen in actione
hac quanti minoris reſcinditur totus contractus, veluti ſi
vendita ſit res nullius vtilitatis, vt notat Cœpoll. dict.
rubr. ff. de ędilit. edict. numero 16. per l. bouem, §. aliquando,
ff. eod. tit.
k Niſi ſit pactum] † Nam non tenetur venditor ad vitia
69 animi, niſi expreſſe promiſerit, per text. in l. ob quæ vitia. §.
70 idem Pomponius, vbi Cœpoll. ff. de ędilit. edict. † Veluti
ſi ſit calcitroſus, retractus, pauidus, mordax, & deſidioſus,
quia tunc non dicitur morboſus, ſed vitioſus, quo ſit, vt tūc
non detur redhibitoria, niſi expreſſe dictum vitium adeſſe,
vt cauetur d. tex. l. ob quæ vitia. ff. eod. tit. ita Io. Papo. d. §.
7. verſic. animi tamen vitia, idem notat Fab. de Monte dicta
71 6. parte principali, nu. 60. uerſ. item competit. † Fallit hoc
niſi vitium animi procederet à vitio corporis, ita Cœpoll.
72 in l. ædiles etiam. §. Pedius, num. 2. ff. eod. tit. † Venditor ſi
generaliter pactus ſit de morbis, & vitijs, dicendo, prout ſit,
quod vendit talem equum, vel aliud animal quale eſt, ve-
luti, pro vno ſacco d'oſſi, ſi ſciat eū morboſum, quod tenea-
tur illum morbum notificare, alias quod teneatur actione
quanti plurimi ad intereſſe, cauetur ex tex. in l. quæritur. §.
ſi venditor, vbi Cœpoll. nu. 8. ff. eod. tit. & l. ædiles, in princ.
& §. ſed enim, verſ. ſed ſi emptor. ff. eod. tit. idem notat Ale-
xan. in l. ſi quis eum aliter, n. 2. ff. de verb. oblig. facit quod
notat Aret. conſ. 105. nu. 2. idem Io. Papo. d. §. 87. in princ.
73 verſic. ſi vero ſciat. † Nec hoc caſu ſufficeret, ſi ſpecificaretur
hoc vitium, vel morbus cum alijs, ita not. Aretin. d. §. in du-
plum, n. 9 per tot. idem not. Fab. de Monte, d. 6 parte prin-
cip. num. 58. ſignanter & clarius not. Iaſ. in l. pacisci, ad fin.
ff. de pact. idem Antonius Trigona ſing. 28. Plott. l. ſi quan-
do, nu. 426. C. vnde vi, Viuius ſuis communibus, lib. 2. opin.
74 2. verſ. tamen vendens † Fallit hoc ſi talis morbus eſſet appa-
rens, & manifeſtus, ita quod non eſſet neceſſarium illum ſpe-
cificare, vt tradit Ioan. Papo. d. §. 87. verſic. ſunt & alij ca-
75 ſus, † nam ſcienti vitium non competit redhibitoria, nec ali
qua alia actio, vt not. Fab. de Monte, d. 6. parte princ. num.
58. verſic. alias regulariter, & ſupra notatum. Quando au-
tem dicatur apparens, vel ne, notatum ſupra, in verbo,
Orbus.
l Si emptor] † Hoc etiam beneficium competit hære-
76 di, non autem legatario, vel ſingulari ſucceſſori, quia
in eos non tranſit hoc beneficium redhibitoriæ, vt caue-
tur in l. ſciendum, §. deinde, vbi Cœpoll. nume. 8. cum ſeq.
ff. eod. tit. idem Cœpoll. in l. item ſi ſerui, §. ſi plures, num. 2.
ff. eod. tit.
m Vel acquiſitor] † Procedit autem hoc beneficium re-
77 dhibitionis in omnibus contractibus ſimilibus emptioni, vt
not. in l. ſciendum, vbi late Cœpoll. maxime num. 15. ff. eod.
tit. Veluti in permutatione, vt etiam tradit Petr. Rauen.
78 ſing. 184. † Non autem procedit in rebus donatis, l. ad res
donatas, vbi Cœpoll. ff. eod. tit.
n Recurſum habuerit ad iudicem] Qui eſt iudex Douanę
Mediolani, & hoc per viam actionis.
o Aut denuntiauerit] Qualiter tranſmittenda denuntia,
& per quos, & quibus, & quo loco, & tempore vt teneat,
not. in ſimili ſupra cap. 417. ſi quis, in verbo, denuntia, &
verbo, ſolenniter, vol. 1.
p Venditori] Quando facta per venditionem.
q Vel alienanti] Si facta ſit alio titulo, vt ſupra notatum,
quam titulo donationis.
r Intra quindecim dies] † Hi dies ſunt continui, cum ſta-
79 tutum non explicet eos eſſe debere vtiles, & ſic in dubio ſē-
per tempus eſt continuum, ita Iaſ. §. rurſus, nume. 61. cum
duob. ſequen. Inſtit. de actio. Rebuff. trac. de nominat. queſt.
80 11. num. 6. † Nec ſubducitur dies intercalaris, cum ſta-
tutum loquatur de diebus, ita Cœpoll. in l. ſciendum, §. fin.
num. 14. ff. eodem tit. Tiraquell. tractat. retract. lignag. §. 3.
gloſſ. 2. num. 6. ſed quod non currat niſi à die ſcientiæ, nota-
81 tum infra, in verbo, ſequenti. † Statuti huius diſpoſitio
corrigit in hac redhibitoria actione diſpoſitionem iuris cō-
munis, ex quo datur in redhibitoria tempus ſemeſtris vtile,
& in actione quāti minoris annus datur, per text. in l. ſcien-
dum, §. tempus, & l. cum lex, & l. ędiles aiunt, in princ. ff. eod.
tit. notat Aret. d. §. in duplum, nu. 10. verſ. quæro qua actio-
ne, Inſtit. de actio. Io. Papo. d. §. 87. ad finem, Viuius ſuis cō-
munib. in lib. 2. opin. 2. in princ. † Qui annus datur etiam
in morbo ſacro, vt notat Menoch. tract. arbitr. lib. 2. cent. 1.
82 caſu 50. nu. 5. † Quod tempus in his actionibus longius da-
tur, ſi ita ſit conuentum, vt not. Cœpoll. l. quod ſi nolit, §. ſi
quod, notabili 7. num. 7. cum ſeq. & in l. cum lex, notabili 1.
ff. eod. tit. idem tradit in l. ſciendum, §. tempus, nu. 1. ff. eod.
83 tit. † Breuius autem tempus datur in redhibitoria actione,
quam in quanto minoris, ex eo quod redhibitoria reſcindit
contractū, actio autem quanti minoris datur ad intereſſe, vt
84 tradit Cœpoll. §. tempus, num. 1. ad finem. † Cur autem hæ
actiones nō durent ſaltem triennio, tradit Cœpoll. d. §. tem-
85 pus, nu. 17. Ex eo ſcilicet quod ſint prætoriæ. † Lapſis eñ his

Digitized by Google

temporibus pręfixis à iure communi, quod remaneant actio
ad damni emendationem in animæ iudicio, Viuius d. ſuis
86 communibus d. opin. 2. ad fin. † Statuti huius diſpoſitio
ex quo limitat, & reſtringit tempus hoc tantum in redhibi-
toria actione, non debet extendi ad actionem quanti mino-
ris, vel ex empto ad correctionem iuris communis, maxi-
87 me ſtante ſtatuto ſup. ca. 174. verba, ſtatutorum. † Tempus
hoc dierum 15. videtur habere locum, etiam ſi extet in
contractu emptionis pactum præciſum redhibitionis fien-
dæ in caſu morbi reperti, & cum ſemel Senatus fuiſſet de
hoc conſultus, noluit decidere, tamen videbatur in hanc
partem inclinare, & ita fuit atteſtatus vnus ex Ill. Senato-
ribus tunc, negotio cum eo participato per vnum ex Ma-
gnificis Iuriſc. ven. Collegij, quod idem videtur elici ex ver
bis ſtatuti huius, dum comprehendit caſum etiam pacti.
88 † Tempus autem hoc poteſt conſenſu partium prorogari,
quod longius ſit, prout etiam dicitur de tempore præfixo
his actionib. de iure communi, not. Cœp. d. l. ſciendum, §.
tempus, numer. 1. ff. eo. ti. & in locis ſupra allegatis, idem
Abb. in rub. de præſcrip. num. 8. verſ. quędam ſunt præſcri-
89 ptiones. † Præſcriptio huius temporis habet locum etiam
in vendente, & alienante cum mala fide, vt tradit in ſpecie
hac Viuius d. commu. ſuis, libr. 2. opin. 2. verſic. ſed limita-
tur, licet de iure canonico non habeat locum in habente
90 malam fidem præſcriptio omnis, c. fi. de præſcrip. † Tem-
pus hoc redhibendi, & quanti minoris currit etiam con-
tra minorem, abſque ſpe reſtitutionis in integrum, vt no-
tatur in lib. 14. communium, in verbo, præſcriptio in actio-
91 ne redhibitoria. † Contra autem pupillum, quod non cur-
rat, notat Cœpoll. in d. l. ſciendum, §. finali, numero 19. ff.
92 eodem titu. † Non etiam currit tempus hoc contra Eccle-
ſiam, ita Cœpoll. d. l. ſciendum, §. finali, nume. 18. ff. eodem
93 tit. † Non etiam currit tempus hoc impedito agere, vel
facto venditoris, vel iudicis, vel ipſius agere volentis, tradit
94 Cœpoll. dict. l. cum lex, nume. 8. & 9. ff. eodem titu. † Actio
autem hæc perpetuatur etiam de iure communi per ſolam
exceptionem actionis huius propoſitæ ad pretium, peti-
tum intra hoc tempus tamen, ita not. Bald. & Io. And. al-
legati per Cæpoll. dict. l. cum lex, numero 12. ff. eodem tit.
95 nec huic opinioni verba huius ſtatuti refragantur. † Ven-
ditor ſi poſt tempus hic notatum ſponte receperit equum,
vel etiam ante, qui tamen non ſit morboſus, quod non poſ-
ſit conqueri, ſed teneatur omnino ad reſtitutionem pretij,
text. eſt apertus in l. quod ſi nolit, §. in factum, ff. eodem
titu.

ſ A die alienationis] † Tempus hoc licet currat à die
96 venditionis, tamen non incipit niſi à die ſcientiæ, cum ſit
vtile de iure communi, vt eſt text. in l. ſciendum, §. fin. vbi
Cœpoll, numero ſecundo, & l. ædiles aiunt, ff. eodem titu.
Aret. d. §. in duplum, numero 10. verſicu. item quæro qua
97 actione, Inſtit. de actio. Io. Papo. d. §. 87. circa finem. † Quã-
do autem inducatur, vel præſumatur ſcientia, notat decla-
rando Cœpoll. d. l. ſciendum, §. finali, num. 7. 9. & nume. 11.
& 13. & in l. cum lex, numero 3. 4. & 5. ff. eodem tit. idem
Cœpoll. in l. 1. in princip. numer. 15. verſic. ſi autem, ff. eod.
tit. Quod cœptum currit deinde momento ad momentum,
vt not. Cœpoll. d. l. ſciendum, §. fina. numer. 15. & in dict. l.
98 cum lex, nume. 7. ff. eodem tit. † Quod idem vt habeat lo-
cum in hoc ſtatuto, vt incipiat tempus hoc ſolum à die
ſcientiæ, & ſit vtile, ſuadetur ex eo quod reſtringit tempus
à iure communi attributum, vt in his terminis, & fortiori-
bus etiam notat Brun. tract. ſuper conſtit. in verbo, tempus,
verſic. Statutum dicit quod redhibitoria. Nec in hoc refra-
gantur verba ſtatuti huius, dum dicitur à die alienationis,
vel venditionis, & tamen interpretatur à die ſcientiæ, tex.
eſt in d. l. ſciendum, §. finali, vbi Cępoll. nu. 3. & conſequen-
ter quod tempus ſit vtile, vt etiam not. Io. Papo, d. §. 87. cir-
ca finem.

t Redhibeantur porci gramignoſi] Hoc morbi genus co-
gnoſcitur facile à peritis per inſpectionem linguæ eorum.

u Et boues] † Bouis appellatione venit etiam vacca, per
99 text. in l. ſi aliena ff. de vſucap. notat Cœpoll. in l. bouem, in
prin. num. 1. ff. de ædil. edict.

x Morboſi] † Vt ſupra notatum in equo. Differt autem
100 animal morboſum à vitioſo animi. Nam morboſum eſt qui-
dem vitioſum, non autem vitioſum eſt ſemper morboſum,
per notata per Io. Pap. d. §. 87. verſic. nec ideirco, & ſupra
101 notatum. † Et pro animi vitijs non datur actio redhibi-
toria, vt notatur in l. ob quæ vitia, §. idem Pomponius, ad
fin. & §. animi, vbi Cœpoll. nume. 2. ff. eod. tit. idem Cœpoll.
102 in l. 1. §. ſed ſciendum, numer. 17. ff. eodem titu. † Et tan-
tum pro animi vitijs datur actio ex empto, vt not. Cœpoll.
d. §. animi, nume. 3. declarando, vt per eum, ff. eodem titu.
idem Io. Papo. d. §. 87. verſic. animi autem. † Fallit tamen
in iumentis, quia pro eorum animi vitijs datur etiam redhi-
bitoria, ita glo. d. l. bouem, in prin. in verbo, vitioſum, vbi
Cœpoll, nume. 3. verſ. quæritur, ff. eod. idem tradit Cœpoll.
d. l. 1. §. aiunt ædiles, numer. 11. & in d. l. ob quæ vitia, §. ani-
mi, ad fin. ff. eod. tit.

y Et oues marcidæ, ſeu morboſæ] † Quod procedit quan-
103 do paſcunt in mane herbas cum rore, vt eſt notiſſimum.
Morbida autem pecus totum corrumpit ciuile, cap. ſed il-
lud, diſtinctione 45. & cap. reſcindendæ, quęſtione 3. cau-
ſa 24.

z Quæſtio morbi, vel defectus fuerit] Vtrum ſcilicet ſint
morboſa, & in caſu redhibitionis, & hic morbus adfuerit
tempore alienationis, vel ne.

aa Nec teſtibus] † Si in qualitate probationis qualitatis
104 animalis partes ſint æquales, veluti ſi adſint duo teſtes dicẽ
tes, equum eſſe bulſum, & duo alij negent, præualent atte-
ſtantes eum morboſum, ita Brun. tract. ſuper conſtit. in ver-
bo, equus, il primo, firmat Cœpoll. in l. quæro, §. ſeruum du-
pla, quod eſt, §. finalis, nu. 25. & 26. ff. eod. tit.

bb Aut alijs legitimis argumentis] Quatuor autem argu-
mentis legitimis probatur animal morboſum fuiſſe tempo-
105 re alienationis. † Primo ſi animal illud moriatur breui
tempore, veluti intra triduum poſt acquiſitionem, ita Bald.
conſil. 499. verſic. ſecundo hoc, volumine 5. idem Aret. d. §.
in duplum, numer. 10. Inſtit. de actio. Cœpolla d. l. actioni,
nume. 2. ff. eod. tit. Alexan. d. l. ſi quis cum aliter, numer. 24.
declarando, vt ibi per eum, ff de verb. oblig. Iaſ. l. lecta,
num. 20. verſ. eodem modo, ff. ſi cert. pet. Marſ. tract. bannit.
in verbo, animalia, num. 6. Boer. deciſ. 323. nume. 12. Anton.
Trigona, ſing. 110. num. 1. deciſio. Peruſ. 118. ad finem, par-
106 te 2. † Secundus modus probandi ille eſt, ſi eo animali
mortuo aperto inueniatur pulmo, vel alia interiora marci-
da, ita Bald. d. conſilio 499. verſic. tertio, volum. 5. Fab. de
Mont. tract. de empt. & vendit. d. 6. parte princip. nume. 58.
verſ. ſed ſtatim, & num. 59. Aretin. d. § in duplum, num. 10.
107 † Tertius modus eſt ille ſi probetur illud animal noluiſſe
comedere, vel bibere, ita Bald. dict. conſilio 499. verſicu.
108 nam qui non comedit. † Quartus modus probandi om-
nes morbos, & vitia eſt per iudicium peritorum veterina-
109 torum, vt notat Bald. d. conſil. 499. ad finem. † Vbi dicit
eis omnino credendum, & vtrum animal fuerit morboſum
de recenti, vel de antiquo, per text. in l. ſemel, C. de re mili.
libr. 12. confirmat Barto. in proœm. ff. numero 8. idem Bart.
in l. 1. in princ. vbi cæteri Scribentes, ff. de ventre inſpicien.
idem Cœpoll. in l. 1. in princip. numer. 10 ff. eodem tit. Mar-
ſil. in l. finali, numer. 55. ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs, idem
not. Aleiat. tracta. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 26. ad finem,
110 & reg 3. pręſumpt. 19. † Et ſic fieri in omni genere artium,
vt eligantur in controuerſia dijudicanda periti, notat An-
111 tonius Trigona ſing. 110. numer. 3. † Quibus omnino cre-
dendum, etiam quod vnicus ſit, ita Burſat. conſilio 111.
112 numer. 5. volum. 1. & conſil. 152. numer. 47. volum. 2. † Et
ſufficit quod deponant de credulitate, ita Burſat. conſ. 184.
113 numero 2. volumine 2. † Plures autem periti in arte eli-
guntur, vbi plures ſint in loco, alias ſi vnus ſolus, ille ſolus,
vt notat Kirchou. ſuis commu. cent. 2. concl. 41. Medici.
Burſat. conſil. 57. numer. 22. ad finem, volumine 1. & conſil.
114 184. numer. 2. uolum. 2. † Hi autem periti eliguntur à iu-
dice, ubi partes inter ſe non concordent in eis eligendis, &
debent facere eorum relationem iurati adhibita cauſa ſui
iudicij, ita Felyn. in cap. ſignificaſti, il ſecundo, numero 3.
de homicid. Marſil. d. l. finali, numer. 56. ff. ad leg. Cornel.
de falſ. Tiraquell. in tract. pręſcript. §. 1. gloſſa 8. uerſic. adde
115 quod. † Eorum autem iudicium nunquam tranſit in iudi-
catum, niſi à iudice approbatum, mediante iuſtitia, Bur-
116 ſat. conſilio 111. numer. 22. uolumin. 2. † Et retractatur
per iudicium ſanioris, & peritioris, uel per iudicem ſupe-
riorem, ita Marſil. in ſua praxi, § opportune, numero 21.
uerſic. ubi inquit, & nume. 22. & Corra in ſuis memorab. in
uerbo, ſtatuto Mediolani diſponitur, uerſic. & idem in ſen-
117 tentia. † Non autem poſſunt cogi inuiti periti hi ad ſu-
beundum hoc munus, vbi adſint periti alij in dicto loco iu-
dicij, alias ſic, ſi ſolus ſit, ita Felyn. in c. propoſuiſti, num. 6.
circa fin. de probat.

cc Sacramento] Quando deferri debeat, & quo tempore, &
quo loco, & qualiter, notatum ſupra cap. 373. ſtatuitur, in
hoc uerbo, ſacramento.

dd Alienatoris] † Hoc defertur alienatori vti melius in-
formato,

Digitized by Google

118 formato, ex quo de iure non datur non informato, vt not. Iaſ. in l. ſi quando, numer. 51. vbi etiam Plote. numer. 619. & 620. C. vnde ui. Qualis autem debeat eſſe hæc perſona iurare volens, notat. late ſupra, cap. 373. ſtatuitur, in verbo, Domini.

ee Negantis, quod beſtia erat morboſa, vel defectuoſa tem-
119 pore alienationis] † Nam venditor ex morbo, qui ſuperuenit, poſt venditionem non tenetur, vt notatur in l. actioni, vbi Cœpoll. numero primo, ff. eod. tit. Fallit niſi ſtatim poſt redhibitionem fiat morboſus, ita Marſ. ſing. 624. ad finem.

ff Stetur] Non eſt tamen probatio legitima, & poterit probari contumacia, vt notatum ſupra c. 371. ſtatuitur, in uerbo ſtetur, & uerbo, Domini.

gg Habeant locum in mulis, & aſinis] Et hoc propter eandem rationem.

RVBRICA GENERALIS, de extraordinarijs libri extraordinariorum.

De alienationibus fieri prohibitis in non ſubditos iuriſdictioni Poteſtatis Mediolani. Cap. CCCCLXXXVIII.

QVilibet ciuitatis, & Ducatus Mediolanj, uel terrarum ſuppoſitarum ſtatutis Mediolani, qui in aliquam perſonam collegium, vel vniuerſitatem non ſubditam, vel non ſuppoſitum iuriſdictioni Poteſtatis Mediolani, vel iuriſdictioni Iuſdicentium Ducatus Mediolani, vel terrarum ſuppoſitarum dictis ſtatutis, aliquam rem immobilem, pleno iure, vel reſpectu vtilis, vel directi, vel ius aquarum, ſubditum, vel ſubditam iuriſdictioni præfecti Domini Poteſtatis, vel Iuſdicentium Ducatus Mediolani, quoquo modo, aliter quam per viam Cambij, ſeu Contracambij, ſcilicet, reſpectu bonorum immobilium, & iurium conſiſtentium in ciuitate, Ducatu, & Diœceſi Mediolani, & in terris ſuppoſitis ſtatutis communis Mediolani, alienare voluerit, inter viuos, ſoluat de vera æſtimatione rei, vel iuris aquarum, quam, vel quod alienat, vel in alium non ſuppoſitum, vt ſupra iuriſdictioni Domini Poteſtatis Mediolani, vel vtſupra, transfert, de qualibet libra Imperialium, ſoldos decem Imperialium communi Mediolani, & omnes res immobiles, pleno iure, ſeu vtſupra, & ius aquarum, quæ, & quo poſſidentur vel poſſidebuntur, uel quaſi, in futurum, per ſuppoſitos iuriſdictioni, vtſupra, in iuriſdictione Poteſtatis Mediolani, uel aliorum Iuſdicentium, utſupra, quas in futurum in non ſuppoſitos, utſupra, cōtingeret alienari, non facta dicta ſolutione, ipſo iure, ex tunc, prout ex nunc, cadant, & cecidiſſe intelligantur in ius, & dominium communis Mediolani, abſque aliqua alia declaratione. Et ſuper hoc per officium prouiſionum, non poſſit aliqua remiſſio, nec compoſitio fieri in contrarium. Et ſi quis, huic ſtatuto aliquo modo directe, uel per indirectum, fraudem fecerit, maxime de perſona ad perſonam, vltra dictam pœná, condemnetur in ueram rei, uel ipſius iuris æſtimationem, applicandam pro medietate communi Mediolani, & pro alia medietate accuſatori, & nihilominus, ſoluat, utſupra. Notarij autem, qui ſcienter aliquod inſtrumentum tradent contra diſpoſitionem huius ſtatuti, puniantur in libris cētum Imperialium, & contractus, uel quaſi, uel diſtractus, ipſo iure, ſit nullus. Et ſi contingeret perſonam, uel commune, capitulum, collegium, uel uniuerſitatem, de non iuriſdictione, utſupra, poſſidere, uel quaſi, à modo, rem, uel ius aquarum, utſupra, quę, uel quod fuerit alicuius ſuppoſiti iuriſdictioni, utſupra, pro plena probatione habeatur, quod contra hoc ſtatutum, ſeu in eius fraudem alienatio facta ſit, quod non habeat locum, ubi acquiſitio facta fuerit cum beneficio literarum, uel ordinum, aut decretorum Ducalium. Et quod Poteſtas Mediolani pręſens, uel futurus, teneatur, & debeat de prædictis, & quolibet prędictorum, cum ad eius notitiam peruenerit, inquirere, cognoſcere, & condemnare. In quibus uel aliquo eorum, ſi negligens fuerit, pœnam librarum quinquecentum Imperialium, incurrat, applicandarum, utſupra.

SVMMARIVM.

1 *Conditor præſentis ſtatuti quis fuerit.*
2 *Statutum hoc in quibus fuerit correctum per Nou. Conſt. & in quibus confirmatum.*

† STatutum hoc fuit conditum à Domino D Luchino Vi-
1 cecomite domino olim Mediolani, & multarum ciuitatum, vt obuiaretur multis fraudibus in alienationibus, quę fiebant tunc extra iuriſdictionem Mediolani, vt refert
2 Alber. in ſuo tract. ſtatut. 2. parte, quæſt. 2. num. 6. † Verum diſpoſitio hæc fuit in totum abrogata, per nouas conſtitutiones, tit. de emptione, & venditione, vbi diſpoſitum, quemlibet ſubditum dominio Mediolani poſſe acquirere in quibuslibet terris dominij. Verum eſt quod iſta prohibitio alienandi quolibet modo, & per vltimam voluntatem expreſſam, & etiam per ſucceſſionem ab inteſtato abſolute in nō ſubditum huic dominio demptis quibuſdam caſibus, vt cauetur in eiſdemmet nouis conſtitutionibus, tit. de pœnis, cap. collegijs, cuius interpretationem licet videre per nos iam editam, & cuius quidem diſpoſitio concordat fere demptis quibuſdā cū hoc ſtatuto, ideo hic omittitur huius ſtatuti interpretatio.

DE EODEM. Cap. CCCCLXXXIX.

a SI quis *b* non ſuppoſitus *c* iuriſdictioni Domini Poteſtatis Mediolani, *d* acquiſiuit, vel de cætero acquirere contigerit *f* aliqua *g* bona immobilia, ſuppoſita iuriſdictioni præfati Domini Poteſtatis, aut aliorum Iuſdicentium *h* ſuppoſitorum ſtatutis communis Mediolani *i* etiā cum beneficio literarum ducalium, & poſtmodum, *k* pro ipſis bonis, *l* vel eorum occaſione, *m* recuſauerit ſoluere omnia onera *n* incumbentia, *o* vel dietim incumbentia ipſis bonis, *p* vel aliter contrauenerit ipſis ducalibus literis. Quod, tunc, & eo caſu, *q* bona ipſa applicentur, & applicata eſſe intelligantur *r* ipſo iure, & facto, fiſco ducali. Et in qualibet alienatione facta *ſ* inter viuos, *t* & vtſupra, *u* ipſo iure intelligantur appoſitę iſtæ clauſulæ, videlicet, *x* bonis tranſeuntibus cum onere ſuo, maxime ſoluendi onera incumbentia bonis alienatis, *y* in illa parte, in qua tempore cōtractus, ſoluebatur, *z* & ſine præiudicio iurium tertij, *a* & fori declinatione.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtatis Mediolani iuriſdictio quouſque extendatur.*
4 *In quibus perſonis vigeat præſens Stat. & in quibus non.*
6 *Prohibita alienatione inter viuos, vtrum veniat contractus præcedens ab vltima voluntate.*
7 *Principis conceſſiones tertio non præiudicant.*

a SI quis] Comprehenditur tam maſculus, quam fœmina, cum tractetur de materia vtrique ſexui congruenti, vt cauetur ſupra cap. 126. in ciuitate, vbi notatum, volum. 1.

b Non ſuppoſitus] quis ſit, & quid differat à non ſubdito, & foreuſe, late notatum ſupra capit. 44. Si quis, in hoc verbo, volum. 1.

c Iuriſdictioni Poteſtatis Mediolani] Ad quæ loca extendatur eius iuriſdictio, & poteſtas, notatum ſupra capit. 130. vbicunque, in verbo, de comitatu, & capit. 153. ſtatuitur, & capit. 311. nulla mulier, in verbo, extra iuriſdi-
1 ctionem, volumine 1. † Et quod extendatur ad loca infeudata, quæ ſunt de ducatu, not. Cephal. conſ. 169. num. 6. volum. 2.

d Acquiſiuerit] In præteritum ſcilicet, quid autem veniat appellatione acquiſitionis, notatum late ſupra cap. 483. inter fratres, in verbo, acquiſiuerint.

e Vel de cætero] † In futurum ſcilicet, vt not. Aſin. ſua
2 praxi iud. §. 3. cap. 1. num. 6.

f Aliqua] † Comprehenditur etiam modica quantitas
3 bonorum, vt per hoc verbum, aliqua, not. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. omnia, vel partem aliquam, numero 14. cum ſequen. C. de reuoc. donat. licet alias in omni diſpoſitione non veniat res modica, vt notatum in d. cap. collegijs, in verb. aliquam.

g Bona immobilia] Quid veniat appellatione rei immobilis, notatum cumulate ſupra cap. 417. ſi quis, in verbo, immobilem, volum. 1.

h Suppoſitarum ſtatutis communis Mediolani] Prout ſunt terræ communes, de quo cauetur ſupra, capitulo 153. ſta-
4 tuitur, in fine, volum. 1. † Et prout ſunt bona infeudata de

Digitized by Google

ducatu, quæ tamen dicuntur de ducatu, vt notat Cephal. conſ. 169. num. 6. vol. 2.

i Et cum beneficio literarum ducalium] Hæc diſpenſatio hodie non requiritur in ſubditis dominis acquirentibus in domino, cum hoc permittatur ex diſpoſitione nouarum conſtitutionum tit. de empt. & vend. Non ſubditis autem extra dominium non fit hæc dipenſatio, niſi cum conditione, quod veniant habitatum, vel intra annum vendant, vt notatur in dict. cap. collegijs, in verbo ſi contingat contra hanc.

k Pro ipſis bonis] Non exemptis tamen.

l Nec eorum occaſione] Quando eorum occaſione collecta, & onus imponitur, vt notatum ſupra capit. 218. omnia onera, in princip.

m Recuſauerit ſoluere omnia onera] Nam nō ſubditus ratione bonorū tenetur ſoluere in territorio, vbi bona ſita ſunt, vt notatum relatiue ſupra d. cap. 218. omnia onera, in verbo, omnes homines.

n Incumbentia] Tempore alienationis.

o Vel dietim imcumbentia] In futurum ſcilicet.

p Vel aliter contrauenerit ipſis ducalibus literis] Veluti ſi diſpenſatum ſit, quod non ſubditus volens acquirere, veniant habitatum, vel vendat intra annum, iuxta ſolitum diſpenſari, quia tunc contraueniens poteſt incurrere hanc pœnam.

q Bona ipſa applicentur, & applicata eſſe intelligantur]
5 † Hoc procedit ſi fiſcus voluerit, & non aliter, vt notat
Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, numer. 10.
vſque ad num. 16. C. de reuoc. donat. idem Tiraq. in ll. connub. gl 8. de ſon mary, num. 43. cum accumulatis in d. cap. collegijs, in verbo, ipſo iure.

r Ipſo iure] Abſq; iudicis declaratoria, declarando, vt late ſupra cap. 1. in verbo, ipſo facto, vol. 1. & d. cap. collegiis, in hoc verbo.

ſ Inter viuos] † Prohibita alienatione inter viuos, tunc ſi
6 hæres venderet, vel alienaret iuſſu teſtatoris, eo caſu non
diceretur alienatio inter viuos, quia haberet originem ab vltima voluntate, ita Imol. in l. ſi ita. §. ea lege, circa fin. numero 11. ff. de verb. obl. Alexand. in l. ſi tibi, in prin. nu. 6. ff. ſi cert. pet. late Io. Crottus, conſilio 108. circa fin. vol. 1. idem in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 74. cum ſeq. vſque ad num. 78. ff. de leg. 1. Brun. tract. ſuper conſtit. verbo, alienare, verſ. prohibitus alienare, per ſtatutum, Tiraquell. tract. retract. lignag. ad finem, tit. quæſt. 2. nu. 3 cum ſeq. vbi allegat quoſdam tenentes contrarium, idem tract. ll. connub. gl. 8. de ſon mary, num. 186. Ploc. in conſ. 19. nu. 47. idem cauetur in lib. 17. communium, in verb. alienatione prohibita, Bonacoſ. in quæſt. crim. in verb. venditor, verſ. ſtatutū diſponens, Gallia, in conſuet. Galliæ, in verbo, legare, quæſt. 7. num. 81.

t Et vt ſupra] In non ſubditum, & non ſuppoſitum.

u Ipſo iure] Abſque iudicis aliquo miniſterio, vt in ſimili notatum ſupra cap. 22. termini, in verbo, ſtatim ſtatutum ſit, volum. 1.

x Bonis tranſeuntibus cum onere ſuo] Idem cauetur in nouis conſtitutionibus, tit. de oneribus. Quod idem de iure communi, vt ſupra notatum in d. cap. 218. omnia onera, in princ.

y In alia parte in qua tēpore contractus ſoluebatur] Nam non debet in plus ſolito grauari.

z Et ſine præiudicio tertij] † Cui non ſolet, nec cenſetur
7 Princeps vnquam præiudicare, nec eius iuribus per quaſcunque diſpenſationes, & conceſſiones, vt notant Scribentes omnes in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthumis.

aa Et fori declaratione] Reſpectu bonorum illlorum, quin ibi poſſit conueniri, vt tradit Soc. in ca. ſane, num. 3. cum ſequen. de foro competenti.

De communantijs, paſcuis, & vicinalibus non alienandis, nec obligandis. Cap. CCCCXC.

a Aliquæ communantiæ, vicanalia, vel paſcua, b vel bona aliqua immobilia, c vel iura aquarum ciuitatis, d & ducatus Mediolani, e vel alicuius vniuerſitatis, f quæ etiam preſentibus ſtatutis ligetur g non poſſint h ab aliqua ſingulari perſona, i vel vniuerſitate k vendi, l alienari, m nec obligari. Et ſi alienarentur, vel obligarentur; n ipſa alienatio, vel obligatio, non valeat, nec teneat, o ipſo iure, & pro infecta habeatur. Et ille, qui fecerit, uel receperit dictam obligationem, uel alienationem, ſi fuerit ſingularis perſona, p cadat in pœnam, q ipſo iure, & facto, librarum quinquaginta Imperialium. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem pœnæ, & alia medietatis perueniant in commune Mediolani. r Et omnes alienationes hinc retro factæ, ſ ſine ducali diſpenſatione, & de prædictis, uel aliquo prædictorum, & quæ fierent in futurum, ipſo iure, t ſint nullę, & habeantur pro infectis. Et quod omnes, & ſingulę perſone, u collegium, & uniuerſitas, x cuiuſcunque conditionis exiſtant, quę contra prędicta uel aliquod prædictorum fecerint, teneantur infra tres dies, poſtquā ſibi intimatum fuerit, ſub pœna librarum uigintiquinque Imperialium, applicandarum, ut ſupra, y ea ſpaciare, & uacuare, qua pœna ſoluta, uel non ſoluta, nihilominus ad faciendum compellantur, ſine ulla dilatione, & quilibet Iuſdicens teneatur z pręciſe, hoc ſtatutum, infra octo dies, ex quo ſibi notificatum fuerit exequutioni mādare, ſub pœna librarū quinquaginta Imperialium, pro quolibet eorum, aa de ſuo ſalario, qualibet vice, applicanda, ut ſupra. Et ſi fructus, uel redditus dictarum uicanalium, uel communatiarum, uel paſcuorum, uel bonorū ipſius uniuerſitatis, bb venderentur, vel compartirentur, cc detur ſua pars cuilibet habenti facere in eis.

SVMMARIVM.

1 *Quibus ſit permiſſum habere res communes, vt paſcua, & ſimilia.*
2 *Cuius vniuerſitatis eſſe intelligantur.*
3 *Vtrum hoc Stat. liget clericos, & num. 6. & 7.*
9 *Vtrum hæc paſcua poſſint reduci ad culturam, & quomodo, & pluribus ſeq.*
16 *Huic ſtatuto non poteſt per partes renunciari.*
18 *Qui contractus intelligantur prohibiti per hoc Stat.*
21 *Qualiter bona vniuerſitatis alienentur de iure communi, & cum quibus ſolemnitatibus.*
24 *Ex alienatione nulla non transfertur dominium.*
25 *Vtrum hoc Stat. poſſit retrotrahi.*
26 *Stat. hoc conformat cum iure communi; & quid requiratur in his alienationibus, & plur. ſequens.*
41 *Emptor in caſu huius Stat vtrum poſſit bona ſibi retinere pro melioramentis.*
42 *Etiam de iure communi fructus horum vicinalium poſſunt vendi.*
43 *Diuiſio horum vicinalium generaliter facienda de iure communi, & vtrum per hoc ſtat. cenſeatur prohibita.*
46 *Duabus communitatibus paſcua, & ſimilia in communi habentibus quid iuris ſeruetur.*
48 *Fructus, & redditus iſtorum vicinalium qualiter inter vicinos diuidantur.*

a Aliquę communantię, uicanali, uel paſcua] † Vniuer-
1 ſitates approbatæ, ſeu collegia licita poſſunt habere
res communes, paſcua, nemora, & multa alia communia, vt
notat. Virg. Boccat. tract. ſuper conſt. Marchiæ, gl. 6. num.
2 59. † Hæc vicanalia, & paſcua ſunt vniuerſitatis territo-
rij vbi ſita ſunt, vt notat Bertrand. conſ. 37. num. 2. volumi-
ne 1. parte 1. Didac. Couar. tract. pract. quæſt. cap. 37 in
princip. verſ. hę etiam, non autem dominorum, vt not. Cra-
uet. conſilio 154. num. 1. Vrſill. ad Afflict. deciſio. 290. nu-
3 mero 12. † Statuto vel edicto vtrum poſſit caueri, vt cle-
rici non vtantur paſcuis certo tempore, vel perpetuo, quan
do ea ſunt communia omnibus ciuibus, notat relatiue
Couar. tract. relectionis, de pręſcript. 2. parte, § 4. circa fi-
4 nem. † Tenet etiam conuentio inter duas vrbes, vel vi-
cos ad paſcendum certo loco ad vſum antiquitus deſtina-
to, Didac. Couar. tract. practic. quæſt. capit. 37. numero
5 7. verſicu. quarto eſt. † Valet vlterius conſuetudo, quod
quis poſſit paſculari in aliquo territorio, ita Michael
Graſſus ſuis communibus, lib. primo. in verb. conſuetudo,
quæſt. 18. † Quæ tamen non inducitur niſi per ſpatium
temporis, cuius memoria non ſit in contrarium, ita notat
Hieron. de Monte, tract. fin. regund. capit. 73. numero 6.
6 † Et clerici non poſſunt paſculare in paſculis communis
niſi ſoluant communi, Iaſ. l. placet, 1. lectura, ad finem, C.
de ſacroſanct. eccleſ. & ſecunda lectura, numero vigeſi-
7 moquinto. † Quod ſi fiat per ſtatutum, quod non poſ-
ſit quis paſculare, niſi ſoluat certum quid an liget cleri-
cos, diſtingue an ſit in fraudem factum, vel ne, vt late per

Thomam

Digitized by Google

Thomam Turpalias, *l.* placet, numer. 79. & 80. C. de ſacro-
ſanct. eccleſ. Peltas, de collect. 4. parte, capit. 1. numer. 49.
8 † Per paſculationem, lignationem factam per aliquos de
uniuerſitate non acquiritur poſſeſſio uniuerſitati, niſi id fe-
cerint nomine uniuerſitatis, ita not. Virg. Boccat. d. tracta.
9 ſuper conſtit. Marchię, gloſſa 6. numero 68. † Paſcua, &
uicanalia hęc non poſſunt reduci ad culturam per domi-
num territorij, ubi ſita ſunt in prędicium uniuerſitatis
eorum, ita Hieron. de Monte dict. tracta. fin. regund. cap. 6.
10 numero 14. † Nec etiam alterari ad aliam culturam, per
quod impediatur ius paſcendi, ita Didac. dicto tractatu
pract. quæſtion. dict. capit. 37. numero 7. verſicu. quinto
11 exceptis. † Hoc tamen fieri poteſt omnibus intereſſe ha-
bentibus conſentientibus, vt tradit Menoch. conſilio 80. nu
12 mero 26. volumin. 1. † Vel etiam ſi nouatio hæc facta fue-
rit, & lapſi ſint anni 40. quod vniuerſitas non reclamaue-
rit, vt declarat Didac. dict. cap. 37 numer. 7. verſicu. quod.
13 † Vtrum autem dominus territorij poſſit concedere ius pa-
ſcendi in eius territorio alienigenis ſine conſenſu domini
territorij, late diſcutit de iure non poſſe, quicquid ſit de cō-
ſuetudine, Antibolus de muneribus. §. quartus, numer. 192.
cum tribus ſeq.

b Vel bona immobilia.] Quid comprehendatur appella-
tione rei immobilis, notatum late ſupra capit. 417. ſi quis,
in verb. immobilem, volumine 1. Anni redditus vtrum
computentur inter mobilia, vel immobilia, & quomodo,
notatum dict. capit. 417. ſi quis, in verbo, vel directum do-
minium, vbi etiam notatum, quid ſit de iuribus, & actio-
nibus.

c Vel iura aquarum] Quod an ſit tertia ſpecies, vel com-
putentur inter immobilia, notatum late ſupra d. cap. 417.
ſi quis, in verb. immobilem, volum. 1. Iura, & actiones ſimpli-
ces ſunt tertia ſpecies, vt notatum d. cap. 417. ſi quis, in ver-
bo, vel directum dominium.

d Et Ducatus Mediolani] Quid veniat appellatione, Du-
catus, notatum ſupra cap. 130. vbicunque in verbo, de co-
mitatu, volum. 1.

e Vel alicuius vniuerſitatis] † Quæ ſit, & quibus modis
14 dicatur, not. Virg. Boccat. ſuper conſtit. Marchiæ, glo. 6. nu.
3. cum ſequen.

f Quæ etiam præſentibus ſtatutis ligetur] Prout ſunt
terræ communes, de quibus cauetur ſupra capit. 153. ſta-
15 tuitur, volum. 1. ſtatutorum. † Et terræ ducatus infeuda-
tæ quæ dicuntur de ducatu, ita Cephal. conſil. 269. num. 6.
volum. 2.

g Non poſſint] † Negatiua hæc præpoſita verbo, Poſ-
16 ſint, tolli omnem potentiam, & inducit neceſſitatem præci-
ſam, vt etiam partes non poſſint renuntiare huic diſpoſitio-
ni, & beneficio, prout late notatum ſupra cap. 21. Termini,
in uerbo, non duret, nec durare poſſit, vol. 1.

h Ab aliqua ſingulari perſona] † Veluti à Procuratore,
17 vel Syndico Vniuerſitatis, quia aliter eſſet inſulſa dubita-
tio, quod ſingularis perſona poſſet alienare quod eſt Vni-
uerſitatis, vt tradit Barbatia, dict. conſilio 37. numero 2.
volum. 1.

i Vel Vniuerſitate] † Quæ quidem conſtituitur ex inco-
18 lis, & originarijs ſimul, ita Io. Crottus conſil. 145. nume. 8.
& 9. volum. 1.

k Vendi] Quid veniat appellatione, venditionis, notatum
ſupra cap. 417. ſi quis, in verbo, vendiderit.

l Alienari] Quid comprehendatur appellatione, alie-
nationis, notatum d. ca. 41. ſi quis, in verbo, ſi vero alio mo-
do alienauerit.

m Vel obligari] † Hoc expreſſum, quia appellatione,
alienationis, non venit pignoratio, vel hypotheca genera-
lis, per tex. in l. in quorum, vbi late Laur. de Fano, ff. de pi-
gnorib. & late notatum dict. cap. 417. ſi quis in verbo, ſi ve-
19 ro alio modo alienauerit. † Datio in emphyteuſin prohi-
betur, ex quo alienatur vtile dominium, ita notat Ruin.
20 conſilio 41. numer. 44. volum. 1. † Prohibetur quoque re-
nuntiatio priuilegij immunitatis, cum ſit prohibitur obli-
gatio, ita not. Alex. conſil. 190 ad finem, volum. 2. late Lam-
bert. ad ſtatutum, de alienatio. mulierum, ad finem, quæſt.
45. num. 154.

n Ipſa alienatio, vel obligatio non valeat, nec teneat]
21 † De iure communi, qualiter, & quomodo tute, & valide
fiant alienationes Vniuerſitatis eſt textus, in l. finali, vbi
Bald. C. de vendendis rebus ciuitatis, libr. 11. pulchre Ber-
trand. dicto conſilio 37. volum. primo, parte 1. Socin. ſen.
conſil. 61. volum. 1. Ruin. conſil. 175. & conſi. 189. volum. 1.
late Roland. à Valle, conſil. 90. volum. 1. Plott. l. ſi quando,
22 numer. 815. & 820. C. vnde vi. † Eademque ſolennitas ſer-
uanda in alienatione earum, prout in alienatione rerum
eccleſiæ, & pupilli, vt cauetur in l. rempublicam, C. de iur.
23 reip. libr. 11. Bald. conſil. 204. numer. 1. volum. 3. † Nulli-
tatem hanc poteſt ipſa Vniuerſitas, quæ alienauerit dedu-
cere, vt notat Calcan. conſilio 126. numer. 4. Alciat. in ſi-
mili conſil. 726. numero ſecundo, in 1. capit. Imo ſola ipſa
poteſt hanc nullitatem allegare, vt not. Tiraquell. in l. ſi
vnquam, in verbo, reuertatur, numer. 10. vſque ad num. 16.
C. de reuoc donat. & in tract. ll. connub. gloſ. 8. de ſon mary,
numer. 95. & notatum ſupra cap. 328. in alienationibus, in
verbo, non valeat, volum. 1. Ex hac alienatione nulla non
transfertur aliquod dominium, vel poſſeſſio, vt late nota-
tum ſupra d. cap. 328. in alienationib. in verb. non valeat,
volum. 1. Quod prodeſt ſcire quòad fructuum acquiſitio-
24 nem. † Emptor, vel acquiſitor talis non poteſt ſe tueri ali-
qua præſcriptione, vt not. Ruin. conſ. 41. num. 26. & 27. vol.
1. & notatum ſupra d. cap 328. in alienationibus, in verbo,
non valeat, vol. 1.

o Ipſo iure] Tollitur per hæc verba ſententia iudis reſciſ-
ſoria non autem declaratoria ſuper facto, late notatum ſu-
pra cap. 1. in verbo, ipſo facto, vol. 1.

p Cadat in pœnam] Multi ſunt caſus in quibus quis ſic
alienans excuſetur ab hac pœna, de quibus notatum d. cap.
Collegijs, in verb. ſub pœna.

q Ipſo iure, & facto] Idem releuant hæc uerba, ut non re-
quiratur ſententia condemnatoria, ſed ſolum declaratoria,
ſuper facto, vt notatum ſupra d. cap. 1. in verbo, ipſo facto,
& in d. cap. collegijs, in uerbo, ipſo iure.

r Et omnes alienationes hinc retrofactæ] † Statutum hoc
25 loquens expreſſe de alienationibus præteritis, & iam factis
eas annullando, & ſic ſe retrahens ad caſus præteritos vide-
tur non tenere, vt not. Curt. ſen. conſ. 27. nu. 8. cum ſeq. idem
in ſimili Plott. conſi. 19 num. 52. notatum ſupra, vol. 1. cap.
vlt. ad fin & in præludijs.

ſ Sine ducali diſpenſatione] † Quod quidem conformat
26 ſe cum diſpoſitione iuris communis, ex quo in alienatio-
ne horum requiritur aſſenſus ſuperioris, ſecundum Loffred.
conſilio 25. ad finem, inter conſilia feud. Vrſill. ad Afflict.
deciſio. 290. numero 8. Senatus autem quotidie diſpenſare
ſolet ex forma cancellariæ, quod poſſint fieri alienatio-
nes horum bonorum vniuerſitatis, modo adhibeatur con-
ſenſus duarum partium habentium bona in dicto commu-
ni, & ſoluentium onera, & in reliquis ſeruentur ſeruan-
27 da. † Diſpenſationes autem hæ quo ad poſſidentes bona,
ſunt conformes iuris communis diſpoſitioni, cum haben-
tes, & poſſidentes bona in communi ſint domini etiam pa-
ſcuorum, & vicanalium, vt tradit Bertr. dicto conſilio 37.
numero tertio, volumine 1. parte 1. idem Ruin. conſilio 81.
numero 7. volumine primo. † Reliquæ autem ſolennita-
tes requiſitæ de iure communi in his alienationibus notan-
tur per Scribentes ſupra allegati, in verbo, ipſa alienatio,
vel obligatio non valeat, & maxime per Ruin. conſil. 189.
volumin. primo, & Roland. à Valle, dicto conſil. 90. volumi-
28 ne 1. † In hac autem diſpenſatione obtinenda requiritur
expreſſio ſpecifica in precibus bonorum, & iurium alienan-
dorum, vt not. Dec. conſilio 142. colum. fin. numer. 8. Con-
29 trarium tamen ſentit Grammat. deciſio. 66. numero 68. †
Subhaſtatio autem non eſt neceſſaria, cum ipſa tantum
requiratur in rebus patrimonialibus Principis, uel fiſcali-
bus, vt notat in hac ſpecie Ruin. conſil. 189 numer. 19. vo-
lumin. 1. Rolan. à Valle, dict. conſil. 90. numer. 22. uolum. 2.
30 † Et quia tam ex diſpoſitione iuris communis, quam etiam
ex forma dictarum diſpenſationum requiritur, quod duæ
partes ex tribus vniuerſitatis interueniant, quod pariter ha-
bet locum in mandato uniuerſitatis, ut notat Vant. tractat.
nullit. titu. ex inhabitatione, & defectu mand. compar. nu-
mer. 150. uerſ. & eſſe debent, cum alijs requiſitis ibi tradi-
tis, notat etiam Burſa. conſil. 159. numer. 10. uolum. 2. Fe-
ſtas, de collect. cap. 2. qui collecta, nume. 21. Limitando,
31 nume. 22. & 23. & ſupra notatum, cap. 1. † Vt tollatur om-
ne dubium, an hoc caſu credi debeat Notario aſſerenti duas
partes ex tribus interueniſſe, de quo per Roland. d. conſil.
90. numer. 37. uolum. 1. tutius eſt, quod Notarius in inſtru-
mento exprimat ſingula nomina interuenientium, vt not.
Abb. in cap. 1. num. 7. de ſyndic. idem Ruin. dict. conſil. 189.
num. 10. uolum. 1. Lauren. Kirch. ſuis commun. cent. 5. con-
cluſ. 7. Vniuerſitatis, notat etiam Burſat. d. conſil. 159. num.
32 12. uolum. 2. † Et quod ſufficiat conſenſus duarum partium
præſentium, dum tamen alij ſint citati, ita Burſ. d. conſ. nu.
13. declarando, num. 14. & 15. & conſi. 224. num. 11. uolu. 1.

33 † Et quod conſentiant vnitim, & facta congregatione, non autem ſinguli ſeparatim, vt notat Cotta, ſuis memo-
34 rab. in verbo, collegium debet. † Tacentes autem ha-
bentur pro conſentientibus, ita Felyn. in capit. cum om-
35 nes, numer. 12. de conſtit. Limitando tribus modis. † Non autem pręſumitur mandatum legitime factum duabus partibus Vniuerſitatis in contumaciam aliorum, vt tradit Bur-
36 ſat. dict. conſilio 160. numer. 7. volumine 2. † Et vbi res eſſet communis vti ſingulis, non poſſent ſuper eo regulariter diſponere, niſi omnes conſentiant, vt ibi per Felyn.
37 numer. 35. Limitando ſex modis, ibi, numer. 16. † Mandatum autem ſyndicorum non probat ex verbis enuntiatiuis, videlicet, vt aſſeruerunt conſtare, vel dicente vidiſſe illud, ut notat ex communiori, Burſat. dict. conſil. 160. num. 6. volum. 2.

s Ipſo iure] Abſque condemnatoria ſententia, licet declaratoria requiratur, vt notatum ſupra cap. 1. in verbo, ipſo facto, volum. 1.

u Sint nullæ] † Dum ſtatutum loquitur de præteritis
38 alienationibus, & iam factis videtur tenere, vt not. Curt. ſen. dict. conſil. 27. numer. 18. cum ſequen. & Plott. dict. conſil. 19. numer. 12. Verum adeſt ſtatutum ſupra, capit. 172. Nulla perſona prohibens allegari aliquam nullitatem ſtatutorum horum.

x Collegium, & vniuerſitas] † Appellatione ſingularis
39 perſonæ non veniſſet Vniuerſitas, niſi fuiſſet hic expreſſa, vt not. Dec. conſil. 486. numer. 7. notat in ſimili Plott. conſi. 19. num. 5.

y Cuiuſcunque conditionis exiſtant] † Comprehendun-
40 tur etiam minores & clerici, vt not. Rebuff. tracta. de nominat. quæſt. 8. & nume. 21. & notatum late in §. collegijs, in his uerbis.

z Ea ſpatiare, & vacuare] † Si tamen in eis emptor, vel
41 acquiſitor aliqua melioramenta vtilia, uel neceſſaria fecerit, poterit bona illa ſibi retineri donec ei ſoluantur, facta etiam eorum liquidatione, vbi ſint illiquida, vt notat Soc. ſen. conſi. 15. num. 20. uolum. 1. & notatum in ſimili late ſupra cap. 400. ſi quod ædificium, in uerbo, totum Domini utilitati cedat.

aa Præciſe] † Quid releuet hoc uerbum, Præciſe, notatum
42 in præludijs, & alibi ſæpe.

bb De ſuo ſalario] Vbi autem non habeat ſalarium tenetur de ſuo erogare.

cc Venderentur, uel aſportarentur] Fructus igitur horum uicanalium impune poſſunt uendi, & alienari abſque ſolennitate aliqua, quod idem de iure communi, cum non ueniat
43 appellatione alienationis, per ſupra notata. † Diuiſio autem horum vicanalium reſpectu proprietatum de iure cõmuni videtur eſſe permiſſa cum interuẽtu omnium vniuerſitatis, non autem ſufficeret maior pars, ita Alber. in l. Im-
44 perator, num. 2. ff. de ſeruit. ruſt. præd. † Modum etiam diuiſionis huius fiendæ, notat Menoch. conſ. 80. nu. 26. cum ſeq.
45 volum. 1. vbi dicit non tenere abſque decreto. † Per hoc ſtatutum quoque non videtur prohibita, cum dicatur alienatio neceſſaria, ut not. Opizon. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 106. cum ſeq. ff. de leg. 1. & notatum per nos ſupra, ca.
46 399. cum res, in uerbo, uel diuiſionis. † Duæ communitates ſi habent paſcua, nemora, uel aquas communia, & una earum remanſerit inhabitata, Dominus inhabitatæ poteſt prohibere, ne altera utatur eis, prout uti ſolebat, ita Afflict. in conſtit. regni, Rubr. 37. de animal. in paſcuis, uerſ. cum in
47 partes, num. 10. lib. 3. † Duæ pariter communitates ſi habent ſimul communionem paſcuorum, & ſingularis perſona alterius communitatis prohibeatur uti eis, quòd tacente communitate eius poſſit proſequi iudicium cõtra communitatem prohibentem nomine ſuo, not. Afflict. d. conſtit. regni, Rubr. 37. nu. 11. & 12. lib. 3. † In duobus tamen caſibus tenet contrarium, Additio, ibi in litera B. † Quod autem ſingularis perſona poſſit proſequi iudicium per communitatem, intentatum ſi ſua intereſt, notat Crauetta, conſi. 41. nu. 9. † Idem in appellatione interpoſita per communitatẽ, not. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 175. num. 4.

dd Detur ſua pars cuilibet habenti facere in eis] † Idem
48 eſt de iure communi, ut notat Alberic. in l. Imperator, nu. 2. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Bertrand. d. conſil. 37. nu. 5. uol. 1. Hier. de Monte tract. fin. regund. cap. 72. num. 20. uſque ad finem, Didac. Couar. tracta. pract. quæſt. cap. 37. in princip. uerſ. tametſi, Crauet. conſi. 60. num. 3. & conſ. 153. num. 1.
49 † An autem hoc caſu conſideretur perticatus, uel ualor bonorum ſingulorum habentium ius in d. communi, declarat ſignanter Menoch. tracta. arbit. lib. 2. caſu 245. nume. 4. cum
50 ſeq. cent. 3. † Et quod pro modo facultatum fiat hoc compartitum, not. Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in uerbo, de damno
51 dato, uerſ. in uilla. † Actio etiam communi diuidundo utilis datur contra utentẽ plus debito, & ſua portione paſcuorum, & uicanalium communium, ut not. Alberic. d. l. Imperator, nume. 2. ff. de ſeru. ruſt. præd. idem Plott. l. ſi quando, num. 815. & num. 820. C. unde ui. Menoch. tract. arbitr. lib. 2. caſu 245. num. 3. Verum nunquam uidi hoc practicari.
52 † Domini pariter paſcuorum non debent tenere tot animalia in paſcuis, quod herbagia, & paſcua non ſufficiant animalibus, ita Hier. de Monte, tracta. fin. regun. capit. 6. num. 13.

De gubernatoribus ſtatutorum. Cap. CCCCXCI.

a GVbernatores ſtatutorum ordinamentorum prouiſionum, & reformationum communis Mediolani, & ſcriptores cridarum, & præconizamentorum, quæ fiunt ex parte Domini ducis Mediolani, & Poteſtatis, & aliorum magiſtratuum communis Mediolani, debeant, & habeant pro eorum feudo, & remuneratione, de hauere communis Mediolani, ſoldum vnum Imperialiũ, qualibet die, & hoc b pro remuneratione librorum, quos neceſſe eſt ipſos habere quotidie in domo Domini Mediolani Poteſtatis, & pro prædictis oſtendendis eiſdem, & eorum iudicibus, & conſolibus, & Dominis ſex, & canevarijs communis Mediolani, & dominis Doctoribus collegij Mediolani, & quibuſlibet alijs officialibus cõmunis Mediolani, & pro eis inſtruendis de prędictis, quæ ſolutio eorum ſalarij fieri debeat per canevariũ communis Mediolani de pecunia dicti communis, abſq; aliqua nota, vel præcepto, omni menſe, eo modo, quo ſolutio fit Dominis ſex cameræ, & canevarijs communis Mediolani. Et in omnibus reputentur, & ſint officiales cameræ, & ſic habeantur, & tractentur.

a GVbernatores ſtatutorum ordinariorum] Hoc munus eſt Notarij officij Panigarolarum ſic nuncupatum, ex quo fuit traditum per Duces, & donatum quibuſdam nobilibus de Panigarolis, qui illud locant per tempora.

b De remuneratione librorum] Multa emolumenta habent quotidie à particularibus perſonis in concernentibus eorum officium.

Quod ſtatuta, prouiſiones, cridæ, & ordinamẽta ſtent penes gubernatorem ſtatutorum. Cap. CCCCXCII.

STatuta, prouiſiones, reformationes, cridæ, decreta, & ordinamenta facta, & factæ, & quæ fient in futurum, a ſtent, & remaneant penes gubernatores ſtatutorum communis Mediolani, ut hactenus fuerunt, & ſteterunt, b nec illud officium alij concedatur, nec vendatur, nec detur ad ſortes.

a STent, & remaneant penes gubernatores ſtatutorum] Hic ſeruatur, quod eſt officium Panigarolarum.

b Nec illud officium alij concedatur, nec detur ad ſortes] Hoc officium cum fuerit Dominis Panigarolis donatum per Duces antiquitus, ipſi illud locant per tempora.

Statutum in fauorem piorum locorum. Cap. CCCCXCIII.

AD hoc, ut pauperes a hoſpitalium Mediolani conſeruentur ab oppreſſura malorum hominum. Poteſtas Mediolani eiuſque iudices, & quilibet Iuſdicens in ciuitate, & Ducatu Mediolani, ſuo ſacramento, toto tempore ſui regiminis teneantur dicta hoſpitalia defendere, & manutenere in ſuo ſtatu, & iure, tanquam aliquam rem ſpecialem communis Mediolani, & per quemlibet Iuſdicentem fieri debeat b ius ſummarium ſine ſtrepitu, & figura iudicij dictis hoſpitalibus, quolibet die feriato, & non feriato, exceptis ferijs introductis c in honorem Dei, & ſanctorum. Et quilibet Iuſdicens poſſit, & debeat, ex officio inquirere, & procedere contra omnes, & ſingulos, qui aliquid commiſerint, uel committerent in pręiudicium, uel

dammum

Digitized by Google

damnum ipſorum hoſpitalium, nec alicuius eorum, *d* & ipſos punire, *e* & condemnare, ſub pœna librarum centum Imperialium cuilibet Iuſdicenti, ut ſupra, de ſuo ſalari applicandarum communi Mediolani. Idem per omnia ſeruetur *f* in fabrica Eccleſiæ maioris Mediolani, & in conſortijs domus miſericordiæ, quatuor Mariarum, charitatis, Diuinitatis, humilitatis, pietatis, pauperum Chriſti Mediolani Pignatellæ, ſcholæ protectorum carceratorum Mediolani, ſcholæ hoſpitalis ſancti Iacobi Portæ Vercellinæ Mediolani, ſcholæ ſanctæ Catharinæ ſuper cœmiterio ſancti Nazarij in brolio Mediolani hoſpitalis SS. Petri & Pauli, in burgo portæ Romanæ. Quodque per præſentia ſtatuta intelligantur expreſſe confirmata, & approbata omnia, & ſingula diſpoſita in decreto, alias edito, uidelicet, die ſecundo Ianuarij, milleſimi quadringenteſimi octuageſimi ſexti, ſignato Io. Moronus. Et, quod pia loca eleemoſynaria, comprehenſa in præſenti ſtatuto, poſſint, & ualeant gaudere beneficio dicti decreti, & contentorum in eo.

a HOſpitalium Mediolani] † Hoſpitalia an dicatur lo-
1 ca pia, & conſequantur priuilegia locorum piorum, late diſcutit Gabriel ſuo tracta. communium, tit. de pia cauſa, concluſ. 2. Priuilegia plura hoſpitalis maioris, & dependentium ab eo, notátur in priuilegio Philippi Regis Hiſpaniarum & Ducis noſtri, anno 1559. 10. Octobr.

b Ius ſummarium] Quid releuent hæ clauſulæ ſummariç, notatum ſupra late capit. 47. D. Poteſtas, in uerbis his, uolum. 1.

c In honorem Dei, & ſanctorum] Nam hæ feriæ non poſſunt tolli per ſtatuta, ut notatum late ſupra ca. 107. temporibus, in uerb. & de eis non reddatur ius, uol. 1.

d Et ipſos punire] Exequendo condemnationem, quç procedere habeat.

e Et condemnare] Quæ condemnatio debet procedere.

f In fabrica Eccleſiæ maioris] Dicta fabrica habet eius iudicis ex priuilegio, idem in alijs locis pijs, & hoſpitalibus.

Quod brentatores debeant currere ad ignem tempore incendij. Cap. CCCCXCIV.

BRentatores habitantes in ciuitate Mediolani, tempore incendij, teneantur currere cum eorum brentis ad ſeruiendum, & ignem extinguendum, donec à domino, ſeu conductore domus fuerint licentiati, ſub pœna illis brentatoribus illius portç, in qua fuerit incendium, ſoldorum uiginti Imperialium, pro quolibet eorum quibus brentatoribus exinde ſatisfiat per eum, qui habitat in domo, ubi ſit incendium, ſecundum quod per dominum uicarium prouiſionũ taxabitur. Ad quam ſolutionem *a* compellatur de facto per ipſum dominum uicarium, quç pœna impoſita brentatoribus, applicetur habitatori domus prædictç.

a COmpellantur de facto] Quid releuet hoc uerbum, notatum late ſupra cap. 48. quilibet in hoc uerbo, de facto, uolum. 1.

De domicello veſtito qui receſſerit ante finem anni, ſine licentia Patroni. Cap. CCCCXCV.

a SI domicellus, uel alius familiaris maſculus, uel fœmina, *b* fuerit ueſtitus, uel ueſtita per aliquem eius patronum, uel patronam, *c* & receſſerit, contra, uel præter uoluntatem patroni uel patronç, ab ipſo, uel ipſa, ante ſpatium anni, à tempore confectionis robç, de qua fuerit ueſtitus, uel ueſtita, *d* teneatur ipſam robam dimittere patrono uel patronç, *e* alioquin tanquam furto ſubtracta, habeatur & reputetur. *f* Pro quo tamen furto non poſſit procedi criminaliter, ſed tamen ciuiliter poſſit cogi, *g* etiam per perſonalem detentionem, quolibet die. Et nihilominus pro temporibus, quibus dicti domicellus uel domicella portauerit dictam robam, uel ea uſus, uel uſa fuerit, ſolutum & ſatisfactum eſſe intelligatur, dicto domicello, uel domicellç, uſque *i* ad quantitatem, quam aſcenderit deterioratio dictç robç, & de non licentia utſupra, *k* ſtetur ſacramento patroni uel patronç, utſupra.

SVMMARIVM.

1 *Domicellus, & familiaris quis dicatur.*
2 *Qualitatem veſtimenti quis probare debeat.*
3 *Quibus caſibus teneatur domicellus veſtem reſtituere, & quibus non.*
6 *Qualiter, & quando præſumantur res furto ſubtractæ per domicellum, & quando non.*
11 *In caſu huius ſtatuti non agitur criminaliter, ſed tamen ciuiliter.*
12 *Vigore huius ſtatuti poteſt dominus perſonaliter detineri domicellum fugientem.*
13 *Qualiter, quando, & vbi, & à quibus iuretur in caſu huius ſtatuti.*

a SI domicellus] Intellige de famulo, & ſeruitore.
b Vel alius familiaris] † Familiaris appellatione lar-
1 ge comprehenduntur habitantes omnes in domo, prout not. Abb. & omnes Scribentes, in cap. In literis, de teſtib. ubi gloſſa, ubi explicat, qui proprie intelligendo comprehendantur, idem not. gloſſ. in cap. In ſumma, 3. quæſtione quinto.
c Fuerit ueſtitus, uel ueſtita, per aliquem eius patronum]
2 † Hæc qualitas debet probari per patronum agentem, iuxta l. 2. ff. De probationib. idem in ſimili notat Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de indit. ante torturam, num. 54.
d Et receſſerit contra, vel præter voluntatem patroni] Secus ſi ex eius voluntate, & ipſo conſentiente, quia ceſſat hec diſpoſitio.
e Teneatur ipſam robam dimittere] † Poteſt enim ſpolia-
3 re dominus famulum recedentem de indumentis ei datis, ita notat Bonacoſſ. tractà. de ſeruis & famul. quæſtione 79.
4 verſic. Et poterit dominus. † Quod tamen venit declarandum, per tradita per Barto. in l. penult. § 1. num. 4. vbi alij Scriben. ff. ſolut. matrim. vtrum data ſit vti ſpecies, vel vti quantitas, nam ſi data fuerit vti ſpecies, vt ſcilicet dominus domicello vtatur certo tempore, tenetur eam reſtituere, alias non, ſi vult reſtituere quantitatem detracta deterioratione, quæ imputatur in eius ſalarium, vt etiam cauetur
5 infra eodemmet Statuto. † Debet tamen famulus habere veſtes lugubres magni viri mortui, ita Bonacoſſ. d. tractat. quæſt. 132.
f Alioquin vti furto ſubtracta habeatur & reputetur] †
6 Idem not. Boſſ. ſua praxi crimin. tit. De indit. ante torturam,
7 num. 53. & 54. † Dominus pro furto leui poteſt punire verberibus famulum, licet non poſſit puniri per iudicem, ita
8 Bonacoſſ. tract. de ſeruis & famul. quæſt. 112. † Famulus qui adhibuit omnem diligentiam penes dominum, vt conſequatur eius ſalarium, ſi non poteſt conſequi, poteſt furari impune domino tantam quantitatem rerum, quantum importat eius ſalarium, ita notat Caroc. tracta. Locat. verſ.
9 Tempore penſionis, num. 13. Poteſt etiam dominus capere propria authoritate famulum fugientem, ita not. Bonac. in
10 d. tract. pract. quæſt. 234 † Diſpoſitio hæc quod roba quam habebat præſumatur ab eo recedente ſine licentia ſubtracta, habet locum etiam in alijs rebus, quæ deſunt domino, quãdo domicellus aufugerit, quia præſumuntur ab eo fugiente ſubtractæ, ita notat gloſſ. in §. Si vero etiam quidam iurent, in verbo, Factum, vbi Angel. in Auth. De exhib. reis, idem notat Iaſ. in l. Admonendi, in 2. lect. num. 159. ff. de iureiurand. Boſſ. d. ſua praxi crim. tit. De indit. & conſiderat. ante torturam, num. 53. idem not. Marſ. §. diligenter, nu. 47. Paul. de Irland. tract. de relaxat. carcerat. cap. de fuga incarcerati, idem cauetur in lib. 6. Communium, in verbo, Fugiens à carcere, Duen. ponit regulam in reg. 307. Famulus, Limitando, vt ibi per eum, quatuor modis, & infra capitulo ſequenti cauetur.
g Pro quo tamen furto non poſſit procedi criminaliter]
11 † Nam iure communi inſpecto vltra actionem criminalem pro furto, pro quo agitur ad pœnam proceditur etiam ciuiliter, & dicitur condictio furtiua, quæ datur ad rei vendi-
12 cationem, toto tit. ff. & C. de condict. furtiu. † Ratio autem textus huius illa potiſſimum, quod non agatur actione furti criminaliter hoc caſu, ex eo, quod ſit furtum domeſticum, quod non poteſt puniri actione furti, vt notatur in l. Reſpiciendum, §. furta domeſtica, ff. de pœnis, ita Afflict. in conſtitut. regni, Rubric. 63. de officio Baiuli, num. 16. & 17. lib. 1.
h Etiam per perſonalem detentionem] Quod non poſſet fieri obſtante Statuto, ſupra, cap. 167. Pro debito, volum. 1. Niſi hic fuiſſet expreſſum.

Digitized by Google

i Quolibet die]Non tamen feriato in honorem Dei, quod
non poteſt tolli per Statutum, vt notatum ſupra, capit. 107.
Temporibus, in verbo, Et de eis non reddatur ius, volumine
primo.

k Ad quantitatem quam aſcenderit deteriorario dictæ ro-
1 bæ] † Quando data vti qualitas, iuxta diſtinctionem Bart.
& Scriben in l. penultima. §. 1. numero quarto. ff. ſolut. ma-
trim.

l Stetur ſacramento patroni] Quomodo iurandum, & qua
liter, & quo loco, & tempore, & apud quem Iudicem, & qua
lis debet eſſe perſona iurare volens, notatum late ſupra in
capit. 371. Statuitur in his verbis.

Qualiter domicellus, vel familiaris teneatur pro furtis, vel rebus ſubtractis. Cap. CCCCXCVI.

a SI contingat aliquem domicellum, *b* vel alium familiarem recedere à patrono, vel patrona, *c* ſine eius licentia, *d* & poſt eius receſſum, *e* infra octo dies, *f* patronus vel patrona *g* aſſeruerit aliquod mobile eſſe deperditum, vel non reperiri in eius domo habitationis, *h* affirmet eius proprio ſacramento, *i* & credere eſſe ſubtractum per eum domicellum, pro plena probatione habeatur contra domicellum, vel famulum, & intelligatur receſſiſſe ſine licētia, ſi hoc, patronus vel patrona, *k* iuramento ſuo affirmauerit, ita tamen, quod vigore huius ſtatuti *l* non poſſit procedi criminaliter, ſed tamen poſſit fieri exequutio realis, etiā per perſonalem detentionem, & quolibet die.

SVMMARIVM.

1 *Domicellus quis ſit.*
2 *Familiaris quis ſit.*
4 *Infra quod tempus audiatur patronus in caſu huius ſtat.*
5 *Aſſertioni domini creditur cum iuramento.*
6 *Probatio per ſacramentum, non eſt legitima probatio, ſed priuilegiata.*
7 *Concordat hic tex. cum iure communi.*
14 *Fideiuſſor pro famulo, tenetur in caſu huius ſtat.*

a SI domicellus] Intellige de famulo, & ſeruitute. † Fœ-
1 mina quoque domicella & famula, quæ diu ſtetit cum
aliquo, licet ſit creditrix de aliqua ſumma pro ſuo ſala
rio Domini ſui, licet etiam ſit reddita prægnans à domino,
non debet recedere à domino furtiue, nec aliquid ab eo ſub-
trahere, cum habeat iudices, quos adire poteſt, vt not. Cę-
poll. conſ. 26. num. 1. cum ſeq. maxime num. 6. Et hoc etiam
cauetur infra, c 499. Prædicta.

b Vel alius familiaris] Qui comprehendantur, late nota-
2 tum, cap. præcedenti, in hoc verbo, Familiaris. † Non tamen
comprehenditur in his verbis negotiorum geſtor, ſic quan-
doque iudicatum per Dominos protectores carceratorum
in cauſa cuiuſdam negotiorum geſtoris, quem capi fecerat
Ill. quon. Comes Dionyſius Boromæus, & etiam rationem
ab eo reddi petebat, & facto verbo in Senatu, fuit dictum,
quod contra eum eſſet actio particularis, & Statutum non
loqui de his quibus fuerit commiſſa adminiſtratio particu-
laris, prout in negotiorum geſtore. Qualitas hæc quod ſit
domicellus, vel familiaris debet probari per dominum, qui
vult agere, ita Boſſ. dicta ſua praxi crim. tit. de indit. ante tor
tur. num. 54.

c Sine eius licentia] Secus ſi habuerit licentiam bonam à
domino, vel patrono, quia tunc ceſſat hæc præſumptio
mala.

d Et poſt eius receſſum] † Tempore huius receſſus ſine licen
3 tia probari debet, quod hic eſſet domicellus, vel familiaris,
ita Boſſ. dicta ſua praxi crimin. titu. de indit. ante tortur. nu-
mero 54.

e Infra octo dies] † Poſt hoc autem tempus non debet pa-
4 tronus audiri, vt tradit Bald. in l. obſeruare. §. Proficiſci, nu.
4. ff de offic Proconſ.

f Patronus vel patrona] Qui tamen ſint laici, quia hoc be
neficium non competit clericis patronis, ſic declarauit Sena-
tus anno 1546. 7. Nouembr. De iure tamen videretur ſecus
dicendum, ex eo quod non ſunt in ſpecie prohibiti vti hoc
Statuto, vt ſupra notat. d. cap. 180. In fauorem.

g Aſſeruerit aliquod mobile eſſe deperditum, vel non repe
5 riri in eius domo habitationis] † Et ſic creditur eius aſſertio-
ni hoc caſu cum iuramento infraſcripto, & hoc eſt ſingula-
re. Illa autem ratio poteſt adduci, quia ex quo difficilis eſt
probatio rerum, quæ ſunt in domo, ideo debet ſufficere pro
batio per coniecturas, vt in his terminis not. Alex. conſ. 53.
vol. 2. per totum, confirmat Rebuff. tract. concord. in regia
ad prælaturam. §. vlt. in verbo, Specie probationis, verſicu.
Decima ſpecies.

h Affirmet eius proprio ſacramento] † Quod hæc non ſit
6 legitima probatio, quæ ſit per ſacramētum alicuius, & qua
liter, & quando, & quo tempore & loco, & coram quo iudi-
cę ſit deferendum, late notatum ſupra, cap. 371. Statuitur, in
verbis, ſtetur ſacramento domini.

i Et credere eſſe ſubtractum per eum domicellum] † In hoc
7 concordat cum diſpoſitione iuris communis, iuxta gl. ſingul.
in Auth. De exhibend. reis. §. ſi vero etiam quidam iurent,
in verbo, Factum, vbi Angel. Iaſ. In d. l. admonendi, Secunda
lect. num. 159. ff. de iureiur. cum accumulatis in ca. præced.
8 in verbo, Alioquin vti furto ſubtracto. † Declarando, vt
per Duen. reg. 307. Famulus.

k Pro plena probatione habeatur] † Idem de iure communi
9 ſecundum Boer. ſua deciſ. 215. numer. 29. Rationem adducit
Boſſ. d. tit. de indit. ante torturam, num. 53. & 54. Et etiam
quod hoc non eſſet de iure communi, tamen hoc inductum
per Statutum valeret, cum inductum ſit ob neceſſitatem, uel
publicam vtilitatem, iuxta tradita per Fel. in cap. 2. num. 2.
10 verſ. Secunda concluſio, de probat. † Probatio tamen in con
trarium poteſt fieri etiam ſi ſtatutum diceret, quod habere-
tur pro plenaria probatione, vt in his terminis poſt longam
diſcuſſionem firmat Tiraquell. tract. retract. lignag. §. 4. gl.
1. nu. 14. cum ſeq. in 2. limit.

l Iuramento ſuo affirmauerit] Quando deferendum, quo
tempore, & loco, & coram quo iudice, notatum late ſupra,
capitulo 371. Statuitur, in verbis, Sacramento, & verbo,
Domini.

m Non poſſit procedi criminaliter] † Idem de iure commu-
11 ni, vt agatur ſolum ad rei proſecutionē condictione rei fur-
tiuæ, non ad pœnam, vt notatum cap. præcedenti, in his ver
12 bis. † ex eo quod in his furtis domeſticis non agitur ad pœ-
nam l. reſpiciendum. §. furta domeſtica. ff. de pœnis, Cępol.
13 conſilio 26. num. 11. † Niſi furtum eſſet magnum, ita Afflict.
in conſtit. regni, Rubr. 63. De officio baiuli, ad fin. num. 16.
& 17. vol. 1.

n Sed tamen poterit fieri exequutio realis] Fideiuſſor pro
famulo tenetur pro hoc delicto probato, vt poſt longam di-
ſcuſſionem firmat Boſſ. ſua praxi crimin. tit. de carcer. fide-
14 iuſſ. num. 54. † Ex quo venit ex natura rei, idem dicitur in
fideiuſſore conductoris pro penſione, vt teneatur pro dete-
rioratione rei conductæ, ita Rebuff. tract. de literis obligat.
artic. 4. gloſſ. 2. num. 32. per text. in l. Admiſſi. §. fideiuſſor.
ff. de fideiuſſ.

De domicello, vel famula inhoneſte ſe habente in domo patroni vel patronæ.

Cap. CCCCXCVII.

a SI contingat domicellum, vel familiarem, *b* aut domicellam, vel familiarem, *c* inhoneſte ſe habere in domo ſui patroni, vel patronæ, poſſit patronus, & patrona, *d* authoritate propria, *e* Ipſum domicellum, vel familiarem, *f* duci facere in forciam Domini Poteſtatis. Et ſi hoc firmiter ſe credere patronus, vel patrona, ſub *g* ſacramento affirmauerit, quod tunc domicellus, vel domicella teneatur in carceribus, per annum vnum, vel minus arbitrio patroni, vel patronæ.

SVMMARIVM.

1 *Comprehendit maſculum, & fœminam.*
2 *Inhoneſtus hæc attenditur circa corpus ſuum.*
4 *Retentio ex hoc ſtatut. procedit tantum in maſculo.*
5 *Qualiter, & quando, & vbi deferatur domino ſacramentum.*

a SI contingat domicellum vel familiarem] Quæ ſint hæ
perſonę, notatum ſupra, c. 495. Si domicellus.

b Aut domicellam] Ligatur hic etiam fœmina, ex quo
1 tractatur de inhoneſtate, quæ contingit vtrique ſexui. † An
cilla commiſcens ſe domino an patiatur aliquam pœnam,
notat Bonacoſſ. in tract. De ſeruis, & famulis, q. 247.

c Inhoneſte ſe habere in domo ſui patroni, vel patronæ]
2 † Hoc intelligitur reſpectu honoris fœminarum, quę ſunt
in domo, & hoc procedit reſpectu domicellarum, & famula
rum,

Digitized by Google

rum,quę ſe inhoneſte gerunt in domo patroni reſpectu corporis ſui,quia ita conſideratur honeſtas, iuxta text. in l. Qui aliter,vbi gl.ff.de vſu,& habit.
d Propria authoritate] † Poteſt etiam capere domicellum
3 fugientem,vt notat Bonacoſſ. in tractat. de ſeruis & famul. quęſt.234.
e Ipſum domicellum & familiarem] † Quo ad detentio-
4 nem Statutum hoc non loquitur de domicella, & famula, prout ēt ex verbiſmet ſtatuti colligitur, circa fin.ibi. Quod tunc domicellus vel domicella.
f Duci facere in fortiam Dom. Poteſtatis] Quod poteſt facere etiam antequam iuret, vt infra cauetur ex ſtatuti verbis.
g Sacramento affirmauerit] Qualiter deferendum iuramētum,& quo loco, & quo tempore, & coram quo Iudice,notatum ſupra,cap.371.Statuitur, in verbo, Stetur ſacramen-
5 to Domini.†Poterit tamen probari contrarium,cum non ſit de caſibus exceptis,Tiraquell.tract. retract.lignag.§.4.glo. 1.numero 13.cum ſequentib.

Quod ſtetur ſacramento patroni, vel patronæ pro ſolutione ſalarij. Cap. CCCCXCVIII.

a SI oriatur controuerſia b inter patronum,c & domicellum,vel familiarem d ſuper quantitate ſalarij,vel mercedis,vel ſuper ſolutione ſalarij, vel mercedis, e ſtetur ſacramento patroni,vel patronæ f ſingulariter referendo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum obligans dominum pro delicto famuli, qualiter intelligendum.*
3 *Famulus poteſt cogi ad ſeruiendum, & moderate caſtigari.*
5 *Famulus exercens in apotheca, non poteſt dici ſocius.*
6 *Famulo expulſo vtrum debeatur ſalarium.*
10 *Qualiter, & quando debeatur ſalarium ſeruitori, & intra quod tempus ad illud petendum admittatur, plur.ſeq.*
21 *Quibus loco,& tempore deferendum ſit domino ſacramentum.*

a SI oriatur controuerſia] Idem importat quod lis,quęſtio & ſimilia,per Statutū ſupr.c 13. Hæc verba, Quicquid in iure differant,vt ibi notatum, volum.1.
b Inter patronum] Tenentem aliquem ad ſuam ſeruitutem.
c Et domicellum,vel familiarē] Quid ſint, notatum late
1 ſupra,cap.495.Si domicellus. † Statutum, quod dominus tenetur pro delictis commiſſis per famulos ſuos, intelligitur de delictis commiſſis per famulos tempore quo erant eorū famuli,ita Bonacoſſ in tract.de ſeruis & famul.quæſt. 57 ad finem,alias nō tenetur etiam ſi eſſet caupo, vt ibi per
2 eum. † Dominus ſi ex Statuto tenetur ſoluere condemnationem pro famulo, & ſeruo, non tenetur ſi fuerit in contumaciam condemnatus, ita notat Bonacoſſ.tract.de ſeru. & famul. quæſt 97 & quęſt. 141. Scribentes omnes in l.
3 Cum filiusfamilias, in princ.ff.de verb.oblig. † Famulus alicuius quod poſſit cogi ad ſeruiendum alteri perſonæ,
4 not. Bonacoſſ.in tract d. quæſt. 86. † Famulus ſi non vult operari & ſeruire,poteſt moderate caſtigari per dominum,
5 ita Bonacoſſ.in d. tract. quæſt.117. † Famulus conductus pro famulatu ſi dominus facit eum exercere in apotheca, non poteſt dici ſocius in arte,in qua fuit præpoſitus,Bonac. d.tract.quæſt.90.Caroc.tract.Locati,verſic. Inſtit. Actione,
6 numer. 1. † Famulus expulſus ſine cauſa à domino an debeat habere ſalarium præteriti temporis, diſtinguit Caroc.
7 d. tract. verſic.tempore penſionis,numer.6.& 7. † Et quod debeatur ad ratam temporis mortuo eo intra annum pro quo facta conductio, not Caroc.verſ. Officio Aſſeſſorum,
8 num.7. † Officialis an teneatur pro eius ſeruis viuis vel mortuis,not.Bonacoſſ.d.tract quæſt.95.
d Super quantitate ſalarij vel mercedis] † Famulus ſim-
9 pliciter conductus in domo alicuius an debeat habere ſalarium,vbi non eſt ei promiſſum, diſcutit Bonac.d. tract. De
10 ſeruis, q.97. † Famulo ſi fuit conſtitutum ſalarium pro ſeruiendo duobus, vt puta ſcholaribus, diminuitur ſi vnus
11 ex eis receſſerit,Bonac. ibi, quęſt.122. † Famulus conductus pro anno certo ſalario,ſi vltra annum ſeruiat, cenſetur reconductus eum eodem ſalario,ita Bonac. in d.tract.de ſeru. quæſt.80.Et iurans ſeruire per annum aſtringitur eo iura-
12 mento. Ita Bonacoſſ. quæſt.81. † Famulus poteſt locare
13 operas ſuas perpetuo,ita Bonacoſſ.d.tract.quęſt.85. † Famulus conductus pro vno anno, ſi interim moriatur debetur eius hæredibus totū ſalarium,ita Bonac.d.tract.q.82. Alias ſi ante recedat nullum ſalarium debetur,ita Bonac.d. tract. quæſt 104.ad finem, Et eo caſu tenetur ſeruire ſecun-
14 dum eius qualitatem,vt ibi.Bonac.quęſt.83. † Medici, & medicinæ cuius ſumptibus debent præſtari famulo infirmo,
15 not.Caroc.d.tract. Locat.verſ.ſumptibus, nu.6. † Famulo qui infirmatur pro tēpore infirmitatis non debetur aliquod ſalarium, ita not. Viuius ſuis commun.lib.1 opin.108.Famuli ſeruiens,Idem Bonac.d.tract.q.103. Et hoc de rigore iuris,non de æquitate,idem Caro.d.tract.verſ.Tēpore penſionis,num.9.Imo quod non teneatur reficere tempus infir
17 mitatis,vt per eum,nu.10. † Datum famulo vltra ſalarium,
18 cenſetur donatum,Bonacoſſ d.quæſt.92. † Famuli admittuntur de iure communi ad petendum eorum ſalarium à dominis intra triennium, alias excluduntur, vt notat Duen. regul.306 Famulus,Limitando duodecim modis,vt ibi per
19 eum,refert Bonac.d.quęſt.103. † In alijs operarijs reſtrictum hoc tempus per Senatum,ad tres menſes,ita per decre
20 tum anno 1549. 28. Martis editum. † Aromatarij pactum cum eius famulo, vel Garzono de ſeruiendo et per quadriennium non tranſit ad hæredes Aromatarij, ita Bonacoſſ.in tract. De ſeru. quæſt. 117.
e Stetur ſacramento patroni, vel patronæ] † Qualiter,
21 quo tempore,loco, & coram quo iudice hoc iurandum, & qualis debeat eſſe perſona, & quod poſſit probari contrarium,notatum late ſupra,cap.371. Statuitur,in verbis ſimi-
22 libus. † Procedere videtur hæc diſpoſitio etiam ſi nunc non ſit dominus,vel patronus,ſed ſolū fuerit, prout in ſimili declarat gloſſ.in l. Cotem ferro, §. Eam rem in verbo, Dominus, ff. de publican. In contrarium videtur poſſe argui ex tex.l.in edictis,§.Si extraneus,ff. De noxalibus,quod qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, iuxta notata per Bart. in l. Ex facto,col. 2.circa med. verſic. Secundo caſu,vbi Caſtr. num. 4. & Aret.numer.6 ff.de vulg. & pupill.& in l. In ſubſtitutione, ff.eod.tit. Verum ſi fiat interpretatio verbi illius patroni,vel patronæ olim ceſſant contraria.
f Singulariter referendo] † Vt in ſimili facit relationem,
23 Deci.conſil.391.num.5.ad finem, & num.6.verſic. Secundo reſpondetur.

Quod prædicta capitula de domicello intelligantur etiam in domicella, famula, baiula, vel nutrice. Cap. CCCCXCIX.

a PRædicta omnia quæ dicta ſunt b domicello, vel familiari, c habeant locum in domicella, d ac baiula vel nutrice.

a PRædicta omnia quę dicta ſunt] † Hæc dictio, & clau-
1 ſula includit omnes qualitates Statutorum præcedentium,ut notat Roland. à Valle conſil. 60,num.30.cum ſeq. volum.1.
b De domicello, vel familiari] In numero ſcilicet ſingulari,vt dictum ſupra,cap.496.Si domicellus. Et ſic vtrum habeat locum etiam in domicella poterat controuerti, iuxta tradita ſupra,c.116.In ciuitate,vol.1.propterea hic expreſſum clare.
c Habeant locum in domicella,& famula] Et ſic etiam in fœmina inſeruiente.
d Et baiula vel nutrice] In domo tantum ſtante, vt concordet cum alijs famulis, nam quandoque filij dantur nutricibus extra domum, quo caſu non militaret diſpoſitio Statutorum præcedentium,&c.

Quod mulier poſſit conſentire alienationi bonorum hypothecatorum pro iuribus dotalibus. Cap. CCCCC.

a POſſit mulier, b conſtante matrimonio,conſentire cuilibet c alienationi bonorum d hypothecatorum e pro iuribus dotalibus, f & paraphernalibus, g & ea bona, & alia quælibet bona abinde retro alienata, per quæ regreſſus poſſet haberi ad ea bona,quæ tunc alienarentur, & liberarentur, h liberare ab ipſa hypotheca, i ſiue ſint vltimum pignus, k ſiue non, etiam quando ſe petat ſecuram in toto,vel in parte, ſuper alijs bonis, l quomodo in
actu

Digitized by Google

actu huiuſmodi conſenſus, & liberationis, *m* accedat conſenſus patris, ſi patrem ipſa mulier habuerit, *n* & vnius alterius agnati *o* proximi. Et ſi patrem non habuerit, accedat conſenſus *p* duorum agnatorum proximiorum, *q* ita quod exiſtentibus agnatis interueniant ipſi agnati: *r* & non exiſtentibus agnatis *ſ* interueniant cognati, exiſtente vero ſolum agnato vno, ipſe interueniant cum vno cognato in omnibus caſibus etiam interueniant conſenſu *s* iurarare debeant ipſi conſentientes ad Sancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis ſcripturis, conſenſum ipſius mulieris eidem expedire, & eorum credere nullum alium meliorem modum adeſſe quam conſenſus alienationis prædictæ. *u* Onerantes grauiter conſcientias iurare debentium, vt diligenter aduertant, ne in præmiſſis calumnioſe interueniant. *x* Idem in omnibus, & per omnia locum habeat in renunciationibus contradictionum factarum aliquibus cridis factis pro bonis vendendis, & liberationibus bonorum ad cridas poſitorum, *y* quando aliquibus cridis per aliquam mulierem, vel eius nomine ex cauſa iurium dotalium, & paraphernalium contradictum fuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter de iure communi poſſit mulier conſentire huic alienationi.*
2 *Attento dicto iure communi hæc alienatio reuocatur. Quoties alia bona non ſuperſint pro ſatisfactione dotis.*
7 *Limitatur iſta concluſio multis modis vſque ad num. 13.*
13 *Mulier iurans non conſentire; ſi conſentiat etiam cum iuramento, non tenet conſenſus.*
14 *Res dotalis immobilis non poteſt alienari etiam de conſenſu vxoris, cum ampliationibus, & fallentijs, vſque ad num. 41.*
41 *Extante fundo dotali, non deſinunt alia bona iuri eſſe hypothecata.*
42 *Domus alicuius, deſtruenda ob delictum, propter hypothecam mulieris ſuſtinetur.*
43 *Pro hac hypotheca non agit mulier cõtra creditores conſtante matrimonio.*
44 *Qualiter & quando poſſint cedi iura dotalia.*
45 *Quid in paraphernalibus.*
46 *Liberatio hæc non extenditur ad non ſpecificata.*
48 *Renunciatio præiudicat quoad omnes.*
49 *Qualiter maritus poſſit libere diſponere de dote vxoris.*
50 *Renunciatio vxoris ad quid trahatur, & vtrum fraudolenter facta noceat vxori.*
53 *Bona ſic alienata, ſi ad maritum reuertantur, recidunt in hypothecam.*
57 *De iure communi conſenſus ab vxore præſtitus ſuper vltimo pignore non tenet.*
59 *Statutum hoc non eſt correctorium iuris communis.*
60 *Mulier petens ſe tutam, de iure communi excludebatur ab hypotheca.*
61 *Vtrum conſenſus patris debeat adhiberi in contractu ſuum intereſſe concernente.*
62 *Quid iuris ſi agnatus nolit conſentire, vel agatur de ſuo intereſſe.*
64 *Proximiores in gradu requiruntur.*
70 *Si proximiores ſint minores, vel inhabiles remotiores admittuntur.*
72 *Vtrum poſſit fieri alienatio vni ex agnatis, & quomodo.*
74 *Iuramentum vtrum ſuppleat defectum agnatorum, cum limitationibus, vſque ad num 79.*
79 *Creditur mulieri aſſerenti ſe agnatos non habere.*
80 *Qualiter probetur extare agnatos, & illos non fuiſſe adhibitos.*
81 *Nullis iſtorum ex ſtantibus diſpenſat Senatus, vt contrahat cum aſſiſtentia duorum vicinorum.*
84 *Tenentur in conſcientia iſti conſentientes erga Deum; & contractus ſine hac ſolennitate nullus eſt, nec poteſt huic ſolemnitati per partes renunciari.*

a POſſit mulier] Vxor ſcilicet exiſtens alicuius, vel nurus.
b Conſtante matrimonio conſentire] † Idem de iure com-
1 muni poteſt facere vxor ſine hac ſolennitate, per textum in
l. Etiam ſi cõſtante, & l. Iubemus, C. Ad Senat. Vell. Etiam
ſine aliqua certificatione, ita Bald. in conſil. 164. ad fin. & cõ
2 ſil. 165. volum. 3. † Quod tamen dicto iure habet locum,
modo tamen remaneant tot bona marito, quę ſufficiant pro
ſatisfactione dotis illius, alias mulier non obſtante illo con
ſenſu poterit reuocare alienata vſque ad concurrentem
quantitatem dictę eius dotis, ita Bald. d. l. iubemus, num. 4.
C. ad Velleian. Quod idem notat Pract. in forma libelli in
actione pro donatione, verſic. Ex cauſa, num. 14. Et in actione hypothecaria, verſic. Exceptione, num. 29. Caſtren. l. Męuia, §. Fundus, num. 3. ff. ſolut. matrimon. Romanus conſil.
187. num. 1. & 2. Afflict. deciſ. 311. numer. 1. Anton de Fano
tract. pignor. 6. parte princ. 3. membro, num. 14. Ferronius
ſuis Commentar. titu. 4. De dote, §. 12. colum. 13. verſicu.
3 Hæc autem. † Sufficit tamen quod adſint tempore renunciationis, vt tradit Roma. d. conſil. 187. num. 1. idem Affli.
4 deciſ. 313. numero 1. † Quod autem non adeſſent tunc
temporis tot bona ſufficientia in bonis mariti onus videtur
ſpectare ad mulierem tanquam quod ſi fundamentum intentionis ſuæ, iuxta tradita per Caſtr. d. l. Męuia, §. fundus,
5 n. 4. ff. ſol. matr. † Sed quod ſufficiat mulierem hoc allegare,
onus aũt probandi contrariũ ſpectet dicenti contrariũ, iuxta
gl. in l. cum de lege, ff. de prob. cum notatis per Alex. conſil.
55. numer. 6. cum addit. ibi volumine 1. ita firmat Deci. conſilio 519. ad fin. idem Iaſ. in l. ſi is poteſt, numer. 85. ff. de aequ. poſſ. & in l. Scimus, in princip. C. de iure delib. † Pro
6
veritate videantur tradita per Natta, conſil. 214. numer. 5.
cum ſequen. volumine 1. & conſil. 238. numer. 7. volum. 2.
7 late Portius Imolen. ſuis communibus lib. 1. reg. 23. † Quę
tamen concluſio vt mulier poſſit non obſtante renunciatione redire ad bona mariti alienata cum eius cõnſenſu, quando alia bona non ſuperſunt, non habet locum ſi conſenſus
mulieris fuerint iuratus, ita Alexand. conſil. 83. numer. 7. &
8. volum. 6. Alciat. conſil. 127. numer. 5. & 6. Ruin. conſil.
41. num. 2. volum. 5. Rolan. à Valle conſil. 70. numer. 20. &
8 25. volumine 2. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 311. num. 3. † Quę
tamen opinio videtur nimis rigoroſa per tradita in his ter-
9 minis per Pariſ. conſil. 75. per tot. volumine 3. † Fallit ſecundo hæc concluſio, ſi mulier fateretur pecuniam ad eius
manus peruenisse, in caſibus in quibus eas poteſt habere
conſtante matrimonio ita Pract. d. forma libelli in actione
hypothecaria, verſ. Exceptione, verſi. Quod autem, Vrſill.
10 ad Afflictum deciſio. 311. numer. 6. † Sed quod hæc confeſſio etiam iurata non noceat mulieri hoc caſu, notat Bald.
in l. 1. numer. 4. verſic. Prædicta, C. de duob. reis, ſequitur
Boer. deciſio. 13. in princip. Afflict. deciſio. 209 numer. 3. &
4. Crauet. conſili. 91. licet Alexand. conſil. 38. numer. 1. volumine ſecundo, teneat contrarium, Eandem opinionem,
quod non noceat etiam iurata, notat Roland. à Valle conſil. 64. numero 10. volumine primo, & ſic iudicatum atteſtatur Manſuerius ad Pract. in forma dict. libelli in actione
hypothecaria, verſic. Exceptione, in verbo, Mulier, ad finem.
11 † Fallit tertio hæc concluſio, quando mulier fateretur ſupereſſe alia bona ſufficientia pro dote ſua marito, ita Vrſill.
12 ad Afflict. dict. deciſ. 311. numero 4 ad finem, & 5. † Fallit
quarto hæc concluſio vbi mulier prędecederet marito, quia
tunc teneret alienatio, vt notat Bald. nouell. tract. de dote,
13 7. part. priuileg. 11. limit. 1. † Mulier ſi iurauerit non conſentire alienationi bonorum hypothecatorum, poterit tamen dein conſentiens etiam cum iuramento ei contrauenire, non obſtante ſecundo iuramento, vt notat Pract. in forma libelli ſub petitione reſtitutionis in integrum, verſicu.
Tunc iurauit, numero decimoquarto, cum addit. ibi, idem
Cotta ſuis memorab. in verbo, Iuramenti religio, circa fi-
14 nem. † Quod magis dicendum, ſi iurauerit non alienare res dotales, cum ſit à iure prohibitum, ita Diaz. regul.
479. Mulier, Declarando, & limitando, vt per eum.
Alienationi bonorum] † Res autem dotalis immobi-
15 lis nõ poteſt regulariter alienari, etiam de conſenſu vxoris,
tot. tit. ff. & C. de fund. dotal. ita Caſtrenſ. conſil. 41. numer.
tertio, volumine 1. Pract. in forma libelli, quo vxor agit,
verſic. Ac etiam Caſtrum, numero 4. notat etiam Marſ. tract.
bannit. in verbo, Alienara, numero 102. Bertran. conſilo 95.
numero 2. volumine 1. part. 1. quod habeat locum etiam
vno conſentiente. Imol. l. Cum vir, numero 4. ff. de vſucap.
16 Riminald. ſenior. conſilio 39. num. 26. volum. 2. † Quod
etiam habet locum per contractum iuratum, vt notat Ferron. ſuis comment. tit. 4. de dote, §. 12. colum. 3. verſic. Nec
17 vero proderit, cum ſequen. † Fallit tamen primo hæc concluſio, vt non procedat, ſi mulier conſentiens alienationi
dictæ rei dotalis iurauerit non contrauenire, vt per Pract.
dict. verſic. Ac etiam Caſtrum, numero 1. idem Pariſ. conſil.
75. numero 1. & 13. & ſeq. vol. 3. Bertrand. conſ. 95. ad fin.
18 vol. 1. part. 1. † Quod etiam ſtante ſimplici iuramento firmetur alienatio, not. Afflict. deciſ. 336. n. 4. Didac. tract. re-
19 lect. 2. p. §. 1. n. 7. verſ. Scđo ſi vero, † Qđ magis habet locũ,
quod

Digitized by Google

quod mulier iurans in alienatione fundi dotalis non poſsit reuocare alienationé ſoluto matrimonio propter ius ſuperueniens, ita Imol. d. l. cum vir, nu. 4. & 10. & in cap. cum contingat, num 22. verſiculo Et prædicta intellige, De iureiur. Bertrand. dicto conſilio 95. num. 3. idem conſilio 83. nume-
20 ro vndecimo. volumine ſeptimo. † Declarando, vt ſignanter per Bald. de Bartol. in l. 1. numero 174. ff. ſolut. matrim.
21 an ambo interueniant, vel vnus eorum tantum, idem ibi. † Alias mulier alienans fundum dotalem, quod poſsit reuocare alienationem, etiam ſoluto matrimonio, ſentit gloſſ.
22 Inſtit. quibus alien. licet in princ. † Quia intereſt mulieris ſibi conſeruare rem dotalem, etiam ſoluto matrimonio, vt poſsit iterato nubere, l. prima. ff. ſol. matrim. not. Imol. d. ca. Cum contingat, numero 22. verſicu. Hunc reſtat videre è cõtra, & verſic. Tunc inſurgit dubium, De iureiur. & in l. Cum vir, numer. 9. & 10. ff. de vſucap. declarando, vt ſignanter per
23 Bald. de Bartol. in d. repet. l. 1. num. 188. † Imò etiam mulier contraueniendo non tenetur de euictione, ita Vital. Giber. tract. Clauſularum, folio mihi 94. verſ. Nunc videmus, Limitando tamen hoc non procedere, ſi prius iurauerit non alienare, vel contrauenire alienationi prædictæ rei dotalis, vt not. Diaz. d. regul. 479. Mulier, Cotta, d. memorab. in uer
24 bo, Iuramenti religio, ad finem. † Secundo limitatur, quod ſi pretium non ſit conuerſum ad manus, vel vtilitatem mulieris, & non adſint alia bona mariti, ad quæ poſsit haberi regreſſus, tunc mulier poteſt reſcindere contractum non obſtante iuramento, vt ibi per Pariſ. num. 13. cum ſeq. confir-
25 mando, numero decimonono. cum ſequent. † Quod habet locum, etiam quod tempore alienationis extarent, non tempo
26 re repetitionis dotis, vt ibi per eum, n. 18. † Tertio limitatur vt non habeat locum in præiudicium filiorum, qui debent ali ex dote materna, vbi maritus vergat ad inopiam, ita Al-
27 ciat. conſ. 127. num. 4. † Fallit ſecundo principaliter, ſi alienetur pro anima, quia poteſt & tenet, ita Caſtr. conſilio 41. numero tertio. volumine 1. Ferron. d. ſuis comment. titu. 4.
28 de dote. §. 12. colum. 3. verſic. Si tamen. † Fallit tertio, vt poſſit dos diſtrahi durante matrimonio ex iuſta cauſa, pro liberatione ſcilicet captiuorum, vt not. Ferron. d. §. 12. verſiculo Hac in re, vbi alios caſus explicat, idem Ruin. conſ. 41. nu.
29 4. volum. 5. † Quarto poteſt fundus dotalis præſcribi, vbi præſcriptio ſit cœpta antequam daretur in dotem, quia qualitas ſuperueniens non impedit præſcriptionem, ita Ioan.
30 Papo. ſuis comment. tit. de præſcript. §. 27. † Poterit & quinto permutari validè fundus dotalis ad vtilitatem mulieris, vel ſaltem ad non eius damnum, ita not. Vrſill. ad Afflictũ,
31 deciſione 366. numero 1. † Sexto poterit alienari fundus dotalis, ſi fuerit datus æſtimatus tali æſtimatione, quæ faciat venditionem, iuxta tradita per Didacum tract. practicarum quæſtionum, cap. vigeſimooctauo, numero primo, cum ſequent. & Ioſeph. Ludouic. ſuis concluſionib. concluſ. 10. vbi late diſcutit hunc articulum, quod quãdo æſtimatio faciat emptionem, vt poſsit reſtitui pecunia pro qua facta æſtimatio fuit, vt per eum, & Magonius deciſione octuageſimaſexta, numero duodecimo, & decimooctauo, ad finem, & Puteũ deciſione trecenteſimaſeptuageſima ſexta, libro tertio. Veluti ſi detur fundus pro centum pro dote, cum pacto, quod fundus uel æſtimatio reſtituatur tempore eueniente, quod
33 debeat fieri reſtitutio dotis, † quia eſt in facultate mariti, vel hæredum eius reſtituere uel fundum, uel pretium, vt per textum in l. Plerique, uerſic. Si res, ibi. Virum maritus. ff. de iure dot. ita declarat Caſtrenſ. in l. Aeſtimatę, numero ſexto, uſque ad finem. ff. ſolut. matrim. Natta conſilio 650. nume.
34 2. 3. & 4. vol. 4. † Poterit ẽe fundus dotalis alienari in tribus caſibus alijs, quando eſt facta æſtimatio, etiam quod non habitus fuerit pro vendito marito, notatis per Didacum dicto cap. 28. nume. 3. & 4 vt ibi explicatur, verſic. His uero peractis, Soc. ſenior conſilio quinquageſimoſeptimo, nu. 3. cum ſequent. uolumine primo. licet diſſoluto matrimonio poſsit petere æſtimationem in ipſo contractu appoſitam, vt ibi per eum. † Debet tamen in hiscaſibus uxor conſentire, ut liberetur à nexu hypothecę generalis cum ſolẽnitatibus hic
35 notatis. † Vxor quoque licet non poſsit donare doté conſtante matrimonio, tamen ea donatio morte confirmatur,
36 Oſaſcus deciſione 34. numero 8. † Vxor ſi alienet rem dotalem cum conſenſu mariti, cenſetur maritum reſtituiſſe dotem uxori, & tenet conſenſus, Borgninus deciſio e 33. nume-
37 ro nono. † Maritus quando alienat bona uxoris pro ea alimentanda, ſi non poteſt de ſuo alere, non poteſt dein uxor venire contra alienationem ſic factam, ita etiam in matre alienante bona filij, notat Bartol. in l. His ſolis, ubi Angel. ff. de condiction. indebi. facit quod not. Romanus ſingul. 213.

Pater pauper. Cremenſ. ſing. 37. Tu mutuaſti, Cæpoll. caut. 246. Quod ſi Pater, Ioan. Lupus in cap. Per ueſtras. §. ſexageſimoſexto, columna 2. ſub numero quinto. uerſic. Et ſi forte maritus, De donationib. notant Scribentes, in l. Si ſeruũ, in princip. ff. Si certum petat. Angel. in l. Non ſolum. ff. de
38 petit. hęredit. † facit quod in bonis minoris alienandis pro alimentis eius, notat Afflictus in conſtitut. regni, Rubrica 39 De reſtitut. minor. numero vigeſimoquarto, uerſicu. An au-
39 tem, libro 2. † Maritus & uxor, ſi ſimul uendant bona mariti uel uxoris, pretium totum prę ſumitur perueniſſe ad manus mariti, Alexand. in l. Si liqueat. C. de rei uendic. Caſtren. conſilio 362. numero 3. uolum. 2. diſcutit late Boerius deciſione 23. numero 1. 2. & 6. Rolandus à Valle conſilio ſexageſimoquarto per totum, uolumine 1. Natta conſilio 552. uolumin. 3. Oſaſcus deciſione 44. numero 5. & deciſione 140. per totam, Crauetta conſil. 61. & conſil. 77. numer. 1. & conſilio 91. numer. 2. cum ſequen. Borgnin. deciſio. 33. nume. 8.
40 declarando, nume. 18. † Res quoque donatæ uxori propter nuptias non poſſunt alienari per maritum, nec etiam cum conſenſu uxoris, niſi poſt biennium ratificauit illum contractum, ita Didacus d. tractat. relect. 1. partis, §. Primus, numero decimo.

d Hypothecatorum] † Fundus dotalis licet ſit precipuus
41 uxoris, tamen non deſinunt bona reliqua mariti eſſe hypothecata ex legali hypothecata pro dote, ita Alciat. conſ. 378.
42 num. 5. ad finem. † Domus ſi eſt deſtruenda ob delictum alicuius, tamen ob hypothecam dotis illius uxoris impeditur deſtructio, ita not. Bonac. in quæſt. crimin. in uerbo, De-
43 ſtructio domus. † Mulier pro hypotheca dotis ſuę non poteſt agere contra creditores conſtante matrimonio, niſi excuſſo priusuiro, qui uergat ad inopiam, & ſecuta declaratoria iudicis, ut not. Marſil. ſua praxi crimin. §. Aggredior, numero 118.

e Pro iuribus dotalibus] † Hęc quidem iura dotalia poſſunt
44 cedi per mulierem cum prelatione ex cauſa neceſſaria, alias non, ita Vrſill. ad Afflict deciſ. 306. num. 6.

f Et bonis paraphernalibus] Quę ſint bona paraphernalia, notat Alex. conſ. 144. num. 8. uolum. 5. notatum ſupra, cap.
45 295. Si maritus, in uerbo hoc, volumine primo. † Bona auté paraphernalia poteſt mulier alienare abſque iuramento, ita Didacus tract. Relectionis, 2. partis. §. Primus, num. 9.

g Et ea bona, & quælibet alia abinde retro alienata] † Hoc
46 debet in ſpecie exprimi, alias liberatio & renũciatio ſolum ſe extenderet ad ſpecificata, ita Romanus conſilio 472. in principio. Ruinus dicto conſilio quadrageſimo primo, nu-
47 mero primo, volumine quinto. † Hinc infertur, quod ſi mulier renuncians ſolum hypothecæ quorundã bonorum, agat contra poſſeſſorem aliorum bonorum ſibi hypothecatorum pro dote, non poterit ille poſſeſſor excipere, quod deducat pro ea parte, pro qua conſenſit, ita Practic. in forma libelli in actione hypothecat. verſiculo Exceptione, numero 29. Curtius in l. Si tibi decem, §. De pignore, numero 35. ff. de pactis.

h Liberare ab ipſa hypotheca] † Renunciatio hypothecę
48 præiudicat regulariter quoad omnes creditores, ita Alcia-
49 tus conſil. 127. numero 8. † Maritus data fideiuſsione dotis receptæ poteſt libere diſponere de dote, niſi ſit fundus dota-
50 lis, ita notat Borgninus deciſ. 16. numero 8. † Mulier prohibita alienare bona ſua non prohibetur repudiare donationem nondum quæſitam, ita Tiraquell. in tract. ll. con-
1 Reus principalis, & eius procurator generalis cōtumaces quomodo comprehendantur ſub diſpoſitione ſtatuti, capit. 10. licet ex cauſa principalis poſſit reſtitui ab hac contumacia, maxime ſi Procurator eſſet illegitimus, d.cap.10.numer.9. 10.& 11.
1 Reus ſi ſit in caſu abſolutionis, qui ex forma alterius ſtatuti ſētentiæ ferendæ decimam ſoluere tenetur, quā ſoluere nolit, Iudex an teneatur ſententiam ferre, c. 19.nu.29.
1 Reus conuētus ex actione retractus, vel iei paternæ, vel aliter, ſi opponat non citatum legitimè, nec ibi eſſe forū ſuum, hęc exceptio quam vim habeat, ibid.nu.86.
1 Reus an poſſit renunciare dilationi ſibi aſſignatæ ab hoc ſtatuto, cap.25.& illi etiam impetratæ à Iudice, ne actor ea vtatur, cap. 25.num.40.& 41. ſed ſtatutariæ, & legali dilationi renunciare non poteſt, d.nu.41.
1 Reus ſi abſoluatur ab inſtantia Iudicis debet pronunciari ſuper iure actoris, cap.31.nu.76.
1 Rei pœna habitaculum non eligendis eſt, quod eliguntur ſcalæ Palatij ad eum citandum, cap.38.nu.21. ad quas omnia acta dein tranſmittuntur, nu.25.& tenetur, ac ſi fuiſſet citatus ad domum habitationis, nu.eod.
1 Reus quando impertinentia opponat nō currit terminus probatorius, nec etiam donec edatur inſtrumentum petitum ab actore, cap 40.nu.2.& 3. & donec etiam reſpondeat petitionibus ſibi tranſmiſſis, num.5.
1 Reus quilibet conuentus, actorem reconuenire poteſt, etiam alias priuilegiatum, & ſi Clericus etiam ſit in foro ſeculari, cap.44.nu.93.& 94.
1 Reus conuentus quibus in caſibus actorem reconuenire non poſſit, ibi. num.100.& ſeq.
1 Reus conuentus remedio l.fin.C.De Edicto.Diu.Adr.toll.nō poteſt reconuenire actorem, nu.101.
1 Reus excommunicationis non poteſt audiri, nu.102.
1 Reus conuentus ex cauſa furti, vel iniuriarum, vel rapinę actorem reconuenire non poteſt, ibid.nu.104.& 121.
1 Reum conuentum vtrum actor reconuentus ſecundo loco conuenire poſſit, num.106.
1 Reus conuentus cauſa mercedis, quo ad modum procedendi vtitur priuilegio actoris ex hoc ſtatuto, cap.48.nu.16.
1 Reus contradicens, & petens reuocari præceptum actori conceſſum actoris perſonam ſuſtinet, c.42.nu.231.ad fin.
1 Reus conuentus pro màiori ſumma quam deberet, quando excuſetur ab expenſis, ibi.nu.266.
1 Reus neceſſarius non poteſt dici actor, vt comprehendatur in ſtatuto de actore loquente, c.44.nu.131.
1 Reus ſiue coniunctus, ſiue ſaſſus debitum fuerit condemnatur in expenſis libelli, & primæ citationis non autem condemnatur ſi in prima citatione fateatur, c. 55.nu.25.& 26.
1 Reus vti victus in expenſis condemnatur qui ſoluit petitū creditum lite pendente, ibi nu.32.
1 Reus conuentus in expenſis condemnatur, vbi actor nouum ius producat, quod prius non habebat, num.33.
1 Reus proponens exceptionem ineptam non condemnatur in expenſis, ſicut condemnatur actor, nu.71.
1 Reus conuentus poſſidens nomine alieno, niſi Dominum nominet, ſed iudicium ſuſcipiendo ante litem conteſtatam lite ſe offert per actionem de dolo condemnatur in expenſis, & poſt litem conteſtatam ad ipſam rem condemnatur, cap.69. num.52.& 53.
1 Reus quando teneatur rationes, vel inſtrumenta actor edere ad eius intentionem fundandum, cap.79.num.12.& ſeq. per totum, num.30.
1 Reus condemnatus qui vult opponere de periurio Actoris tenetur deponere quandam ſummam in ſtatuto, cap.102. qđ habet locum etiam ſi condemnatio ſequuta fuerit accuſatione pendenti, vt in futurum non poſſit procedere, niſi facto dicto depoſito, d.ca.102. in verbo fuerit condemnatus.
2 Rippalræ Iuriſdictio, cap.96.
2 Riſij piſtator videndus in verbo Colonus.
2 Riui, ſeu Riales in Domibus priuatis Mediolani poſſunt haberi, qui aquas tempore pluuiæ, & niuis liquefacientis, e domibus in vias ducunt, cap.257.
2 Riui ſeu Riales in domo à pluribus habitata ſi ignorantur Domini, tunc quilibet inſolidum tenetur, cap.257. nu. 3.
2 Robari mandato Iudicis prohibita Boues, & plauſtra, capit. 379.num.421.
2 Romanæ portæ Mediolani Conteſtabilis hodie ſolus ſupereſt Conteſtabilis ex omnibus alijs alienatis, hæc autem P.R. quoſdam carceratos habere non poteſt, cap.163.
2 Romani aqueductus fluentes ad ciuitatem Mediol. habent Molandinatiis, cap 300.& in verbo Molandinorum Aquæ, & in verbo

Digitized by Google

verbo, Aquarum Iudex ipſe etiam Romani aquæ habent ſimul cum alij aquis ramparium, & not. cap. 309.
2 Rotarum datium videodum, in verbo, Datium rotarum.
2 Rouerſolle aquę fluunt in Hironem, cap. 323. & 325.
1 Rubrica ſtatuti ſi diceret, quod maritus lucretur dotem, oigrũ autem loqueretur ſolum de dote tradita attenderetur potius generalitas rubricæ quam ſpecilitas oigri, capit. 198. num. 279.
2 Rubricatio dotium quæ dicitur non eſſe in vſu, cap. 501. nu. 2. vbi aliqua circa inſtrumenti rubricationes notantur.
2 Rubricæ vide in verbo, Prohemium, & cap. 173. nu. 2 & ſeq.
2 Rubricæ ſtatutorum Mediolani non diſponunt, c. 173. & quid de Iure communi, c. eod. num. 2. & ſeq.
2 Rubricæ generales omnium nouiſſimorum ſtatutorum ſunt in tabula ipſorum ſtatutorum liuius ſecundi volum. quæ ſubſequitur epiſtolam Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Mediolani inſcriptam, & dicatam vbi ſingulas rubricas generales, & ſpeciales videre licet.
2 rubrum ſtatuti, quid vide, c. 173. nu. 2. & ſeq. per totum.
2 rudera ſtramina, & certa alia relinquenda Domino per maſſarios partiarios, cap. 391.
2 ruffiani vide in verbo, Lenones.
2 rugiæ, vel ſoratoris ad tranſuerſum, quod liceat aquam ducere, cap 145. in verbo, Fluminis.
2 ruina operis conducti ſi ſequatur cui cedat, cap. 379. nu. 270. & in verbo, Conducens opus.
2 rurales dicuntur ruſtici ex quo ruri habitant, cap. 379. numero 214
2 ruralium libro quando non credendum, c. 218. nu. 71.
2 ruſtica quæ ſint prædia, cap. 405. nu. 3.
2 ruſtica onera qui ſoluant, cap. 217.
2 ruſtica onera qui non ſoluant, cap. eod. 217. circa finem, vide in verbo, Onera, & ciues.
2 ruſtica, & Villani quid differant, cap. 217. nu. 18. & ruſtici qui appellentur, & dicantur, eod. cap. 217. nu. eod. 18.
2 ruſtici qui dicantur, cap. 373. nu. 414.
2 ruſtici ſobdoloſi præſumuntur, cap. 381. nu. 24.
2 ruſtici bona ſi vendantur ciuibus, an emptores ſoluant collectas ſecundum æſtimum ciuium, vel ruſticorum, cap. 217. num. 97.
2 ruſticam rem exercens in proprijs fundis an amittat nobilitatem, cap. 415. nu. 50.
2 ruſtico teſti, qui ſolet ire pedeſter, non debetur equi vectura, cap. 86 num 61.
2 ruſticorum beſtiæ capi prohibitæ intelliguntur aratoriæ, cap. 185.
2 ruſticum contra iuretur per Dominum, c. 372. nu. 25.
2 ruſticus non poteſt ſe excuſare prætextu ignorantiæ ſtatutorum, ad Præiud. num. 520.
2 ruſticus exceptionem declinatoriam fori incompetentię, & recuſationis Iudicis quando opponere poſſit, cap. 23. & 25. ſi eam omittit non ſubuenitur per reſtitutionem in integrũ.

S

1 SAcerdos Notarius ſi prohibeatur ex ſtatuto rogare inſtrumenta ſine clauſula irritante, an teneat inſtrumentum per eum fructum, cap. 357. nu. 12.
2 Sacerdos an poſſit locare operas, & an poſſit paciſci vt moretur pro Capellano in aliqua Eccleſia, c. 379. nu. 137.
2 Sacramenti conſiliariorum communis Mediolani forma, ca. 4. Idem in verbo, Decurionum Sacramentum, præſenti indice ſuo loco.
2 Sacramẽti forma præſtandi per D. Poteſtatem Mediolani quæ ſit, c. 10. per totum, vbi exceptuantur terræ infeudatæ, & ſeparatæ, c. eod. litera B. ante nu. 1.
2 Sacramenti D. Vicarij Prætorij Mediol. aliorumq; Iud. D. Poteſtatis forma, cap. 21. & quod ſtatutum dicatur non ſeruari, cap. eod. ibid.
2 Sacramenti formam ſtatuta dantia, cap. 21. D. Vic. Prætorio, & alijs Mediolani Iudicibus, & cap. 22. Militibus, & Conteſtabilibus D. Poteſtatis Mediolani, & cap. 23. alijs Officialibus de quibus ibi infra, non ſeruari dicitur, vt ipſis capitulis litera A. per totum.
2 Sacramento habentis columbaria quando ſtetur, & quæ ſides detur, cap. 441.
2 Sacramento alicuius quando credatur, c. 67. litera E.
2 Sacramento credendum, & quando non, & alia ad Sacramentum pertinentia, c. 420. nu. 5. litera F.
2 Sacramẽto conſequentis lupos, an capti ſint certo loco expreſſo, c. 448. & quomodo, & alia circa hoc, c. eod.
2 Sacramento alicuius & camparij, vbi legitur ſtandum eſſe cum teſte, cap. 309. ſufficit vnius eorum Sacramento, cap. eod. litera D.
2 Sacramentorum, vel literis quando, & contra quos ſtetur, cap. 380.
2 Sacramentum neruorum & Officialium ciuilium, & criminalium ſeruatur, & quæ forma, cap. 24. ſit debet præſtari ſingulo lucro, cap. eod. litera A.
2 Sacramentum quod præſtatur per Dominos duodecim Prouiſionum in manibus D Vicarij Prouiſionum, quomodo præſtetur, vide c. 2. litera A. & litera P. in verbo, Prouiſionum, præſenti indice, & pro bono publico, eod. c. 2. litera C.
2 Sacramentum quod pręſtare debent Domino Poteſtati Mediolani rectores terrarum Ducatus Mediolani, c. 95.
2 Sacramentum de damno dato non datur hæredi non informato, cap. 231. num. 1.
2 Sacramentum, vide etiam in verbo, Iuramentum, pręſenti indice, ad id pertinentia.
2 Sacramentum de quo, cap. 487. quo tempore, loco, & quando differri debeat cap. eod. 487. & Sacramentum non datur non informato, cap. eod. num. 118.
2 Sacramentum cum decet dicto, nullum eſt dictum, etiam ſi Statutum dicat credi dicto alicuius ſimpliciter, capit. 276. litera D.
1 Sacramentum falſum qualiter probetur, c. 102. nu. 16.
1 Salarium ſapienti ſi non ſoluatur Iudex committens quid facere debet, cap. 28. numer. 27. à qua autem parte debeatur, num. 28.
1 Salarium vbi debetur quæ pecuniæ non ſoluantur, capit. 30. in fine.
1 Salarium Aduocatorum, & Procuratorum eſt peculium quaſi caſtrenſe, cap. 432. num. 5.
1 Salarium conuentum Aduocatus, vel Procurator in qua parte litis habere debeat, num. 6.
1 Salarium conuentum quod debeatur Aduocato, vel Procuratori lite pendente ex officio Iudicis, num 7. ſic quod etiam debeatur lite finita, num. ſeq.
1 Salarium hoc Aduocatus ad hæredes tranſmittit pro anno integro quo ipſe decedit, ibi. num. 9.
1 Salarium Aduocato debetur etiam quod contra clientem lata ſit ſententia, d. cap. 432. num. 11.
2 Salarij quarta pars pro ſententiis non accipitur per Notarium & coadiutorem cauſarum ciuilium Ill Capitanei Iuſtitiæ, ſed tantum honorarium, prout alij Notarij prætorij, c. 216. num. 5. litera E.
2 Salarium D. Poteſtatis Mediolani habetur, cap. 6. vt eiuſdem D Poteſtatis ſalarium, quod ex canepa augebatur, hodie eſt aliter auctum, quæ canepa fiſco datur, qui eam locat, c. 7.
2 Salarium de publico hodie non habet D. Vic. Pretorius Mediolani, cap. 13. litera A.
2 Salarium de publico hodie non habent Iudices equi, & galli, c. 14. litera N. & litera B.
2 Salarium vnicum accipit Notarius cauſarum ciuilium quando contingit dari adiunctum circa hoc cap. 216. incip. litera, quod Notarij.
2 Salarium ſententię cuiuslibet debitum Notarium cauſarum ciuilium, c. 216. incip. litera P. ipſi Notarij pro interlocutoriis accipiant, num. 186.
2 Salarium de publico Militibus, & Conteſtabili D. Poteſtatis Mediolani qualiter deſit, ad capit. 16. littera A. poſt cap. 17.
2 Salarium aliquorum onerum qualiter compartiantur, cum certis alius oneribus, vide circa, præſenti indice, in verbo, Onera.
2 Salis onus videndum in verbo, Onus, pręſenti indice, & qualiter præſcribatur, ibid. num. 2. & cap. 222. eius oneris natura, quod non poſſit immutari per conſuetudinem, c. 222. num. 5.
2 Salui conductus beneficio quę perſonę non gaudeant, vide c. 379. num. 421.
2 Saluus conductus datus, perueniendo intelligitur etiã per redeundo, c. 178. num. 2.
2 Sanctorum corporum vulgo corpi ſancti ſint pars ciuitatis circa onera, vide cap. 239.
1 Sapiens eligendus ex forma Statuti, cap. 27. quam iuriſdictionem habeat, d. cap. 27. num. 65.
1 Sapientis plures ſi fuerint aſſumpti tenet ſententia, ſuper eorũ conſilio lata, num. 66. Quorum conſilium dicitur vnicum, quando ſit circa idem factum, nu. eod.
1 Sapiens debet eſſe confidens partium, nu. 68. & non ſuſpectus, & qualiter nominandus, nu. 76.
1 Sapiens electus quando à Iudice eius electio alterari poſſit, num. 69.

2 Sapiens

Digitized by Google

INDEX.

1 Sapiens eligitur de Collegio etiam ſi cauſa ſit cum Doctore Collegij, quo caſu hi Commiſſarij dicuntur ordinarij nec ſuſpecti allegari poſſunt, d.c.27.nu.82.& 83. Et de hac ſuſpitione habes, num.85.

1 Sapienti debetur ſalarium, & à qua parte, cap.28.nu.26.& 28. Cui non ſoluitur quæ erunt Iudicis partes, nu.27.

1 Sapientis conſilium, vide præſenti indice, in verb. Conſilium ſapientis, vbi diffuſè.

1 Sapienti quando datur ſocius, cap.59.num.3.

1 Sapiens conſilium eius obſcurum interpretari poteſt, cap.131. num.163.

1 Sapientis conſilio non committuntur cauſæ modicæ ſummæ, cap.47.nu.146.& 147. Nec coadcęruantur plures ſummæ ex diuerſis cauſis, vt fiat magna ſumma, num.148.& 149. Limitando in cauſis coram delegatis, num.150. Nec reconuentio licet augeatur ſumma, non auget tamen vt committatur ſapientis conſilio, nu.151.& ſeq.

1 Sapientis conſilio cauſa non committitur, ſi petitionis tempore non excedat ſummam petitam, licet tẽpore ſententiæ exceſſerit, num.153.

1 Sapientis conſilio vt cauſa committatur ad formam huius ſtatuti, ſufficit quod petitum ſit vltra libras centum, licet tantum non debeatur, eodem cap.47. numer. 154. Niſi hoc in fraudem petitum ſit, num.156.& ſufficit, vt non detur, quod tantum petita ſit ſumma notata in hoc ſtatuto, licèt creditori ſit maioris ſummæ, niſi fiat in fraudem, vel ſint ſummæ ſeparatæ, num.ſeq.

1 Satiſdationis præſtandæ per non ſuppoſitum, Rubr.ad c.44.

1 Satiſdatio dicitur vbi idonea cautio ſit præſtita, ibi.nu.36.

1 Satiſdationem notatam in hoc ſtatuto quando non ſuppoſitus dare teneatur, num.37.

1 Satiſdatio quare detur per non ſuppoſitum tam ſi ſit actor, quã ſi conueniatur, cap.45.num.8.

1 Satiſdatio rei reſtituendæ non videtur habere locum in actionibus perſonalibus, cum actio hæc non adhereat rei, ca.71. numero 4. In quibus actionibus quis ſatiſdare teneatur, numer.eodem.

1 Satiſdatio notata in cap.131. quando pręſtatur à parte, & qualis eſſe debeat, eod.cap.131.nu.533.& ſeq. Et quis ab ea danda excuſetur, num.136.& ſeq.

2 Sapientis conſilij petitio quo caſu ceſſet, cap.398.& in verbo, Conſilij, pręſenti indice.

2 Sapientibus de dandis, & de conſilio, & alijs accidentibus, capit.1.

2 Satiſdare idonee, quid intelligatur, & quid releuent hęc verba, c.379 num.413. litera H.

1 Satiſdatio non admittitur quando fienda eſt ſatisfactio, c.379. nu.388 Sed quando creditor non vult recipere ſufficit ſatiſdatio, vel depoſitum, c.eod.& nu.eod.

2 Satiſdatio, quæ bona & idonea dicatur, cap.294. litera A.& eodem cap.438. litera L. & ſatiſdatio quæ dicatur, ibid. litera M.& ſatiſdatio quaſi proprie ſit, & differat à cautione, ca. 64 litera S.

2 Satiſdationes quas carcerati pro debitis præſtant, quales ſint, cap.154.nu.1. vbi dantur termino dierum 20. eod. ſit contra diſpoſitionem iuris communis, c.eod.nu.91.

2 Satisfactio quando ſatiſdationem non admittat, capit. 379. num 388.

1 Satisfactionem ad probandam debiti inſtrumentalis qui tantũ duo teſtes habet cautelæ tres, c.95.nu.41.42.& ſeq.

2 Schalas per inferiores partes domus Dominum erigere per ſuperiores partes domus Dominum etiam ſi ſint fratres, quid, cap.347.num.17. vide etiam in verbo, Domus ſuperiorem, præſenti indice.

2 Scaluare quid ſit, & quæ ſcaluari non prohibeantur, cap.393. litera B.

2 Scientia, quæ requirat vt probetur, cap.71.num.2.

2 Scientia, an ex multiplicitate actuum probetur, quę Iudex arbitrio ſuo perpendet, cap.332. num.14. & num.62. eadem ſcientia quomodo iudicetur, & præſumatur, cap.487.num. 97.& ſeq.

2 Scienter, & doloſe in cõmittente iniuſtitiam explicantur verba, cap.40.nu.4.

1 Scientia, & credulitas quomodo differant, capit.83 num.120. & 121.

1 Scientia in dubio non pręſumitur, c.116.num.114.

1 Scientia non inducitur ex hoc, quod pars videat arbitramenta in authenticam formam, nec ſufficit eorum videre copiam, num.115.

1 Scientiam perfectam, & plenam non inducit ſola viſio ſcripturarum, prout requiritur in ſententiæ tenorem ſciendo, nu. 116. ſed quòd plena requiratur ſcientia, & omnium ſuarum qualitatum, num.117. nec hoc caſu ſcientia ficta ſufficeret, maximè cum agatur de amiſſione iuris iam quæſiti, & vbi agitur de pœna incurrenda, d.ca.116.nu.118.& 119 & c.131. num.75. cum ſeq.& quod ſcientia, & notitia requiratur expreſſa, & ſpecialis, & non in genere, cap.65.nu.29. Ampliando num.ſeq.

2 Scientiam perfectam vtrum pars habuerit, vel nè, requiritur intimatio alicuius ordinarij Iudicis non arbitratorum, qui ſententiam tulerunt, d.c.116.nu.120.

1 Scientia probatur ſi penès partes ſententia reperta ſit, nu.121.

1 Scientia Procuratoris non ſufficit ad inducendum ſcientiam in perſonam principalis, num.122.

1 Scientia tutoris quando in pupillo ſcientiam præſumit, ibi. num.123.

1 Scientia, vide præſenti indice, in verb. Conſenſus.

2 Scoladutia, vide in verbo, Aquarum ducendarum, præſenti indice.

2 Scoladutia præſcribi non poſſunt, & quare, c.247.nu.17.

2 Scoladutijs eſt eadem pręrogatiua, circa conductionem, quę eſt in aquis viuis, cap.248.nu.16.

2 Scholæ S.Catharinę in ciuitate S.Nazarij Portæ Romanę Mediolani locus pius, cap.493.

2 Scholares ſi domum conducant vnuſquiſque pro rata tenetur in dubio ad penſitationem, c.399.nu.484.

2 Scholares quilibet & certi alij addiſcentes in ciuitate, & burgis Mediolani, cap. Pro debitis non poſſe, quomodo, c.68.

2 Scholari cogitur domus Dominus locare, c.179.nu.12.

2 Scholarium legum priuilegium, cap.352.& præſenti indice, in verbo, Legum.

1 Scholaris poteſt citari ad domum habitationis quam habet in ſtudio, cap.1.num.153. ſecus ſi ſtatutum diceret, quod citetur ad domicilium ſuum, num ſeq.

1 Scholaris non dicitur habitare in loco vbi ſtudio incumbit, ca. 311.num.39.

1 Scholaritia aquarum non poſſunt vllo tempore præſcribi, cap. 114.num 8.

2 Scriba in officio quod exercet Officialis eſſe non poteſt, niſi in leuibus, ca.141.num. 1. Vel niſi ex conſuetudine aliter caueretur in dicto loco, quia poſſet exercere officium ſcribæ, ẽt quod non eſſet Notarius, cap.eod.num.2.

2 Scriba etiam à ſponte datis abſtinere debet, capit.24.nume.2. litera B.

2 Scribam an exercere poſſit qui non eſt Notarius, capit.25.numero 7.

1 Scribere confuſe, & non ſcribere paria ſunt, c.330.nu.48.

1 Scripſerit quis an ſubſcripſerit manu propria interrogari poteſt, cap.75.nu.12. Et etiam ſi per alium ſcribi, vel ſubſcribi fecerit, num.18. Quam interrogationem reus quando facere poſſit, num.13. ibi.

1 Scripti validitatem ſtatutum, ca.112. tollens ſpacio annorum duodecim ob negligentiam creditoris non petentis etiam cum mala fide debitoris eſt odioſum, ſiue verba ſint concepta in perſonam debitoris, ſiue creditoris, d.cap.112.nu.65. 66.& 67.& etiam quod ſtatutum hoc non valeret, ſeruandum tamen eſt ob bonum publicum, & ob negligentiam nõ petentis, num.68. & impeditur creditor vt non poſſit interrogare debitorem an ſcripſerit, vel ſubſcripſerit illud ſcriptum, nume.69. & præſcriptio hæc duodecim annorum locum nõ haberet ſi iuramento firmatum ſcriptum eſſet: quia tunc iuramentum perpetuat actionem ad annos quadraginta, ibi.num.71.

1 Scriptum poteſt produci in parte, & partibus ſaltem parte nõ opponente, cap.22.num.117.

1 Scripturam producens omnia in ea contenta fateri videtur, & approbare cenſetur in ea parte pro qua productio ſit, ibidẽ num.118.& 119.

1 Scripturam minus ſolennem producens, eam an probare cenſeatur, d.cap.22.nu.138. Et quid ſi eam ſimpliciter aduerſarius impugnet, an probet contra eum, num.ſeq.

1 Scripturę priuatę quæ non veniant inſtrumentorum appellatione, c.35. litera B.& c.42.nu.37.

1 Scripturę in iudicio productę non veniunt appellatione actorum, cap.37.num.7.

1 Scriptura priuata exequutionem paratam quod habeat ſtatutum inducere poteſt, c.42.nu.34. Amplia, nu.37.

1 Scriptura etiam recognita non habet exequutionem paratam, ſed ſolum apodiſſa recognita, ibi.nu 35.

1 Scriptura de qua in hoc ſtatuto vt habeat exequutionem paratam quomodo eſſe debeat, ibi.num.51. & quomodo poſſit corroborari, num.eod. quod non habet locum in ſcriptura, vel inſtrumento cancellato, maxime ſi cancellatio ſit in parte ſubſtantiali, numer.52.& 53. Omni tamen caſu redditur

ſuſpecta

Digitized by Google

I N D E X.

ſuſpecta,nume.54.& procedit etiam ſi ſit diuerſa manu ſcripta,nu.ſeq. Cuius ſcripturæ exequutio quomodo peti poſſit,num.97.eiuſd.cap.

1 Scriptura ſe referens ad aliam nõ gaudet beneficio executiuo, niſi exhibeatur pariter illa,d.cap.42.nu.67.

1 Scriptura,& inſtrumentum ſine cauſa an habeant executionẽ, licet omnis ſcriptura ſine cauſa valeat,ibi.nu.69.

1 Scriptura, vel inſtrumentum alibi confectum an hic habeat executionem paratam, ſicuti è contra hic confectum an habeat alibi,num.73.& 75.

1 Scriptura priuata vt probet à debitore ſubſcripta eſſe debet, num.77.

1 ſcripturam priuatam verificandi modus, ibid.num.79.& cap.45.num.33.

1 ſcriptura priuata non comprehenderetur ab hoc ſtatuto,c.52. ſi de inſtrumento tantum loquutum fuiſſet,d.c.52.nu.1.

1 ſcripturæ appellatione comprehenduntur etiam teſtes redacti in ſcripturam,ibi.nu.2.& cap.45.nu.31.

1 ſcripturam propriam negantis pœna,cap.54.nu.15.

1 ſcripturarum priuatarum ſpecies,cap.75.nu.14.& 15.cap.96. nu.4.& cap.112.nu.6.

1 ſcriptura quælibet, quæ publica non ſit, dicitur priuata, ibi. nume.16. & propterea appellatione inſtrumenti non venit ſcriptura priuata, cap.76.num.15.

1 ſcripturæ appellatione in ſtatutis an veniat liber rationum, num.17.d.cap.75.& cap.96.numer.23.& nume.26.& ſeq. habetur an valeant d.libri, & quomodo probetur eorum ſcriptura.

1 ſcripturarum omnium,& rationum productarum poteſt agi de falſo ratione productionis,cap.76 nu.21.licet alias ſcripturæ priuatæ falſitas non ſit punibilis,num.22.

1 ſcriptura priuata dicitur inſtrumentum priuatum, capit.96. numero 7.

1 ſcriptura omnis, quæ non ſit publica etiam quod authentica ſit, priuata dicitur,vbi à perſonis priuatis ſit confecta, ibid. numero 8.

1 ſcriptura Iudicis dicitur priuata,nec ei creditur niſi per teſtes, & comparationem literarum ſic comprobata,num.9. Idem in ſcriptura Notarii confecta ſine ſolennitatibus requiſitis in publicis inſtrumentis,num.10.

1 ſcriptura in priuata quod requiratur indictio non eſt de ſubſtantia,ſicut nec annus,nec locus,num.11.ſed ſine die redditur ſuſpecta,num.12.fallit tamen ſi tractatur de præiudicio alicuius, qui vno tempore eſſet anterior,alio vero non,numero 14.

1 ſcriptura priuata vt teneat, valeat, & probet quæ requiſita,d. cap.96.num.15.& 40.

1 ſcriptura priuata an,& quando contra ſcribentẽ fidem faciat, ibi.nu.18.19.20.21.22.41.& 42.cum plurib.ſequ.& pro ſcribente,nu.79.

1 ſcripturæ priuatæ quod credi debeat ſtatutum diſponens valet, ſicut etiam quod credi debeat probationi imperfectæ, ibi.num.29.& 30.

1 ſcriptura priuata pro publica longo tempore obſeruata valet, & tenet,nu.31.

1 ſcriptura priuata in actis reperta probat,nu.32.

1 ſcriptura archiuii extra territorium non probat, nu.39.

1 ſcriptura priuata ſuper monumentis in antiquis probat, eod. cap.96.num.60.

1 ſcriptura priuata quę nõ iuuetur aliquo adminiculo quid operetur,num.68.& 69.

1 ſcriptura priuata,& minus ſolennis probat,ſi pars contra quã producitur nil dicat, numero 70. ſed ſi eam impugnet an faciat fidem contra producentem, vel ei ſtare teneatur, nume.ſeq.

1 ſcripturæ priuatæ quod credatur vti publico inſtrumento pactum inter partes fieri non poteſt,num.72.

1 ſcriptura non probat niſi fuerit data parti,& per eam acceptata num.76.

1 ſcriptura priuata quando præiudicat habenti inſtrumentum poſterius,d.cap 96.nu.82.& ſeptem, num.ſeq.

1 ſcriptura priuata quando præferatur inſtrumento poſteriori, ibi.num.90.

1 ſcriptura priuata, verificata, & recognita facit fidem de Iure communi, ſi ſit cum cauſa, ſed Mediolani etiam ſine cauſa, d.cap.96 num.36. Ampliando,num.ſeq.quod ſcriptura Mediolani confecta faciat fidem etiam extra, tam in ſeculari, quam eccleſiaſtico iudicio ſicuti etiam contra mercatorem talis ſcriptura ſine cauſa fidem facit, num.38.

2 ſcripturam propriam negans, vide in verbo,Propriam.

2 ſcripturarum amiſſio vt probetur,vide in verbo,Amiſſio,præſenti indice.

1 Scripturę, & inſtrumenti publici Appellatione quid veniat,c. 229.num.7.

1 Scriptura priuata manu teſtatoris ſcripta ſine teſtibus,vel manu alterius ab ipſo tamen ſubſcripta, an probet eius vltimã voluntatem c.310.num.7.

1 Scripturæ repertæ extra protocollum Notarij non debet authenticũ ſummi,niſi cum magna cauſę cognitione, & niſi adſint duo teſtes atteſtantes de inſtrumenti tenore cap.330. num.32.& ſeq.

1 Scripturę omni mercatorum quod detur fides Statutũ inducere non poteſt non detur delinquendi occaſione,c.373.num.2.

1 Securitas,ſeu fidentia data pro eundo extenditur etiam ad redditum,c.260.nu.2.

1 Senator tenetur,& debet eius conſilia,& ſententias,tã in cauſis principalibus quã appellationum in ſcriptis dare,& proferre,cap.139.num.1.

1 Senatus decretum ſuper relatione teſtamenti carentis ſubſcriptione,& ſi quo Notarij quod validum eſſet, cap.319.nume.83.

1 Senatus quomodo ſoleat diſpenſare poſſe validè per Mulierem contrahere abſq; ſolemnitate huius Statuti, capit.328. num.498.

1 Senex quoad periculum vitę dicitur quinquagenarius de Iure communi,quo ad alia vero Septuagenarius, & ca.243.nu.6.

1 Senium priuilegia multa,d.cap.243.nu.10.

1 Sententia in notorijs ſi ſit ferenda,par eſt citanda, cap.primo, num.190.

1 Sententia venit appellatione proceſſus,cap.2 nu.25.& cap.8. num.95.

2 Secare de quibus intelligatur c.383.nu.16.

2 Sedere pro Tribunali conuenit Magiſtratibus, cap 86.nu.1.

2 ſemina quæ habuit conductor in fine reconſignare tenetur,c. 391 nu.2.litera F.

2 ſeminans non ſęminanda conductor,tenetur vti dannificans,c. 408.nu.1.& nu.6.vide,in verbo,dannificans.

2 ſenatores duo Statutorum correctores, ſcilicet Io. Stephanus Caſtilioneus,& Io. Archangelus Aliprandus fol.1.in Diplomate,incipiente,Ludouicus litera D.

2 ſenatui Excell.referunt in cauſis Criminalibus referenda Iudices ſigni Galli,& Equi Mediolani,c 6.nu.2.

2 ſenatui referũt Syndicatores,ipſiq; nõ condemnant,nec abſoluunt,c.40.nu.52.

2 ſenatui referũt Syndicatores D. Poteſtatis Mediolani,ipſi autẽ non condẽnant,nec abſoluunt,& abſq; etiam relatione,cap. 30.litera M.

2 ſenatui ſit nominatio, & ab eodẽ approbatio protectorum, cũ ſubrogantur,c.151.litera D.

2 ſenatui data eſt auctoritas Doctorum Gymnaſij Papię,num.5. cap.3.

2 ſenatus epitetum ſacer,c.151.& cap.12.

2 ſenatus quandoq; præſes Stephanus Ponchetus Cancellarius Regis Lud.fol.pri. Diplom eod.litera E.

2 ſenatus de auctoritate, & erectione car.2.atergo in litera S.

2 ſenatus Mediolani eſt electio de vicario prętorio, cap.12.Litera D.

2 ſenatus Mediolani eſt electio de vno ex Vicaribus generalibus, qui cũ aliis eligendis Syndicator eſt D. Prætoris Mediolani, eiuſq; Officialium & Familiæ,c.30.nu.3.

2 ſenatus arbitrio vltra pęnam quadrupli, etiã vſq; ad mortem incluſiue punitur officialis ſcienter baratariam,vel aliquam iniuſtitiam faciens,c.40.num.47.

2 ſenatu inconſulto,vel Principe Immunitas concedi quibuſdã ex cauſa vetatur,c.3.nu.8.

2 ſepis;& non murus quando conſtruenda,c.342.nu.6.

1 ſententia declaratoria à ſtatuto ex quibus verbis collatur,ibid. num.93.

1 Sententiam ex diſpoſitione huius Statuti certam non ambiguã Iudex ferre tenetur,cap.19.nu.28.

1 ſententiam ferre Iudex non tenetur,ſi partes ſuper tota cauſa tranſegerunt, ibi.nu.30.à qua ferenda etiam excuſatur,vbi pars non inſtet,& petat,nu ſeq.

1 ſententia lata parte non petente nec inſtante, quando ſit nulla, num.32.& ſeq.

1 ſententiam Iudex proferre non poteſt,ſi vtraq; pars ſit abſens, num.34.

1 ſententiam diffinitiuam non interlocutoriam ab obſeruatione iudicij Iudex ferre debet,vt huic ſtatuto ſatisfiat,d.cap.19. num.36.

1 ſententia diffinitiua contra abſentem contumacẽ fictum an ferri poſſit,cap.22.num.11.

1 ſententia contra abſentem poſt conteſtatam litem validè ferri poteſt,num.12.

Digitized by Google

I N D E X.

1 Sententia valet etiam non datis dilationibus, capit. 24. numero 16.

1 Sententia quod lata ſit de conſilio ſapientis, nec ne, quomodo dignoſcatur, cap. 27. num. 93.

1 Sententia de conſilio peritorum, & ſapientum lata nunquam tranſit in iudicatum; licèt quandocunque retractari poſſit per conſilium magis peritorum, num. 95. attamen executio non retardatur, num. ſeq.

1 Sententia ſine conſilio ſapientis lata, vbi petitum ſit, nulla eſt, ibi. num. 99. Et ſic diſpoſitio huius ſtatuti procederet in annullando ſententiam, etiam quod hic non exprimeret dictā annullationem, nu. 100. & ſtatutum quando non neceſſitaret ad eam cum conſilio ferendam teneret ſententia eo non expectato, num. 101. ſicut etiam teneret eo ſpreto, nec expectato, vbi immineret periculum, num. 108. Sed cum periculum non immineat ſi lata ſit, eſt adeo nulla, vt non poſſit reformari per Iudicem ad quem, cum nec poſſit appellari, num. 110. & 111.

1 Sententia lata non viſis actis, nec præuia cauſę cognitione nulla eſt, cap. 29. num. 6.

1 Sententia lata à duobus conſulentibus ſibi in conſilio contrariantibus nulla eſt, ibi. num. 27.

1 Sententiam Iudex ferre poteſt iuxta cōſilium ſapientis ex alia cauſa quam expreſſa, ibi. nu 73. ſed ſi eam ferat aliter quā ſit in conſilio nulla eſt, num. 75.

1 Sententia valet lata iuxta conſilij formam, licèt in eo dicatur, Conſulo pronunciandum, abſoluendum, vel condemnandū, num. 79.

1 Sententia quando valeat, ex qua pronuntiatur iuxta conſilium mittendum nondum miſſum, nu. 80.

1 Sententia valet lata ex conſilio illius poſt pręſentatum dictum conſilium, & quare, num. 81.

1 Sententia ex conſilio nullo lata nulla eſt, num. 84.

1 Sententia ex conſilio ſapientis lata an tranſeant in iudicatum, d. cap. 29. numer. 85. & 86. & quod ab ea poſſit appellari, num. 89 etiam ſi cum iuramento appellationi fuiſſet renunciatum, nu. 90. ſed ſi petitum fuerit conſilium corrigi, quid? num. ſeq.

1 Sententia non publicata nulla eſt, etiam quod reperiatur in archiuio, ibid. num. 59. & 93.

1 Sententia ſi feratur extra terminum an ſit nulla, maximè vbi Iudice non pronunciante habeatur pro pronunciata, numero 96.

1 Sententia vbi ſuper conſilio non feratur, conſilium illud non poteſt exequi, & proceſſus remanet indeciſus, numero 97.

1 Sententia diffinitiua in proferenda quę requirātur neceſſario, cap. 31. nu. 3 & plurib. ſeq. vſq; ad nu. 75.

1 Sententiam diffinitiuam ad ferendam quo iure requiratur partis citatio, d. num. 4. & ſtatutum contrarium diſponens non valet, niſi vbi cauſa iam fuiſſet diſcuſſa, vel ſuper notorio crimine, & de quo conſtaret veritas, nu. 5. & 6.

1 Sententiam ad hanc ferendam qui ſint citandi, & quorum citatio non requiratur, d. numer. 6. & 7. Et in quibus caſibus etiam non citatis noceat ſententia, nu. 8. Idem in re indiuidua, num. 9.

1 Sententia lata contra hæredem nocet ſubſtituto non citato, numer. 10.

1 Sententia ſine citatione eſt nulla, nec in iudicatum tranſire poteſt, num. 11. & 12.

1 Sententia ſit irrita, ſi citatio ſit nulla, num. 13.

1 Sententia quando præſumatur lata parte citata, nec ne, numero 14.

1 Sententia Papę, vel Principis poteſt ex cauſa ferri ſine citatione, nu. 16. ſed non ſi ſuperior ferat ſententiam caſſando ſtatuta contra ius diuinum, vel Eccleſias, nu. 19.

1 Sententia omni caſu parte inaudita ferri non debet, ibi. nu. 17.

1 Sententia Papæ, vel Principis facit Ius quo ad omnes etiam non citatos, nu. 18 & quo ad partes litigantes, c. 131. nu. 16. & quod non faciat plenum præiudicium, nu. eod.

1 Sentētia ſine citatione ferri non poteſt poſt concluſum in cauſa, vbi prius pars ad allegandum citata ſit, dicto capit. 31. num. 20.

1 Sententia non tenet ſi feratur ſine citatione vltima die inſtantiæ appoſitæ à partibus, ſecus ſi à ſtatuto, vel lege, numero 21.

1 Sententia ſi feratur partibus præſentibus, citatio non requiritur, num 22. ſicut etiam non requiritur, quando Iudex pronunciauit ſuper nullitate proceſſus ſententię, vel actus iudiciarij notorij, num. 23. nec etiam requiritur in cauſa modici præiudicij, nu. 24. nec in ſententia excommunicationis, vel abſolutoria ab ea, num. 26.

1 Sententia lata contra principalem nocet fideiuſſori non citato, num. 25.

1 Sententia vt valeat quo die ferri debeat, numero 28. quæ ſuper principali certa eſſe debet, licèt ſuper acceſſorijs incerta eſſe poſſit, qui aliquando poſſunt in ſententia omitti, & reſeruari poſt eam, num. 29 30. & 31. & inſtantia meritorum finita, non expirat circa acceſſoria petita Iure actionis, num. ſeq & quomodo teneat incertitudo circa tempus, num. 35.

1 Sententia ſolum à Principe ſub conditione ferri poteſt, num. 36. & qualiter dicatur ſub conditione, & in quibus cauſis valeat, nu. 40. & 41. Quæ ſententia ſi probabitur pure, quomodo ſit reſoluenda, num. 37.

1 Sententia ſub modo valet, nu. 39.

1 Sententia vt valeat Iudicis nomen continere debet, & qui eam ferendo pro Tribunali ſedeat, dicto capit. 31. numer. 42. & 43. licet ſententiæ ſummariæ deambulando ferri poſſint, num. ſeq.

1 Sententia in loco publico in quo Ius reddi ſolet ferri debet nō in exempto, licèt ſit in territorio, num. 45. & 46. præſertim ſi habeat arbitrium iudicandi, ibi. Limitando non procedere quando Iudex timeret offendi à parte ex iuſta cauſa, numero 47.

1 Sententia in territorio, & non extra ferri debet, niſi partes conſentiant, & Iudex alterius territorij non prohibet, nu. 48. & 49. quo caſu quæ ſtatuta ſeruentur, num. ſeq.

1 Sententia ſaltem in ſubſtantia debet eſſe libello conformis, numero 51.

1 Sententia quando per teſtes probatur, ſolita priuilegia nō habet, num. 55.

1 Sententiam Iudex ipſe, niſi Illuſtris perſona ſit, legere debet, licet de conſuetudine legatur per Notarium, nu. 56. & 57.

1 Sententia in ferenda breuibus in cauſis Iudex ipſe tabellio eſſe poteſt, num. 58.

1 Sententia ſi feratur ex conſilio ſapientis, antequam legatur debet poni, & ſcribi in calce ipſius conſilij, nu. 56.

1 Sententia requiritur, quod recitetur ex ſcriptis, vt videatur an contineat manifeſtum errorem, vel iniuſtitiam, d. ca. 31. nu. 60. Limitando in ſententia Principis, & interlocutoriis, & niſi feratur aliter de conſenſu partium, vel niſi ſit in ſummariis, quia fertur ſine ſcriptis, nu. 61. 62. & 63.

1 Sententia requiritur quod feratur tempore congruo, nu. 64. & tempus hoc congruum quale ſit, nu. 65.

1 Sententia requiritur quod feratur de die, & nō de nocte, quando tamen de nocte ferri poſſit, nu. 66 & 67.

1 Sententia lata quę exceptiones cenſeantur reiectę, nu. 85.

1 Sententiam proferendo Iudex ſi condemnet victum victori in aliqua parte non cenſetur in reliqua abſoluere, num. 86. Tamen condemnatus in parte petita cenſetur in alia abſolutus, numero ſeq.

1 Sententia vtrum veniat appellatione actorum, c. 37. nu. 5.

1 Sententia lata ſuper declaratione actus eſt interlocutoria, cap. 41. num. 54.

1 Sententia quæ fertur ſuper fideiuſſoris idoneitate eſt interlocutoria, ibi. num. 49.

1 Sententia lata ſuper electionis confirmatione quando ſit interlocutoria, & quando diffinitiua, ibi. nu. 71.

1 Sententiæ habent executionem paratam, quando non probantur per teſtes, c. 42. nu. 133. & 134.

1 Sententia arbitri emologata à partibus habet executionem paratam, ibi. num. 138.

1 Sententia incerta ſuper acceſſoriis tenet, c. 56. nu. 2.

1 Sententia declaratoria tollitur ex verbis, ſine aliqua cōdemnatione, cap. 59. nu. 4.

1 Sententia lata contra poſſeſſorem non verum, non nocet Domino, cap. 69. num. 29.

1 Sententia non noceat domino nō citato quo ad poſſeſſionem, vel proprietatem, ibi. nu. 50.

1 Sententia lata contra reum conuentum poteſt mandari executioni in bonis neceſſarii defenſoris, c. 72. nu 6.

1 Sententia lata contra Procuratorem ſimplicem quando contra eum, vel eius bona executioni mitti poſſit, nu. 7. & 8.

1 Sententia lata contra Procuratorem, ipſe terminum habet à Iudice denunciandi Domino, vt in defenſionibus ſe inſtruere poſſit, num. 9.

1 Sententia in ſcriptis ferri debet, cap. 88. num 55.

1 Sententia teſtibus probari poteſt, nu. 56.

1 Sententia contra ſententiam non valet, c. 100. nu. 62.

1 Sententia lata ſuper iuramento præſtito non eſt appellabilis, ibi. num. 68.

1 Sententia contra vnum obtenta, contra correum an exequi poſſit, cap. 112. num. 59.

1 San-

INDEX.

Sententiarum exequutio à fortiori non debet compromitti, cap. 115. num. 273.
Sententia arbitri an ſit appellabilis, nec ne, cap. 116. num. 13. & ſeq.
Sententia lata ab electo, vt arbitraretur vti bonus vir, an ſit appellabilis, ibi. nu. 99.
Sententia ſecunda ſi ſit cum aliquo moderamine, an ſint conformes, num. 137.
Sententia non dicitur conformis, ſi Iudex confirmans moueatur alia ex cauſa, vel ratione, & eam exprimat, nu. 142.
Sententia confirmans ex nouiter deductis non dicitur primæ conformis, num. 143.
Sentẽtia nõ dicitur conformis primæ, ſi vna ſit lata ſuper principali negotio, altera ſuper deſertione, nu. 144.
Sententiam primã Iudex reuiſionis, ſeu appellationis ſi reformet eam nullam non dicẽdo, ſed æqua, hæc ſecunda poteſt dici conformis primæ, vt poſſit mitti executioni, nu. 147.
Sententia prima non habens expreſſum errorem quod poſſit confirmari per ſecundam, quę habeat vim ſententiæ conformis, num. 148.
Sententia interlocutoria dicitur pronuncia, de qua fit mentio in hoc ſtatuto, cap. 125. cum ſit declaratio actus, & qualiter in ea ſit procedendum, d. cap. 125. num. 9.
Sententia qualiter, & cum quibus ſolennitatibus feratur, cap. 131. num. 1.
Sententia requiritur quod lata ſit ad hoc vt poſſit appellari, cũ à futuro grauamine non appelletur, num. 2.
Sententia in dubio rite, recteq; lata præſumitur, num. 3.
Sententia ſtrictam recipit interpretationem, vt ex ea ſolummodo inferatur, quantum vrget neceſſitas, num. 4. & 12. Et eius verba propria intelligenda, num. 16.
Sententia lata pro debitore non prodeſt fideiuſſori, numero 5. ſicut nec ei nocet contra debitorem lata eo non citato, numer. 16. Et hoc vbi agatur ſuper excuſſione non ſuper meritis, num. 7.
Sententia nocet fideiuſſori ſi agatur de commodo Principis licet non citato, & contra eum proceditur, nu. 8.
Sententia non nocet tertio non citato cum ſit ſtricti iuris, numero eodem.
Sententia interpretatur vt ſtatutum minus quam poſſibile ſit ius commune lædat, num. 10.
Sententia regulariter eſt indiuidua, & ſi contineat res diuiduas, num. 11. & ſeq. d. cap. 131.
Sententia lata contra abſentem præſumitur potius lata per contumaciam, quam ob iniuſtam cauſam, ibi. nu. 17.
Sententia lata cũ falſo Procuratore pro aliquo, vel contra aliquem poteſt ratificari, & tenet, ibid. nu. 11. replicato.
Sententiarum triplex genus, nu. 16. & de quo genere ſtatutum hoc loquatur, ibid. nu. 17. 18. 19. 21. & 22.
Sententia diffinitiua quid ſit, nu. 20. quæ tredecim differentias habet ab interlocutoria, nu. 23.
Sententia lata ſuper appellatione interpoſita poſt tempus ad appellandum, vel de nullitate dicendum, ſuper qua vtraq; pars etiam ſponte proceſſit, non tenet etiam quod adſit ille partium conſenſus, nu. 90. eiuſd. c. 131.
Sententia ſi ſit nulla ordinarius poterit eam reformare, & iterum ferre etiam pronuntiando contrarium eius, quod primo dixit, non autem delegatus, etiã ſi eius iuriſdictio ſit prorogata, ibid. num. 154. & 155.
Sentẽtiam Iudex eadem die poterit ſupplere circa acceſſoria, num. 158. eamq; ad ſtatutum reducere, ſi ſit contra eius formam, num. ſeq.
Sententiam ſuam quis Iudex interpretari poſſit, numer. 160. & ſequen.
Sententia ſi non ſit notoriè iniqua nulla dici non poteſt, etiam quod lata ſine cauſæ cognitione, nu. 174. & 175.
Sententia nulla per renunciationem appellationis, & nullitatis à partibus approbari poteſt, non autem earum conſenſu, niſi in vim pacti, nu. 181. 182. & 183.
Sententia nulla nunquam iudicatum tranſit, nu. 185.
Sententiarum nullitates plures, nu. 186. & plurib. ſeq.
Sententia Iudicis ordinarij ſit nulla, ſi tempore ſententiæ latæ ignoret eius iuriſdictionem, & ſi erret in eius Poteſtatem iudicandi, d. nu. 186. & 187.
Sententia valet lata per Iudicem cui ſuperuenit iuriſdictio cœpto proceſſu, ibi. num. 190. Idem ſi Iudex temporum prolationis erat excommunicatus, num. 191. Et ſi patiebatur alios defectus de quibus oppoſitum ante eius prolationem; alias ſecus, num. 192. Et etiam ſi iuriſdictio eius per aliquod factũ ipſorum litigatorum fuiſſet quouis modo ſuſpenſa, vel legitimè allegatus ſuſpectus, num. 193. & 194. Item quando fuiſſet lata ab vno Iudice delegato, cum plures eſſent, num. 195. Idem quando fuiſſet à Iudice illo legitimè appellatum, & nihilominus proceſſiſſet ad Sententiam pendente Appellatione, vel fuiſſet appellatum à legitimo grauamine etiam non ſequuta inhibitione, licèt fallat hoc, ſi appellatio fuiſſet friuola, & ſi lata ſententia inſtantia lapſa fuiſſet, num. 198. & 199.
Sententia eſt nulla lata à Iudice, poſtquam habebat ligatas manus petito ſapientis conſilio per ambas partes, vel alterius earum ad formam ſtatutorum, num. 199.
Sententia nulla eſt ſi ſit lata per minorem magiſtratum quando adeſt maior, d. c. 131. n. 200. Idẽ ſi ſit lata pendente relatione ad Principem, nu. 201. & etiam ſi fuerit pars citata à maiori tribunali, & ibi præuenta, & hoc allegatum, & probatum fuit, ſed allegatio ſola ſufficit, vbi ſit notoria, num. 202. & 203.
Sententia eſt nulla ex defectu perſonæ litiganti, nu. 204. Idẽ ſi fuit condemnatus dominus, non procurato, ſi dominus in Iudicio non interfuit, ibi. nu. ſeq.
Sententia lata ſuper alio quod non fuit petitum eſt nulla, licèt partium pacto poſſit confirmari, nu. 206. & 207. Idem ſi ſit lata in maiori ſumma, quod ſit petitum, nu. 208. Et in maiori ſumma etiam quod eſſet poteſtas eius qui iudicauit, num. 225. ſed ſumma minor non in maiori in Sententijs, ibidem num. 209.
Sententia contra plures conuentos libellos quando poteſt pro parte valere quoad aliquos, & quoad alios non, num. 210. & 211.
Sententia eſt nulla ex defectu formę proceſſus, & ſubſtantialis eius, num. 212. Et quando ſi Libellus eſſet ineptus, nu. 213. 215. & ſeq.
Sententia ſuſtinetur ex Libello generali incerto, & obſcuro parte non opponente, nu. 217.
Sententia nulla eſt, & ſi lata in facto proprio Iudicantis, vel Vxoris, vel Filiorum, nu. 218. Idem ſi lata ſit tempore feriato, num. eodem.
Sententia lata parte non citata legitimè, & peremptoriè nulla eſt, nu. 219. vel in loco non legitimo, & conſueto, vel de nocte, num. ſeq.
Sententia lata à Iudice ſtantę, & non ſedente, nec continente expreſſam condemnationem, vel abſolutionem, vel æquipollens, vel rem certam nulla eſt, nu. 221. & 222.
Sententia condemnatoria quando dicatur eſſe incerta, d. c. 131. num. 223.
Sententia quando eſt nulla ratione incertitudinis non impeditur ferri alia Sententia, ſed debet prius fieri renunciatio nullitatis primę latæ, nu. 224.
Sententia eſt nulla, ſi non fuit lata per ipſum Iudicem, vel Actuarium de eius voluntate, nu. 226.
Sententia lata ratione perſonæ citatæ quomodo ſit nulla, nu. 227. & ſeq.
Sententia lata contra pupillum, vel minorem indefenſum eſt nulla, ſecus ſi in eorum fauorem, ibidem numer. 224. replicato.
Sententia lata contra aliam Sententiam, quæ tranſiuit in Iudicatum eſt nulla, nume. 226. ſi tamen de ea ſit exceptum, nume. ſeq.
Sententia contra ius ſcriptum lata expreſſo errore eſt nulla, nume. 228. Idem contra Statutum, & Conſtitutionem Principis, num. ſeq.
Sententia lata per relationem ad acta, in quibus adſit error eſt nulla, d. cap. 131. nu. 230. Imo Iudex tenetur ex maleficio, & facit litem ſuam, num. 231.
Sententia lata contra Ius litigatoris etiam per gratiam non eſt nulla, nec reſcindi poteſt, niſi remedio Appellationis, vel reſtitutionis in integrum; ſed nulla eſt, ſi ab Arbitro feratur, num. 232.
Sententia ſi eſt lata contra notorium facti non eſt nulla, ſed debet aliter retractari, num. 233.
Sententia lata non publicato proceſſu, vbi hoc à parte petitũ ſit non tenet, niſi id denegaretur, & pars non appellaret, nu. 234. Vbi autem pars eam publicationem non peteret valeret, num. 235.
Sententia eſt nulla lata ſine aliquibus probationibus, & productionibus, num. 236.
Sententia ſuper Inſtrumento non producto an valeat, numer. 237.
Sententia lata ad fauorem eius, cui nulla actio competit nulla eſt, num. 138.
Sententia lata per ſordes eſt nulla, d. cap. 131. num. 239. ſecus ſi pecunia data ſit poſt Sententiam, & non creditur Iudici, qui ſententiauit per ſordes data et pecunia in præiudicium partis, num. 240. 241. & 242.

Digitized by Google

INDEX.

Sententia arbitri etiam recepta pecunia tenet ipſo iure, numero 243.

Sententia lata per metum tenet ipſo iure, deſerto autem metu debet reſcindi, num. 244.

Sententia lata prætextu falſorum teſtium, vel inſtrumentorum quando ſit nulla, & quando non, nu. 245. & 246.

Sententia valet, licèt Procurator, vel Aduocatus partis, contra quem lata, ſit ſubornatus per aliam partem pecunia, num. 247.

Sententia lata ex falſa cauſa quando teneat, vel nulla ſit, numero 248.

Sententia lata non viſo proceſſu, & ſine cauſę cognitione; licet in dubio cum cauſæ cognitione lata præſumatur nulla eſt, nu. 249. Idem ſi ſit præcipitanter lata, nu. ſeq.

Sententia lata pendente dilatione data nulla eſt, numer. 251. Idem ſi ſit lata contra formam reſcripti, numero 252. dicto cap. 131.

Sententia vtrum ſit nulla, vel ne, vbi ſit dubium, pronuntiandũ contra opponentem nullitatem, nu. 253.

Sententia ſi feratur à duobus iudicibus laico, ſcilicet, & Clerico, appellatio ad quem Iudicem interponatur, ibidem numer. 270.

Sententia facit de albo nigrum, eod. cap. 131. nu. 355.

Sententia pro præſumitur, à qua non licet appellare etiam qđ reſcinderetur ex Principis reſcripto, num. 356.

Sententia lata ſuper deſertione appellationis an interlocutoria, vel diffinitiua ſit, num. 568. & ſeq.

Sententia in iudicatum tranſacta quãdo cenſeatur ſublata per reſcriptum Principis, nu 588. & 589. eiuſd. c. 131.

Sententiam primam notoriè nullam vti validam appellationis Iudex confirmare non poterit, cap. 135. nu. 9.

Sententia lata ex falſa cauſa quando poſſit confirmari, nu. 10.

Sententiam nullam ex noua cauſa in appellatione non comprehenſa Iudex pronunciare nõ poteſt, niſi à principio propoſuerit generaliter eam nullam, nu. 11.

Sententiam, quam victor dixit iniquam Iudex confirmare poteſt, ibi. num. 13.

Sententiam appellationis Iudex retractare debet, in qua in totum non ſit ſecuta abſolutio, vel condemnatio, numero 14.

Sententia in iudicatum tranſacta quando reuocari poſſit, nu. 15. 16. & 17.

Sententia ſi fuerit nulla, iudicandum ſolum, ſolum erit ſuper nullitate non habita mentione appellationis, vel ſolum dicere fruſtratoriè appellatum, c. 146. nu. 5.

Sententia nulla etiam iniqua pronunciari poteſt, nu. 6.

Sententiam nullam Iudici exequi volenti de facto reſiſti poterit, cap. 158. num. 141.

Sententia nulla exequi poteſt parte non opponente, ibi. numer. 144.

Sententiarum binarum conformium executio ſit, etiam quod non tranſiuerint in iudicatum, cap. 116. num. 159. ſed non in ea parte in qua non fuerint conformes, quia poterit ab eis appellari, num. ſeq.

Sententiarum binarum executio ſortitur effectum, vbi ſint validæ, ibid. num. 242.

Sententia lata in cauſa reuiſionis arbitramentorum voluntariorum recipit appellationem de Iure communi, ſecus ex ſtatuto, cap 119. num. 1.

Sententia contra hæredes non nocet legatarijs, & fideicommiſſarijs Ius de præſenti habentibus, niſi de teſtamenti nullitate actum ſit, cap. 131. num. 9.

Sententia lata contra Fictabilem, Maſſarium, colonum, inquilinum, penſionantem, vel emphyteutam nõ poteſt fieri executio ſuper proprietate Domini, nec ei præiudiciũ aliquod fieri, & ſi ex illorũ contumacia poſſeſſio tranſlata ſit in actorem, cap. 231. nu. 1. non tamen Dominus poteſt impedire admiſſum, niſi id faciat incontinenti, num. 2. & incontinenti quando factum dicatur, nume. 3. & ſi hæc tamen procedunt quoad præiudicium rei conuenti, qui non denunciauit, numer. ſeq.

Sententia lata contra coniugem donantem, licèt donatio ſit inualida, parte non opponente valet, nec impeditur executio, cap. 268. num. 25.

Sententia de falſo contra Notarium lata non nocet parti, cap. 344. num. 24.

Sentẽtia ſuper nobilitate, & ignobilitate quoad omnes Ius facit, cap. 415. num. 56.

Sententia reſciſſoria non requiritur, vbi adeſt verbum, Non valeat, etiam in materia ſtatutaria, c. 319. nu. 87.

Sententia quando non requiritur reſciſſoria, vbi adſit verbum futuri temporis, ibi. num. 88.

Sententia valida exequutioni mandari debet, nu. 13. ſicut illa, quæ in iudicatum tranſiuit, num. 14. & illa etiam inappellabilis, licèt vitiata, num. ſeq.

Sententia lata in dubio intelligendum de diffinitiua, & quando de interlocutoria, cap. 141. nu. 36. & 37.

Sententia ſuper condemnatione expenſarum ſi fiat ante ſentẽtiam diffinitiuam eſt interlocutoria, ſi autem eo tempore, vel poſt eſt diffinitiua, cap. 148. num. 1.

Sententia diffinitiua in cauſa expenſarum dicitur quando expenſæ fuiſſent ſeorſum principaliter petitæ, num. 2.

Sententia diffinitiua regulariter per eundem Iudicem reuocari non poteſt, cap. 149. num. 25.

